Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/scriptoresreruml00paul

MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORES RERVM LANGOBARDICARVM
ET ITALICARVM SAEC. VI—IX.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXVIII.

SCRIPTORES
RERVM LANGOBARDICARVM
ET ITALICARVM

SAEC. VI—IX.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

Unveränderter Nachdruck 1988

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXVIII.

© 1878 Hahnsche Buchhandlung, Hannover
Unveränderter Nachdruck 1988
ISBN 3-7752-5043-3
Druck: Strauss Offsetdruck, Hirschberg
Buchbinder: Karl Schaumann, Darmstadt
Alle Rechte vorbehalten
Printed in Germany

G. H. Pertz, cum scriptorum rerum Germanicarum editionem ab Annalibus Carolingici aevi ante quinquaginta annos inciperet, auctores antiquiores, tam eos qui bella cum Romanis saeculis IV. et V. gesta memoriae tradiderunt, quam qui singularum gentium historiam describendam sumserunt, Jordanem, Gregorium, Paulum, tomo prodromo reservavit, postea consilio latius extenso, voluminibus XIII—XV. haec et Gesta pontificum Romanorum prelo dare constituit[1]. *Sed viri docti, quibus eorum edendorum cura commissa erat, iterum spem justam fefellerunt, vel morte abrepti sunt, ita ut nihil prorsus Pertzio vivo absolutum sit. Deinde cum novum Monumentis Germaniae historicis edendis collegium institueretur, etiam majorem scriptorum copiam tam antiquioris aevi quam saec. VIII—XII. recipiendam esse, nobis visum est; his volumina illa destinavimus, auctores antiquissimos V. Cl. Th. Mommsen cum viris doctis edendos suscepit, eorumque volumen primum nuper luci dedit: restabat igitur, ut scriptores rerum Merovingicarum, Langobardicarum et Gesta pontificum Romanorum his adjicerentur. Quod ita facere decrevimus, ut earum collectiones separatim prodirent.*

1) *Praef. T. XVI.*

Ordinem ducunt scriptores rerum Langobardicarum, quibus ii adjuncti sunt qui res Italicas ejusdem fere temporis illustrant, praeter Gesta pontificum Romanorum et historiae Byzantinae vel Arabicae monumenta a nostro consilio prorsus aliena. Certe Ravenna et Neapolis, de quibus gesta pontificum ab Agnello, Johanne aliisque scripta referunt, cum provinciis Langobardicis modo pace modo bello artissime erant conjunctae, ita ut quicumque harum historiam investigare vult nullo modo libris illis possit carere. Quare etiam L. Bethmann, qui per quadraginta fere annos huic collectioni operam navavit, de Agnello edendo cogitavit, Gestis episcoporum Neapolitanorum nescio qua ex causa sepositis. Nunc etiam monumenta quaedam minora addere placuit. Neque quae Scriptorum volumine tertio edita erant, librum Andreae presbiteri, Erchemperti historiam Langobardorum Beneventanorum, Chronicon S. Benedicti Casinensis, alia, quae Pauli historiam continuant, hic omittere licuit. Quorum codicibus iterum diligenter excussis, genuinam lectionem non paucis locis nunc demum restitutam esse, lectores agnoscent. Quam maximam vero in Pauli editione perficienda operam posui; quam tamen ne nunc quidem omnibus numeris absolutam esse, bene scio. Tantus est codicum numerus tantaque librariorum in mutandis verbis temeritas, tanta denique de Pauli sermone incertitudo, ut ubique ipsa auctoris verba vel scribendi rationem me assecutum esse, non contendam. Agnello vero edendo nonnisi codex recentioris aetatis, isque satis arbitrarie descriptus, praesto fuit. Quare magni faciendum est, quod Gestorum Neapolitanorum liber qui exstat unicus tantis excellit venerabilis antiquitatis indiciis, ut ad ipsos auctores certe ejus pars referenda esse videatur. Idem etiam de Andreae libro dicendum est. Quibus suis locis accuratius expositis, nunc monuisse sufficiat, ubique nos id egisse, ut quam diligentissime librorum lectiones redderemus, in rebus explicandis annotationibus brevioribus contenti. Ita vero hanc collectionem non solum nostratibus, sed etiam veterum Langobardorum et Italicorum posteris, qui jam diu in unum populum coaluerunt, gratam fore confidimus.

Dabam Berolini,
d. 31. Januarii 1878.

G. WAITZ.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR

Pagg.

Praefatio G. Waitzii. V
Origo gentis Langobardorum 1
Historia Langobardorum codicis Gothani 7
Pauli historia Langobardorum edentibus L. Bethmann et G. Waitz 12
Appendix:
Catalogus provinciarum Italiae 188
Carmen de synodo Ticinensi 189
Epitaphium Ansae reginae 191
Epitomae ex Pauli historia factae 193
Pauli continuationes:
Continuatio Casinensis 198
Continuatio Romana 200
Continuatio tertia 203
Continuatio Lombarda 216
Andreae Bergomatis historia 220
Erchemperti historia Langobardorum Beneventanorum 231
Agnelli qui et Andreas liber pontificalis ecclesiae Ravennatis ed. O. Holder-Egger 265
Chronica patriarcharum Gradensium 392
Gesta episcoporum Neapolitanorum 398
Pars 1. 402
Pars 2. *auctore Johanne diacono* 424
Pars 3. *auctore Petro subdiacono* 436
Appendix:
Catalogus episcoporum Neapolitanorum 436
Vita sancti Athanasii episcopi Neapolitani 439
Translatio sancti Athanasii episcopi Neapolitani 449
Johannis Translatio sancti Severini 452
Johannis Translatio sancti Sosii 459
Ex Miraculis sancti Agrippini 463
Neapolitanorum victoria ficta 465
Chronica Sancti Benedicti Casinensis 467
Appendix:
Catalogus abbatum monasterii Casinensis 489

Catalogus regum Langobardorum et ducum Beneventanorum 490
Catalogus comitum Capuae 498
Catalogi regum Langobardorum et Italicorum Brixiensis et Nonantulanus . . 501
Catalogus regum Langobardorum et Italicorum Venetus 504
Catalogus regum Langobardorum et Italicorum Lombardus 504

Pagg.

Catalogus regum Tuscus 517
Catalogi regum Italicorum Oscelenses 519
Catalogus imperatorum, regum Italicorum, ducum Beneventanorum et Spoletinorum Farfensis 521

Ex Gregorii Magni dialogorum libris 524
Liber de apparatione sancti Michaelis in monte Gargano et ex Vita sancti Laurentii Sipontini 540
Autperti Vita Paldonis, Tatonis et Tasonis Vulturnensium 546
Vita Barbati episcopi Beneventani 555
Fundatio monasterii Sancti Salvatoris Montis-Amiati 564
Vita Anselmi abbatis Nonantulani 566
Appendix:
De fundatione monasterii Nonantulani 570
Catalogi abbatum Nonantulanorum 570
Sanctorum translationes Beneventi factae 573
Translatio duodecim martyrum 574
Translatio sancti Mercurii 576
Translatio sancti Heliani 581
Ex Miraculis sancti Antonini abbatis Surrentini 583
Ex Vitis sancti Sabini et sancti Pardi 585
Ex Vita et Translatione sancti Sabini episcopi Canusini 586
Ex Vita et Translatione sancti Pardi episcopi Lucerini auctore Radoyno 589

Historiae Langobardorum fabulosae 591
Ariprandi brevis Langobardorum historia 592
Historia Langobardorum Beneventana 596
De adventu, nomine et legibus Langobardorum 597
Historia Langobardorum Florentina 599
Brevissima de Langobardis notitia 602

Addenda 603
Index auct. O. Holder-Egger 604
Glossarium auct. O. Holder-Egger 633
Corrigenda 636

Tab. I. ad pag. 28. *II. ad pag.* 31. *III. ad pag.* 35.
IV. ad pag. 37. *V. ad pag.* 398.

ORIGO
GENTIS LANGOBARDORUM.

Postquam Rothari rex prologo edicti jussu suo compositi seriem regum Langobardorum inseruerat, quam hic repetere noluimus, codici cuidam paulo uberior Langobardorum historia addita est, quae ea congessit memoriaeque tradidit quae de origine et migratione gentis deque regibus priscis aut in ore populi versabantur aut alibi tradita erant. Exstat in tribus edicti codicibus ibique iam a Paulo legebatur[1], *quem ex hac 'Origine gentis Langobardorum' quam plurima in historiam a se conscriptam transtulisse, Bethmann primus intellexit et luculenter probavit*[2]. *Auctor quisquis fuerit post medium saeculum VII. scripsit*[3] *nobisque venerandum antiquitatis monumentum reliquit. Nam praeter gentis originem, qualem veteres narrabant et fortasse cantabant, satis accuratam annorum computationem inde ab Albuini tempore exhibet, jam antea procul dubio litteris datam, sed hic tantum servatam*[4]. *Praeter Paulum etiam auctor s. IX. haec exscripsit, qui similem historiae Langobardicae conspectum alii legum codici jam Gothano addidit, quem infra edituri sumus.*

Codices qui exstant sunt:

1a) *Matritensis regius D.* 117, *s. X, quem Duflot et Knust in usus societatis nostrae verterunt; cf. Bluhme, LL. IV, p. XXVII sq. Origo f.* 1'—5. *scripta est.*

1b) *Cavensis, s. XI. inc. scriptus, de quo cf. Bluhme l. c. IV, p. XXX sq. Legitur Origo f.* 1—4; *sed f.* 2. *jam deperditum est. Exscripsit Bethmann.*

2) *Mutinensis in archivo canonicorum ecclesiae cathedralis asservatus, s. X. ex., de quo cf. Merkel, Arch. XI, p.* 596; *Bluhme l. c. p. XL. Merkelii apographum cum codice iterum, quantum temporis concessi angustia permisit, contulit V. Cl. Heller.*

1) *I,* 21: relegat prologum edicti quem rex Rothari de Langobardorum legibus conposuit, et pene in omnibus hoc codicibus, sicut nos in hac historia inseruimus, scriptum repperiet. Quem *cum* edicti *conjungendum esse, Bethmann, Arch. X, p.* 360, *statuit.* 2) *Arch. l. c. p.* 351 *sq.* 3) *Merkel, cod. Mutinensem secutus, qui regi Grimoaldo septem tantum annos tribuit, neque regis Pertari mentionem facit, Originem septimo illius anno* (669) *compositam esse, statuit; cui Bethmann, l. c. p.* 414, *et Abel, Vers. germ. p. VII, adstipulati sunt. Neque tamen codicis illius auctoritas tanta est, ut certo certius hoc contendere ausim. Fortasse vero verba:* Et post ipsum regnavit Grimoald, *nullo annorum numero adjecto, ipsius regis tempore haec scripta esse, arguunt. Baudi di Vesme, Edicta p. LXXI, quae post Rothari regem addita sunt posteriori tempori tribuenda censet et regem illum hanc brevem historiam Edicto praemisisse putat. Sed quae huic obstant sententiae jam alib monui,* Gött. Gel. Anz. 1857, *p.* 1586, *neque illa conjectura nunc placet. Cf. Bluhme LL. IV, p. CXII.* 4) *Quae c.* 4. *de tempore quo a Langobardis Pannonia est relicta, Italia occupata, narrantur et regum singulorum anni certe non ex memoria sumta sunt.*

Bethmann huius libri textum ceteris praeferendum judicavit (Arch. X, p. 355); sed in hoc procul dubio falsus est, cum codex non solum satis negligenter exaratus, multis iisque arbitrariis emendationibus scateat, sed non semel etiam veterem et simplicem sermonem mutaverit[1], *verba omiserit vel addiderit.*

Edita est haec brevis historia cum Legibus Langobardorum a Baudi di Vesme (Mon. patriae V, p. 5) et Bluhme (LL. IV, p. 641), qui codicis Matritensis textui aliorum librorum lectiones subjecit.

Nunc illo fundamento posito, quantum licuit genuinam lectionem restituere conatus sum. Annotationes paucas adjeci, ex Bethmanni schedis sumtas, qui in rerum Langobardicarum chronologia stabilienda diligenter versatus est, aliis ad Pauli editionem sepositis. Capitum divisionem institui.

G. WAITZ.

IN NOMINE DOMINI INCIPIT ORIGO GENTIS LANGOBARDORUM[a].

Est[b] insula qui[c] dicitur Scadanan[d], quod interpretatur excidia[e], in partibus[f] aquilonis, ubi multae gentes[g] habitant[h]; inter quos[i] erat gens parva quae Winnilis[k] vocabatur. Et erat cum eis mulier nomine Gambara, habebatque[l] duos filios, nomen uni Ybor et nomen alteri Agio[m]; ipsi cum matre sua[n] nomine Gambara[o] principatum tenebant[p] super Winniles[q]. Moverunt se ergo[r] duces Wandalorum[s], id est Ambri[t] et Assi[u], cum exercitu suo[v], et dicebant ad Winniles[w]: 'Aut solvite[x] nobis[y] tributa, aut praeparate vos ad pugnam et pugnate nobiscum'. Tunc responderunt Ybor et Agio cum matre sua Gambara[z]: 'Melius est nobis pugnam praeparare[a], quam Wandalis[b] tributa persolvere'. Tunc Ambri[c] et Assi, hoc[d] est duces Wandalorum, rogaverunt Godan[e.*], ut daret[f] eis super Winniles victoriam[g]. Respondit Godan dicens[h]: 'Quos sol[i] surgente antea videro, ipsis dabo victoriam'. Eo[k] tempore Gambara cum duobus filiis suis, id est[l] Ybor et Agio[m], qui principes[n] erant super Winniles, rogaverunt[o] Fream, [uxorem[p] Godam], ut ad Winniles[q] esset propitia. Tunc Frea dedit consilium, ut[r] sol surgente venirent Winniles et mulieres eorum crines solutae circa faciem in similitudinem barbae et cum viris suis venirent. Tunc luciscente[s] sol dum surgeret, giravit Frea, uxor

*) 2 *add. in margine:* Godam gentes deum Mercurium colebant.

a) IN N. D. NOSTRI JHESU CHRISTI I. HORIGO G. NOSTRE L. 1b; *in codice* 2 *paucae tantum litterae legi possunt.* b) Erat 2; id est sub consule qui 1a; id est consuli qui 1b. c) quae *superscr.* quadam 2. d) Scadan 2, *ubi in margine:* id est scan . . . dan. e) *deest* 1a. b; exindia *superscr.* al. excidia 2. Excidia *est interpretatio vocis Langobardicae* scadan, *nostrum* schaden. BETHM. f) partis 1b. g) multa gens 1b. h) inhabitabant 2. i) quibus 1b; quas 2. k) Guinnilis 1a; Winnolis 1b; Winili 2. l) quae habebat 2. m) Aio 1a *const.*; Agyo 2. n) *deest* 1a, *litteris tribus vel quatuor abscisis.* o) qui *in margine add.* 2. p) tenebat 1a. q) Vinnolis 1b; Winilis 2. r) ergo se 2. s) Guand. 1a *const.* t) Imbriu 2. u) Tassit 1b *const.* v) exercitibus suis 1a. w) Winnilos 2. x) per *superscr.* 2. y) *deest* 1a. z) *deest* 1a; G. *superscr.* nomine 2; dicentes *add.* 1b. a) parare 1a. b) Guandalis 1a. b *const.*; Wandali 2. c) Imbri 2. d) h. e. *des.* 2. e) Godam 2 *semper.* f) diceret *Knust in* 1b *legit.* g) *posthaec in* 1b *folium excidit, in quo erant sequentia usque* regem non habu. h) et dixit 2. i) sole 2. k) Eodem 2. l) i. e. *desunt* 2. m) Abyo 2. n) er. pr. 2. o) rogaberunt 1a; iterum ierunt et *superscr.* 2. p) *des.* 1a; Godā 2. q) ut Winili 2. r) ut cum sol surgeret, Winili cum uxoribus suis solutis crinibus circa facies suas in similitudinem barbe (cum viros suos *superscr.*) venirent 2. s) l. caelo dum sol 2.

1) habebatque: quae habebat; sol surgente: cum sol surgeret; ad Winniles esset propitia: Winnili(s) esset propitia; ad partem orienti: ad p. orientalem; a parte: ex parte. *Et multa ejusmodi.*

Godan, lectum ubi recumbebat vir eius, et fecit faciem eius contra orientem, et excitavit eum. Et[a] ille aspiciens vidit Winniles et mulieres ipsorum[b] habentes crines solutas circa faciem; et ait[c]: 'Qui sunt isti longibarbae'[d.*]? Et[e] dixit Frea ad Godan: 'Sicut[f] dedisti nomen, da illis[g] et victoriam'. Et[h] dedit eis victoriam, ut ubi visum esset vindicarent se et victoriam haberent. Ab illo tempore Winnilis Langobardi[i] vocati sunt.

2. Et moverunt[k] se exhinde Langobardi, et venerunt in Golaidam[l], et postea possiderunt aldonus[m.1] Anthaib[n] et Bainaib[o] seu[p] et Burgundaib[q]; et[r] dicitur, quia fecerunt sibi regem nomine[s] Agilmund[t], filium Agioni[u], ex[v] genere Gugingus. Et post ipsum regnavit Laiamicho[w.2] ex[x] genere Gugingus. Et post ipsum[y] regnavit Lethuc[z], et[a] dicitur, quia[b] regnasset annos plus minus quadraginta[c]. Et post ipsum regnavit Aldihoc[d], filius Lethuc. Et post ipsum regnavit Godehoc[e].

3. Illo[f] tempore exivit rex Audoachari[g] de Ravenna cum exercitu Alanorum[h], 487.
et venit in Rugilanda[i] et inpugnavit[k] Rugos, et occidit[l] Theuvane[m.3] regem Rugorum, secumque[n] multos captivos duxit in Italiam. Tunc exierunt[o] Langobardi de suis regionibus, et habitaverunt in Rugilanda annos aliquantos.

4. Post eum[p] regnavit Claffo, filius Godehoc[q]. Et post ipsum regnavit Tato[r], filius Claffoni[s]. Sederunt Langobardi in campis[t] Feld annos[u] tres. Pugnavit[v] Tato cum Rodolfo rege Herulorum[w], et occidit eum, tulit[x] vando[y.**] ipsius et capsidem. Post[z] 506-510.
eum Heruli[w] regnum[a] non habuerunt[b]. Et occidit Wacho[c], filius Unichis[d], Tatonem regem barbanem[e] suum cum Zuchilone[f]. Et pugnavit Wacho, et[g] pugnavit Ildichis[h], filius Tatoni[i], et fugit Ildichis[k] ad Gippidos[l], ubi[m] mortuus est. Iniuria[n] vindicanda c. 530-540.
Gippidi[o] scandalum commiserunt cum Langobardis. Eo tempore inclinavit[p] Wacho

*) 2 *add. in margine:* [lan]g id est lon[gus],bard id est [ba]rbam, a quo [vo]cati sunt Lan[go]bardi.

**) 2 *super* bandos *scr.:* id est arma, *et super* capsides: quod nos elmos dicimus.

a) At 2. b) eorum crinibus solutis circa facies suas (*superscr.* imodum barbe) 2. c) dixit 2. d) longobarbii 2. e) *deest* 2. f) domine *superscr.* postquam 2. g) eis 2. h) et d. e. v. *desunt* 2, *qui pergit:* ubi illorum est vindicare et v. i) Longob. 1a *saepius;* facti sunt Langobardi 2, *ubi in margine:* vocati sunt. k) m. s. e. L. et *des.* 2. l) Golaida 2; Golanda *Paulus.* m) aldones 2, *qui in marg. add.:* aldoin[illegible] (*id est* aldoinus). n) Anthabus 1a; Anthaip 2; Anthaib *et* Anthab *Pauli codd.* o) Banayb *corr.* Baynaib 2; Bant(h)aib *Paul.* p) bet B. 1a. q) Burgathaibus 1a; Burgundaib *et* Vurg. *P. codd.* r) qui ibi fecerunt 2. s) *deest* 2. t) Agelmund 2. u) Aio 1a; Agyoni 2. v) ex genere Gugingus *in marg. suppl.* 2. w) Lamicho 2. x) ex g. G. *des.* 2. y) deinde r. 2. z) Leth 2; Lethu, Lethuc, Leth *P. codd.* a) unde 2. b) quia regnavit p. m. annis q. 2. c) et post ipsum regnavit Lethun *add.* 2; *ubi sequentia post suppleta vix jam legi possunt.* d) Ilde .. .. e... (ius) 2. e) Godeoc 2. f) In illo 2. g) Audacharus 2. h) ....norum 2. i) Rudilanda *Goth. et ita postea*; Rugianda *corr.* Rugilanda 2. k) et pugnavit cum Ruges 2. l) occisit 2. m) Thecuane 2; Fewane *Goth.* n) et secum d. m. c. 2. o) surrexerunt 2. p) Et postea 2. q) Godeho 1a; Gedehoc 2. r) Tatto *Goth.* s) Claffonis 1a; Clafonis 2. t) campo Feldach 2; c. filda *Goth.* u) annis tribus 2. v) et p. 2. w) Her. 1a. x) et t. 2. y) bandos ipsius et capsides 2. z) et postea Eruli 2. a) regem 2. *Goth.* b) *pergit* 1b. c) Vacho 1a; Wacco 1b *const.* d) Hilmichis 1b; *in* 2 *legi non potest.* e) barbanum suum 1a; barbane suo 1b. f) Zuchilonem 1b; Zuchilone 2; Uinsilane *Goth.* g) W. cum Ildechis filium 2. h) Ilmichis 1b. i) Tatonis 1a. k) Ilmichis 1b; Ildechis 2; Heldechis *Goth.* l) Gypidas 1a; Gippidos 1b; Gyppidos 2; Gibidos *Goth.* m) et mortuus est ibi 2. n) iniuriam eius vindicanda. 1a; est iniuria vindicanda. G. 1b; in iniuria vindicanda. et G. 2. o) Gypidis 1a; Gyppidi 1b; Gypidi 2; Gibites *Goth.* p) s. l..gavit 2.

1) *i. e. aldiones, non proprietarii. Haec est prima atque antiquissima aldionatus mentio, quae vox est Celtica* aeildio. MERKEL. *Haec interpretatio an stare possit, valde dubito.* W. 2) Lamisio *Roth. ed.;* Lamissio *vel* Lamisio *Paulus.* 3) *Qui in Annalibus Feva dicitur.* Feletheum qui et Feva *Paulus.*

Suavos[a] sub regno Langobardorum[b]. Wacho habuit uxores tres[c]: Raicundam[d], filiae Fisud[e] regis Turingorum[f]; et[g] postea accepit[h] uxorem Austrigusa[i], filiam Gippidorum[k]; et habuit Wacho de Austrigusa filias duas, nomen unae[l] Wisigarda[m], quam[n] tradidit in matrimonium[o] Theudiperti[p] regis Francorum; et nomen secundae Walderada[q], quam[r] habuit uxorem Scusuald[s.1] rex Francorum, quam[t] odio habens, tradidit eam Garipald[u] in uxorem*. Filia[v] regis Herulorum tertiam[w] uxorem habuit nomen Silinga[x]; de ipsa habuit filium nomine Waltari[y]. Mortuus[z] est Wacho[a], et[b] regnavit filius[c] ipsius Waltari[d] annos septem; farigaidus[e]: isti omnes Lethinges[f] fuerunt.

c. 540. 5. Et post Waltari regnavit Auduin[g]; ipse[h] adduxit Langobardos[i] in Pannonia.

c. 546. Et[k] regnavit Albuin[l], filius ipsius, post eum, cui mater est[m] Rodelenda[n]. Eo tempore

567. pugnavit Albuin[o] cum rege Gippidorum[p] nomine Cunimund[q], et mortuus est Cunimund in[r] ipsa pugna, et debellati sunt Gippidis[s]. Tulit Albuin uxore[t] Rosemunda, filia Cunimundi, quae[u] praedaverat[2], quia iam mortua fuerat[v] uxor ipsius Flutsuinda[w], quae[x] fuit filia Flothario[y] regis Francorum; de qua habuit filia[z] nomine Albsuinda[a]. Et habitaverunt Langobardi in Pannonia annis quadraginta duo[b.3]. Ipse Albuin adduxit Langobardos in Italia[c], invitatos[d] a Narsete[e] scribarum[f]; et movit[g] Albuin rex Langobar-

568. dorum[h] de Pannonia mense[i] Aprilis[k] a pascha indictione prima[l]. Secunda[m] vero indictione[n] coeperunt[o] praedare in[p] Italia. Tertia autem indictione factus est dominus

569.570. Italiae. Regnavit[q] Albuin in Italia annos tres, et occisus est in Verona in palatio ab

*) 2 *add.:* principem Baioariorum.

a) Suavor' 1b; Suabos 2. b) Long. 1a. c) t. u. 2. d) Raicumdam 1a; Rathecunda 1b; una nomine Red.. unda 2; Ranigunda *Goth.;* Ranicunda, Radicunda, Radegunda *P. codd.* e) filiam 1a. f) Fisut 1b; suld 2? Pisen *Goth.* g) Thur. 1b. h) *deest* 2; et post eam 1b. i) aliam duxit uxorem nomine A. 2. k) Austrigosam 1b; Austrecusa *Goth.;* Hostrigosa *et* Austrigosa *P. codd.* l) Gypidorum 1a; Gyppidorum 1b. 2; Gibedorum *Goth.* m) uni 2. n) Guiselgarda 1a; Guisecarda 1b; uiuiscarda 2; Wisicharda *Goth.* o) quem 1b. p) matrimonio 2. q) Teudiperti 1b; Teodeperti regi 2. r) Gualderada 1a. b; Walderata *Goth.* s) quem 1b; quam — Francorum *des.* 2. t) Excusobald 1b; Chusubald *Goth.;* Cusupald *Paul.* u) quem 1b. v) Garispald 1a? Gaire paldi u. 1b; Garibaldi ad u. 2. w) filio 1a. x) Et tertia filias r. Erul. n. 1b; Et postea accepit Wacho tertiam uxorem filiam regis Erulorum 2; *ad quam Goth. prope accedit.* y) Esilinga 1a; Sigelenda 1b; Silinda 2; Silenga *Goth.;* Salingam *Paul.* z) Gualtari 1b; Walterenem *Goth.* a) Et mortuus 2. b) Guacco 1b. c) *deest* 1b. d) filium eius post ipsum 1b. e) Gualtari 1a. b. f) et fairagaldus 1b; *deest* 2; fargaetum *Goth.;* *quod est linguae Germaniae inferioris* vergeten, *nobis* vergessen, *ut primus Pertz vidit. Est enim parenthesis auctoris, id quod supra ponere oblitus erat hic supplentis.* BETHM. g) Lethingis 1b; Letiguimi 2 (leti *vel* letig *a prima manu; altera addidit* iimi *vel* gitimi, *scribere volens ut videtur* legitimi. BETHM.); adelingi *Goth. et aliquot Pauli codd.* h) Audohin 1b; Audoinus 2. i) et ipse 1a. k) Longobardis 1a. l) Et post Audoinum r. filius eius A., cui 2. m) Albohin 1b; Alboinus 2. n) fuit 2. *Goth.* o) Rodelinda 2. p) Alboin 1b; Alboinus 2. q) Gebedorum *Goth.* r) Cunimundum 1b. s) i. i. p. *post suppl.* 2. t) Gyppidi 1b. 2; Gebeti *Goth.* u) uxorem 1b. Et accepit Alboinus in uxorem .... mund. filiam 2; Rosemoniam *Goth.* v) quem 1b; quam 2. w) erat 2. x) Floasuinda 1b; Flotsinda 2; Ludusenda *Goth.* y) qui 1b. z) Flodthario 1b; Lotharii 2; Flothari *Goth.* a) filiam 2. b) Absoinda 1b; A.... nda 2. c) annos quadraginta 1b; XIIdecim 2. d) Italiam 2. e) invitatus 1b. f) Narsi 1a. g) patricio 1b; *deest* 2. h) mobuit 1a. i) *deest* 2. k) in m. 2. l) Aprelis 1b. m) in prima ind. 2. n) In secunda 2. o) i. incipiente *Goth.* p) c. p. in It. Tertia a. *des.* 2. q) *deest* 1b. r) Et regnavit 2.

1) *i. e. Theudobald; cf. Gregor. Tur. IV,* 9. 2) *Cf. Theophylact. VI,* 10. BETHM. 3) *Neque hic neque numerus* 12 *recte se habet. Si enim* 42 *annis in Pannonia habitassent, non Auduini sed Waltari temporibus in Pannoniam venissent. Quos vero quum Procopius III,* 33 *jam a.* 548. *in Pannonia sedisse noverit, numerus quoque* 12 *stare non potest. Goth. correxit:* 22. BETHM.

Hilmichis[a] et Rosemunda[b] uxore[c] sua per consilium Peritheo[d]. Voluit[e] regnare Hilmichis, et non potuit, quia volebant eum Langobardi occidere. Tunc mandavit Rosemunda ad Longinum praefectum, ut eam[f] reciperet Ravenna[g]. Mox[h] ut audivit Longinus, gavisus est, misit[i] navem angarialem, et tulerunt Rosemunda et Hilmichis[k] et Albsuindam[l], filia[m] Albuin[n] regis, et omnes thesauros Langobardorum secum duxerunt[o] in[p] Ravenna. Tunc ortare[q] coepit Longinus praefectus[r] Rosemunda[s], ut occideret Hilmichis[t] et esset uxor Longini[u]. Audito[v] consilium[w] ipsius, temperavit venenum, et post valneum[x] dedit ei[y] in caldo[z] bibere. Cumque bibisset[a] Hilmichis[b], intellexit[c], quod malignum[d] bibisset[a]; praecepit, ut ipsa[e] Rosemunda biberet invita[f]; et[g] mortui sunt ambo. Tunc Longinus praefectus tulit thesauros[h] Langobardorum, et Albsuinda[i], filia[k] Albuin regis, iussit[l] ponere in navem et transmisit[m] eam Constantinopolim[n] ad imperatorem.

6. Reliqui[o] Langobardi levaverunt sibi regem nomine Cleph[p] de Beleos, et regnavit 572-574.
Cleph[q] annos duos, et mortuus est. Et[r] iudicaverunt duces Langobardorum annos
duodecim[s]; posthaec[t] levaverunt[u] sibi regem nomine Autarine[v], filio Claffoni[w]; et 583 v. 584.
accepit Autari[x] uxorem Theudelenda[y], filia Garipald[z] et Walderade[a] de Baiuaria[b]. Et
venit cum Theudelenda[c] frater[d] ipsius nomine Gundoald[e], et ordinavit eum Autari rex
ducem in civitatem[f] Astense. Et regnavit Autari annos septem. Et exivit Acquo[g] 590.
dux Turingus[h] de Thaurinis[i], et iunxit se Theudelendae[k] reginae, et factus est rex[l]
Langobardorum; et occidit duces[m] revelles suos, Zangrolf[n] de Verona, Mimulf[o] de
insula Sancti Juliani[p] et Gaidulf[q] de Bergamum[r], et[s] alios qui[t] revelles fuerunt; et
genuit Acquo[u] de Theodelenda filiam nomine Gunperga[v]. Et regnavit Acquo[w] annos 6[1]. 626.
Et post ipso regnavit Aroal annos duodecim. Et post ipso[x] regnavit Rothari ex[y] genere 636.
Arodus[z], et rupit civitatem[a] vel[b] castra Romanorum quae fuerunt circa litora[c]

a) Ilmichis 1a; Elme *corr.* Elmechis 2. b) Rosimunda 2. c) uxorem suam 2. d) Peredeo 1a; Peredei *Goth.* e) Et voluit 2. f) eos 1a. g) Ravennam 1b; in Ravennam 2. h) Mox — est *des.* 1b. i) et misit in navem angariales 2; m. movere angarias *Goth.* k) Ilmichis 1b; Ermichis 2. l) Absuinda 1b; Elsuinda 2. m) filiam 1a. n) Alboini 2. o) adduxit 1b. p) *deest* 1a. q) ortari 2. r) Longinum prefectum 1a; *quocum facit Goth.* s) Rosimundam 2. t) Ilm. *hoc loco* 1b *et postea etiam* 1a. u) Longinis 1a. v) et audito 2. w) consilio 1b. 2. x) balneo 1b; balneum 2. y) ei *post add.* 2. z) callido 2. a) vivisset 1b. b) Ildichis 1b. c) mox i. 1b. d) *ita* 1a *et Goth.*; mortiferum potum 1b; malum 2. e) et i. 1b. f) invito 1a; invitus 2. g) cum autem bibisset ipsa 1b; qui cum bibisset 2. h) thesaurum 1b. 2. i) Absoinda 1b; Alsuinda 2. k) filiam Alboini et 2. l) *deest* 1a; i. eam 1b; i. e. p. in n. *des.* 2. m) *deest* 1b; eam *post add.* 2. n) in C. 2. o) R. vero 2. p) Leph 1a; Clep de Belleo *erasa litera* s 2. q) Clep 2. r) Et postea 2. s) regem non habentes *add.* 1b. t) et p. 1a; postea 2. u) s. l. 1a. v) Autarine 1a; Authari 1b. 2; Autarenem *Goth.* w) Clephoni 1b; Cleffonis *Goth.* x) Authari 1b. 2 *const.* y) Theodelenda 1b; Teodelinda 2. z) Garispald 1a; Gairipaldi 1b; Garibaldi 2. a) Alderade 1a; Gualderada 1b. b) Baioria 1b; de Baioaria *post. add.* 2. c) Teodelinda 2; ea 1b. d) fratrem 1a. e) Gunduald 2. f) civitate Astense 2. g) Aquo 1b. Aggo 2; Agilwald *Goth.* h) Thuringus 1a. i) Taurinis 2. k) Theodel. 1b; Teodelinde 2. l) dominus 2. m) duos (*superscr.* duces) rebelles (suos, hoc sunt *superscr.*) 2. n) Zangrolfum 1b; Gangulf 2. o) Minulfu 1b; Mingulf 2; Mimolfo *Goth.* p) Iulii 2; Iuli *Goth.* q) Gaidolfum 1b. r) Pergamum 1b. *Goth.* s) seu et 2. t) q. eis 1b. u) Aggo de Teulinda filiam unam nom. Gumperga et filium unum nom. Adroald 2; et filio nomine Adelwald *add. Goth.* v) Gudepergam *Goth.* w) Et regnavit Adroald a. XII, et post ipsum regn. Airoald a. VII. 1b. Et regnavit Adroald post mortem patris sui annis XII (*corr.* XIII) 2. x) ipsum 1b. 2. y) de ex 1a. z) Arodum 1a; Arodus *superscr.* al 2. a) civitates 2. b) suhél (suhec?) 1a. c) litoralia 1a; litoria 1b.

1) *Quod falsum esse patet; regnavit a. fere* 26. *Excidit Adaloaldus sive Adelwaldus, injuria sive auctoris sive scriptoris, qui* 10 *annis Langobardis praefuit. Quod codex Cavensis* (1b) *corrigere voluit.*

apriso[a] Lune usque in terra[b] Francorum quam Ubitergium[c] ad partem orienti[d], et pugnavit circa fluvium Scultenna, et ceciderunt a[e] parte Romanorum octo milia numerus[f].

653. 7. Et regnavit Rothari[g] annos decem et septem. Et post ipsum regnavit Aripert[h] annos novem. Et post ipsum[i] regnavit Grimoald. Eo tempore exivit Constantinus imperator de Constantinopolim, et venit in partes Campaniae, et regressus[k] est in Sicilia, et occisus est a suis.

671. [Et[l] regnavit Grimoald annos novem; et post ipsum regnavit Berthari[m]].*

*) *In* 1a. b *sequitur Rotharis regis prologus cum serie regum Langobardorum; in* 2 *catalogus maximam partem ex hac petitus, ita:* Primus rex Langobardorum fuit Agelmud ex genere Guingus, secundus Lamicho; tertius Leth; quartus Fildehoc, filius Let; quintus Godehoc; sextus Claffo, filius Godeoc; septimus Tato, filius Claffoni; octavus Wacho, filius Unichis, nepus Tatoni; nonus Waltari; decimus Audoinus ex genere Gaugus; undecimus Alboinus, filius Audoin, qui exercitum in Italiam adduxit[n]; duodecimus Clep; terciodecimus Authari, filio Claffoni; quartodecimus Agiluf Turingus ex genere Anawat; quintodecimus Adalwald, filius Agluf; sextodecimus Ariovald ex genere Caupus; septimodecimo Rothari rex, filius Nanding, ex genere Arodus. Nondingus, filius Noconi; Noco, filius Alamund; Alamund, filius Alamand; Alamand, filius Ilzoni; Ilzo, filius Veiloni; Veilo, filius Weoni; Weo, filius Fachoni; Faccho, filius Mammoni; Mammo, filius Utfora.

Post Grimuald, ut supra, regnavit Pertari annis 18. Postea Cunipert, filius eius, regnavit annis 13. Liutpert, filius Cunipert, regnavit annis 5. Aripert, filius Rachipert, regnavit annis 12. Asprand regnavit annis 3. Liudprand filius eius regnavit annis 23. Utprand regnavit menses 8. Post ipsum regnavit Achis[o], filius Pimoni, annis 5. Post ipsum regnavit Aistulfus, frater eius, annis 8, qui persecutus est a rex Francorum. Post ipsum regnavit Desiderius annis 17 et menses 3, et ductus est captivus in Francia, et postea regnavit Karolus annis 40.

Septem lineis vacuis relictis codex pergit:

SUCCESSIONES IMPERATORUM POST DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI INCARNATIOMEM. Christus natus est 42. Octaviani imperatoris anno — — Decedente Justiniano, Pipinus primus regnare[p] cepit. Defuncto Pipino regnavit Karolus. Mortuo Karolo, regnaverunt Pipinus et Karlomannus. Post Pipinum Karolus imperator factus fuit. Post decessum Karoli imperavit Hlodovicus, eius filius.

a) apersolone 1b; a prope 2; *est Italorum* appresso. b) terram 2. c) Ubisergius 1b; Ubiterga (*manu sec. add.* vertit) 2; Opitergium *Paul.* d) orientis 1b; orientalem 2. e) ex 2. f) *deest* 2. g) Rothari rex 2. h) Ariperto 1b. i) postea regnavit Grimoald annis septem 2. k) egressus 2. l) Et — Berthari *des.* 2. m) Vertari rex 1b. n) *abhinc manus sec. usque ad* Karolus a. XL. *Tunc redit prima c.* o) *ita pro* Rachis. p) regna *c.*

HISTORIA LANGOBARDORUM

CODICIS GOTHANI.

In legum Langobardicarum codice Gothano, qui cum Mutinensi affinitate quadam junctus est, Origo Langobardorum multis aucta est additionibus et continuatione usque ad Karoli Magni tempora deducta. Scriptor Pauli historiam haud novisse videtur, certe ex ea nihil est mutuatus, sed alium auctorem secutus plura de primis sedibus et migrationibus populi exhibet singularia, quae quanti facienda sint adhuc sub judice lis est[1]. *Ubique christianae fidei se addictum manifeste prodit et quae monet librorum sacrorum testimoniis probare studet. Praeterea Isidori chronico*[2] *et libro Originum usus est, quem falso Hieronymi nomine affert*[3]. *Scripsit, ut jam Bethmann docuit*[4], *sub Pippino rege, Karoli Magni filio, annis* 807—810; *sermone usus valde rudi, quem nonnumquam vix intelligas.*

Unicus qui exstat codex, bibliothecae ducalis Gothanus, olim S. Martin Moguntinensis, folii maximi s. XI (de quo v. Merkel, Arch. XI, p. 604 *sq.; Bluhme l. c. p. XXXVIII), ubi fol.* 335—337'. *haec exstat historia, procul dubio ex vetustiore descriptus, mendis hinc inde ab ipso, ut videtur, scriba sublatis, multa habet alia manu* (2) *correcta, quae a genuino textu saepe recedunt; cujus rei priores editores non satis rationem habuerunt. Sunt hi: Ritter, Cod. Theod. II, praef. p. XII; Baudi di Vesme l. c. p.* 181; *Bluhme p.* 641. *Equidem Bethmanni apographum iterum cum codice contuli. Capitum divisionem institui.* *G. W.*

1. Asserunt antiqui parentes Langobardorum, per Gambaram parentem suam pro quid exitus aut movicio seu visitatio eorum fuisset, deinter[5] serpentibus parentes eorum breviati exissent, sanguinea et aspera progenies, et sine lege. In terra Italiae adventantes, fluentem lac et mel, et quod amplius est, salutem invenerunt baptismatis, et vestigia sanctae Trinitatis recipientes, inter numerum bonorum effecti sunt. In illis impletum est: 'Non inputatur peccatum, cum lex non esset'. Primis[a. 6] lupi rapaces, Rom. 5, 13. postea agni inter dominic[um[b]] gregem pascentes; proinde tanta laus et gratia referenda [est Deo[c]], qui illos de stercore inter iustorum numerum collocavit, nisi[d] Davitica impleta prophetia: 'Et de stercore eriens[e] pauperem, sedere facit eum cum principibus Ps. 112, 7. 8. populi sui'. Sic suprascripta Gambara cum eisdem movita adserebat, non ut prophetaret

a) In primis 2. b) — cum *e corr.* 2. c) est deo *in rasura* 2. d) Al. in his est *in margine adscripsit* 2. e) erigens 2.

1) *Cf. Bluhme, Die gens Langobardorum und ihre Herkunft (*1868*), qui huic narration nimium tribuisse videtur.* 2) *c.* 5. 3) *c.* 2. 4) *Arch. XI, p.* 365. 5) *Italis* dentro 6) *Italis* primo.

quae nesciebat, sed phitonissa inter Sibillae cognomina, dicens, eo quod ille[a] superna visitatione movissent, ut de spina rosa efficeretur, nesciens in qualia, nisi divinandum perspicerit[b]. Moviti itaque non ex necessitate aut duricia cordis aut parentum oppressione, sed ut ex alto salutem consequeretur, asserit exituros[1]. Mirumque est omnibus et inauditum, videre, ubi non fuit meritum parentum, talis salus refulgere, qui deinter mucrones spinarum odoramenta aeclesiarum inventi sunt; sicut ipse misericors filius
Math. 9, 13. Dei antea praedixerat: 'Non veni vocare iustos, sed peccatores'. Isti fuerunt, unde ipse
Joh. 10, 16. Salvator ad Iudaeos in proverbiis dicens: 'Habeo alias oves, quae non sunt ex hoc ovili; et illas me oportet adduci ad aquam vivam poscendam'.

2. Hic incipiens[c] originem et nationem seu parentelam Langobardorum, exitus et conversationem eorum, bella et vastationes quae fecerunt reges eorum, et patrias quas vastarunt. Vindilicus dicitur amnis[d] ab extremis Galliae finibus; iuxta eundem fluvio[e] primis[f] habitatio et proprietas eorum fuit. Primis Winili[g] proprio nomine[h] seu et parentela; nam, ut asserit Hieronimus[2], postea ad vulgorum vocem Langobardi nomen mutati sunt pro eo[i] ad barba prolixa et numquam tonsa. Hic supradictus Ligurius fluvius Albiae fluvii canalis inundans, et nomen finitur. Postquam de eadem ripa, ut supra dictum est, Langobardi exierunt, sic Scatenauge Albiae fluvi ripa primis novam habitationem posuerunt: sic deinde certantes Saxoniae patria[k] attigerunt, locus ubi Patespruna cognominantur: ubi sicut nostri antiqui patres longo tempore asserunt habitasse, et in
Or. c. 2. multis partibus bella et pericula generarunt. Ibique primis[l] regem levaverunt nomine Agelmund. Cum ipso de hoc loco in antea patrias ad suam partem expugnare coeperunt; unde in Beovinidis aciem et clauses[m] seu tuba clangencium[n] ad suam proprietatem perduxerunt; unde usque hodie praesentem diem Wachoni regi eorum domus et habitatio apparet signa. Deinde meliorem ubertatis[o] patriae requirentes, ad Traciam provinciam transierunt, in Pannoniae urbis patriam suam hereditatem afflixerunt[p], unde cum Abaris reluctantes seu bella plurima[q] ardentissimo animo ipsam Pannoniam expugnaverunt; et Abari cum illis foedus amiciciae emiserunt[r], et 20 et duo[s] ann[os ibi] habitare perhibetur[t].

Or. c. 3. 3. Illo vero tempore exivit[u] rex Odoacer[v] de Ravenna cum exercitu Alanorum, et venit in Rudilanda[w], et[x] pugnavit cum Rugiis, et occidit Fewane rege[y] Rugorum, et secum multos captivos in Italia[z] adduxerunt. Tunc exierunt Langobardi[a] de Pannonia, et venerunt et habitaverunt in Rudilanda annos plurimos, et ad suam dogmam perduxerunt. Ante Peronem regnavit Godoin; post Peronem tenuit principatum Langobardorum Claffo[b].

Or. c. 4. 4. Et post Claffonem regnavit Tatto. Eo tempore redierunt Langobardi in campis filda. Fecerunt ibi annos tres. Et post haec pugnavit[c] Tatto cum Rodulfo[d] rege Hero-

a) illi 2. b) perspexerit 2. c) Al. hic incipiam *in marg.* 2. d) annis *corr.* amnis *c.* e) fluvium 2. f) inprimis 2. g) *e corr. eiusdem ut videtur manus c.* h) mine *eadem manu corr.* nomine *c.* i) quia *add.* 2. k) patriam 2. l) primum 2. m) vel s (classes) *superscr.* 2. n) clangentium 2. o) ubertaī(tem) 2. p) *legendum videtur:* affixerunt. q) facientes *add.* 2, *sed deletum.* r) vel inierunt *superscr.* 2. s) duos 2; os ibi *e corr.* 2. t) perhibentur 2. u) exuit *c.* v) Odoiacer 2. w) Rudiranda *eadem manu corr.* Rudilanda *c.* x) exp. *corr.* et p. c. y) regem 2. z) Italiam 2. a) Lagob. *corr.* Langob. *c.* b) ca *ante* Claff. *deletum c.* c) pugnaut *eadem manu corr.* pugnauit *c.* d) d *e corr. eiusdem manus c.*

1) *Similia tradit Benzo, IV, 3, SS. XI, p. 656, qui sua non ex Paulo sumsit.* 2) *Non Hieronymus, sed, ut Zeuss, Die Deutschen und ihre Nachbarstämme p. 473, monet, Isidorus, Etymol. IX, 226, ita scribens:* Langobardos vulgo ferunt nominatos a prolixa barba et numquam tonsa. Vindilicus amnis ab extremis Galliae erumpens, iuxta quem fluvium habitasse et ex eo traxisse nomen Wandali perhibentur. *Ita, quae Isidorus de Wandalis dixerat, noster ad Langobardos refert, in errorem inductus eo quod Winilos eosdem putabat quos Wandalos. Sed librarius Gothanus minus accurate descripsisse videtur hoc loco ea quae in codice vetustiore meliora fuisse crediderim; fortasse etiam in textum irrepere fecit quae ibi in margine legebantur.* BETHM.

lorum, et occidit eum, et tulit bandonem ipsius, et populum ipsius in fugam misit. Ibi Or. c. 4.
praedavit omnia bona eorum. Postea Heroli regem non habuerunt. Deinde occidit Wacho, filius Unichis, Tattone[a] rege barbane suo cum Vinsilane; et regnavit Wacho, et expugnavit Heldechis, filio[b] Tattoni[c]; et fugit Heldechis ad Gibidos, et ibi mortuus est iniuriam vindicandum. Gibites scandalum commiserunt cum Langobardis[d]. Eo tempore inclinavit Wacho Suavus sub regno Langobardorum. Wacho habuit uxores tres: Ranigunda[e], filia Pisen regi[f] Turingorum; et post ipsam accepit uxorem nomine Austrecusa[g], filia Gibedorum. Et habuit Wacho ex eis filias duas, nomine [une[h]] Wisicharda, quam tradidit in matrimonio Teodeperto[i] regi Francorum; nomine[k] secundae Walderata[l], quam habuit uxorem Chusubald rex Francorum. Postea accepit Wacho terciam uxorem filiam regi[m] Herolorum nomine Silenga; de qua habuit [filium[n]] nomine Walterenem. Et mortuus est Wacho, et regnavit filius ipsius nomine Walteri annis 7. Fargaetum: Isti omnes adelingi fuerunt.

5. Et post Waltarene regnavit Audoin. Mater autem Audoin nomine Menia uxor Or. c. 5.
fuit Pissae regis. Audoin ex genere fuit Gausus. Ipse adduxit Langobardos[o] in Pannoniam, et mortuus[p] est Audoin in Pannonia[q]. Et regnavit Albuin[r], filius eius, pro eo; cui mater fuit Rodelenda. Eo tempore pugnavit[s] Albuin[t] cum rege Gebedorum nomine Cunimundo; et occidit eum Albuin in ipsa pugna; et debellati sunt Gebeti validissime vehementer. Tunc tulit Albuin rex uxorem nomine Rosemoniam, filiam Chunimundi, quem ipse occiderat; et ipse praedaverat. Ante habuit mulierem nomine Ludusenda[u], quae fuit filia Flothari regis Francorum; de qua habuit filiam nomine Albsuinda. Iste Albuin movit et adduxit Langobardos in Italia[v], invitatus ad Narside proconsule et praeside Italiae, qui[i] minas Suffiae reginae erat perterritus. Eo tempore cum exire coeperunt Langobardi a Pannonia, tunc fecerunt pactum et foedus amiciciae Abari cum ipsis Langobardis, et cartam conscriptionis, ut usque ad annos ducentos, si eorum oporte esset Pannoniam requirere, sine omnia bella certaminis ad eorum partem ipsam terram relaxarent. Et in Italiam, in quam ipsi perrexerant, usque ad plenos ducentos annos in eorum auxilium essent parati. Et movisse[w] Albuin rex Langobardorum de Pannonia exercitu[x] suo valde copiosum[y] mense Aprile[z] in pascha, indictione prima; secunda vero indictione incipiente coeperunt predare finem Italiae, tercia autem factus est dominus Italiae. Nam Narsis proconsul Italiae, si quid eorum promiserat, relinquens[a] Italiam, ad Spaniarum[b] provinciam est reversus. Tunc Papiae cives[c] et Mediolanum metropolim cum reliquae aliae civitates Italiorum[d], videntes se vacuae[e], sicut a Deo fuerat praedestinatum, colla sua ipsius[f] Albuin regi subicierunt[g]. Et cum regnasset Albuin[h] in Italia annos tres et menses sex, malo inito contra eum consilio per Rosemoniam uxorem et consilio Peredei cubicularii sui ab Elmechis spatario suo occisus est in Verona civitate. Et volebat Helmechis regnare, et non potuit propter metum Langobardorum et necem Albuini. Tunc mandavit Rosemonia festinanter Longino praefecto[i] militi Ravenensi, ut eam in fugam susciperet ad Ravennam. Ut autem audivit Longinus haec verba, misit movere

a) Tattonem 2. b) filium 2. c) Tattonis 2. d) Landob. *corr.* Langob. *c.* e) Rani-
gundam filiam 2. f) regis 2. g) Austrecusam filiam 2. h) *deest c.* i) d *e corr. c.*
k) nomen 2. l) uulderata *corr.* uuald. *c.* m) regis 2. n) *deest c.* o) Langobardor *corr. eadem manu ut videtur* Langobardos *c.* p) murtuus *corr.* mortuus *c.* q) *ita* 2. *in marg.*; in pania 1.
r) Albouin *deleto* o *c.* s) *ita* 2; regnavit 1. t) Alboin *corr.* Albuin *c.* u) Ludusendam 2.
v) Italiam 2. w) movit se 2. x) cum ex. 2. y) copioso 2. z) aperile 1. a) relinques 1.
b) vel hi (span.) *superscr.* 2. c) vel civitas *superscr.* 2. d) Italiorum *deleto* i *c.* e) vacuas 2.
f) ipsi Albuino 2. g) subiecerunt 2. h) Albuit 1. i) profecto 1.

1) *Haec ex Isidori chron. fluxisse, recte V. Cl. Jacobi monuit. Sine causa vero haec jam in Origine scripta fuisse censet.*

Or. c. 5. angareas, et tulerunt Rosemoniam et Alsuendam, filiam Albuin[a] regis, et omnem thesaurum Langobardorum secum duxerunt et Helmechis. Unde plures annos scisma et bella inter Langobardos et Romanos fuerunt. Tunc — ut per fimeneum[b] primum exordium accidit mala suasio peccati, inde usque ad praesentem diem feminalis tenet consuetudo peccandi — suasit ipsa Rosemonia Longino militi, sicut prius ab Elmechis, ut et ipsa[c] occideret Helmechis et Longino esset uxor. Inito isto consilio, temperavit venenum[d] Rosemonia et dedit Helmechis. Cumque gustasset, intellexit, quod malignum biberat; praecepit, ut et ipsa Rosemonia cum eo biberit[e] invita; et mortui sunt ambo. Tunc Longinus praefectus tulit omnes thesauros Langobardorum, et Albsuenda[f], filia Albuin regis, iussit ponere in naves, et transmisit eam Constantinopolim ad imperatorem suum.

6. Eo tempore levaverunt Langobardi sibi regem nomine Cleps de genere Peleos; et regnavit annos duos et menses sex, et mortuus est. Et iudicaverunt iudices Langobardorum sine rege Italiam annos 12. Post haec levaverunt sibi regem nomine Autarenem[g], filium Cleffonis; et accepit Autaren uxorem nomine Teodelenda[h], filia Garibaldi et Walderadae. Et venit cum Teodelenda frater eius nomine Gundwald, et ordinavit eum Authari rex ducem in civitatem Austinse. Et regnavit annis septem, et mortuus est. Et venit Agilwald dux Turigorum[i] de Taurini, et iunxit se Teodelindae reginae, et factus est rex Langobardorum, et occidit tres duces rebellos[k] suos, Zangrulf de Verona, Mimolfo de insula Sancti Juli, et Gaidulfo de Bergamo, et alios plures rebellos[k] suos. Et genuit Aioald rex de Teodelinda filia[l] nomine Gudeberga[m] et filio[n] nomine Adelwald[1]. Et regnavit Agilwaldo annos 20 et 5; Adelwald, filius eius, regnavit annos decem. Arioaldus regnavit annos decem.

7. Rothari regnavit annos sedecim; per quem leges et iusticiam Langobardis est inchoata; et per conscriptionem primis iudices percurrerunt; nam antea per cadarfada et arbitrio seu ritus fierunt[o] causationes. Istius Rothari regis [temporibus[p]] ortum est lumen in tenebris; per quem supradicti Langobardi ad cannonicam[q] tenderunt certamina, et sacerdotum facti sunt adiutores.

8. Rodoald regnavit menses sex. Aribertus regnavit annis 9. Grimwald regnavit annos 9. Berthari regnavit annis 10 et 7. Cunibert regnavit annis 13. Liupert regnavit annos duos. Aribert regnavit annos 12. Ansprado regnavit menses tres. Liutprando regnavit annos 31 et menses 7. Hildeprand regnavit menses 7. Ratgis regnavit annos 4 et menses 9. Aistulfus regnavit[r] annos 7. Desiderius cum filio suo Adelchis regnaverunt annos decem et 7 et menses tres.

774. 9. Hic finitum est regnum Langobardorum, et incoavit[s] regnum Italiae per gloriosissimum Carolum regem Francorum; qui adiutor et defensator domni Petri principis apostolorum ab Italia perrexerat eius[t] iusticiam requirendum. Nam nulli lucri cupiditas peragrare, sed bono pius et misericors[u] factus est adiuvator; et sicut poterat omnia demollire, factus est clemens indultor. Et paternae patriae leges Langobardis misertus concessit, et suas, ut voluit, quae necessaria[v] erant Langobardis, adiunxit; et innumerabilibus viris, qui eidem culparunt incessanter, culpas dimisit. Pro quod illi omnipotens Deus[w] centies multiplicavit ubertates. Postquam Italiam coepit, Spaniam[x] suos terminos posuit; deinde Saxoniam perdomuit; post Bavariam[y] dominator existet, et super innumerabiles gentes eius timor irruit. Ad ultimum vero, ut dignus fuit imperii honor, adeptus est coronam imperii, dignitates Romanae potestatis accepit, factus est domni Petri apostoli subditissimus filius, et eius facultates ab inimicis defensabat. Post haec autem

a) Albuini 2. b) femineum 2. c) ipse 2. d) uenerum 1. e) biberet 2. f) Albsuendam filiam 2. g) u *e corr. c* h) Teodelendam filiam 2. i) vel Thuringorum *superscr.* 2. k) rebelles 2. l) filiam 2. m) Gudebergam 2. n) filium 2. o) finierunt 2. p) *add.* 2. q) cannonica 2. r) regnnavit 1. s) inchoavit 2. t) ad e. i. requirendam 2. u) vel s(ors) *superscr.* 2. v) necessariae 2. w) dr̄ 1. x) vel in hi (span.) *superscr.* 2. y) Bavariae 2.

1) et — Adelwald *cod. tantum Mutinensis Originis habet.* 2) *Cf. Edict. c.* 386.

omnia regnum Italiae tradidit magno et glorioso filio suo domno Pippino magno regi, et sicut omnipotens Deus patris[a] concessit fortitudinis gratiam, ita et in filio habundavit; per quem[b] Tratia provincia una cum Abaris ad Francorum servitutem est redacta. Illi qui ab inicio malorum stirpe progeniti inimici accclesiarum, persecutores christianorum semper fuerunt, per isto[c], ut diximus, domno Pippino seu et patri suo solatium supradicti Abari sunt evacuati et superati, et sanctae aecclesiae defensatae, et multa vasa sanctorum, quae illi crudeles et impii rapuerunt, per istum defensatorem sunt ad propriam reversa. Deinde Beneventana provincia, ut digni fuerunt suae prevaricationis sacramenti, cives eorum igne sunt exanimati[d] et consumpti, et populus eorum capitalem subierunt sententiam. Post haec et Beowinidis cum exercitu suo perrexit eamque vastavit, 805.
et populos terrae eius predavit et captivos adduxit. Igitur Corsicam insulam a Mauris 807.
oppressam suo iussu eiusque exercitus[d] liberavit. Praesentem diem per eius adiutorium splenduit Italia, sicut fecit antiquissimis diebus. Leges et ubertas[e] et quiętudinem habuit per domni nostri merita prestante domino nostro Ihesu Christo. Amen.

DE LIUTPRANDO REGE.

Quae in codice legum Langobardicarum Gothano f. 357. *Liutprandi legibus praemittitur brevis regis historia, a Bluhmio LL. IV, p.* 647 *primum typis data, tam prope ad Pauli narrationem accedit, ut, quamvis pauca habeat diversa, quin ex ipsa sit confecta, dubitari nequit*[1]. *Attamen hoc loco eam exhibendam duxi, ex ipso codice a Bethmanno descriptam.*

Leges[f] addidit et adiunxit, sed amplificavit[g]. Domnus Liutprand rex Langobardorum, ortu et natione Mediolanium metropoli Italiae, magnus ac summus gubernator populi atque patriae, regnavit atque gubernavit populum communem Italiae annos triginta et unum et menses septem, et dormivit in pace cum patribus suis. Et regnavit post eum Hilbrand, nepos eius. Iste vero Liutprant perrexit cum populo Paul. VI, 54.
suo usque ad Arlatem civitatem Provintiae, in auxilio[h] domni Carolimagno regis Francorum, et Sarracenos de eadem civitate expulit. Seu et domni Pippini regis, filio supra- ib. c. 53.
dicti domni Karoli, pro amicitia Francorum et quietudine terrae suae capillum incidit, et cum Francis amicitiam firmavit. Deinde Trasemundum ducem Spolitinum sibi rebel- ib. c. 55.
lem perdomuit atque devastavit. Deinde Beneventanam provintiam ad Langobardorum ib. c. 56.
servitutem redegit. Posthaec Ravennam et universam Romaniam peragravit, et usque cf. ib. c. 49.
ad magnam Romaniam Langobardorum terminos posuit. Ad ultimum vero usque ad ib. c. 58.
fines Baiuarorum peregrator extitit atque defensator. Hic fuit amator aecclesiarum pervigil, atque sanctorum corpora ad bonum culmen et opere perlustrator. Iustitia pleniter sicut impetus aquae in manu eius, et elimosyna multis necessitatibus repletus atque adiutor seu consolator; aedificator aecclesiarum, bonus dispensator. Ipse in aecclesia beatae virginis Mariae quae dicitur Ad Perticam, quam ipse a fundamentis edificavit, iacet humatus[2].

a) patri 2. b) que 1. c) istum 2. d) examinati *c.* e) exercitu 2. f) ubertates 2. g) quas *add.* 2. h) fisco *add.* 2. i) auxilium 2.

1) *Idem Bethmann statuit; Arch. X, p.* 362. 2) *Haec a Paulo recedunt; cf. Bethmann, Arch. X, p.* 362.

PAULI
HISTORIA LANGOBARDORUM

EDENTIBUS L. BETHMANN ET G. WAITZ.

Historiae Langobardorum, quae prae ceteris operibus Pauli Casinensis memoriam posteris servavit, editionem luci daturus, non possum quin valde doleam, Ludovicum Bethmannum b. m., qui ante plus quam quadraginta annos eam curandam suscepit, eique tam domi quam per itinera in Germania, Hollandia, Belgica, Gallia et Italia facta operam indefessam navavit, quin imo nomen suum cum Pauli nomine ita conjunxit, ut vix umquam divelli posse videantur, imperfectam hanc telam reliquisse. Quam finire et opus diu expectatum quam primum publici iuris facere fas duxi. Sed id adgressus non potui, quin praecipua editionis subsidia diligenter et ipse perscrutarer eaque quibus ille nondum usus erat adhiberem. Quo adductus sum, ut novam textus recensionem instituerem, de cujus fundamento et ratione egi in Annalibus nostris (Neues Archiv I, p. 535 sqq.). Codicum vero descriptionem a Bethmanno conceptam quantum potui retinui, ordine paulum mutato iisque additis et mutatis quae necessaria visa sunt. Etiam de Pauli vita et operibus Bethmann dissertatione celebri germanice scripta fusius exposuit (Archiv X, p. 247 sqq.), sed ipsi editioni haec nondum aptavit. Et nuper V. Cl. F. Dahn, ut novam magni sui operis de regibus antiquorum Germanorum praepararet partem ad Langobardos pertinentem, eandem telam texendam sumsit et non pauca aliter esse disponenda judicavit. Quae quamvis non omnia probare possim, non meum duxi quaecumque dubia et incerta videantur hoc loco fusius discutere, breviter tantum ea quae de scriptore celeberrimo comperta habemus exponere contentus.

Quae ex ipsius Pauli scriptis docemur haec fere sunt. Natus erat patre Warnefrido, matre Theudelinda. Avus Arichis, proavus Lopichis vel Lupichis, abavus Leupchis, qui sub Albuino Italiam venisse narratur. Filiis ejus ab Avaris in captivitatem ductis, unus eorum fuga elapsus in patriam rediit, qui in provincia Foroiuliensi[1] *'domum reaedificavit', sed 'nihil de rebus quas genitor suus habuerat ab his, qui eas invaserant longa et diuturna possessione, conquirere potuit' (Hist. Lang. IV, 37). Familiam tamen inter 'praecipuas illas prosapias' sive 'faras', quas ab Albuino, Gisulfo duce petente, in regione Forojuliensi esse collocatas Paulus narrat (II, 9), referendam esse, verisimile est*[2].

1) *Fratres ex castro Forojuliensi ab Avaris deducti dicuntur; sed fortasse belli tempore hic eos moratos esse, Dahn p. 3. monuit. Certe Timavus fluvius, ad quem Paulum natum esse Epitaphium refert, castri illius moenia haud affluit.* 2) *An stricto sensu nobilem familiam dicas, cum Dahnio*

Circa annum ut videtur 720—725. *Paulus natus*[1], *litteris instructus est a Flaviano*[2], *quem praeceptorem laudat (VI, 7); puerulus etiam Graecam linguam 'in scholis' didicit, in qua tamen non multum se profecisse ipse testatur*[3]. *Ubi Flaviani disciplina usus sit, incertum; patruum vero ejus Felicem, 'qui in arte grammatica floruit', a rege valde dilectum esse, cum proferat Paulus, fortasse ille quoque in regia versatus est aula*[4]. *Ibi etiam Paulus Ratchis regis tempore (a.* 744—749*) commoratus est: in quodam die festo principem poculum, quod Albuini jussu ex capite Cunimundi regis Gepidorum caesi factum erat, manu tenentem et convivis suis ostendentem praesens vidit (II,*28*). Postea Adelpergae, Desiderii regis filiae, uxori ducis Beneventani Arichis, familiaritate conjunctus est. Ejus studiis favit*[5], *ab ea, ut calamum arriperet, adductus est.*

Exstat carmen a. 763. *compositum, omnium quae a Paulo scripta habemus, quantum indagari potest, antiquissimum, quo de sex aetatibus mundi disseruit; litteris vero, a quibus singulae strophae incipiunt,* Adelperga pia *salutatur. Quod a b. m. Knust ex cod. Matritensi*[6] *descriptum hoc loco luci dandum duximus*[7].

Item versus Pauli diaconi de annis a principio.

A principio seculorum usque ad diluvium
duocenti quadraginta duo bina milia
evoluta supputantur annorum curricula.

Dehinc usque quo fidelis Abraham exortus est
novies centeni duo quadraginta pariter
sibi successisse anni scribuntur ex ordine.

Ex hoc tempore quousque Moysi in heremo
praeceptorum instituta tradidit Altissimus
annos quinque et quingentos praeterisse terminos.

Legis datae a diebus et conscriptae caelitus
usque quo templum dicavit rex sapientissimus
quadringenti octoginta orbes evoluti sunt.

Percucurrit[a] hinc annalis ordo sua spacia
quingentenis et bissenis annis, Babylonica
donec populum vastabit Israel captivitas.

Exhinc usque quo salutem virgo mundi peperit,
quem prophetae praedixerunt venturum Emmanuel,
octodeceni et quingenti peracti sunt circuli.

a) *ita emend. Eyssenhardt, Jahrb. f. Phil. CXV. et CXVI, p.* 208; Percurrit *c.*

p. 3 *sq. dubitari potest. Paulus de fratre suo et sorore dicens:* Nobilitas periit miseris, accessit aegestas, *de familiae statu domestico cogitasse videtur. Hildrici vero verba:* Eximio dudum Bardorum stemmate gentis, *non ad totam Langobardorum gentem, sed ad certum gentis stemma referenda esse, censeo.* 1) *De tempore nihil certi constat; sed carmine ad Karolum inter a.* 781. *et* 786. *scripto (infra p.* 19*) ait:* iam gravante senio, *quod quinquagenarius vix dicere potuisset.* 2) *De quo cf. L. Müller, Rhein. Museum XXIII, p.* 202. 3) *V. infra p.* 18. 4) *Scholae etiam in aula esse poterant.* 5) qui elegantiae tuae studiis semper fautor extiti. *Epist. ad Adalp.* 'studiis' *in editione Hartelii (p.* 14, *n.* 1*) minus recte omittitur.* 6) *A* 16, *f.* 52; *cf. Arch. VIII, p.* 187. *Eosdem Bethmann in cod. Florentino Strozzi* 46, *membr.* 8, *s. XIV, f.* 10′. *invenit, sed minus accurate scriptos. Qui sequuntur versus de annis a principio, a V. Cl. Baist descripti, Pauli esse nequeunt, quippe qui ita computent:* Sunt octodecim et sexcenti a baptismo Domini
Anni usque ad Scotorum mortem regis Domnali. —
Alios ejusdem argumenti versus a Theodefrido compositos exhibet cod. Sang. Nr. 2, *s. VIII; v. Scherrer Cat. p.* 2. 7) *Apographum sibi transmissum nuper Dahn p.* 76. *imprimi fecit.*

Rex eternus mundum venit restaurare perditum
quinque milia expletis annis a principio
centum atque nonaginta novem hinc[a] per calculum.
Glorioso ab adventu Redemptoris omnium
ad hunc usque prima annum in quo est indictio
septingenti sexaginta tresque simul anni sunt.
Alta pace nunc exultat regio[b] Ausonia
Desiderio simulque Adelchis regnantibus
florentissimis et piis, cum haec annotata sunt.
Principatum Beneventi ductore fortissimo
Arechis regnante, freto Superni auxilio,
Adelperga cum tranquilla stirpe nata[c] regia.
Iudex veniet supernus velut fulgor caelitus;
dies set aut hora quando, non patet mortalibus.
Felix erit, quem paratum invenerit[d] Dominus.
Ante tuum, iuste Iudex, dum steterit solium
Arechis benignus ductor cum praeclara coniuge,
dona eis cum electis laetari perenniter!

Eadem Adelperga monente Paulus grandius opus suscepit, historiam Romanorum ab Eutropio scriptam augendam et continuandam[1]. *Quae cum alio Monumentorum volumine edenda sit, de ejus consilio et indole hic loqui supersedemus.*

Si epitaphium Ansae reginae, matris Adelpergae, quae cum viro Desiderio exul in Franciam abducta erat, sed sepulturam in patria terra nacta, recte Paulo tribuitur, in his annis collocanda erit[2]. *Alia quoque tunc eum composuisse carmina, qualia posterioris aevi scriptores ei attribuunt, verisimile est, nec tamen certi quidquam statuere licet*[3].

Neque compertum habemus, utrum tunc temporis sacros jam receperit ordines, quibus postea eum traditum videmus. Certe libros, quibus ad historiam Romanam componendam opus erat, facilius in monasterio quam in palatio comparare poterat[4].

Celeberrimum vero illud S. Benedicti monasterium ingressus est, ubi etiam Ratchis rex solio regali dejectus refugium invenit. Nec video, quid vetet, ne Paulum jam tunc regem secutum esse statuamus[5]. *'Exul, inops, tenuis', ut ipsius verbis utar, car-*

a) *deest* 1. b) A. r. *c.*; regio Ausoniana *Eyss.* c) stirpentata regio 1. d) invenērit, stetērit *pronuntiandum erit.*

1) *Epistola Adelpergae missa primum a Champollion in Amati editione p. XXIV, post a Papencordt, Gesch. d. Vand. Herrschaft p.* 398 *(inde Dahn p.* 77*); Endlicher, Catal. cod. phil. Vind. I, p.* 306*; nuper a Hartel, SB. d. W. Akad. LXXI, p.* 294*, prelo subjecta est. — Ante a.* 774. *scriptam putat Dahn p.* 14 *sq.* 2) *Annus mortis non constat. Dahn p.* 68. *jam Ansa viva compositum putat, de Paulo auctore dubitat.* 3) *Bethmann p.* 237. 290. 292. 293. *Ille postea in seminario Verulensi codicem s. XI. invenit, qui inter alia Versus in festo S. Mercurii continuit, ap. Giovanni in libro de sancti Actis et translatione a.* 1730. *edito p.* 46. *impressos, quos fortasse Pauli esse opinatus est; idem de aliis ib. p.* 248. *editis versibus judicavit. — Ex cod. Sang. Nr.* 573, *p.* 476, *V. Cl. Dümmler nuper, Z. f. D. Alterth. XXI, p.* 472, *carmen edidit inscriptum:* Ante fores basilicae, *eodem modo dispositum quo versus in laudem S. Benedicti, quod ita finit:*

Pectora vestra sonent: parce et miserere, precamur;
Parce Arichis, Christe, pectora vestra sonent.

Hoc quoque Paulo adscribi potest. 4) *Etiam Eutropium Adelperga a Paulo nactus est.* 5) *De tempore quo Paulus Casinum venerit, nihil constare, Bethmann clare exposuit p.* 238*; ea refutans quae Epitaphium et Anonymus Salernitanus tradunt. Paulum cum Adelperga, Desiderii regis filia, Beneventum venisse, inde Casinum adiisse, satis probabilis Wattenbachii esset conjectura, si iis fidem haberemus quae de Pauli officio in aula Desiderii refert Chronicon Salernitanum. Quae si*

men in laudem S. Benedicti composuit (I, 26); quod vix dixisset, si diutius patriam Forojuliensem et saeculares opes reliquisset.

Quae si minus placent, ad Karoli Magni tempora haec referamus oportet[1], *qui, Langobardorum regno destructo et paulo post Rodgaudo Forojuliensi duce devicto*[2] *(a. 776), Pauli fratrem Arichim captivum in Franciam duxit ejusque res fisco attribuit; id quod totam familiam ipsumque Paulum graviter afflixit. Sex evolutis annis hic regis gratiam carmine imploravit. Quod genuinum vitae ejus testimonium hic inserendum duximus*[3].

Item versus Pauli ad regem precando.

Verba tui famuli, rex summe, adtende serenus,
Respice et ad fletum cum pietate meum.
Sum miser, ut mereor, quantum vix ullus in orbe est;
Semper inest luctus tristis et hora mihi.
Septimus annus adest, ex quo nova causa dolores
Multiplices generat et mea corda quatit.
Captivus vestris[a] extunc germanus in horis
Est meus, afflicto pectore, nudus, egens.
Illius in patria coniux miseranda per omnes
Mendicat plateas ore tremente cibos.
Quattuor hac turpi[b] natos sustentat ab arte,
Quos vix pannuciis praevalet[c] illa tegi.
Est mihi, quae primis Christo sacrata sub annis
Excubat egregia simplicitate soror.
Haec sub sorte pari luctum sine fine retentans,
Privata est oculis iam prope flendo suis.
Quantulacumque fuit, direpta est nostra supellex,
Nec est, heu! miseris qui ferat ullus opem.
Coniunx est fratris rebus exclusa paternis,
Iamque sumus servis rusticitate pares;
Nobilitas periit miseris, accessit[d] aegestas.
Debuimus, fateor, asperiora pati;
Sed miserere, potens rector, miserere, precamur,
Et tandem finem his, pie, pone malis!
Captivum patriae redde et civilibus[e] arvis,
Cum modicis rebus culmina redde simul;
Mens nostra ut Christo laudes in secla frequentet,
Reddere qui solus praemia digna potest.

a) extris *Vat.* b) virpi *Par., quod Bethmann praeferendum duxit.* c) quîs valet i. tegit *Vat.* d) successit *Vat.* e) genitalibus *Vat.*

rejiciamus, neque Epitaphium sequamur, non est, cur cum Dahnio opinemur, Paulum serius tantum ex saeculari vita in ecclesiasticam vel monachicam esse transgressum. Ubique animum prodit clerici. Nihilominus sententia, quam proposuit Giesebrecht, De litt. stud. p. 26, stare potest, Paulum non in monasterio liberalibus studiis esse instructum, sed ipsum potius inter monachos humanarum disciplinarum semina dispersisse. 1) *Ita Dahn p. 23, qui huic conjecturae nimium tribuit.* 2) *Ita Bethmann p. 260. recte statuisse mihi videtur.* 3) *Ediderunt Lebeuf p. 414. ex cod. Paris.; Mai, Class. auct. V, 50. ex cod. Vat.; quibus Bethmann in textu recensendo usus est.*

Ut id quod petebat facilius adipisceretur[1], *Paulus ultra Alpes profectus et diutius hic commorari coactus est, id quod epistola ad Theudemarem abbatem Casinensem, a ripa Mosellae d.* 10. *Januarii, anno, ut videtur* 783[2], *scripta, luculenter exposuit.*

c. 121. Incipit epistola[3].

Amabillimo et totis mihi precordiis dilecto domno meo patri abbati Theudemari Paulus pusillus filius supplex. Quamvis prolixa terrarum spatia corpore tenus a vestro consortio dividant, iungit me tamen utcumque vestro coetui tenax et quae dividi numquam poterit caritas, tantusque singulis pene momentis me vester meorumque seniorum et fratrum amor excruciat, quantum nec epistolaris valet relatio nec pagellarum exponere brevitas. Cum enim menti[a] subeunt occupata tantum in divinis operibus otia ac mei statio hospitioli gratissima, cum vester pius et religiosus affectus, cum sancta tantorum Christi militum divinis cultibus insudans caterva, cum singulorum fratrum in diversis virtutibus exempla fulgentia, cum dulcia supernae patriae perfectionum colloquia: hereo, stupeo, langueo, nec inter imo pectore tracta suspiria retinere lacrimas possum. Inter catholicos et christianis cultibus deditos versor; bene me omnes accipiunt; benigniter mihi affatim amore nostri patris Benedicti et vestris meritis exhibetur; sed ad conparationem vestri coenobii mihi palatium carcer est, ad conlationem tantae quae apud vos est quietis hic mihi degere tempestas est; solo ab hac patria debili corpusculo teneor, tota qua solum valeo mente vobiscum sum. Videorque mihi nunc suavibus nimium vestris interesse concentibus, nunc consedere satiandis in caenaculo plus lectione quam cibo, nunc singulorum considerare in diversis officiis studia, nunc gravium iam senio seu languidorum, quomodo quisque valeat, perdiscere causas, nunc ad instar mihi paradisi dilecta sanctorum terere[b] limina.

Crede, pater et domine, crede sacra et venerabilis phallanx, solo me[c] affectu misericordiae, solis pietatis precibus[d], solis animae hic profectibus ad tempus deteneri; et quod his est amplius, tranquilli[e] nostri regis et domini potestate. Ceterum quam primum valuero et mihi caeli Dominus per pium principem noctem maeroris meisque captivis iuga miseriae demiserit, si tamen quomodocunque clementissimi principis iocundum quivero emereri permissum, mox ad vestra consortia, nulla alia vita comite detentus occasione, repedabo. Nullae me, credite, divitiae, nulla predia, nulla flaventis[f] metalli copia, nullus quorumlibet affectus a vestro[g] poterunt separare collegio.

Te itaque, pater dulcissime, vosque, o carissimi patres et fratres, inploro, pro me continue beatissimum communem patrem et preceptorem poscere dignamini Benedictum, ut suis apud Christum obteneat meritis, ut me quantotius dignetur reddere vobis. Spero equidem in Deo nostro, qui numquam in bonis patitur desideriis quemquam fraudari, quod me secundum anhelantis mei cordis desiderium vobis citius restituat cum congruo fructu. Superfluum vobis aestimo, ut effundatis preces pro nostris dominis eorumque exercitu, scribere, cum sciam, vos in hoc ipso semper insistere; pro domno ill.[h] abbate, sicut et facitis, Christum deposcite, cuius hic singulari post principalem munificentiam

a) mentis *c.* b) terrere *c.* c) mea *c.* d) *ita correxi*; patribus *c.*; visceribus *Leb.* e) tranquilla? f) labentis *corr.* flaventis *c.* g) vero *c.* h) *pro nomine positum.*

1) *Hanc ob causam Paulum ad Karolum venisse, epistola mox afferenda aperte indicat. Neque magni faciendum est quod posterioris aevi tradunt scriptores, Sigebertus de SS. eccl. c.* 80, *ed. Fabricius p.* 102*:* propter scientiam litterarum a Carolo Magno imperatore adscitus*; Hugo Flor., SS. IX, p.* 363*:* de monasterio montis Cassini venit in Galliam, attractus amore et opinione prefati principis Karoli precellentissimi imperatoris. *Rerum Italicarum scriptores de hac re prorsus tacent.* 2) *Ita Bethmann p.* 297. *Paulum tum iam diutius Casino abesse, epistola innuit. Ideo carmen illud a.* 782. *in Gallia scripsisse putandus est.* 3) *Ex cod. Paris. Nr.* 528, *f.* 127, *descripsit V. Cl. Wattenbach; edid. Lebeuf p.* 297*; inde Dahn p.* 79.

nutrior largitate. Tanta mihi, carissimi, vestra illuc copia existit, ut, si vellim vos singulariter nuncupare, tota haec vestris nominibus pagina non possit sufficere. Unde generaliter omnibus et opto et scribo salutem, obsecrans, ut non obliviscamini mei. Te vero, mi domine et venerabilis abba, seu quicumque[a] es, nonne preposite, peto, ut mihi scribi faciatis de vestra fratrumque salute, vel quales vobis fructus presens annus adtulerit; utque eorum[b] fratrum mihi dirigatis cum nominibus numerum, qui mundanis exuti vinculis migrarunt ad Christum. Nam plurimos obiisse audio; sed nominatim nonnum[c] ill., qui, si vere ita est, mei cordis partem non modicam abstulit secum. Vale, pater sanctissime, et memor esse dignare filioli tui.

Iam fluebat decima de mense diecula[d] Iani,
Margine de vitreae cum sum directa Mosellae.
Cum patre mellifluo fratres sine fine valete!

Karolus vero virum eruditum, linguarum plurium gnarum, scriptis celebrem, secum retinere ejusque opera in litterarum studiis excolendis aliisque negotiis perficiendis uti cupiebat. Cui quamvis aliquandiu refragratus esse videatur, cessit tamen, ejus servitio se dedit, immo familiaritate et amore regi conjunctus est. Testes sunt carmina inter Karolum, Petro Pisano calamum ducente, et Paulum commutata, ex quibus duo hoc loco repetere iuvat[1].

Item versus Petri grammatici.

Nos dicamus Christo laudem Genitoris unico,
mundi legitur librorum qui creator paginis,
cuius fine clemens venit liberare perditos.

Ante secula qui natus paterna substantia,
ut salvaret quos creavit carnem nostram induit,
et innumeris ostendit virtutem miraculis;

Rupit tartara, calcato draconis imperio,
cuius mors terrarum orbem vastabat invidia,
vinctos diu paradysi perduxit ad gaudia.

Qui te, Paule, poetarum vatumque doctissimum,
linguis variis ad nostram lampantem provinciam
misit, ut inertes aptis fecundes seminibus.

Greca cerneris Homerus, Latina Virgilius,
in Hebrea quoque Philo, Tertullus in artibus,
Flaccus crederis in metris, Tibullus eloquio.

Tu nos gestu docuisti exemplorum credere,
quod amoris agro nostri plantatus radicitus
tenearis, nec ad prisca cor ducas latibula.

Cum grammatice Latinis fecundare rivulis
non cesses nocte dieque cupientis viscera
partiumque ratione Grecorum sub studio:

Haec nos facit firmiores doctrina laudabilis,
vestra de permansione qua fuit dubietas,
quod te restis nostrae cinxit nec dimittit anchorae.

a) quocumque es nomine p. *Leb.*; q. e. n. *post inserta censet* BE. b) unum *c.*? c) *fortasse* nom. ill. d) deicola *c.*

1) *Ex cod. Paris. Nr.* 328. *Lebeuf edidit, Bethmann iterum descripsit.*

Credimus post Grecam, multis quam ostendis, regulam
te iam doctis traditurum Hebreorum studia,
quibus ille Gamalihel doctor legis claruit.

Magnas tibi nos agamus, venerande, gratias,
qui cupis Greco susceptos erudire tramite.
quam non ante sperabamus, nunc surrexit gloria.

Haud te latet, quod iubente Christo nostra filia,
Michaele comitante, sollers maris spatia
ad tenenda sceptra regni transitura properat.

Hac pro causa Grecam doces clericos grammaticam
nostros, ut[a] in eius pergant manentes obsequio,
et Graiorum videantur eruditi regulis.

Versus Pauli.

Sensi, cuius verba cepi exarata paginis.
nam a magno sunt directa, quae pusillus detulit;
fortes me lacerti pulsant, non inbellis pueri.

Magnus dicor poetarum vatumque doctissimus
omniumque praeminere gentium eloquio
cordis et replere rura fecundis seminibus.

Totum hoc in meam cerno prolatum miseriam;
totum hoc in meum caput dictum per hyroniam;
eheu[b]! laudibus deridor et cacinnis obprimor.

Dicor similis Homero, Flacco et Vergilio,
similor Tertullo sive[c] Philoni Memphitico,
tibi quoque, Veronensis o Tibulle, conferor.

Peream, si quenquam horum imitari cupio,
avia[d] qui sunt secuti; pergentes per invium
potius sed istos ego conparabo canibus.

Graiam nescio loquellam, ignoro Hebraicam;
tres aut quattuor in scolis quas didici syllabas,
ex his mihi est ferendus maniplus ad aream.

Nulla mihi aut flaventis est metalli copia
aut argenti sive opum, desunt et marsuppia.
vitam litteris ni emam, nihil est quod tribuam.

Pretiosa quaeque vobis dona ferant divites;
alii conportent gemmas Indicosque lapides;
meo pura tribuetur voluntas in munere.

Anchora me sola vestri hic amoris detinet,
nectar omne quod praecellit quodque flagrat optime.
non de litteris captamus vanae laudem gloriae.

Nec me latet, sed exulto, quod pergat trans maria
vestra, rector, et capessat sceptrum pulchra filia,
ut per natam regni vires tendantur in Asiam.

Si non amplius in illa regione clerici
Graecae proferunt loquillae, quam a me didicerint,
vestri, mutis similati deridentur statuis.

a) *deest c.* b) heu *c.* c) seu *c.* d) avĭa *c.*

Sed omnino ne linguarum dicam esse nescius,
pauca, mihi quae fuerunt tradita puerulo,
dicam; cetera fugerunt iam gravante senio:

De puero qui in glacie extinctus est.

Trax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro,
frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amni,
Praesecuit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
'Hoc peperi flammis, cetera', dixit, 'aquis'.

Haec non multo post annum 781. *scripta sint oportet, quo Rothrud, Karoli filia, imperatori Constantinopolitano est desponsata*[1]. *Altero carmine Sigefridi regis Danorum mentio fit, cujus legati a.* 782. *Karolum adierunt*[2]*: conversionem ejus, jocose ut videtur, rex Paulo injungere voluit*[3]. *Karoli jussu epitaphia sororum, uxoris Hildegardis, quae a.* 783. *obiit, et filiarum duarum composuit*[4]. *Tunc etiam excerpta ex libris Pompeii Festi facta crediderim, quae Karolo transmissa*[5] *sine causa alteri cuidam Paulo*[6] *recentiores*

1) *Ann. Laureshamenses, SS. I, p.* 32. 2) *Ann. Laur. maj., ib. p.* 162. 3) *V. carmina II et III, Z. f. D. Alt. l. l. p.* 452. *Ibique alia sunt collecta.* 4) *G. Mett., SS. II, p.* 265. 5) *Epistolam ex cod. Monacensi Nr.* 14734, *s. X, descriptam cum lectoribus communicamus, ut ipsi judicare queant, num Pauli ingenio respondeat:*

Divinae[a] largitatis munere, sapientia potentiaque praefulgido Caralo[b] regum sublimissimo Paulus ultimus servulus. Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere, quia ex propriis perparum valeo, necessario ex alieno mutuavi. Sextus[c] denique Pompeius Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum, quam etiam quarundum causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque[d] prolixa volumina extendit; ex qua ego prolixitate superflua quaeque et minus necessaria praetergrediens, et quaedam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, nonnulla ita ut erant posita relinquens, hoc vestrae celsitudini legendum conpendium[e] obtuli; in cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quaedam secundum artem, quaedam iuxta ethimologiam posita non inconvenienter invenietis, et praecipue civitatis vestrae Romuleae, portarum, viarum, montium, locorum tribuumque vocabula diserta repperietis, ritus praeterea gentilium et consuetudines varias, dictiones quoque poematis[f] et historiographis familiares, quas in suis opusculis frequentius posuere. Quod exiguitatis meae munusculum si sagax et subtilissimum[g] vestrum ingenium non usquequaque[h] reppulerit, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit.

Adduntur versus:

Multa legit paucis qui librum praedicat istum;
Hoc servus fecit, Karolo rege, tuus.
Sic una ex multis nunc fiat ecclesia templis;
Det David vires scilicet ipse Deus.

Urbs Romulea *etiam Hist. Lang. II,* 23. *et G. Mett. p.* 265. *dicitur;* extremus b. Benedicti servulus *scribit Paulus in homilia, Migne XCV, p.* 1577. — *De optimo cod. Paris. Nr.* 7662. *v. ib. p.* 1704. 6) *Talis hoc tempore plane ignotus est. Paulus diaconus Neapolitanae ecclesiae, qui Acta S. Mariae Aegyptiacae de Graeco in Latinum transtulit aliaque scripsit, Karoli Calvi tempore vixit. De quo cf. Fabricius, Bibl. med. V, p.* 199 *(ed. Flor.* 1858*); Bethmann p.* 323. *Posterius etiam vixisse videtur alter Paulus diaconus Casinensis, qui codicem scripsit epistolarum Pauli (ap. Mai, Spicil. V, p. XXII, minus recte commentarius dicitur in Pauli epistolas), v. Tosti, Hist. Casin. I, p.* 104.

a) *deest ed.* b) domino regi C. *ed.* c) Festus *ed.* d) *deest ed.* e) compendio *ed.* f) poetis *ed.* g) subtilismum *c.* h) quave *c.*

tribuere voluerunt[1]*: noster certe in Historia Langobardorum iis usus est. Sed etiam majus opus 'Paulo diacono, familiari clientulo nostro' rex injunxit, 'quo tractatus', ut ait epistola ipsius nomine scripta*[2]*, 'atque sermones diversorum catholicorum patrum perlegens et optima quaeque decerpens, in duobus voluminibus per totius anni circulum congruentes cuique festivitati distincte et absque vitiis obtulit lectiones'.*

Quod cum hac praefatione regi transmisit[3]*:*

Summo apici rerum regi dominoque potenti
Dat famulus supplex verba legenda suus.

Ampla mihi vestro est humili devotio servo
Praeceptis parere tuis, celeberrime regum,
Quem dedit omnicreans Rector miseratus ab altis
Christicolum populis defensoremque patremque.
Sit licet effectus modicis pro viribus impar[a],
Ingens ardenti tamen est sub corde voluntas.
En iutus[b] patris Benedicti mira patrantis[c]
Auxilio meritisque piis, vestrique fidelis
Abbatis dominique mei, etsi iussa nequivi
Explere ut dignum[d] est, tamen, o pietatis amator,
Excipe gratanter, decus et mirabile mundi,
Qualemcumque tui famuli, rex magne, laborem;
Quodque sacro nuper mandasti famine condi,
Nunc opus acceptans, rutilo comitare favore.
In quo si quid erit labis[e] vitiique nocentis,
Illud vestra sagax nimium sapientia purget,
Utque legi per sacra queat domicilia Christi,
Nullius titubante fide si sensibus altis
Enixe, ut cupio, vestris utcumque placebit,
Firmum ordo capiat vestra sanctione vigorem.

Quae hic de ope sancti Benedicti et abbatis 'domini sui' dicta sunt suadere videntur, ut grandem hanc homiliarum collectionem a Paulo Casinum reverso demum absolutam esse statuamus[4]*.*

In Francia vero, Angilramno episcopo Metensi petente[5]*, prope quem in quodam urbis monasterio diutius vixisse videtur*[6]*, Gesta scripsit episcoporum Metensium, opus*

a) *ita Lugd.;* invir *Mod.* b) iustus *Mod.* c) patrantibus *Mod.* d) dictum *Mod.* e) labiis *Lugd. Mod.*

1) *Objicitur quod in codd. nonnullis Paulus pontifex vel sacerdos dicitur; cf.* Bethmann *p.* 321. *Sed in vetusto illo Monacensi nihil ejusmodi legitur. Et in antiquo catalogo bibliothecae Laureshamensis, Mai Spicil. V,* 193, glossae Pauli diaconi *afferuntur, quo titulo apte excerpta illa indicari poterant. Neque quod negligentius excerpta facta, multa deformata sunt vel parum intellecta, a Pauli ingenio abhorret. Extrema epistolae verba, haec in primordiis initae cum Karolo familiaritatis ponenda esse, ostendunt.* 2) *LL. I, p.* 44. *Ex cod. Carlsruh. (olim Augiensi) s. IX, quo jam Mabillon usus erat, Ann. Bened. II, p.* 328, *denuo ed. Ranke, Theol. Studien und Kritiken* 1855, *p.* 387. 3) *Editionem paravit Bethmann ex cod. Batavo-Lugdunensi, Voss. Lat.* 4, *s. X, et Modoetiensi (Lectionario caractere quadrato s. VIII), quo usus est Frisi, Mem. di Monza III,* 152. *Exstat etiam in cod. Carlsruhano, olim Augiensi, ex quo partem ed. Mabillon l. l. p.* 329. 4) *Ita recte Dahn p.* 48 *sq. contra Bethmannum (p.* 265 *n.* 301*; cf. tamen p.* 249. 272*).* 5) *Hist. Lang. VI,* 16. 6) *Epistola supra edita procul dubio hic scripta est. Neque tamen locus a Pertzio, SS. II, p.* 260, *allatus (ib. p.* 263*) docet, Paulum dum scriberet ibi praesentem fuisse.*

ad imaginem Gestorum pontificum Romanorum conceptum, cujus simile cis Alpes nondum exstabat, quod postea vero quam plurimi sunt imitati. Quo etiam ut Karoli majores, Arnolfum episcopum ejusque propaginem ipsumque Karolum celebraret, nactus est occasionem[1]. *Praeterea tunc fortasse, Adalhardo abbate Corbejensi flagitante, Gregorii I. papae epistolas describendas emendandasque suscepit, sed aegritudine impeditus nonnisi minori earum parti hanc curam impendere potuit*[2]. *Epistolam huic libro praemissam ex codice archetypo, tunc in bibliotheca S. Germani Parisiensi asservato, cujus fata nescimus, descriptam Mabillon edidit partemque aeri incidere fecit*[3]. *Quam, cum auctoris vitae et studiis lucem afferat, hic quoque inserendam duximus.*

Carissimo fratri et domino Adalardo, viro Dei, Paulus supplex. Cupieram, dilecte mi, aestate praeterita videre faciem tuam, quando illis in partibus fui; sed praepeditus lassitudine sonipedum ad te venire non potui. Interioribus tamen oculis, quibus solis valeo, tuae fraternitatis dulcedinem frequenter aspicio. Volueram equidem tuis imperiis iam ante parere; sed, utpote pauper et cui desunt librarii, prius hoc facere nequivi, maxime cum me tam prolixa valitudo contriverit, ut a mense Septembrio paene usque ad diem nativitatis Domini lectulo detentus sim, neque licuerit clericulo illi qui haec eadem utcumque scripsit, manum ad atramentarium mittere. Suscipe tamen, quamvis sero, epistolas quas desiderasti; et quia mihi eas ante relegere prae occupatione totas non licuit, 34 ex eis scito relectas et prout potui emendatas esse, praeter pauca loca, in quibus minus inveni, et tamen meo ea sensu supplere nolui, ne viderer tanti doctoris verba inmutare. Quibus in locis et forinsecus ad oram zetam, quod est vitii signum, apposui. Tua itaque fraternitas, si se facultas dederit, reliquas epistolas ad emendatiorem relegere studeat codicem, sed et loca in quibus minus habetur, nihilominus supplere. Hoc tamen sanctitati tuae suadeo, ne passim propter aliqua, quae in eis minus idoneos latere magis quam scire convenit, publicentur. Vale, frater amabilis, semper in bonis gliscens; et cum mentem ad superna tetenderis, memento mei.

Ante suos refluus Rhenus repedabit ad ortus,
Ante petet fontem clara Mosella suum,
Quam tuus e nostro, carum ac memorabile semper
Dulce Adalard nomen, pectore cedat amor.
Tu quoque, si felix vigeas de munere Christi,
Esto memor Pauli tempus in omne tui.

Paulus per plures annos in Francia degens diversas ejus regiones visitavit, mox regem, ut opinari fas est, comitatus, mox fortasse celebriora sui ordinis monasteria 'orationis causa' adiens. Theodonis villam[4] *venit, Pictavi ab Apro S. Hilarii abbate*

1) *Cf. quae Bonnell, Anfänge p.* 45, *contra Bethmannum p.* 266, *qui etiam altiora Paulo tribuere voluerat consilia, monuit. Inter gloriosa Karoli facta etiam Langobardorum subjectionem recenset et 'clementem regis moderationem', qua 'victoriam temperavit', praedicat.* 2) *Totus epistolae tenor, et singula verba, ut* 'Paulus supplex' *quae de se* 'paupere' *scribit, quod Mosellae mentionem facit, omnem dubitationem tollunt, quin Paulus hic revera noster sit Casinensis. Mabillon, Ann. II, p.* 284, *ipsum jam senem in suo monasterio hoc opus suscepisse, opinatus est. Certe nimis audacter Bethmann p.* 298. *epistolam ad Mosellam scriptam contendit. Rheni et Mosellae mentionem etiam postea facere poterat; sed* 'pauper et cui desunt librarii' *fortasse magis itineri Gallico quam monasterio Casinensi conveniunt. Adalhardus ipse aliquamdiu ante a.* 780. *hic monachus versatus est; Vita c.* 12, *SS. II, p.* 525; *cf. Mabill. Ann. II. p.* 252. 3) *Acta I, p.* 397; *Ann. II, p.* 284; *De re dipl. p.* 360. *Codicem a.* 1791. *furto esse ablatum, V. Cl. Delisle retulit; v. N. Archiv I, p.* 607. 4) *Hist. Lang. I,* 5.

rogatus celeberrimo poetae Fortunato epitaphium composuit[1]*; etiam in boreales Galliae partes profectus esse videtur*[2]*, vix tamen Rhenum transgressus.*

Post aliquot annos vero in patriam rediit; id quod rege permittente factum sit, oportet, cum Paulum intima familiaritate etiam post Karolo junctum videamus[3]*. Sed Arichi duci quoque amicitiam servavit, eique a.* 787. *mortuo epitaphium confecit, venerationis et amoris insigne monumentum*[4]*. Romae*[5]*, his fortasse annis*[6]*, vitam scripsit Gregorii I. papae. In monasterio vero Casinensi sermones, quales plures exstant*[7]*, aliaque composuit. Cum Karolus regulam sancti Benedicti peteret, a Paulo epistola 'dictata est', quacum Theudemarus abbas et conventus illam transmiserunt*[8]*. Praeterea discipulos etiam aliunde venientes in litteris erudivit*[9]*. Per ultimos vero vitae annos libro operam navavit, qui inter rerum medii aevi scriptores insignem locum ipsi vindicat. Cum quondam de historia Romana continuanda cogitasset, nunc gentis suae gesta enarranda suscepit. Nec tamen, quo tempore Historia Langobardorum incepta sit, vel quo anno mors ipsum ab opere imperfecto avocaverit, constat. Sed ante Karoli coronationem Romanam eum calamum deposuisse, conjicere licet. Diem obitus* 13. *Aprilis Necrologium Casinense annotavit*[10]*. Ejus memoriam vero celebrat carmen in ipso monasterio sive ab Hildrico ejus discipulo sive sub hujus nomine factum et tumulo inscriptum, quod quamvis errore non careat, grave tamen*

1) *Hist. Lang. II,* 13. 2) *Epistola ad Adalhardum, supra p.* 21, 11. 3) *Ejus rei luculenta sunt testimonia carmina a Karolo Casinum missa, de quibus v. Bethmann p.* 248 *sqq.* 4) *Quod servavit Chron. Salern. I,* 20, *p.* 482. *Similibus verbis laudatur in carmine inedito Cod. Harlei. Nr.* 3685, *a V. Cl. Dümmlero mecum communicato, quod non sine causa Paulo tribueris:*

Catholicus princeps Arichis, tam corpore pulcher
Pectore quamque magis virtute insignis, et armis
Omnia conponens, quem sic sapientia compsit,
Redderet ut variis satis artibus esse potentem,
Quo merito Latie dicatur gloria gentis
Bardorum et culmen, pietatis cultor et index,
Iusticieque tenax, summus servator honesti;
Iste pater patrie, lux ..... omne suorum,
Mente satis vigili pensare et acumine magno
Tempore supremo ventura pericula seclo *etc.*

Sunt fortasse 'Versus ad Arechis', quos Petrus Casinensis recenset; v. p. 24 *n.* 5) *Romae scriptam ostendunt verba c.* 1*:* in hac urbe Romana; *cf. c.* 4*:* intra urbis huius muros*; c.* 23. 29*:* in hac civitate Romana. *Paulum auctorem esse, non solum codicum probatur auctoritate, sed etiam cap.* 10. *comparatione cum Hist. Lang. III,* 23. *et Gregorio Turonensi, ex quo haec sumta sunt.* 6) *Hist. Lang. III,* 24: ante aliquod(t) annos. *Cur Bethmann p.* 304. *vitam hanc scriptam putet, antequam Paulus monasterium ingressus sit, non video. Verba c.* 6: nos tamen credere decet nihil eum monasticae perfectionis perdidisse occasione curae pastoralis, *monacho convenire patet.* 7) *Bethmann p.* 302. *Homilias a Martenio et Maio editas collegit Migne XCV, p.* 1566. *Tertia integra edita exstat ap. Tosti p.* 106—112. *De Paulo auctore sine causa dubitat Dahn p.* 69. 8) Epistula ad regem Karolum de monasterio sancti Benedicti directa et a Paulo dictata. *Ed. Jaffé, Bibl. IV, p.* 358. *Codices etiam Romae in bibl. Barber. XI,* 64 *et Tuderti vidit Bethmann; Arch. XII, p.* 379. 530. *In anno* 791. *eam collocat Dahn.* 9) *Johann. G. episc. Neap. infra edenda:* Alios deinde clericos in monasterium sancti Benedicti Paulo levitae destinavit *(episcopus Stephanus).* Unus vero de istis Iohannes nomine, qui post diaconus ordinatus est, apprime eruditus effulsit. *His cur fidem deneget Dahn p.* 73, *non video.* 10) Eidus Aprilis obiit venerandus memoriae domnus Paulus diaconus et monachus; *cf. Bethmann p.* 249.

vitae et meritorum ejus testimonium est habendum[1]*; quo nec hoc loco carere possumus*[2].

Epytaphyum Pauli diaconi.

Perspicua clarum nimium cum fama per aevum
Astra simul iunctum pangant te caetibus almis:
Veridicos, lęvita, tuos quis, summe, triumphos
Lucifluis, Paule, poterit deprómere dictis?
Ut tua sed lector properans huc noscat et hospes
Sacrata tumulo requiescere membra sub isto,
Laudis, amande, tuae summatim carmine digno
Almificos actus dignum est reserare canendo.
Eximio dudum Bardorum stemmate gentis,
Viribus atque armis quae tunc opibusque per orbem
Insignis fuerat, sumpsisti generis ortum.
Tam digna[a], postquam, nitidos ubi sepe Timabus
Amnis habet cursus, genitus tu prole fuisti,
Divino instinctu regalis protinus aula
Ob decus et lumen patriae te sumpsit alendum.
Cum tua post ibidem[b] populis et regibus altis
Tunc placida cunctis vita studiumque maneret:
Omnia sophiae caepisti culmina sacrae,
Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter.
Plurima captasses dignę cum dogmata cuius,
Resplendens cunctos superis ut Foebus ab astris:
Arctoas rutilo decorasti lumine gentes.
Etsi[c] iam nimium fluidi cum gloria saecli
Condignis ditaret ovans te sedule gazis:
Lucis ob aeternae vitam sine fine beatam
Audacter sprevisti huius devotus honores,
Regis et immensi fretus pietate polorum,
Vernanti huc domino properasti pectore Christo
Subdita colla dare Benedicti[d] ad septa beati;
Exemplis mox comta tuis[e] ubi contio sacra
Tum iubar ut fulgens caepit radiare coruscis.
In te nam pietas iugiter, dilectio dulcis,
Nectareus et pacis amor, patientia victrix,

a) digna est *c.* b) *ita corr.;* tibidem *c.;* Tibridem *edit.* c) Ec sin *c.* d) *fortasse legendum:* ad Benedicti. e) *ita ed.; evanuit vox in cod.*

1) *Legitur in cod. Casin. Nr.* 353, *f.* 286, *vix tamen s. X. medio, ut Bethmann putavit, p.* 250 *n., sed, ut eruditi Casinenses et V. Cl. Sickel me petente agnoverunt, s. XI. exeunte folio vacuo relicto inscriptum. Aperti vero scribendi errores, vetustius exemplar hic exceptum esse, probant. Quae Chronici Salernitani auctor c.* 37, *p.* 489*:* super eius tumulum partim quae in hoc mundo gessit, partim de eius prudenciis, quove temporibus perdurasset, sacris litteris exaratum invenimus, *eadem fuisse videntur, temporum notis aucta, quae, vix versibus expressae, in codice non sunt repetitae. Dahn epitaphio omnem denegandam putat fidem, quia de tempore quo Paulus monasterium Casinense ingressus est minus recte referat. Sed Hildricus fortasse puer, cum Paulus post plures annos 'aula regia et gloria saeculi' relicta in monasterium rediret et denuo 'colla s. Benedicto subderet', primitias vitae monasticae aut nescire aut consulto praeterire poterat. Cf. praeterea quae monui Gött. Gel. Anz.* 1876, *p.* 1515 *sq.* 2) *Priores editiones affert Bethmann p.* 250. *Quibus adde Migne p.* 429*; Dahn p.* 103.

Simplicitas sollers nimium, concordia summa,
Omne simulque bonum semper, venerande, manebat.
Nunc ideo caeli te gemmea regna retentant;
Sideream retines pariter per saecla coronam.

Hoc tibi, posco sacer, gratum sit carmen honoris,
Hildric en cecini quod lacrimando tuus.
Quem requiem captare tuis fac, queso, perennem
Sacratis precibus, semper amande pater!

Saeculo X. vero fama popularis et scriptoris fabulas vendere cupidi levitas de Paulo, viro in Italia inferiori celeberrimo, tradiderunt[1], *quae a vero plane abhorrere, primo nunc patet aspectu, quae tamen alii ejus regionis auctores, Leo Ostiensis*[2], *Iohannes Vulturnensis*[3], *Romualdus Salernitanus*[4], *latius propagarunt: Paulum consiliarium dilectissimum et fidelissimum regis Desiderii fuisse, quo devicto bis terve in Karoli necem eum conspirasse, ideo aliis poenis relaxatum in exilium missum esse, sed fuga elapsum tunc demum Beneventum ad ducem Arichim venisse, hoc mortuo in S. Benedicti coenobio sanctae religionis habitu indutum esse et ita usque ad vitae finem et litterarum studio et humilitate necnon et taciturnitate excelluisse. Neque rectius Paulus Aquilegiensis ecclesiae diaconus dicitur*[5], *sed in monasterio Casinensi hunc primum ordinis ecclesiastici gradum*[6] *assecutus esse putandus est. Quae vero de commentario in regulam S. Benedicti scripto*[7] *et palatio, quod in urbe sua Arichis dux construxerat, a Paulo versibus ornato Salernitanus tradit, comperta habere potuit.*

1) *Chron. Salern. c.* 9, *SS. III, p.* 476; 36. 37, *p.* 488. 2) *I,* 15, *SS. VII, p.* 591. *Addit, Paulum regis Desiderii fuisse notarium, et de scriptis ejus haec monet:* In historia etiam Romana, quam Eutropius breviter composuerat, eiusdem Adelpergae rogatu plurima hinc inde ex historiis ecclesiasticis addidit. Ad ultimum vero duos libellos a tempore Iuliani apostate, in quem ipsam hystoriam Eutropius terminaverat, usque ad tempora primi Iustiniani imperatoris eidem annexuit. Necnon et universas fere annalis computi lectiunculas rithmice composuit.... Historiam quoque gentis suae, id est Langobardorum, et nonnulla alia scripta eleganti stilo composuit. Inter quae versus quoque reciprocos elegiaco metro digestos et hymnum de singulis beati Benedicti miraculis satis diserto sermone conscripsit. *Praeterea de carmine a Karolo ipsi misso refert. Petrus Casinensis haec ita auxit, De vir. ill. Cas. c.* 8 *(ed. Fabricius p.* 107*):* Paulus Aquileiensis patriarchii diaconus regisque Desiderii notarius sub Theodemario abbate ad Casinum perveniens monasticumque scema suscipiens, sanctitate, gravitate suo tempore singularis, philosophia quoque a pueritia eruditus. Composuit in laudem beatissimi Benedicti versus elegiaco metro digestos; hymnos quoque sancti Iohannis baptistae sanctique Benedicti, versus ad Carolum imperatorem, ad Arichis Beneventanum principem, sanctique Fortunati episcopi vitam eleganter descripsit; homilias quoque quinquaginta, sancti pontificis Gregorii vitam, in regula sancti Benedicti expositionem, ac de ingressu Langobardorum in Italiam, origine regnoque eorum historiam valde luculentam edidit. In historia autem Eutropii quam plurima adiunxit. Universas etiam lectiunculas a principio mundi usque ad suam aetatem una cum annali computo rithmice composuit. Fuit autem temporibus Caroli imperatoris. Sepultus est in eodem cenobio iuxta ecclesiam sancti Benedicti ante capitulum. *Cf. quae de his monuit Bethmann p.* 251 *n.* 3) *Muratori I,* 2, *p.* 326. 4) *Muratori VII, p.* 144. 150. *In nova SS. Vol. XIX. editione omissa.* 5) *c.* 37, *p.* 489. *Quod Leo omisit.* 6) *Paulus a se ipso in homilia de s. Benedicto (Bethmann p.* 302*) et a coaevis saepissime 'diaconus' vocatur; 'levita', quod idem significat, in epitaphio et in Iohannis G. epp. Neap., infra. Cf. Bethmann, p.* 254 *n. 'diaconus et philosophus' audit in cod. Casin. (Migne p.* 1574*).* 7) *c.* 37, *p.* 488*:* Set dum valde fuisset nempe oratus a patre ipsius monasterii simulque quippe et a fratribus, ut praedictam regulam, quicquid obscurius invenire ibidem,

Apud eum de Historia Langobardorum ne verbum quidem. Sed saeculo prius Erchempertus scripsit: Langobardorum seriem, egressum situmque regni, hoc est originem eorum, vel quomodo de Scandinavia insula egressi ad Pannoniam, iterum a Pannonia Italiam transmigraverint regnumque susceperint, Paulus, vir valde peritus, compendiosa licet brevitate set prudenti composuit ratione, extendens nichilominus a Gammara et duobus liberis eius hystoriam Ratchis pene usque regnum. *Et mox non solum in patria terra sed per totum Franciae regnum propagatus, lectus et exscriptus est liber, quo Paulus res a popularibus gestas memoriae tradere studuerat.*

Opus procul dubio ab ipso auctore in sex libros est digestum; libri in capitula divisi; cuique libro capitum index praemissus. Liutprandi regis obitus sexto libro finem facit; in cujus ultimo capitulo cum Paulus dicat: miraculum quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus, *de historia ulterius deducenda, id est libro certe septimo adjiciendo, quin ipse cogitaverit, dubitari nequit*[1]. *Ideo, ut videtur, liber praefatione caret, ita ut de ejus consilio et fontibus nonnisi ex ipso judicari possit.*

Ut res a sua aetate remotas narraret, Paulus quotquot potuit subsidia satis diligenter adhibuit[2]. *Brevem illam Langobardorum historiam Originis nomine inscriptam integram fere recepit; etiam quae fabulosa ipsi videbantur cum lectoribus communicare, observationibus suis additis, fas duxit (I, 8). Cum his alteram conjunxit narrationem, quae prorsus diversa de sedibus et migratione gentis illius tradidit, haec inter se pugnare vix animadvertens vel parum curans. Postea praesertim Secundi episcopi Tridentini*[3] *libro adjutus est, qui saeculo VI. exeunte, VII. ineunte vixit (obiit a.* 612*) et Paulo teste 'succinctam de Langobardorum gestis composuit historiam' (IV,* 42*; cf. III,* 28. *IV,* 27*), qua fortasse etiam antiquiora illa tempora tetigit*[4]. *Certe Paulus quaecumque de rebus s. VI. et VII. gestis accuratius refert ex hac sumsisse*

in patulo proderet, ipse vero obedienter omnimodis se talia nimirum adimplere respondit, atque quicquid obscurius ibidem repperire potuit, mirabili relatione in patulo protulit, codicemque illum 'super regulam' appellari praecepit. Scripsit autem et alia nonnulla opuscula sermone luculento. *Cf. hac de re Bethmann p.* 299. *Codex Bobiensis s. X. aperte dicit:* Incipit expositio Pauli diaconi super regulam sancti Benedicti abbatis. *Cui fidem habendum esse puto.* — *Ibid. p.* 489*:* ipsum palatium, quod princeps . . . Arichis struxit in memorata Salernitana urbe, undique ipsum versibus illustravit. Set quia fuerunt sequestrati et propter longo tempore sunt vetustati, numerare legereque illos nequivimus. Nam si in una quippe pagina fuissent nexi, comparare illos profecto potuissemus Maroni volumina nimirum Catonique sive profecto de aliis sophistis. *Num 'Versus in tribunali' a Hauptio et Dümmlero (Z. f. D. Alt. XII, p.* 460*) editi huc pertineant, incertum est; ne Pauli nomen quidem indicant. Sine causa vero Leo Ostiensis idem de palatio Beneventano dixit; v. Bethmann p.* 251 *n.* 1. 1) *Quod Erchempertus loco supra allato dicit, certe ad initium regni Ratchis referendum est. Quae vero de causa addit, qua Paulus adduci potuerit, ut calamum hoc loco deponeret, in mera conjectura consistunt.* 2) *De fontibus historiae Langobardorum diligenter tractavit R. Jacobi Halensis.* 3) *Ex codice Weingartensi hoc ejus fragmentum ad a.* 580. *pertinens edidit Bonelli, Notizie storiche della chiesa di Trento III (Trento* 1762*), p.* 483*; inde Troya, Codice dipl. Nr.* 8*; Bethmann, Arch. X, p.* 350*; Baudi di Vesme, Edict. p. LXXV):* A principio usque ad passionem Domini sunt anni 5229, passo Christo usque in presentem annum sunt 554, et a presente pascha iuxta prophete eloquium, secundum quod humane fragilitati datur capere intellectum, restant de presenti seculo anni 217. Et in hoc supra memorato anno fuit bissextus, residentibus in Italia Longobardis ann. 12, eo quod secunda indictione in ea ingressi sunt mense Maio. Acta sunt supra scripta omnia in civitate Tridentina in loco Anagnis, presedente Agnello episcopo anno 3. expleto. Ego Secundus servus Christi scripsi hec conversionis sacre relegionis mee anno 15, imperii Tiberii anno primo, mense Iunio, indict. 13. 4) *Secundi codicem adhuc s. XII. Brixiae fuisse, incerta est notitia; Emmert, ap. Mone Anzeiger* 1839, *p.* 282.

putandus est[1], *qua destitutus brevem et jejunam tantum temporum subsequentium notitiam dedit (IV, 23 sqq.). His vero ea inseruit quae de imperatoribus Constantinopolitanis, de regibus Francorum, de scriptoribus ecclesiasticis, de monasterio S. Benedicti comperta habuit, ita ut generalem fere s. VI.— VIII. historiam conderet, quae historiae Romanae in medio saeculo VI. desinentis quasi continuatio possit haberi. Ad manus ei fuerunt Plinii historia naturalis, Servii commentarius in Vergilium, quem Donati nomine laudat (II, 23), Catalogus provinciarum Italiae infra edendus (II, 20), Isidori chronicon et Etymologiae, Gregorii I. Magni dialogi et epistolae, Gesta pontificum Romanorum ad Gregorium II. usque deducta, Marci carmen in laudem S. Benedicti (I, 26), Eugippii vita Severini, Autperti vita Paldonis et Tasonis (VI, 40), Jordanis liber de rebus Geticis (II, 17)*[2], *Gregorii Turonensis Historia ecclesiastica Francorum, in qua multa etiam de Francorum bellis cum Langobardis gestis invenit*[3], *Bedae liber de sex aetatibus mundi et Historia ecclesiastica Anglorum, Digestorum codex (I, 25), Edictus Rotharis cum additionibus Grimoaldi (I, 21. V, 33), epitaphium Droctonis quod Ravennae exstabat (III, 19). Praeterea fastos vel annales s. V. (I, 25. II, 14), fortasse etiam catalogum ducum Beneventanorum*[4] *et Spoletanorum habuisse putandus est. Plura vero eaque magni facienda etiam ex populi ore collegit, sive carminibus ferebantur sive singulis locis narrabantur (II, 8. III, 32. VI, 5; cf. I, 27). Saepe ad ea provocat quae ab aliis visa audierat (I, 2. 6. 13. II, 8. V, 19). Etiam terrarum situm cognoscere et describere ipsi curae est: primo et secundo praesertim libro, cum pauca de rebus gestis tradenda essent, in his versatur. Italiam saepius pervagatus — praeter Papiam, Romam, Beneventum, etiam Modoetiam et Astam eum vidisse, verisimile est (IV, 22. V, 6); Larium lacum carmine celebravit*[5] *— de ecclesiis aliisque aedificiis constructis notitias collegit (IV, 48. V, 34. 36. VI, 1. 17. 58). Nihilominus vero multa et gravia ejus notitiam effugisse, scriptorum Byzantinorum aliorumque monumentorum quae exstant comparatio docet.*

Libris scriptis Paulus ita usus est, ut non raro ipsorum verba retineret, id quod praesertim in locis ex Gregorio et Beda sumtis factum videmus, alibi vero ea paulo plusve mutaret, augeret. Eandem qua in historia Romana res diversas inter se conjunctas videmus levitatem[6] *hic deprehendimus*[7]. *Neque id cavit, ne talia adjiceret quae vel verborum sensum turbarent vel res aliter disponerent. Temporum ordinem parum curat. Quae gentis suae gloriae nimis adversari videbantur silentio praeterit*[8]. *Ecclesiae catholicae addictus Theodelindam celebrat, cujus meritis Langobardi 'a gentilitatis errore' ad catholicam fidem sunt conversi (IV, 6), non tamen acerbius antiquiores castigat reges qui fidem profitebantur Arianam. Rarissime judicium prodit; aequo animo res a se remotas perstringit*[9]. *Nimis fabulosa respuit*[10], *fideliter vero quae ex ore populari accepit reddidisse videtur.*

1) *Cf. Baudi di Vesme, Edicta Introd. p. LXXIV, qui tamen nimia fiducia de singulis locis judicat. Quae Cont. Prosperi Havniensis de Langobardis narrat notatu valde digna ex Secundo sumta esse, Bethmann (Arch. X, p. 381), Hille (p. 10), alii statuerunt. Sed recte Jacobi hoc negavit.* 2) *Unum hunc locum non magni facerem, nisi in historia Romana saepius eo usus esset. Libri de regnorum successione certa vestigia haud inveni.* 3) *Fredegarii epitomen et chronicon inter Pauli fontes non retulerim, quamvis nonnumquam (II, 5. IV, 15. 43. 50) similia narret.* 4) *Nimis certe de chronico ducum Beneventanorum loquitur Baudi di Vesme p. LXXIV. Tale si exstitisset, in Gestis epp. Neapolitanorum, Vita Barbati ejus vestigia deprehendere deberemus.* 5) *Z. f. D. Alt. XII, p. 451. Dahnio assentiri nequeo, qui p. 66. hoc carmen Pauli esse negat.* 6) *V. quae Bauch dissertatione sua p. 64. de Romana exposuit historia. Neque Oechsli p. 58. et Droysen, Forsch. XV, p. 175, mihi alia persuadere potuerunt.* 7) *Singulis locis haec annotanda duxi.* 8) *Bethmann p. 285. benignius de eo judicasse videtur. Neque Baudio di Vesme prorsus assentiri possum dicenti: 'Paulus spectatae omnino fidei quamvis non semper recti judicii historicus'.* 9) *Quae Dahn p. 16. de operum indole dicit probare nequeo.* 10) *Sed sanctorum miraculis firmiter credidit.*

Narratio his praesertim partibus vivacior quam verior; nonnumquam carminum antiquorum relatum audire credas.

Veteres auctores non multos affert neque magnam eorum copiam habuisse videtur. Ad historiam Romanam augendam praeter Hieronymi et Prosperi chronica praesertim epitomen quae Aurelii Victoris nomine fertur, Orosium et Jordanem adhibuit, praeterea Frontinum, Plinium; an Livium viderit, dubium est. Vergilii locum in Historia Langobardorum exscripsit (I, 6); alios poetas in carminibus memorat vel imitatur.

Paulum plerosque sui saeculi, praesertim vero temporis anterioris scriptores lingua puriore superasse, ex eo patet, quod tam Karolus rex quam Adalhardus abbas stilo ejus utebantur ad libros veteres emendandos, soloecismos aliaque vitia eliminanda[1]. *Et quam diligenter in hac re versatus sit, ipse epistola ad Adalhardum data profitetur. Sunt qui etiam grammaticum opus ipsi tribuerint*[2].

Vix tamen sermonem, quo in Historia Langobardorum usus est, laudaveris. Si codicibus antiquissimis fides, non raro contra grammaticae regulas peccavit Paulus. Linguae vulgaris, qua s. VII. et VIII. scriptores tantum non omnes utebantur, tam Itali quam Galli, vestigia non paula invenies. Non certo certius constat, quae ipsi Paulo, quae amanuensibus sint tribuenda. Si Historia Langobardorum aliis libris negligentius scripta videtur et plura barbarae locutionis exempla praebet, considerandum quidem est, opus imperfectum esse et vix ab ipso Paulo relectum. Nec tamen a falsis verborum formis et soloecismis abstinuisse censendus est[3]. *Qua de re cum alibi fuse disseruerim (N. Archiv I, p. 539 sq.), haec breviter monuisse sufficiat*[4], *ne lectores offendant quae nimis barbare expressa deprehendent. Codices etiam plura ejusmodi praebent, et caute ea tantum recepi quae certa eorum auctoritate fulciri videbantur, aliis quae magis dubia erant in annotationes relatis*[5].

Sunt quidem quae suadere possint, Historiam Langobardorum non semel editam esse, sed illi quae in plerisque exstat codicibus libri formae aliam praecessisse. In indice enim capitum libri VI. ultima duo capitula non notata sunt, semel etiam antecedens (56) omissum, et ipsa haec capitula (56—58) codici desunt qui singularem Pauli recensionem praebet (B 2 infra nominandus; B 1 jam fine destitutus est). Haec non raro Pauli verba mutavit, quaedam aliter expressit, quaedam etiam addidit, quae ab

Iis quae I, 26. de S. Benedicto canit conferas homiliam (Migne p. 1575. 1579): Testatur hoc quod loquitur recens illud miraculum, quod ante hoc fere decennium gestum multisque vestrûm est cognitum, mutum scilicet ante eius hoc corpus sacratissimum fuisse locutum ... quod est admirandum vehementius, non solum loquelam propriam, hoc est barbaram, coepit effari, sed simul etiam et Latinam. 1) *Nescio unde Mabillon, De re dipl. p. 51, hauserit, cum dicat, Paulum homilias per annum legi solitas et aliquot Augustini epistolas interpunctionis signaculis illustrasse. Certe in epistola Karoli encyclica hac de re nihil.* 2) *Cf. Bethmann p. 319, qui testimonia collegit. In cat. bibl. Lauresh. ap. Mai Spicil. V p. 19 (Rhein. Mus. XXIII, p. 390) legitur:* Ars grammatica S. Augustini. Item Pauli Diaconi ad Carolum regem. *Id vero procul dubio ad codicem pertinet nunc Vaticano-Palatinum Nr. 1746, ubi f. 27'. legitur:* Incipit ars Donati quam Paulus diaconus exposuit; *quo titulo Donati artem quam dicunt minorem contineri, A. Wilmans monuit (Rhein. Mus. XXIII, p. 397). V. Cl. Keil, Grammaticorum Latinorum editor doctissimus, tale Pauli opus minime se invenisse, mihi scripsit.* 3) *Etiam Einhardum in epistolis et translatione S. Petri et Marcellini negligentius Latina lingua usum esse quam in Vita Karoli, nuper Dünzelmann monuit.* 4) *Similibus soloecismis alia hujus temporis carmina laborare, jam Giesebrecht, De litt. stud. p. 26 h., invitus fere concessit.* 5) *Hoc unum addam: quod contra Bethmanni sententiam et contra codicum aliquot auctoritatem* ae *et non* e *scripsi, codice epistolarum Gregorii Adalhardo transmisso approbatur. In ipsius epistolae specimine a Mabillonio edito legitur:* aestate, tuae, prę.

ipso auctore profecta esse credere posses. Sed alia ex errore nata videntur vel certe Paulo haud tribuenda (I, 21. adalingi *pro* Lithingi; *II,* 9. machedonus, *vocabulum prorsus inauditum pro* marpahis*), ita ut conjecturam illam tenere vix liceat. Pauli librum neutiquam grammaticorum manus evasisse, qui sermonem elegantiorem reddere studerent, aliis codicibus comparatis edocemur.*

Nam mox Historia Langobardorum magnam famam est nacta latissimeque divulgata. Andreas Bergomas et alii eam continuandam susceperunt; Erchempertus res Beneventanas gestas descripturus ad ejus exemplum provocat. Saepius excerpta facta, modo ut res Langobardorum brevius narrarentur, modo ita ut ea quae ad res Romanas et ecclesiasticas pertinebant separatim describerentur (ita in cod. Cheltenhamensi s. IX.). Quotquot de rebus Langobardicis et Italis postea egerunt, Pauli libro usi sunt[1]*. Inter quos auctor qui Gesta episcoporum Neapolitanorum condidit primum in Italia locum obtinere videtur; in Francia Regino*[2]*. Postea etiam rerum Danicarum scriptor Saxo Grammaticus Paulum exscripsit*[3]*. Codices vero innumerabiles fere per totam Europam sparsi, ita ut vix ullum opus historicum, si unum Martini Oppaviensis chronicon excipias, per medium aevum toties sit dscriptum quam Pauli Historia Langobardorum. Etiamnum plus quam centum exstant libri manuscripti, sive integri, sive mutili*[4]*; aliorum apud recentioris temporis scriptores notitiam habemus; non pauci prorsus interciderunt.*

Unus alterve non longe a Pauli aetate abest, alii certe saec. IX. vel X. exarati, plerique posteriori aetate usque ad artis typographicae incunabula descripti. De quibus partim Bethmann, partim ipse in Annalibus nostris (Archiv der Gesellschaft VII, p. 275 *sqq. X, p.* 317 *sq., Neues Archiv I, p.* 535 *sqq.) fusius egimus. Hic singulos breviter tantum recensemus*[5]*, plures discernentes classes, litteris majoribus indicatas (A* 1 *sqq.).*

(1) *Omnium qui exstant antiquissimus est codex rescriptus bibliothecae Asisiensis, prima manu litteris quas dicunt uncialibus saec. VIII. exeunte, ut videtur, exaratus, in quo fragmenta libri II. et V. deprehendit Bethmann. De quorum indole v. N. Arch. l. l. p.* 537.

(2) *A* 1. *Ecclesiae cathedralis Forojuliensis (Civitatensis), in ipsa Pauli patria, ut videtur, exaratus, s. IX. medio, manu una, calamo continuo, atramento subfusco; quaterniones formae octonariae erant* 13, *e quibus primi folia quinque priora cum septimo ultimique folium primum cum octavo exciderunt; lineae per paginam sunt* 27. *Bethmann, qui in ecclesia majore Forojuliana, canonico de Orlandis adjuvante, hujus pretiosi libri lectiones accurate enotavit, de ipso haec praeterea monuit: 'Habitus plane ut in legum codicibus saeculi IX; litterae initiales neque ornamentis neque coloribus insignitae, maculis solummodo nunc viridis nunc crocei coloris distinctae, forma Merovingicis simillimae. Capitum numeri atramento exarati in calce praecedentis cujusque capitis, non in margine. Vocum divisio admodum manca. Scribendi compendia paucissima. Alia manus per totum codicem hic illic quaedam minus bene correxit'. Textum hic traditum summae esse auctoritatis, cum Bethmanno non possumus quin statuamus. Neque tamen mendis caret, et in verborum formis exprimendis nonnumquam ab archetypo scriba recessisse videtur. Scripturae specimen vide in tabula I.*

1) *Quorum magnam partem affert Bethmann p.* 316. *Omnium primum Einhardum nominat; sed nescio an ad errorem ductus Pertzii verbis, SS. II, p.* 429, *qui p.* 431. *Gesta tantum episcoporum Mettensium indicat.* 2) *Ante eum Walafridus Strabo Pauli Gesta Langobardorum laudat, De div. off. c.* 28, *ed. Migne CXIV, p.* 962. 3) *VIII, ed. Müller, p.* 418 *sq.* 4) *Bethmann a.* 1851. *(Arch. X, p.* 319*)* 98 *recenset,* 15 *deperditos luget. Hunc sequitur Abel, Transl. p. XXI, qui* 114 *notos esse dicit. Nunc* 107 *indicare, c.* 20 *deperditos afferre licet.* 5) *Omnes, de quibus aliter non monui, Bethmann ipse evolvit.*

PAULI HISTORIA LANGOBARDORUM.

Cod. Foroiuliensis.

Hisquoq; diebus beatissimus benedictus pater & pri
us in loco qui sublacus dicitur. quia bis ab ero ma
quadraginta milibus ab ⁊. Et postea in castro casini
quodam appellatur. Et magne uite meritis & apos
tolicis uirtutibus effusit. Cuius uitam sicut notum
⁊ beatus papa gregorius in suis dialogis suaui ser
mone conposuit. Ego quoq; pro paruitate inge
nii mei ad honorem tanti patris singula eius mi
racula per singula distica elogico metro hoc modo con
Ordiarunde tuos sacerdos benedicte triumphos. Tuum
uirtutum cumulos ordiarunde tuos



Bethmann sc.

Cod Lipsiensis.

siquidem prouincia quam baioariorum populus inhabitabat habet ab oriente
panoniam ab occidente suae uiam. a meridie italiam ab aquilonis uero
parte danubii fluenta. Igitur authari cum iam prope italie fines
uenisset secum quae adhuc quieum deducebant baioarios haberet. erex
sequantum super equum cui residebat potuit. & toto adnisu securiculam
quam manu gestabat in arborem. qua eproximior aderat fixit eamq; fixam
reliquid adiciens insuper haec uerbas talem authari fercitam face
re solet. Cumq; haec dixisset tunc intellexerunt baioarii quicum eo
commitabantur eum ipsum regem authari. ee. Denique post aliquod tem

Fragmentum Gothanum.

tempore brennus rex gallorum qui apud senonas. urbes regna
bat; cum trecentis milibus gallorum senonum ad italiam uenitur.
Eamq; usq; ad seno galliamq; a gallis senonibus uocitata est. occupa
uit.; Causa autem cur galli

Bethmann sc.

(3) *A* 2. *Vaticanus Nr.* 4917, *olim Sirleti, membr.* 4. *s. XI, qui praeter Historiam Langobardorum tres continet formulas:* Qualiter patricius sit faciendus. Qualiter iudex constituendus sit. Qualiter Romanus fieri debeat *(v. Giesebrecht K. G. I, p.* 884*). Inde librum Romae scriptum esse colligendum est. Indices per singula capita sparsi, id quod scribae tribuendum esse videtur*[1]. *Liber cum A* 1 *affinitate conjunctus neque tamen ex hoc fluxit, nonnumquam etiam propius ad archetypum accedere videtur. Correcturae s. XIII. illatae non magnae sunt auctoritatis. Librum cum Muratorii editione quam accuratissime comparavit b. m. G. H. Pertz. Cf. Archiv VII, p.* 310.

(4) *A*2. Vaticanus Nr.* 3852, *olim fortasse S. Columbae prope Viennam*[2], *cujus carta in codice ligando praefixa, s. IX.* 4., *una manu exaratus, fragmenta tantum praebet, nulla librorum vel capitum distinctione servata. Lectiones, ut Bethmann recte judicavit, egregias, ipse diligenter descripsit.*

(5) *A* 2[a]. *Vaticanus Nr.* 1983, *membr. s. XV. fol., quem ex A* 2 *descriptum esse monuit G. H. Pertz. Eodem volumine Pauli historia Romana et Aretini descriptio belli Gothici continentur.*

(6) *A* 2[b]. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 941, *chart. s. XVII, itidem ex A* 2 *descriptus.*

(7) *A*3. Codex monasterii S. Dominici, Palatii in Dalmatia (Spalatro) constituti, olim Forojuliensis (Civitatensis)*[3], *a Bethmanno in villa comitis Strassoldi Jeanniz prope Utinum a.* 1851. *visus, et ab ipso ita descriptus: 'Codex membr. formae quadratae, saec. X. in. a tribus librariis exaratus, optime conservatus, nil nisi Historiam Langobardorum continet. Vocum divisio admodum manca; numeri capitum margini impositi; litterae initiales pictae nullae'. Cum vero ex* 17 *tantum libri I. capitibus lectiones enotare posset, recurrendum erat ad collationem inter schedas Domini de Rubeis in bibliotheca Marciana Venetiis, XIV,* 153, *asservatam, cujus partem ante multos annos b. m. Bluhme (cf. Arch. V, p.* 619*), partem nuper V. Cl. Heller, integram vero V. Cl. Joh. Veludo, bibliothecae praefectus, diligentissime exscripsit nobisque benevole transmisit. Ex qua patet, codicem proxime ad A* 3 *accedere (cf. e. gr. V,* 23*); nonnumquam cum A* 2 *vel A* 5 *convenit; non raro veram confirmat lectionem.*

(8) *A* 3. *Vindobonensis Nr.* 443 *(olim Hist. eccl. Nr.* 81*), libros diverso tempore scriptos continet, quorum unus, Bedae historia ecclesiastica Anglorum s. X, notatus est:* Iste liber pertinet monasterio beatae Mariae Magdalenae in Franckentale; *a.* 1572. *'Laurentius Moller juris utriusque doctor possedebat'; postea in bibliothecam castelli Ambras (Nr.* 315*), inde Viennam venit. Paulus s. XI. vel XII. manu exaratus est. Lectiones procurante b. m. Pertz diligenter enotavit Pirsner. De quarum indole cf. Arch. VII, p.* 311*; N. Arch. I, p.* 540.

(9) *A* 3*. *Vindobonensis Nr.* 7911 *(Rec.* 1951*), chart. s. XVIII. fol. 'ex collectione P. Hayrenbach', in* 125 *paginis diligenter exaratus, procul dubio ex A* 3 *descriptus. Locos quosdam cum A* 3 *contulit V. Cl. Dr. V. Bayer.*

1) *Nam singulis libris verba praemittit:* In n. D. inc. capitula de historia Langobardorum *etc.*

2) *De quo volumine haec Bethmann monuit: 'Continentur Bedae chronicon; Item ex libris Pauli Orosii; Item ex libris cujusdam Pauli historici gentis Langobardorum; Volusii Meciani distributio, item vocabula ac notae partium in rebus pecuniariis pondere numero mensura; De variis vocabulis; Ex libro Tertulliani; De gemmis; De signis ponderum; Sancti Vaede (sic) pb. ex libro explanationum secundo in Samuhelem; Item ejusdem de naturis lapidum'. Reliqua ab alia manu sunt, ex Hieronymi operibus desumta.*

3) *V. Valentinelli, Bibl. manuscr. ad S. Marc. VI, p.* 149*: 'Codex Civitatensis bibliothecae monasterii S. Dominici apud S. Laurentium Venetiarum hoc saeculo cessit; fato tamen nobis adverso ante monasteriorum abrogationem a.* 1867. *Venetiis habitam, Palatium Dalmatiae ad ejusdem ordinis monasterium translatus est'.*

(10) *A* 3ª. *Pesthinensis, antea baronis de Brandau, tunc Nicolai de Jancovich, cujus bibliotheca a.* 1832. *in museum Ungaricum transiit*[1], *olim 'sororum s. Clare in Argent.'*[2]. *Liber membr.* 4. *s. XII. pluribus manibus exaratus, cum A* 3 *ita convenit, ut ipsius apographum judicari possit, nisi uno saltem loco (IV,* 4*) ea haberet quae in A* 3 *lacunae signo apposito desiderantur (cf. Arch. VII, p.* 313*). Lectiones enotavit G. H. Pertz.*

Sive A 3 *sive* 3ª *in bibliotheca Conradi Peutingeri fuisse videtur*[3], *cujus editio cum his valde convenit (Arch. VII, p.* 314*).*

(11) *A* 3ᵇ. *Vindobonensis Nr.* 3177 *(Hist. eccl.* 75*), chart. a.* 1501[4]*; quo praeterea continentur Victor Vitensis, Jordanis Getica, Callimachi Attila. Multa habet cum A* 3* *communia, alibi*[5] *tamen ab eo ita recedit, ut ex alio fonte eum fluxisse sit statuendum; id quod loci a VV. Cl. W. Wattenbachio et V. Bayero enotati docuerunt.*

(12) *A* 3ᶜ. *Oxoniensis Bodleianus inter Dorvillianos X, I,* 3, 38, *chart. fol. s. XV, qui etiam Jordanis librum cum Pauli historia conjungit. Lectiones a V. Cl. R. Paulio exscriptae hunc libro attribuunt locum.*

(13) *A* *4. *Vaticanus Nr.* 1984, *membr. fol. s. XI. ex. scriptus, ad A* 2. 3 *prope accedit, multa tamen omittit (III,* 25. 26. 32. *IV,* 3. 6. 7. 11—13. 20. 23—25. 27. 28. 30—35. 38—44. 46. 48. *V,* 10. 16—29. 36. 37 *partim,* 38—41. *VI,* 3. 10. 16. 18—27. 30. 33. 35. 38. 44. 45. 50 – 52. 55 his diebus — nomine fuit*). Desinit in verbis* quae ad perticas *(VI,* 55*), ultimo quaternionis folio amisso; quae alia s. XII. manus supplere incepit sed non finivit. Ita Bethmann, qui codicem Romae evolvit.*

(14) *A* 4. *Bononiensis S. Salvatoris Nr.* 276, *membr.* 4. *s. XI, primo quaternione truncatus, incipit in medio carmine I,* 26*:* Pestis iniqua. *Post tertium librum numeri capitibus non jam adscribuntur. Codex ex genuino fonte haustus, plura tamen posterioris temporis vestigia ostendit.*

(15) *A* 5. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 1702, *chart. s. XIV, olim Altaempsianus, ubi Pauli Historia Romana et Langobardorum sunt conjunctae. Haec desinit V,* 40 *in verbis*: regem esse, *ultimis libri foliis vacuis relictis.*

(16) *A* 5ª. *Vindobonensis Archivi imper. Nr.* 771 *(Universal.* 5*), chart. s. XV, cum praecedenti ita convenit, ut ejus apographum videatur. Quae ibi desunt, manus recentior supplevit ex codice quodam classis C vel D. Hunc evolvit V. Cl. W. Wattenbach.*

(17) *A* 5ᵇ. *Vindobonensis Nr.* 104 *(Hist. prof.* 516*), a.* 1464. *Jacobi Parleonis Ariminensis juris doctoris, tum Sambuci, scriptus 'manu mei Georgii Stelle quondam Facini civis Janue', membr. s. XV. Proxime ad A* 5 *accedit, quocum etiam Historiam Romanam addit. Peculiare est, W. Wattenbachio monente, quod indices post librum sextum collecti habentur.*

(18) *A* 6. *Parmensis, De Rossi II, IV,* 126, *membr. s. XII. ex.* 8, *manu continua Beneventi scriptus vel ex Beneventano exceptus. Post Paulum leguntur:* Ab adventu Longobardorum usque ad annum domni Grimoaldi sunt anni CCXLI*; epistolae Karoli et Alcuini fictitiae (ex hoc codice typis datae N. Arch. I, p.* 169*), Constantini et Karoli epistolae. Foliis aliquot deperditis, Pauli opus lacunis laborat (e. gr. I,* 6—15*). Librorum V. et VI. ordinem scriptor mutavit (V,* 11. *VI,* 5. *V,* 30. *V,* 12. 14. 15. 13. *VI,* 4*), quaedam omisit (V,* 33—41*), alia de suo addidit, ex Vita Barbati plerumque sumta (V,* 2. 7*; VI,* 4 *ex Beda), necnon novum capitum indicem libro V. praemisit. Codicis notitiam b. m. Joh. Merkel Bethmanno dedit.*

1) *Cf. Petzholdt, Adressbuch p.* 313. 2) *Ita Haenel legit, non* Aegñt., *ut Bethmann scripsit, Arch. VII, p.* 312. *De monasterio S. Clarae Strasburgensi cf. Städtechr. Strassb. II, p.* 878. 3) *In cat. librorum mss. Peutingerorum, Cod. bibl. Rom. Barberinae XXXVIII,* 90, *Bethmanno teste, affertur: 'Historia Longobardorum'.* 4) *Joh. Faber episcopus a.* 1540. *universitati Vindobonensi dono dedit.* 5) *Cf. I,* 8. 9. 17.

Fol. 32.

ut elmichis int̄ficere⁹ & eius senup cui copulare⁹, Illa
ut erat ad omē negcia facilis dū operat rauennarū
domina fieri adtanū p̄ peccan dū facinus adsensū
dedit atque dū elmichis se balneo abluere⁹ Egre
dienti ei delauacro uenenū poculū quod salutare esse ad
seuerat ba p̄ pinnauit, Ille ubi sensit se mortis po
culū bibisse ro semū da euaginato sup eā gladio quod
relicū erat bibere coegit, Sicque dū omn̄ potēn
tis ludicio interfectores iniquissimi uno mom̄to
perierunt,

Fol. 35.

Ad illes fenestram amnis. seors
ostendit, Illuc ro cū cōsen
set eius rem. dam adire qui
rens. et q̄ dā adeū ingre
di posset. ait. mum̄ere
tuum re. Tuo exersus
condemnat ense. tum diso o
rat to gladio. ut caput
eius amputaret. mox eius
dexteram in pro se tu suspen
sa dimisit. nec ea adsepo
situ reuocare.

Quirelic tum gladium
ver ry de ie cit.

Fol. 50.

dumtaxat cui dē langobar di. ita prasse. abeo dō in ver hic ruſ ē. p̄quam
reptū diēb. q quinq. regnauerat annis. Hunc succesſit in regnū regimine
arbit filius gun dod. qui fuerat germanus cheo de inde regine. Hic con
di dit apud ticinū. ecclesiā dī. ei. ius aurq. ex ima pos. ita decorauit
pauimentis marmoreis ut. est. Quod & ipse nimis ut uir. ingeniosus. &
fabricandis sufficienter dicatur. [illegible] 7 S diebus defunctus est. ibi
gusto. apud constantinopolim. hera clius. et filius eius. constantinus. mar
moreum palatium. Regn. imp. duob. annis. Quo decidente. in suc
cessio. nis locum. constantinus. et. de. germani. alius filius. hera clii. im pera
tor. [illegible] hic. et. ipse. nimis. ad regni dignitatem
annum q. regni. sui. octauum. Cui. cū. hic. ipse. rex. p̄ parū. com ux
narum. certa. dispositio. esset. cum pauci. suis. fidelibus. ibi. sua. habi ta
ret. p̄ xp̄i. ane. fidem. amore. constantino. poli. uenit. Qui. ubi. pauca
loca. inuisit. ut. corpora. p̄. aliqd. dies. ut. desiderabat. baptismū. consē

Eodem monente Ystoria Langobardorum, *a b. m. G. H. Pertz descripta ex Annalibus Placentinis Gibellinis cod. Londinensis Harlei. Nr.* 3678 *(v. SS. XVIII, p.* 409*):* Igitur cum circumquaque — subiugata est, *Pauli librum II, nonnullis omissis, praebet ex codice A* 5. 6 *valde simili descriptum.*

(19) *A* 7. *Matritensis regius V,* 188, *membr. et chart. s. XIV, in Italia vel Helvetia exaratus, qui nil nisi Historiam Langobardorum continet, postea alio assuto ad Concilium Constantiense pertinente. Index primi libri deest. Paucula enotavit b. m. H. Knust; alia V. Cl. Baist.*

A prima hac codicum classe longius recedunt quos littera B indicavimus, de quorum indole jam supra agendum erat, quippe qui dubitationem injiciant, num ab ipso Paulo fortasse verba ita sint mutata qualia hic legantur. Ceteros antiquitate praecellit

(20) *B* 1. *Havniensis, collect. reg. antiquae Nr.* 2158, 4, *olim Lindenbrogii, pluribus s. IX. vel X. manibus, quarum specimina in tabula II addidimus, in Italia, ut videtur, exaratus. De pretioso hoc codice, nobis petentibus benevole Berolinum transmisso et quam fidelissime cum aliis comparato, v. N. Arch. I, p.* 540 *sq. Quaternionibus pluribus deperditis, Pauli liber lacunosus est (desunt III,* 12—*IV,* 21. *V,* 17—40. *VI,* 17—58*).*

(21) *B* 2. *Mediolanensis Ambrosianus C* 72, *membr. fol. s. XI, olim ut videtur S. Martini Masciacensis, qui pluribus manibus scriptus varia continet opera*[1], *inter quae Pauli historia Romana et Langobardorum necnon Jordanis liber de rebus Geticis uni debentur amanuensi; specimen scripturae dedit editio Muratoriana. Quamvis in multis cum B* 1 *conveniat, aliud tamen Pauli exemplar secutus est. Ultima tria libri VI. capitula omisit*[2]. *Cf. N. Arch. I, p.* 543, *ubi accuratius de libri hujus indole egimus. Lectionis varietatem, jam in Muratorii editione uberius, nec tamen ubique pari diligentia exscriptam, Bethmann denuo schedis suis intulit.*

(22) *B* 2[a]. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 1378, *olim 'liber ecclesiae beati Marcialis', membr. s. XII. in., tum in fine libri VI, tum in singulis verbis ita cum B* 2 *convenit, ut, Bethmanno judice, ex hoc descriptus sit censendus. Indices omisit.*

(23) *B* 3. *Bernensis Nr.* 83, *f.* 104 *sqq., membr. fol. s. XI, pluribus manibus scriptus, cui recentiore aetate praeligatus est alius codex olim S. Remigii Remensis (cf. Hagen, Catal. cod. Bern. p.* 101*). Quam proxime ad B* 1 *accedit, ita tamen ut scriba ultima libri VI. capita ex codice classis D suppleret. Neque indices libris praemittuntur, neque singulis capitibus argumenta adscribuntur (I,* 23. *excepto), quamvis ad medium quartum librum usque spatium iis sit relictum. De verborum indole Bethmann pauca tantum enotanda duxit, quibus V. Cl. A. Stern nuper quae ab eo petieram benevole adjecit.*

(24) *B* 4.[3] *Parisiensis Nr.* 17568 *(Notre Dame* 127*), membr. fol. s. XIII. in una manu exaratus*[4], *proxime ad B* 1 *et* 3 *accedit (cum illo in argumentis libri I. — c.* 17. *convenit; N. Arch. l. l.; hujus singularem VI,* 58. *lectionem praebet).*

Cum codicibus classis A arctius conjuncti sunt quos inscripsimus C et D, quorum major pars jam cis Alpes asservatur, ibique scripta videtur.

(25) *C*[*] 1. *Cheltenhamensis (bibliothecae a b. m. Thom. Phillips relictae) Nr.* 1887, *olim S. Vincentii Metensis, tum Coll. Claromontani Nr.* 683, *postea Meer-*

1) *Praecedunt Bedae historia Anglorum; Daretis historia Trojana, Consulum et imperatorum catalogus, Epistolae Hieronymi et Senecae. In fine voluminis exstant Gesta Apollonii manca. Eadem in codice Masciacensi conjuncta erant teste catalogo s. XII. in cod. Vaticano Nr.* 3324*:* Historia Anglorum Troianorum Romanorum Langobardorum Gottonum in uno cod. *BETHM.*
2) *Muratorii annotationem minus accuratam esse (cf. N. Archiv I, p.* 544*), V. Cl. Heller, codice iterum inspecto, probavit.* 3) *N. Arch. I, p.* 543. 544. *B* 1a *inscriptus.* 4) *Eodem continentur Pauli Hist. Romana, Gesta Apollonii, Gregorii Tur. Vitae Patrum, Excerpta Paschasii, Hieronymus de virginitate, Alani poenitentialis.*

manni Nr. 796, *membr. s. IX. ex. vel X, solum Paulum continet*[1]. *Initium primi libri (capitum index et pars cap.* 1. — ea loco occupassent) *atque ultimi finis (inde a VI,* 24. revertenti) *interciderunt; sed postea quatuor folia praemissa sunt manu s. XIII. scripta, quae indicem primi libri cum* 12 *primis capitibus continent. Variam lectionem a Bethmanno saepius frustra quaesitam hoc anno V. Cl. Pauli enotavit. Codex quamvis ad archetypum recedere ejusque in verborum formis vestigia servare videatur, multis tamen mendis est maculatus. Quam proxime ad hunc accedit*

(26) *C* 1. *Lipsiensis bibl. civitatis I,* 60, *membr.* 4, *s. IX—X, uno calamo nitide scriptus; litterae ornatae nullae; vocum divisio manca. Primo quaternione deperdito, incipit I,* 24. (suspiria sua continere). *Capita VI,* 52. *et* 53. *in calce libri suppleta sunt. Librarius quisquis fuerit exemplar quod secutus est satis fideliter descripsisse videtur, sed ita ut sermonem Latinum parum curaret, nedum auctoris sensum assequeretur. Qua de re cf. quae Arch. VII, p.* 317. *et N. Arch. I, p.* 544. *allata sunt. Codicem primus Boehmer, postea Bethmann cum editis contulerunt; denique a bibliothecae praefecto V. Cl. Naumanno benevole mecum communicatum ad editionem hanc parandam adhibere potui. Scripturae specimen vide in tabula* 1.

(27) *C* 2. *Parisiensis Nr.* 6158, *olim Puteanus, membr. s. XII, nil nisi Paulum continens. Ex C*1 descriptus videtur. Cum editis contulit Schneegans. Cf. Arch. VII, p.* 319 *sqq.*

(28) *C* 3. *Parisiensis Nr.* 5873, *olim Colbertinus, membr. s. XII; cui s. XIV. Jordanis, Gesta Alexandri, Gesta Trevirorum sunt annexa. Quaternio primus et ultima dua folia Pauli evulsa in cod. Parisiensi Nr.* 1750 *reperit Bethmann, necnon hujus libri lectiones a Grotio esse inscriptas editioni Basileensi (in bibl. Lugdunensi Voss. Lat. fol.* 449) *perspexit.*

C 2 *et* 3 *necnon D* 1 *cum C* 1 *in eo conveniunt, quod VI,* 52. *et* 53. *in fine libri ponunt. Eadem prorsus omittunt*

(29) *C* 4ª. *Parisiensis Nr.* 6160, *manu coaeva inscriptus:* Hunc librum dedit domnus Samson Remensis archiepiscopus Sanctae Mariae Igniaci, *membr. s. XIII. Paulo passio S. Viti subjuncta est. Indices capitumque numeri nulli. Praeter VI,* 52. 53. *etiam II,* 32. *omittitur.*

(30) *C* 4ᵇ. *Bruxellensis Nr.* 9184, *olim societatis Jesu Brugensis, a.* 1227. *manu nitidissima exaratus; magnam librorum historicorum collectionem praebet, quippe quo Gesta Trevirorum, Historia miscella, Hugonis Floriacensis historia, Gesta Francorum, Genealogia comitum Bulonensium sint conjuncta (cf. Arch. VII, p.* 529; *SS. IX, p.* 341; *Bull. de l'acad. de Brux.* 2. *ser. IV* (1858), *p.* 169). *Libros non distinguit praeterquam quod quarto subjicit:* Expl. liber quintus, incipit liber sextus, *et quinto:* Incipit liber septimus. *Capitum divisionem scriba ex ingenio instituit argumentaque singulis quibusque imposuit a se inventa. Ceterum cum C* 4ª *plane convenit.*

(31) *C* 5. *Audomarensis Nr.* 736, *chart. fol. s. XVI, in quo Historiam Langobardorum nomina gentium antiquarum et catalogus episcoporum Florentinorum ad a. usque* 1411. *antecedunt; Pauli vero operi liber septimus additus est, quo historia ad Karoli M. usque tempora deducitur (de quo v. infra). Ad simile exemplar ac C* 4ª. ᵇ. *hunc referendum esse librum, eo probatur quod II,* 32. *brevis tantum ex indice facta notitia datur, adsunt tamen VI,* 52. 53.

Idem de codice manuscripto Abrahami Ortelii, Hamburgensis ecclesiae decani, quo usus est Frid. Lindenbrogius, monitum videmus (ed. Lind. 1595, *p.* 299). *Cujus fata ignoramus. Cf. Arch. VII, p.* 327.

1) *In cat. librorum coll. Claromontani minus recte ita describitur: 'Pauli D. libri sex cum praefatione inedita. In capite et in fine codicis habetur officium nocturnum epiphaniae cum notis musicis'. BETHM.* 2) *Lacunam III,* 34, *quam C* *1, *non vero C* 1, *habet, proprio Marte explevit.*

(32) *D* 1. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 801, *membr.* 4. *s. X, in Gallia ut videtur scriptus, vel certe diu adservatus, unde recentiori tantum tempore cum tot pretiosissimis historiae Francicae monumentis Romam devectus est, ubi post Bethmannum hoc anno et ipse eo usus sum. Codex ut primum exaratus erat proxime ad C* 1—3 *accessit (fortasse ex C* *1 *descriptus), etiam VI,* 52. 53. *in fine collocavit, praeterea ubique fere vetustam libri formam, eamque mendis quam plurimis aspersam praebuit. Sed correctores plures s. X. et XI*[1]. *priscae orthographiae et linguae vulgaris vestigia tollere, lacunas explere, quae intellectu difficilia videbantur explanare conati sunt, praeterea in margine saepius glossas adjecerunt. In quo negotio nonnumquam alio codice adjuti fuerint oportet; non pauca vero de ingenio mutaverunt, addiderunt. Quae in alios multos transierunt codices, quos ideo sub signo D conjungendos duxi. Plerosque tamen, cum ad genuinam Pauli lectionem restituendam parum aut nihil eos conducere facile esset intellectu, singulis tantum locis inspiciendos esse recte judicavit Bethmann. Quo factum est, ut etiam de eorum cognatione jam non ubique certo certius judicari possit.*

Proxime ad D 1 *accedere videtur*

(33) *D* 1[a].[2] *Rothomagensis Nr.* 28. 27, *olim Gemmeticensis G* 21, *membr. fol. s. XI, qui solum Pauli librum continet, tribus manibus conscriptum; postea demum aliis assutis. Desinit VI,* 3. (tenuisse) *in media pagina. D* 1 *tam fideliter expressit, ut aperto errore etiam glossam in textum (III,* 9) *receperit; cf. N. Arch. I, p.* 546.

(34) *D* 1[b]. *Bruxellensis Nr.* 18395[3], *olim Trunciniensis, postea bibliothecae Lammens Gandavensis illatus (cf. Arch. VII, p.* 341), *membr. s. XII,* 8. *Historiae Langobardorum addita sunt liber Victoris Vitensis et Arianorum confessio cum refutatione Augustini. Indices per singula capita sparsi. Bethmann praecipuas lectiones, alias Dr. Heller enotavit. Inter quas una est (IV,* 22), *quae codicem ut hic ponamus suadet; quamvis alio loco (I,* 25) *cum D* 3 *conveniat.*

(35) *D* 2. *Parisiensis Nr.* 5872, *olim Nicolai Favre, membr. s. XI, solum Paulum continet. Quem jam ante plus quam* 50 *annos Spörlin in usus novae editionis totum cum editis contulit. Inter D* 1 *et* 3 *medium fere locum tenet (III,* 18. *lacunam habet cum reliquis hujus classis codicibus communem; IV,* 21. *verbis in hoc omissis alia illi substituerunt).*

(36) *D* *3. *Londiniensis, Kings*[4] 13, *A. XXII, olim Bertinianus, membr. s. XI, continet Historiam Langobardorum et Excerptum ex Joseplio de Moyse, cui alia manus postmodum versus subjecit:* Dic suavis cythara, dic citharista Bertini populum coenobiumque. *Codicis notitiam debemus V. Cl. R. Paulio*[5].

(37) *D* *3[a]. *Lugduno-Batavus Lat. Nr.* 71, *membr. fol. s. XI. ex., qui idem Excerptum ex Joseplio cum Paulo conjunxit, iisque concilium Remense Calixti II. papae addidit. Quem ex D* *3 *descriptum recte judicavit Bethmann.*

(38) *D* 3. *Vindobonensis Nr.* 182 *(Hohendorf* 16), *membr. fol. s. XII. in., quem in Italia scriptum Bethmann opinatus est. Eodem volumine Leonis III. papae epistola ad Leonem Armenum continetur. Lectionis varietatem enotavit Pirsner. — Nonnullis locis D* 2 *et* 3, *aliis D* 3 *et* 4 *propiorem cognationis gradum indicare videntur.*

1) *N. Arch. I, p.* 545, *Bethmannum secutus, de uno tantum correctore dixi, sed plures discernendos esse, post codice inspecto intellexi, qui tam litterarum forma quam atramento modo nigro modo fusco inter se differunt.* 2) *N. Archiv I, p.* 546, *sub signo D* 7 *indicatus.* 3) *Non* 18477, *ut Arch. VIII, p.* 546. *scriptum est.* 4) *Unus eorum est quos in aedibus Jacobaeis (regis Jacobi) recenset Smith, Cat. codd. Angl. p.* 244, *sub Nr.* 629: Historia Langobardorum bis. 5) *In hoc aliisque hujus classis codicibus VI,* 14. *in rubra et textu nominis* Ceadpalla *formam ex male intellecta littera Anglosaxonica w (ƿ) ortam esse, hic monuit.*

(39) *D* 4. *Oxoniensis Bodl. Nr.* 1302, *Guil. Laud* 247, *olim H* 39, *membr. fol. s. XII, una manu exaratus, quae praeter Pauli historiam etiam Victorem Vitensem, Einhardi Vitam Karoli, Physiologum, Gesta Alexandri, Historiam Apollonii scripsit. Praecipuas lectiones V. Cl. Pauli enotavit.*

(40) *D* 4ª. *Oxoniensis Balliol. Nr.* 295. *Arch. C,* 3, 10, *olim C,* 21, *s. XIII: continet praeter Paulum Eusebii historiam ecclesiasticam, Victorem Vitensem, Catalogum pontificum et imperatorum*[1]. *Evolvit eum V. Cl. Pauli.*

(41) *D* 5. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 909, *olim Christinae* 350, *membr. fol. s. XII, in Gallia manu continua exaratus. Pauli historiam antecedunt Alexandri epistola, Einhardi Vita Karoli.*

(42) *D* 6. *Londiniensis, Kings* 15, *C. VI, anno* 1130. *exaratus. Eodem volumine continentur Pauli historia Romana, Gesta Alexandri cum ejusdem epistola ad Aristotelem*[2]. *Notulas quasdam V. Cl. Paulio debemus.*

(43) *D* 7. *Londiniensis, Kings* 12, *C. IV, membr. s. XIII: Hyginus Paulum antecedit, sequuntur Gesta Alexandri cum epistola ad Aristotelem. Etiam hunc V. Cl. Pauli inspexit.*

(44) *D* 8. *Parisiensis Nr.* 4877, *olim Colbertinus, membr. s. XIII. Post Paulum exhibet Einhardi Vitam Karoli et Gesta Alexandri, omnia una manu exarata.*

(45) *D* 9. *Parisiensis Nr.* 14693 *(S. Victoris* 289*), membr. fol. s. XIV. in. Historiam Langobardorum antecedunt Haitoni historia orientis, Exordium hospitalis Hierosolimitani, Pauli historia Romana.*

(46) *D* 10. *Haagensis Nr.* 906, *olim Fontanellensis, membr. s. XII. ex.,* 8, *ubi post breves Annales Fontanellenses legitur:* Incipit pars de gestis Langobardorum, *i. e. VI,* 53. *III,* 1—35. *VI,* 5. 6. *I,* 15. 16. 27. *II,* 28—30.

(47) *D* 11. *Alencionensis, olim Uticensis S. Ebrulfi, membr. s. XII, hoc quoque loco ponendus est, quantum ex singulis locis a. V. Cl. Daulne bibliothecae praefecto inspectis, de quibus Bethmanno retulit, judicare licet. Eodem volumine etiamnum continentur Vitae Sanctorum, Ademari chronostichon ad Rohonem, Gesta pontificum, Vita Majoli; olim vero Montfauconio teste praeterea Epitaphium Mabiliae, Ordericus Vitalis.*

Ab his longius recedunt codices classis E.

(48) *E* 1. *Florentinus Laurentianus LXV,* 34, *fol. s. X. XI, liber magnae molis, quo praecipua historiae monumenta erant conjuncta: Prosperi chronicon, Pauli historia Romana, Orosii liber, Jordanis de temporum successione et de rebus Geticis, Josephus et Hegesippus, hi duo nunc sejuncti, Gesta Francorum, Einhardi Vita Karoli, Historia Apollonii. Pauli verba liberius reddita, quaedam vel negligentia vel consilio omissa; quorum partem (praesertim carmen in laudem S. Benedicti compositum I,* 26*) scriba postea supplevit. Cf. N. Arch. I, p.* 546.

(49) *E* 2. *Vindobonensis Nr.* 3126 *(Hist. prof.* 477*), olim 'Liber M. patriarche Aquilejensis'*[3], *chart. s. XV, manu Itala scriptus, qui praeter Josephum et Hegesippum eadem continet scripta. Eum evolvit V. Cl. Wattenbach.*

(50) *E* 3. *Romanus bibliothecae Angelicae V, III,* 19, *chart. s. XV. ex. vel XVI, nil nisi Historiam Langobardorum praebet eoque ab E* 1 *differt, quod singulis capitibus argumenta praemittit. Fluxit tamen, Bethmanno judice, qui eum apud S. Augustinum examinavit, ex E* 1 *vel E* 2.

(51) *E* 4. *Londiniensis Harlei. Nr.* 5383, *membr.* 4. *s. XIII. vel XIV, Florentiae,*

1) *Ille desinit:* Celestinus III. (ann. 7, *alia manu*). Innocencius (ann. 18. Honorius); *hic:* Henricus reg., Lotharius reg. ann. Conradus regn. ann. 2) *Smith p.* 247. *in aedibus Jacobaeis affert Nr.* 880, *quo historia Romana et Langobardorum continebantur.* 3) *Cod. Scurial. II.*

Cod. Sangall. 635.

p 110 penuria famis uenit quoque & magna
locustarum magnitudo in ter- ritorium
tridentinum quae maiores erant quam ce-
tere locustae & mirum dictu her- bas pa
ludesque depastae sunt segetes uero agro
rum exige contigerunt; Sequenti quoq;
anno pari nihilominus modo aduenerunt;

IIII. His diebus agilulf rex occidit minulfum
ducem de insula sci iuliani eo quod
se superior tempore francorum ducibus
tradidiss&: Gaidulfus uero pergamensis dux

p 121 modum a uobis facta est rentiamus·
paterna caritate salutantes peti
mus· Ut quo [illegible] ie socðcsiore dederit:
Ducibus uris per diuersa loca· et
maxime in his partibus constitutis
uris precipiatis epistolis· Ut hanc pa
cem sicut promissum est sincere custo
diant· et occasiones sibi aliquas non

p.218 Comphensum que rotharit reudorgem ei caput
barbaq; radens taurinis in exilium mittit; Quiq;
ibidē post aliquod dies peremptus est; Liutprandum uero
q; coeperat pari modo lmal nec uita priuauit; XXIII

ut videtur, scriptus[1]. *Indices omnes et complura capita (I,* 26. *II,* 13. *III,* 2. 14. *IV,* 9. 19. 33. *VI,* 7. 8. 14*) plane omittuntur, alia multo contrahuntur, ea praesertim quae ad historiam ecclesiasticam spectant. V. Cl. Pauli hanc ejus notitiam dedit.*

Cum E affinitate quadam sunt conjuncti codices F. G, omnium qui exstant fere antiquissimi, sed a genuino textu ita recedentes, ut hoc demum loco eos recensere liceat. Non solum Pauli carmina I, 26, *sed etiam aliud II,* 13. *omittunt, praeterea non paucos locos minores, praesertim eos qui in codicibus C et D corruptela quadam laborant; cf. N. Arch. I, p.* 551. *Sed et ita mendis scatent, quae partim incuria vel ignorantia scriptorum nata sunt, partim vero ex vetustiore exemplari recepta esse debent, quippe quae et alibi, atque etiam in ipso codice rescripto Asisiensi reperiantur. Cf. N. Archiv I, p.* 547 *sqq.*

Inter hos eminet

(52) *F* 1. *Sangallensis Nr.* 635, *s. VIII. IX, membr. fol., omnium qui integri exstant antiquissimus ideoque magni faciendus. Scriptus diversis manibus, quarum specimina in tabula III adjecimus, procul dubio in Italia septentrionali, fortasse Mediolani, de cujus duce II,* 32. *alia manu additamentum factum est; in monasterium Sangallense post medium saeculum IX. translatus*[2]. *Indices libri I, II. et VI. omissi, post IV,* 4. *hujus libri argumenta repetita, quae libro V. praemittenda erant in calce voluminis posita sunt. Verborum scribendi ratio ea qualis in monumentis saeculi VIII, praesertim Italicis, deprehenditur; contra grammaticae leges saepius peccatum est, quam ipsi Paulo id contigisse statuere licet; non raro etiam singula vocabula vel longiores verborum series omissa. Quibus mendis postea alii mederi conati sunt, partim aliis codicibus, praesertim illo quem G* 1 *nominavimus, adjuti, partim vero satis temerarie, et id tantum studentes, ut verbis rudibus sensum qualemcumque inferrent. Codicem jam a Bethmanno adhibitum, a V. Cl. Zardetti, bibliothecae Sangallensis praefecto, benevole Berolinum transmissum, summa diligentia iterum iterumque excussi. Cf. N. Arch. I, p.* 547—552.

(53) *F* *1. *Gothana fragmenta, membr. II, Nr.* 191, *duo folia a tegumento libri cujusdam soluta, media quaternionis, quibus exigua pars Pauli (II,* 22 *inc.* — 28 *med.) continetur, s. IX. scripta. Quaecumque F* 1 *peculiaria habet hic quoque reperiuntur, novis mendis nonnullis aucta. Neque tamen ex illo descripta esse possunt, ita ut etiam hic codex trans Alpes advectus esse sit censendus. Scripturae specimen vide in tabula I.*

Alios vero hujus classis quotquot exstant codices ex F 1 *repetendos esse, correctorum notae ostendunt ex ipso receptae et longius propagatae. E quibus duo in monasterio Sancti Galli scripti sunt:*

(54) *F* 1[a]. *Sangallensis Nr.* 620, *membr. fol., s. XII. ex., ubi inter alia opera Pauli historia f.* 253 — 272. *legitur (cf. Scherreri catalog. p.* 201*). Indices in unum collecti libro primo praemittuntur, I. II. ex ingenio facti, III. IV. V. ex F* 1 *abbreviati. Ex hoc magna cum licentia exceptus, alia manu postea ad eundem est correctus. Eadem epitomen historiae Andreae Bergomatis margini intulit; cf. Arch. X, p.* 369. *Ultimis quaternionibus intercisis, desunt omnia quae post V,* 2. (servus tuus) *sequebantur.*

(55) *F* 1[a]*. *Sangallensis Nr.* 547, *membr. fol. s. XII, fol.* 517—554. *(cf. Scherrer p.* 167 *sqq.). Descriptus ex F* 1[a], *priusquam hic fine destitutus erat, Bethmanno teste.*

1) *In marg. fol.* 7. *legitur:* A. D. MCCCXLVIII. simillima pestis Florentie et quasi per universum orbem. 2) *In catalogo librorum Sangallensium hoc tempore confecto nondum indicatur; cf. N. Arch. I, p.* 549. *In alio vero codicis olim Lasbergiani, nunc in bibliotheca Donaueschingensi asservati (v. Barack, Catal. Nr.* 191, *p.* 177*), quem in monasterio Sangallensi confectum putant,* Historia Langobardorum *indicatur, Serapeum* 1840, *p.* 84. *Eundem Bethmann, Arch. X, p.* 318, *Constantiensem dixit.*

Jam antea vero in Italia codicis F 1 *exemplum factum sit oportet, quod quamquam presso pede illud sequebatur ejusque emendationes plerasque recepit, nonnullis tamen locis verba mutavit (praesertim II,* 18 *fin., v. N. Arch. I, p.* 551*). Ex hoc alii manarunt fonte, omnes in Italia confecti:*

(56) *F* *2. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 710, *membr. fol. s. XI, duabus manibus (f.* 1—32. 33—78*) exaratus, s. XIV. Brixiae, ut videtur, asservatus, de qua urbe tunc breves margini adscriptae sunt notitiae*[1]*. Scriba quod habebat exemplar male legisse videtur, ideoque mox litteras sensu vacuas pinxit, mox liberius Pauli verba reddidit (e. gr. II,* 19*). Codicem carie adesum post Bethmannum et ipse Romae praesens aliquot locis inspexi*[2]*.*

(57) *F* 2. *Modoetiensis Nr.* 135, *membr. s. XI. XII*[3]*, una manu exaratus, eo insignis quod IV,* 21. *et V,* 6. *amplas inserit interpolationes ad ecclesiam Modoetiensem spectantes*[4]*. Alia coaeva manus aliquoties lacunas explevit aliaque correxit. Lectionis varietatem editio Muratoriana dedit, postea Bethmann enotavit; locos quosdam Frisi (Memorie II, p.* 202 *sqq.) imprimi fecit.*

(58) *F* 2[a]. *Parisiensis Nr.* 6159, *membr.* 8. *s. XI, cum F* 2 *ita etiam in locis interpolatis convenit, ut ex ipso exceptus censendus esset, nisi quae de scripturae aetate referantur obstarent. Quae si recte habent, etiam hic ex Modoetia repetendus aut vetustior hujus urbis codex jam deperditus statuendus est. Bethmann eundem putavit qui in catalogo bibliothecae Vicecomitum Papiensi a.* 1426. *Nr. XXIII.* Historia Lombarda parvi voluminis *affertur (Bibl. publica Papiensis Tit. XXXV,* 3*); id quod Delisle (Hist. du cabinet des manuscrits p.* 126*) postea confirmavit*[5]*. II,* 15—24. *omissa scriba in calce libri supplevit, ubi ultimum tamen folium intercidit.*

(59) *F* 2[a]*. *Parisiensis Nr.* 6815, *s. XIV. in membrana Itala ex F* 2[a] *descriptus. Hoc continentur volumine: Solinus, Pauli historia Romana, Historia Langobardorum, Isidori historia Gothorum, Martinus Polonus, Thomae chronicon, Gaufridi historia Angliae (cf. SS. XXII, p.* 489*). Eadem opera cum in codice bibliothecae Vicecomitum Papiensi sign. DCXXXVII afferantur (l. l.), hanc vero a.* 1499. *vel* 1500. *Parisios asportatam constet (Delisle l. l. p.* 125*), quin idem sit dubitari nequit*[6]*.*

(60) *F* 3. *Vaticanus Nr.* 3339, *membr. fol. Post Orosium et Pauli historiam Romanam s. XI. scripta sequitur liber manu Itala s. XII. ex. exaratus, quo Dares,* 'Liber ystorie de origine ac gestis Longobardorum' *et Einhardi Vita Karoli continentur. Qui historiam illam ex Paulo excerpsit*[7] *(I,* 1—12. 14—16. 22. *et* 27 *inc.* 25. 26 *in. II,* 1. 5—10. 12. 14—25. 27. 28 *in.* 32. *VI,* 35 *part.* 22 *part.* 16 *part.* 23. 37. 28. 38. 42. 53. 45. 54 *in.* 48. 54 *part.* 55. 56. 57. 58 *part.), hujus classis codice usus est.*

(61) *F* 3[a]. *Romanus Casanatensis A II,* 34, *membr. fol. s. XIV, post Martinum Polonum et aliam chronicam etiam Daretem, Excerpta historiae Langobardorum Einhardi Vitam Karoli, necnon Cosmographiam habet. Quae magnam partem ex F* 3 *sumta esse videntur.*

(62) *F* 3[b]. *Vaticanus Nr.* 8086, *chart.* 4, *a.* 1488. *Perusiae exaratus, ubi inter alia multa aliunde collecta historia illa Langobardorum et catalogus imperatorum in F* 3 *in calce historiae Romanae additus sunt descripta.*

1) *III,* 31: et nota, quod ab ipso Grippho desenderunt Gripphi de Brexia; *IV,* 2: Similiter magna multitudo locustarum que venerunt de Tridento Brexiam in MCCCXLIII. 2) *Quae N. Arch. I, p.* 551. *de F* 2. 3. 4 *notavi etiam in F* *2. *cadere vidi.* 3) *Bethmann in s. XII. ex. posuit, quod cum specimine in editione Muratoriana data pugnare videtur.* 4) *Praeterea inter II,* 24. *et* 25. *eadem manu notula de cometis sub Ottone I. et II. visis inserta est.* 5) *Catalogus ille ad ejus notitiam non venit.* 6) *In tegumento legitur:* Ex libris hystorialibus pul[to] 6. 7) *Id quod in fine aperte dicitur:* Explicit tractatus de libro ystorie Langobardorum summatim extractus.

Cod. Giessen. 688

f. 103' [illegible] expugnata primum et capta laude
bergonium obsedit. Eaque cum arietibus et di
uersis bellis machinis sine aliqua difficul
tate expugnans mox coepit. Comprehensu
que rotharit pseudo regeeius caput barbamque
radens tiurinis pretilium trigeit. quique

[illegible]

f. 94 [illegible] potuit par
tem italiae con[illegible] plaeus est. Qui mons
propter hanc ut fertur causam excoten
pore mons regis appellatus est. Ferunt
in hoc monte [illegible] sontes feras euuerti.
Nec mirum cuiusque huc pannoniam
pertingit quae horum animalium feras





f. 75 [illegible]

[illegible]

[illegible]

T. IV.

(63) *F* 4. *Vaticanus Palatinus Nr.* 927, *membr. a.* 1181. *in monasterio S. Trinitatis Montis Oliveti prope Veronam una manu continua exaratus. Pauli historiam antecedunt: 'Excerptum ex Orosio, Historiarum Pompeji Trogi epitome, De sex aetatibus, Excerpta ex chronica Eusebii, ex Eutropio, Orosio, ex Cassiodori historia tripartita, De primo adventu Gothorum ad Italiam et Roma capta, De forma regis Attilae ex libro Jordanis, De adventu Oduachar'. Quorum partem cum in codice tum Cheltenhamensi (infra G*3) jam conjunctam videret Bethmann, non scribam Veronensem, sed auctorem s. IX. vel X. hanc continuam fere rerum praesertim in Italia gestarum narrationem composuisse, statuit. Integrum Pauli opus vero cum ibi non invenerit, aliunde ille sumsit, exemplar ut videtur non unum secutus, quippe qui modo ad codices F, modo ad G accedat (excerptis fortasse codicis G *3 usus). Indices libris praemissi, sed etiam singulis capitibus nonnumquam argumenta adscripta. Addita est praeterea continuatio usque ad a.* 825. *deducta, de cujus auctore non constat; cf. infra. Scriba Veronensis vero urbis suae Annales usque ad a.* 1181. *subjecit, quos alii ad a.* 1223. *usque continuarunt (cf. SS. XVIII, p.* 1), *et alia quaedam de cyclo paschali, de sepulchro Domini, de victoria Saladini. Singulis libri partibus praeterea picturae sunt adjectae, satis eleganter delineatae. Codice, dum in bibliotheca Heidelbergensi adservabatur, Freher*[1] *et Gruter usi sunt.*

(64) *F* 4ª. *Mediolanensis bibliothecae Brerae A. N. XIV,* 29, *chart. s. XVI. in., eandem quam F*4 *continuationem praebet.*

(65) *F* 5. *Caesenas Malatestianus, plut. XII,* 5, *'scriptus per me Jacobum Pergulitanum pro magnifico et potenti domino domino Malatesta Novella de Malatestis et est completus d.* 3. *Jan.* 1454'. *Indices libr. I. et II. desunt, ut in F* 1, *quocum plerumque convenit; aliam vero capitum divisionem instituit, non pauca arbitrarie mutavit et Pauli sermonem quam maxime deformavit. Quae a Bethmanno enotata repetere inutile visum est.*

Plures vero exstant libri tam aetate quam indole conspicui, qui ad F 1 *prope accedunt, eo vero maxime differunt, quod indices librorum I. et II. ex ingenio, libri VI. ex alio Pauli codice sunt suppleti, praeterea loci nonnulli mutati et plerumque depravati. Primaevum hujus classis exemplar jam deperditum est; inde derivati vero in bibliothecis Germanicis exstant plures codices, in Italia unus tantum, posteriori tempore advectus.*

(66) *G* 1. *Giessensis Nr.* 688, *olim 'Liber Sancti Martini in Winigartin', postea Senkenbergianus, s. IX.* 4, *nitide in alba pergamena exaratus, nil nisi Historiam Langobardorum continens. Plura exciderunt folia (quaternionis primi* 1. 3. 4. 5. 6, *septimi* 5, *undecimi* 1, *duodecimi* 7, *decimi tertii* 1, *decimi septimi* 8). *Lectiones varietatem in Catal. bibl. Giessensis Otto p.* 288—312. *evulgavit, jam antea Bethmann enotavit, post quem et ipse librum pretiosae antiquitatis a bibliothecae praefecto V. Cl. Noack humanissime Berolinum transmissum accuratius perlustravi. Quae secunda manus correxit partim ex F* 1 *sumta sunt. Cf. N. Arch. I, p.* 555. *Scripturae specimen vide in tabula IV.*

(67) *G* *2. *Casselensis bibliothecae folia* 6 *quadrata in tegumentis librorum a Jacobo Grimm detecta. Codex s. IX. manu Anglosaxonica exaratus, olim in monasterio Fuldensi, postea S. Martini Maguntino fuisse videtur (cf. Arch. VII, p.* 283; *N. Arch. I, p.* 554 *n., et de libris Fulda in monasterium S. Martini translatis Giesebrecht, Z. f. Gesch. VII, p.* 564).

Ex hoc fortasse fluxit

(68) *G* 2. *Heidelbergensis Palatinus Nr.*912, *membr. s. IX.* 4, *pluribus manibus, quarum specimina in tabula IV. dedimus, scriptus, qui solum Paulum continet. Exemplar*

1) *Idem fortasse est, quem Moller, Diss. de Paulo D., Altorf.* 1646, *p.* 21, *Frehertanum allegat.*

litteris Anglosaxonicis exaratum fundamento positum esse, cum singula vocabula, tum nomina Langobardica formam induta Saxonicam (Thiadbert, Thiadric, Ottwini *etc.*), *probant; cf. N. Arch. I, p.* 554. *Multa sunt cum G* 1 *communia, alia vero ab hoc recedunt, praesertim primis libris, quorum scriba sermonis asperitatem auferre eumque ad grammaticae regulas sibi notas reducere conatus est. Quo alter diasceuastes non contentus, totum librum emendandum sumsit. Quibus sepositis, ubique ad priorem lectionem recurri, cum codicem a V. Cl. Zangemeister, bibliothecae praefecto, benevole Berolinum transmissum diutius inter manus versarem. Ex hoc vel prorsus simili codice etiam F* 1 *emendationes quasdam illatas esse, tum perspexi; cf. N. Arch. l. l. p.* 552.

(69) *G* 2ª. *Stuttgartiensis Hist. Nr.* 26, *inter alia multa ante trecentos fere annos in unum volumen colligata novem continet quaterniones formae octonariae, quibus plures manus s. XII. inscripserunt Historiam Langobardorum, vitam Fursei, alia. Illam ex G* 2 *descriptam esse, Bethmann sibi persuasum habuit.*

(70) *G* *3. *Cheltenhamensis Nr.* 1885, *olim Mettensis, post collegii Claromontani, membr. s. IX, ubi catalogo imperatorum ex Beda descripto addita sunt excerpta ex Paulo ad res Romanas et ecclesiasticas pertinentia (I,* 25. 26 *in. II,* 1—4 *med.* 5—7. *III,* 12. 13. 15. 17. 23. 24. 26. 29. *IV,* 5. 6. 8. 17. 26. 33. 36. *V,* 6—13. *VI,* 4. 5. 11—14. 31. 32. 34. 36. 40. 37. 42. 46—49. 53. 54 *init.). G. H. Pertz haec cum Muratorii editione contulit.*

(71) *G* 3. *Vindobonensis Nr.* 237 *(Hist. prof.* 680*) membr. s. X.* 4, *una manu exaratus, quae nil nisi Pauli librum scripsit. Complura folia exciderunt (V,* 38—*VI,* 6*; VI,* 34*), alia initio et fine jam s. XII. adeo humiditate erant corrupta, ut qui tunc hujus libri exemplum faciebat ea vix legere posset. Verborum formas satis rudes plerasque ex vetustiore libro receptas esse, comparato codice G* 4 *huic affinitate conjuncto docemur; alia tamen et ipse amanuensis peccasse videtur. In quibus emendandis postea corrector desudavit. Codicem sub auspiciis Pertzii Pirsner cum editis contulit, Bethmann hac opera usus fuse descripsit, Arch. VII, p.* 275 *sqq., sententiam vero de ipso tunc prolatam postea prorsus rejecit eumque hoc loco esse ponendum intellexit. Scripturae specimen vide in tabula IV.*

(72) *G* 3ª. *Vindobonensis Nr.* 406 *(Jur. civ.* 64*), olim Gotwicensis, membr. s. XII. fol., in quo Historiam Langobardorum Lex Bajuvariorum antecedit (LL. III, p.* 188*). Desinit VI,* 44, *scriba adnotante:* deest multum. *Praeter G* 3 *nonnumquam codex classis C vel D adhibitus esse videtur. Hujus quoque lectiones enotavit Pirsner.*

(73) *G* 4. *Ultrajectinus Nr.* 287, *olim Campensis, membr. fol. min., s. X. vel XI. in. paginis bipartitis nitidissime exaratus. Amanuensis quae corrupta judicabat vel minus intelligebat in margine annotavit (signo r+= require), nonnumquam spatium vacuum reliquit, ceterum exemplar, quo usus est, G* 3 *simile, satis fideliter expressisse videtur; II,* 18—20. *desunt, lacuna non indicata. Lectionis varietas Leibnitii manu scripta inter schedas ipsius in bibliotheca regia Hannoverana exstat, alteram a Schmückingio in margine editionis Elzevirianae enotatam bibliotheca Gottingensis servat (cf. Arch. VII, p.* 284*). His non contentus Bethmann denuo codicem, tunc magni factum (Arch. VIII, p.* 31*), accuratissime exscribendum curavit.*

Quinque qui sequuntur hujus classis codices ita inter se conveniunt, ut, cum alter ad alterum referri nequeat, ex communi fonte eos haustos esse statuendum sit. Id commune habent, quod ceteris liberius Pauli verba reddunt, ad grammaticae regulas ea castigant, nonnumquam, ut sermonem perspicaciorem elegantioremve reddant, quaedam mutant vel addunt. Quod jam medio saeculo IX. factum sit oportet, cum exempla duo ad hanc usque aetatem ascendant, in Lotharingia, ut videtur, quo illa pertinent et ubi Regino ejusmodi libro usus est. Codex fundamento positus G 2 *similis fuit; formae nominum Saxonicae hic quoque, immo constantius quam illic ponuntur; cf. Arch. VII, p.* 293*; N. Arch. I, p.* 557.

(74) *G* 5. *Haagensis Nr.* 907, *membr. s. IX. ex., una manu satis negligenter exaratus. Desunt II,* 23 — *III,* 30. 34 — *V,* 4. *VI,* 3. *usque ad finem. I,* 25. (patricium) — *II,* 5. (exagitatus in) *ordine turbato post II,* 23. *collocantur; V,* 40 — *VI,* 3. *post V,* 4—40.

(75) *G* 5[a]. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 578 *(olim Nr.* 1220*), s. XII. 'liber Sancti Pauli in Trajecto inferiori', una manu nitide exaratus, nil nisi Historiam Langobardorum continens.*

(76) *G* 5[a]*. *Gothanus Nr.* 139, *'liber Waldemari regis Danorum', membr. s. XII. ex.* 8. *(cf. Jacobs, Beiträge I, p.* 253*), adeo cum praecedenti convenit, Bethmanno teste, ut alter ex altero fluxisse censendus sit.*

(77) *G* 5[b]. *Vaticanus Nr.* 1981, *olim S. Viventii (in dioecesi Augustodunensi), postea S. Joffridi (?). Codici catalogum librorum S. Viventii et Pauli historiam Romanam continenti postea quatuor s. XI. quaterniones annexi sunt, qui Historiam praebent Langobardorum — IV,* 37. (rapinis diripiunt)*, reliqua libri parte deperdita. Index primo tantum libro praemittitur; desunt III,* 23—26. *IV,* 2. 9. 17. 19.

(78) *G* 5[c]. *Treverensis Nr.* 1142, *olim S. Mathiae, membr. s. X. Codici, qui solam Historiam Langobardorum continet, postmodum Vita S. Annonis assuta est. Varietas lectionis a. b. m. Wyttenbachio satis diligenter descripta est.*

(79) *G* 6. *Cheltenhamensis Nr.* 1886, *olim S. Remigii Remensis, s. XVII. 'ex bibliotheca Antonii Augervei (?)', postea Collegii Claromontani Parisiensis Nr.* 681, *indeque in bibliothecam Meermanni (Nr.* 795*), denique Thomae Phillippsii illatus, membr. s. X. nitide exaratus. Quem huic classi adscribendum esse, singulae probant lectiones a b. m. Pertzio enotatae.*

(80) *G* 7. *Romanus Chigianus G. VI,* 156, *chart. s. XV, quem Bethmann aliquot locis inspexit et huc pertinere judicavit.*

Quascumque Historiae Langobardorum recensuimus codicum classes ad saeculum saltem decimum ascendunt; tunc, et fortasse saeculo jam antecedenti, tam diversas induit formas liber hic saepissime descriptus et lectitatus. Sunt vero libri, posterioris praesertim temporis, nulli earum certo certius ascribendi, quippe qui aut ex pluribus confecti videantur exemplaribus aut etiam magis temerarie Pauli historia usi, ut eam potius deformasse quam reddidisse sint dicendi. Horum quoque complura genera discernamus oportet.

Unum (H) ad Galliam pertinens.

(81) *H* 1. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 905, *olim S. Mariae Pontigniacensis, membr. s. XIII. in. fol. Eodem volumine continentur: Dares, Historia Apollonii, Ademari historia Francorum, Hugonis Floriacensis historia ecclesiastica, nomina regionum, civitates Galliae. Inde a libro III. praesertim codicem classis C sequitur.*

(82) *H* 1[a]. *Romanus Corsinianus Nr.* 863, *chart. s. XVI. Ademarum et Paulum ex H* 1 *descriptos esse, judicavit Bethmann.*

(83) *H* 2. *Vaticanus Nr.* 1795, *membr. fol. s. XIII; s. XIV. Forolivii asservatus*[1],

1) *Ultimo folio haec leguntur:* In MIII[c]XLVII. et XLVIII. et in parte sequentis anni magna epidimia fuit in Firlivio, item in MIII[c]LXI, item in MIII[c]LXV, item in LXXIIII, item in LXXXIII. In MIII[c]LXXV. civitas Cesene derobata fuit a Bretonibus capientibus homines et mulieres et vituperantes eos, quod facere non potuissent, nisi intervenisset auxilium domni Iohannis Aguti cum suis gentibus de Inghilterra, qui erat Faventie MIII[c]LXXXXIIII. die VII. Augusti, dum esset guerra inter Cechūm et Pirum de Ordelaffis ex una parte et Karolum domni Gallaotti de Malatestis et fratres ex altera. Hinc inde multis dampnis datis, venit ipse Karolus cum magna gente in villa Bosecli districtus Forlivii. Tunc Forlivienses exeuntes extra et non valentes resistere dictis gentibus, capti fuerunt de Forlivio plures 4[us] (4 milibus?) homines, et redimerunt se magnis q^{s}t̃, et aliquanti fuerunt mortui. *In ima pagina praecedente Blondus Forliviensis, cujus manus per totum codicem notulas marginibus aspersit, haec addidit:*

antea, ut videtur, Trecis in Gallia[1]. *Etiam hic Dares et Ademarus Paulum antecedunt, sequuntur historia Alexandri, Tractatus de Sibillis* (Sibille generaliter omnes *sqq.*), *Roberti historia Hierosolymitana.*

(84) *H* 3. *Romanus Casanatensis*[2] *A, I,* 21, *membr. s. XIII. fol. Post Daretem, Historiam Apollonii, Historiam Langobardorum leguntur epitaphia Ludovici regis et aliorum, Passio Thomae Cantuariensis, Translatio S. Stephani, Vita S. Leonardi.*

(85) *H* 4. *Oxoniensis collegii Corp. Christi*[3] *Nr.* 82, *membr. s. XIII. fol. max., in Gallia, ut videtur, exaratus. Insunt Curtii historia Alexandri, Gesta ejusdem, Caesar de bello Gallico, Ademarus, Historia Apollonii, Paulus. Codicem evolvit V. Cl. R. Pauli.*

(86) *H* 5. *Bernensis Nr.* 208, *olim, ut videtur, S. Eugendi Jurensis*[4], *postea Danielis et Bongarsii, membr. s. XIV in. fol., eadem quae H* 1 *continet opera, quibuscum Bongarsius plura alia compaginari fecit (cf. Hayen, Cat. Bern. p.* 256). *Variae hujus lectiones enotatae sunt in cod. Paris. Suppl. Lat. Nr.* 40.

(87) *H* 5[a]. *Parisiensis Nr.* 17780 *(Bouhier*[6] *Nr.* 93), *chart. s. XVI, ex cod. S. Eugendi descriptus et Chifletii manu hic illic correctus. Solam historiam Langobardorum continet.*

Aliud genus in Bavaria natum est et propagatum; cujus auctor praeter codicem D (vel C *1) *alterum classis G (ad G* *3 *prope accedentem; v. III,* 29) *adhibuit, nonnumquam utriusque lectiones conjunxit; cf. N. Arch. I, p.* 558.

(88) *I* 1. *Monacensis Lat. Nr.* 6391 *(Frisingensis Nr.* 191) *membr. s. XI.* 4; *litteris praegrandibus non una manu scriptus, qui solum Paulum continet. Primo deperdito quaternione, in I,* 6. *incipit. Hunc librum a V. Cl. Halmio, bibliothecae Monacensis praefecto, humanissime Berolinum transmissum post Bethmannum et ipse accuratius examinavi.*

(89) *I* 1[a]. *Monacensis Lat. Nr.* 18571 *(Tegernseensis Nr.* 571), *membr. s. XI. ex. Historiae Langobardorum alia manus adjecit passionem S. Quirini. Illa Frisingensi exemplari valde similis, non tamen ex ipso, sed ejus fonte manasse videtur (cf. praesertim IV,* 27 *ex.* 28 *inc.).*

(90) *I* 1[a]*. *Monacensis Lat. Nr.* 4602 *(Benedictoburanus Nr.* 102[5]), *membr. s. XII.* 8., *ex Tegernseensi nitidissime exscriptus.*

(91) *I* 1[b]. *Romanus Vallicellianus B.* 61, *membr.* 4, *inter alia multa variis temporibus scripta praebet etiam Historiam Langobardorum, in cujus calce legitur:* Exemplar inveni in bibliotheca Ecclesię Brixinensis[6], cuius episcopus est reverendissimus dominus meus d. Nicolaus de Cuβa tt. sancti Petri ad Vincula S. R. e. cardinalis; descripsi ut vides confuse in Bunneccha oppido Norico eiusdem ecclesiae Brixinensis anno

Referre solita fuit Francisca genitrix mei Blondi, quo die tumultus hic Forolivii fuit, eam, que apud genitricem et fratres pransum erat, cum vidisset cives ad arma discurrere, memorem subito factam, arma genitoris mei in cubiculo clausa esse, cuius ipsa claves teneret, me raptim gremio exceptum, qui menses octo natus essem, asportasse, nullo expectato itineris comite, et ad arma patri meo danda viam omnem decurrisse. BETHM.

1) *Ut conjicio ex iis quae ad II,* 4: fugientes cladem vita relinquebantur, *margini imposita leguntur:* al. 'vitae' per diptongum, et sic est in monasterio Pontigniacensi Autissiodorensis diocesis, al. 'vitam', ut in monasterio de Rigniaco dicte diocesis ita est. Johannes de Castronovo canonicus Trecensis. BETHM. 2) *Olim fortasse Rigniacensis, ut nota innuere videtur marginalis ad praecedentem codicem allata.* BETHM. 3) *Primo legitur folio:* Orate pro anima rev. in Christo patris ac domini Rīcī. Fox, olim Winton. episcopi, collegii Corporis Christi fundatoris, qui hunc librum dedit eidem. 4) *Id Bethmann statuit, quia H* 5[a], *qui quam proxime ad H* 5 *accedit, ex hujus monasterii codice est descriptus.* 5) *Hunc recenset Pez Thes. III,* 3, *p.* 627. 6) *Hic fortasse iis ansam dedit quae de codice Secundi Brixinensi traduntur; v. supra p.* 25 *n.* 4.

1460. die 8. Aprilis absolvi Deo gratias Io. an. *Indices nulli, neque capita distinguuntur. Brixinensis ille codex utrum etiamnum exstet, compertum non habemus.*

(92) *I* 1[c]. *Vaticanus Urbinas Nr.* 984, *chart. s. XV, ex altero Urbinate Nr.* 413, *qui jam intercidit, catalogo teste descriptus. Cum* 1[b] *id habet commune, quod indices desunt neque capita discernuntur; praeterea lectiones singulae a Bethmanno enotatae hunc ei locum attribuunt.*

(93) *I* 2. *Bruxellensis Nr.* 8244, *olim Korssendonkanus dioec. Brugensis, chart. a.* 1489, *qui Bedae historiam Anglorum*[1], *Aretinum de bello Gothico, Historiam Langobardorum et Jacobi de Vitriaco Historiam orientalem continet. Pauli textus inter A C et G fluctuat, ab I* 1 *tamen diversus. Indices nulli; capita de suo distinxit librarius.*

(94) *I* 3. *Parisiensis Nr.* 5315, *Colbertinus, olim, ut videtur, Arelatensis, membr. s. XI. ex., fol. Post Vitas sanctorum et Victorem Vitensem Historiam continet Langobardorum, in qua V,* 16 (perempta) *librarius calamum in media pagina deposuit. Additamentum peculiare habet III,* 8; *argumenta capitibus praescribere coepit, nec tamen in hoc consilio ultra medium librum I. perstitit. Lectio modo ad codices A modo ad G accedit.*

(95) *I* 3[a]. *Avenionensis, Musei Calvetiani, membr. s. XIII. Praeter Paulum et Victorem Vitensem etiam Eusebii historiam ecclesiasticam a Rufino translatam et Cassiodori historiam tripartitam complectitur. In iisdem desinit verbis ac I* 3; *cf. Arch. VII, p.* 209.

(96) *I* 3[b]. *Gratianopolitanus Nr.* 338, *olim Carthusianorum ejusdem urbis, membr. s. XIII. De quo nihil compertum habemus praeter quod eodem volumine Orosius et Victor Vitensis exstant (Haenel, Catal. p.* 169).

(97) *K* 1. *Londiniensis, Musei Britannici Nr.* 14092, *a.* 1843. *emptus*[2], *olim fortasse Vicentinus*[3], *membr. s. XV.* 8, *una manu Italica exaratus, quae varia opera Paulo subjecit*[4]. *Libri non distinguuntur, plura omittuntur (III,* 25. *IV,* 31. *VI,* 7. 37), *alia transponuntur, contrahuntur, verbis mutatis redduntur, ut potius opus ex Paulo confectum quam Pauli codicem dicas. Neque interpolationes desunt (II,* 9. 23. 32. *IV,* 37). *De his omnibus retulit V. Cl. R. Pauli.*

(98) *K* 2. *Cheltenhamensis (bibliothecae Thomae Phillipps) Nr.* 3706, *olim Julii Saibanti*[5]. *Sub titulo* Pauli Wanafrit Forliviensis de bello Longobardorum *f.* 281. *legitur historia ex Paulo excerpta potius quam descripta. Pauca enotavit V. Cl. R. Pauli.*

(99) *L* 1. *Bambergensis E. III.* 14, *membr. s. XI, in Italia scriptus, de quo fuse disputatum est Arch. IX, p.* 673 *sqq. Quae hoc volumine continentur veterum scriptorum opera pleraque non fideliter excepta, sed mutato sermone reddita multisque additionibus aucta sunt, ita ut vix genuini sermonis vestigia deprehendas.*

(100) *L* 2. *Oxoniensis, Coll. Magdalen. Lat.* 14, *membr. s. XIV.* 4, *Bambergensi similis, ut V. Cl. R. Pauli accuratius exposuit, N. Arch. I, p.* 161 *sqq.*

(101) *L* 3. *Saresberiensis ecclesiae cathedralis* 1060. 234, *olim 'liber ecclesie Sarum', membr. s. XIII, a Bethmanno huc relatus est; cf. Arch. VII, p.* 244. 343.

1) *Exstat in B* 2; *Aretinus in A* 2[b]. 2) *'Purchased at the sale of the Saibante and Gianfilippi mss. at Paris, Jan. Feb.* 1843, *Lat.* 440'. *Ideo idem esse videtur, quem marchio Gianfilippi Veronensis s. X. esse jactabat; v. Arch. V, p.* 260 *n.; XII, p.* 655. 3) *Quod conjicere licet ex inscriptionibus Paulo subjectis, quae inventae erant:* in loco putei prope Forumiulium agri Vicetini in quadam domo, in loco Acignani agri eiusdem, Marosticae, in suburbio civitatis Vicetiae ante portam. BETHM. 4) *Historia Gothorum Hispanorum; Historia Francorum —* 1356; *Catalogus regum Francorum usque ad Johannem II; Vita comitissae Mathildis (a comite P. Manara edita); De festis apostolorum; De* 72 *discipulis; De septem miraculis mundi; Excerpta ex Solino.* 5) *V. (Maffei) Indice de' libri di Giulio Saibanti. Veron.* 1734, 8, *ubi ita affertur:* Pauli Venafri Foroliviensis de bello Longob.

Afferuntur praeterea[1]*:*

(102) *Vaticanus Nr.* 8086, *chart. s. XV (cf. Arch. XII, p.* 260*), qui inter alia excerpta quaedam Pauli descripsit capitula (I,* 1—12. 14—16. 22. 23. *II,* 1. 8—10. 14—17. 19—21. *V,* 30. *VI,* 11. 23. 24. 34. 39. 47. 48. 57).

(103) *Mantuanus, olim monasterii Padolironensis; Arch. XII, p.* 627.

(104) *Cantabrigiensis, Clare Hall, membr. fol. s. XIII; Haenel, Cat. p.* 781.

(105) *Comitis de Ashburnham L(ibri) Nr.* 86, *membr. s. XII, cujus notitiam b. m. G. H. Pertz dedit.*

(106) *Abrincensis bibliotheca aliquot codicis qui fuit Montis S. Michaelis folia s. XII. scripta servat; Bethmanno teste, qui ibi praesens fuit.*

(107) *Vaticanus Palatinus Nr.* 851, *chart. s. XV, dum Bethmann Romae versabatur, inveniri non poterat; Arch. XII, p.* 344[2].

Flammis consumpti sunt:

Londiniensis Cotton. Otho A 10, *in quo Aethelwerdi chronicon et Historiae Langobardorum libri sex, 'characteribus antiquis et elegantissimis' legebantur, teste Smith, Cat. bibl. Cotton., Oxon.* 1647, *p.* 67.

Londiniensis Cotton. Vitellius E II, qui etiam Fragmentum de regibus Francorum, G. Alexandri, Daretem, Historiam Romanam alia continebat. Ib. p. 95.

Bethmann praeterea quotquot invenire poterat codicum antiquorum notitias summa diligentia collegit, quas ubi ad libros nostro tempore servatos referre licebat supra indicavimus; reliquos vero codices, quos certo agnoscere plerumque nequimus aut deperditos lugemus, nunc ipsius verbis recensemus. Sunt vero:

Itali, praeter Pauli archetypum: Casinensis sub abbate Theobaldo, hoc est a. 1022—1035. *exaratus, teste Leone Ostiensi II,* 53 *(SS. VII, p.* 662*); Casinensis alter sub Desiderio abbate scriptus, ut refert Petrus diac. Chron. Casin. III,* 63 *(ib. p.* 746*:* Historiam Langobardorum, Gothorum et Wandalorum*); Farfensis, quem Hildeprandus a.* 939—943. *defraudavit, teste Gregorio Catinensi (SS. XI, p.* 536 *n.); Lucensis, qui in inventario sacristiae capituli S. Martini a.* 1264. *facto (Liber ej. capit. LL.* 43*) ita notatur:* Istorie Longobardorum, cronica Bede*; Novaliciensis, a Carolo de Lewis adhuc a.* 1775. *visus et s. X. attributus*[3]*; Patavinus S. Johannis, quem affert Montfaucon, Bibl. I, p.* 485*:* Pauli Diaconi historia *(idem fortasse qui A* 6*); Ticinensis in bibliotheca Vicecomitum, cujus catalogus tres recenset, quorum duos inter Parisienses reperire licet (v. supra p.*36, *F* 2[a]. *F* 2[a*]*), tertius Jordanem et Paulum continebat (Bethmann fortasse eundem esse opinatus est qui in catalogo librorum mss. apud heredes abbatis Silvestri Maurolyci in cod. Vatic. reg. Christ. Nr.* 2099, *s. XVI, ita affertur:* Gepidarum gesta et Pauli Diaconi hist. Langob. membr. fol.). *Codex comitis Karoli della Pace Utinensis affertur in libro Asquini (Del Forogiulio dei Carni. Ver.* 1827.

1) *De Parisiensi Nr.* 1750 *v. supra C* 3*; de Brixinensi J* 1[b]. *Cod. Glasguensis s. XIII. XIV. Pauli epitomen ab Ekkehardo confectam continet.* 2) *De Urbinate Nr.* 413 *v. J* 1[c]. 3) *Anecdota sacra, Taurinis* 1789, *I. praef.* 34, *ubi ita de eo refert: 'membr. s. X; in principio desunt quaedam paginae. Insunt: orationes missae; S. Bonifacius de poenitentia; Remigius Novaliciensis de Og et Magog num sint Ungari qui Galliam invaserunt, ad Virdunensem episcopum; de ambigenis; de aroma ejusdem Remigii; Epitaphium Ambrosii; Bedae vita S. Gregorii; Epitaphium Brunonis archiepiscopi; de Theophilo; Augustini sermo; Vitae SS. Mariae Aegyptiacae, Pelagiae, Marinae, Eufrosiae, Catherinae; Translatio S. Benedicti; Hieronymus ad Paulam; Amphilochii acta S. Basilii; Vita S. Hieronymi; Vita S. Dionysii Mediol.;* Inc. gesta Langobardorum eorumque originem. Inc. capitula libri primi. *Liber primus completus est; liber secundus usque ad cap.* 17. *et tres posteriores inteligibiles (?) sunt'. Eadem fere in Excerptis Lewisi manu factis in Arch. Taurin. (Archivio dell' Economato) leguntur.* BETHM.

4. *p.* 67). *Sforzanus in catalogo bibliothecae Sforzanae, Romae olim asservatae, in cod. Vatic. Ottobon. Nr.* 2355. *ita indicatur:* 93. chart. Pauli Foroiulensis hist. Langob. libr. sex, *fortasse ex iis est qui hodieque Romae exstant. Codicem vero Petri de Luna antipapae, qui in catalogo bibliothecae illius, Cod. Barberin. XXXIX,* 84, *recensetur:* Ystoria Longobardorum et Africana, *inter eos quaerere licet qui Victorem Vitensem cum Paulo conjunxerunt.*

Germani: Augiensis, quem Reginbertus Augiensis monachus in catalogo ante a. 846. *confecto inter libros suo tempore scriptos ita allegat (Neugart Episc. Const. I, p.* 550[1]*):* In tricesimo quarto libro continentur libri quinque Historiarum gentis... Winilorum qui et .... et liber in quo habetur excidium Troiae civitatis (*i. e. Dares*); *Coloniensis S. Martini in catalogo a.* 1494. *ap. Ziegelbauer, Hist. rei litter. ord. S. Benedicti I,* 506*:* Gesta Longobardorum libr. 6; *Dunensis ap. Sander, Bibl. ms. Belgica p.* 187[2]*:* Pauli Warnefridi pars quaedam Historiae Langobardorum; *Sangallensis s. X (?), litteris initialibus auro vivisque coloribus nitidissime pictus, teste Gercken* (*Reisen II, p.* 175), *ideo a F* 1. 1[a]. 1[a*] *diversus*[3]*; Wessofontanus in catalogo s. XII. et altero s. XIII. ap. Naumann, Serapeum* 1841, *p.* 252*:* Gesta Longobardorum.

Gallici: Beccensis in catalogo s. XIII, quem ex cod. Abrincensi Nr. 186 *edidit Ravaisson* (*Rapport au ministre* 1841), *ita indicatur:* Historia Orosii, Trogus Pompeius et Historia Langobardorum libris quinque; *Massiliensis S. Victoris, in catalogo s. XII. a Champollion-Figeac edito* (*Documents sur l'hist. de France I, p.* 657) *descriptus:* Volumen gestorum Grecorum Romanorum et Longobardorum (*id est Dares, Historia Romana et Lang.*); *Senonensis S. Petri Vivi, quem Arnaldus abbas a.* 1095—1123. *scribi fecerat teste Chron. monast.* (*ap. Dachery Spic. II, p.* 485)*:* Paulus Langobardorum historiographus et in eodem volumine Inventio capitis S. Iohannis.

Angli: Cantuariensis in memoriali Henrici prioris monasterii Christi Cantuar. a. 1285. *electi, quod exstat in cod. Londiniensi Cotton. Galba E.* 4*:* Hystoria Langobardorum; *fortasse Colchestrensis: Historia Dudonis, cosmographia Ethici,* Paulus de Cassina historicus, *et Eoveshamensis:* Historia Pauli de Casino, *uterque a Leland, Collectanea III,* 271. 269, *allegatus, nec tamen ita descriptus, ut certo agnoscere liceat, utrum Historia Langobardorum an Romana sit intelligenda*[4].

Alios non paucos Historiae Langobardorum exstitisse codices, eorum quos superstites gaudemus recensio docet, quorum inter se cognatio ita tantum explicari potest. Quod haec ostendit tabula[5]*:*



1) *De quo cf. König, Freiburger Diöcesanarchiv IV, p.* 265. 2) *Minus certi sunt Aldemburgensis, ibid. p.* 224*:* Historia Langobardorum incerti auctoris; *et Bonae Spei in Hannonia, ibid. p.* 311*:* Pauli Diaconi chronicon *(historia Romana?).* 3) *Cf. supra p.* 35. 4) *Idem dicendum est de codice collegii Eaton Nr.* 103 *(Smith Cat. Angl. p.* 48*; Arch. VII, p.* 343*). Alterum vero, Nr.* 52 *(ib. p.* 47*), Historiam praebere Romanam, aperte indicatur. Cheltenhamensis, Nr.* 451, *ib. p.* 342, *continet Jacobi de Voragine historiam Sanctorum Lombardam; alius s. XV. codex (Arch. l. l. p.* 342*) brevem Langobardorum historiam.* 5) *Paucis mutatis, quae jam accuratius indicari poterant, repetita ex N. Arch. I, p.* 559.

Ex qua patet, ad archetypum plures esse referendos codicum classes, quibus inter se comparatis illius lectio est enucleanda. Quam certo certius assequi nobis videmur, ubi omnes vel magna eorum pars quos tamquam optimos cujusque classis numero 1 *(vel* *1*) indicavimus inter se conveniunt; sed etiam duorum vel trium consensus idem suadere potest. Ipse ille archetypus mendis non carebat, quae eo nata esse videntur, quod Pauli librariis verba in calamum dantis sensus ab his saepius non recte intelligebatur, auctor vero ea emendare neglexit vel morte praereptus haud potuit. Alia vero a scribis postea inferebantur; id quod non diu post Pauli tempora factum esse, fragmenta codicis Asisiensis rescripta docent, quibuscum libri quos habemus antiquissimos faciunt. Verborum distinctio raro instituta, eaedem litterae in fine et initio verborum ponendae semel tantum scriptae erroribus non paucis ansam dederunt. Quos ut tollerent, Pauli verba, ut supra monuimus, ad modum vulgaris linguae non semel scripta, ex grammaticae regulis corrigerent, lacunas explerent, alii s. IX. et X. librarii sibi sumserunt, quod tamen vix prospere eis cessit. Nec fieri potuit, quin in tanta codicum mole variae natae sint lectiones innumerae fere, eaeque modo omni sensu destitutae, modo temerariae et a genuino verborum tenore prorsus alienae. Quas omnes enotare, nedum hic recensere, taediosum et plane inutile erat. Id tamen egimus, ut codicum qui aetate vel auctoritate praestant (*A* 1. 2. *F* 1) integram lectionis varietatem exhiberemus, ex aliis qui ad hos prope accedunt (*B* 1. *C* 1. *D* 1. *G* 1. 2) omnia quae ad veram lectionem stabiliendam facere possunt aut saltem non apertae corruptionis indicia praebent, ex reliquis vero, quantum licebat, ea quae codicum cognationem et textus Pauliani, ut ita dicam, historiam explanant. Neque id egimus, ut ubique singuli cuiusque codicis afferretur lectio; nonnumquam classis signum (praesertim *D*) posuimus, ubi plures inter se conveniunt, de reliquis vero non constabat. Nam quantamcumque operam Bethmann aliique socii nostri in indagandis et examinandis Pauli codicibus posuerunt, non omnes tamen locos inspexerunt, qui dubia movere vel solvere possent. Quae correctores postea codicibus intulerunt ex *A* 1 et 2 tantum annotavimus, ex *D* 1 et *F* 1 partem eorum quae in ceteros harum classium libros transierunt, aliis, quibus praesertim *G* 1. 2. 3 abundant, prorsus omissis. Nihilominus lectores nimia lectionum mole obrutos esse, multos fore qui judicent vix dubito. Quos tamen monitos velim, bis terve primum a Bethmanno, postea, codicibus antiquissimis denuo adhibitis, a me non grato sane labore eas esse recensitas et castigatas.*

Editionum vix semel vel bis ratio habenda erat. Sunt vero hae[1]*:*

1) *Ascensiana, ed. Guil. Parvo, Paris.* 1514, *ex codice classis F (fortasse F* 2^{a} *vel F* 2^{a*}*).*

2) *Peutingeriana, Augustae* 1515, *codices secuta ad A* 3 *et I* 1 *pertinentes.*

3) *Frobeniana, curante S. Gelenio, Basileae* 1532, *inter Historiae Romanae scriptores, ex* 1 *repetita.*

4) *Lindenbrogiana prima, Lugduni Bat.* 1595. 8, *ex* 2 *sumta, adhibito codice Orteliano, qui ad C* 5 *prope accedit (supra p.* 32). *Novo titulo aucta prodiit cum Jordane aliis Lugd.* 1617. 8.

5) *Lindenbrogiana altera, Hamburgi* 1611. 4, *cum Jordane, Isidoro etc., p.* 187, *adhibito codice B* 1.

6) *Gruteriana, Hanoviae* 1611 *fol. inter Historiae augustae scriptores, cum varia lectione codicum G* 2 *et F* 4.

7) *Elzeviriana, cui Hugo Grotius manum admovisse dicitur, Amstelodami* 1655. 8, *cum Jordane, Isidoro.*

8) *Lugdunensis* 1677, *Maximae bibliothecae patrum Vol. XIII, p.* 332 *sqq., ex* 7.

1) *Cf. Bethmann p.* 296 *sqq.*, 314 *sqq.*, 344 *sqq., ubi accuratius de iis egit; N. Arch. I, p.* 558.

9) *Muratoriana cur. Horatio Blanco (Bianchi), SS. Rer. Italicarum Vol. I, Mediolani* 1723, *cum varia lectione codd. B* 2 *et F* 2.

10) *Migniana, Paris* 1861, *Bibliothecae patrum Vol. XCV, ex* 9.

Translationes Italicae exstant una manuscripta in bibliotheca Taurinensi, duae impressae auctoribus L. Domenichi (Venet. 1548. 1554. *Milan.* 1631) *et Viviani (Udine* 1826)[1]*; duae Germanicae, altera a C. de Spruner ex codice corruptissimo L* 1 (*Hamb.* 1838), *altera ab O. Abel (Geschichtschreiber etc. Berl.* 1849)*; una Francogallica auctore Faubert (Paris.* 1603)[2].

Annotationes nonnullas adjecit Fridericus Lindenbrogius, quas retinuit multisque amplae eruditionis frugibus plenis auxit Hor. Blancus. Quas ex his selegendas duxi signo BI. *indicavi, alias ex Bethmanni schedis sumtas* BE.*; nonnullas ipse adjeci, praesertim eas quae ostendant, quomodo fontibus usus sit Paulus. Ampliori commentario auctores prosequi, a magnae huius collectionis consilio alienum est.*

Berolini, mense Julio 1876. *G. WAITZ.*

INCIPIVNT[a] CAPITVLA LIBRI PRIMI.

1. De Germania, quod plures nutriat populos, ideoque ex ea multae gentes egrediantur.

a) In nomine Domini incipiunt capitula de historia Langobardorum A 2. In Christi nomine incipiunt capitula libri istorię Langobardorum A 3. Incipiunt capitula libri primi historiae Langobardorum A 3. 3[c]. Incipiunt capitula libri primi in historia Longobardorum A 5. In n. s. trinitatis inc. cap. libri primi in historiam Longobardorum A 6. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti incipiunt capitula libri primi historiae Longobardorum D 3. Incipiunt capitula libri primi historiae gentis Langobardorum *plerique* D. Inc. cap. in historia Langob. E 1, *ubi abbreviata sunt.* Incipiunt capitula in historia Longobardorum H 4. — *Index cum primis foliis excidit in* A 1. C 1. I 1 *et aliis*; *omittitur omnino in* A 2. B 1, *ubi argumenta capit.* 1—24. *praemissa sunt*, B 2[a]. E 4. F 1. G 5. 5[a]. I 2. K 1. — *Prorsus diversum codd.* G 1. 2. 3 (*cujus prima pagina jam legi nequit*) 4. 5. I 1[a] *ita exhibent*: 1. De septentrionali plaga, quod (*deest* G 4) quamvis singula loca (*deest* G 4) propriis nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur. 2. Divisio Winolorum (Huinolorum G 4) in tribus partibus facta. 3. De eo quod tertia pars populi Ibor et Aionem super se ordinaverit duces. 4. De septem viris dormientibus in eadem Germaniae regione (in Germ. I 1[a]). 5. De Scriptowinis (Scriptofinnis G 1) gente (gens G 4), quae crudis carnibus vivunt (vivit I 1[a]), quibus etiam in locis per aliquot dies noctium (noctu I 1[a]) lux clarissima cernitur. 6. De voragine oceani maris et de viro quem umbilicus absorbuit. 7. De egressu Winilorum a Scandanavia, et pro tributis Wandalorum legatis ad eos missis. 8. De eo quod Wandali Godan sortilogum victoriam postulassent (postulabant G 4). 9. Quod Langobardi ab intactae (intacto G 4. I 1[a]) ferro barbae longitudine sint (sunt G 4. I 1[a]) appellati. 10. Bellum Winilorum (Winolorum G 4) cum Wandalis. 11. Ubi Assipitti (Assipiti G 4) eorum iter impediunt. 12. De singulari certamine et libertate transeundi Langobardorum per fines Assipittorum. 13. De libertate servorum et in quibus postea habitaverint (habitaverunt G 4) locis. 14. Mortuis ducibus Ibor et Agione (Aione G 4), primum eis Agelmund, Agionis filius, regnat. 15. De quadam meretrice uno partu septem enixa puerulos et in piscinam proiectos, ex quibus rex unum levari praecepit et Lamissio nomen imposuit, qui postea cum Amazonarum fortissima in fluvio natatu conflixit. 16. De eo (hoc G 1; De eo *des.* I 1[a]) quod subito super eos Vulgares inruentes, regem eorum Agelmund occiderunt. 17. Hic secundus Langobardis Lamissio regnat et Vulgarum gentem inpugnat. 18. Hoc quoque defuncto, Lèthu, dehinc Hildehoc, et post hunc quintus Gudeon regnum suscepit. 19. Bellum inter Odoacar, qui intra Italiam regnabat, et Feletheum Rugorum regem. (*Sequentia usque ad verba* I, 6:

1) *Bethmann p.* 318. *Editionem Venetam a.* 1548. *in bibliotheca Berolinensi vidi.* 2) *Dahn p. XXXIII.*

2. De Scadinavia[a] insula, et quia[b] ex ea Winilorum, hoc est Langobardorum, gens est egressa.
3. Quod Ibor et Aio[c] primi duces Winilorum cum matre sua Gambara fuerunt[d].
4. De septem viris apud Germaniam[e] dormientibus.
5. De gente Scritobinorum.
6. De duobus umbilicis oceani maris, qui[f] sunt ex utraque parte Brittaniae.
7. Quod Winili[g] in Scoringam venerunt, et[h] quia Ambri et Assi[i] Wandalorum duces eis tributa sibi[k] persolvere mandaverunt.
8. De Godan[l] et Frea ridicula[m] fabula.
9. Quare Winili Langobardi appellati sint[n], et quod Wotan[o] ipse sit qui apud Romanos Mercurius dicitur.
10. Quomodo Langobardi Wandalos vicerunt, et[p] de fame Langobardorum.
11. Quia Langobardi in Mauringam transire volentes ab Assipittis[q] sunt impediti.
12. De monomachia duorum virorum fortium, quorum[r] unus e Langobardis, alter ex Assipittis[s] fuit.
13. Quod Langobardi in Mauringam transierunt, ac[t] deinde ad ulteriora[u] loca progressi sunt.
14. Quia, mortuis Ibor et Aione[v] ducibus, Langobardi primum regem Agelmundum[w] habuerunt.

fuerunt morientibus *desunt* G 1, *quatuor foliis excisis*). 20. Hic mors Gudei et Clafonis, et bellum inter Tatonem et Rodulfum regem Herulorum. 21. De interfectione Tatonis, et quod Wacho (Humacho G 3) Suavos suo dominio subiugavit. 22. (*hoc loco incipit* G 2, *primo folio amisso*) Hinc (Hic G 3. 5[c]. I 1[a]) Waltari (VII. Waitari G 5[c]), post quem nonus Auduin (Oduuini G 2; Otwinus I 1[a]) regnat (filium regis occidit *add.* G 5[c]). 23. Hic (Aduin G 5[c]) Albuin (Albuuin G 2 *semper*), filius regis Auduin (Oduuini G 2. I 1[a]), Turismodum, Turisindi (Thur. G 2) Gebidorum (Gebitorum G 3) regis filium, occidit. 24. De eo quod Albuin pro petenda arma ad Thurisindum regem profectus est. 25. De Iustiniano (Iustiano G 2) imperatore, qui et bella prospere per Bilisarium gessit et in (*deest* G 3) causis (clusis G 3. 4) civilibus mirificus extitit; huius temporibus Cassiodorus divinae scientiae claruit, et Priscianus grammaticae artis profunda rimatus est. 26. De sancto Benedicto (et eius miraculis et laudibus eius *add.* I 1[a]). 27. De regno Albuini, et quod cum Avaris (Averibus G 2; Avares G 3) foedus perpetuum inierit, et de interfectione Cunimundi regis Gepidorum capiteque illius ablato et ex eo poculum (*corr.* poculo G 4) facto. — F 1[a] *argumenta ita de suo supplevit*: 1. De natura et situ septentrionalis plage Germanie, et quod ex ea Gothi Wandali Heruli Turcilingi necnon et alie feroces et barbarae gentes prodierunt. 2. Pari modo et Winilorum, hoc est Longobardorum, gens, quae in Italia regnavit, a Germania sorte exiit. 3. Quod constituerunt duos duces super se, Agion et Ibor. 4. De septem dormientibus qui ibi in quodam antro requiescunt. 5. De Scritowinis. 6. De caribdi, *et cetera*. — D *3 *ita*: 1. De Germania, quod multos populos ibi nascatur et inde multe gentes egresse sunt. 2. De Scandanavia insula, de qua Winnolorum, id est Longobardorum, gens venit *etc.* — *Porro* F 2. *2. 4 *ita habent*: 1. Prologus, quae sit Germania et quae gentes eam inabitent. 2. Ut quid Langobardi a proprio solo moverint se et nomina primorum ducum (et — ducum *desunt* F 2. *2). 3. Miraculum de septem longo tempore dormientibus. 4. De Scriptowinis, et (*deest* F *2) qualiter apud eos sol candeat. 5. De maris umbilico testimonium Virgilii et aliud in Brittania *etc.* — *Denique* H 1 *incipit*: Gens Lang. dicta quomodo aut qualiter exeuntes de provincia sua ad expugnandas plurimas gentes, quia ex genere et nativitate munda generatione Winili fuerunt procreati. De Germania quod p. n. p. *etc.* De Scad. insula dicta, quia ex ea *etc.*

a) Scadianavia A 3[c]; Scandinavia A 3? B. C. D. E. b) qui ea A 2[b]. c) Alo A *3; Haio A 6. d) D 3 *argumentum* 4. *cum hoc ita jungit ut addat*: et de miraculo septem dormientium. e) Germanias A 3. 3[c]. f) qui — Brittaniae *des.* E 1. g) Uuinnili B 1. h) et — mandaverunt *des.* E 1. i) Tassi A 3. 3[c]. H 1; Assiam D 1; Asiani *alii* D. k) *ita* A. C. D. L; vi B 1. l) Godam B 1. m) r. f. *des.* A 5. 6. n) sunt A 3; et — dicitur *des.* E 1. o) Vota *corr.* Godan D 1; Godan C. D; — ipse s. q. *des.* A 6. p) et d. f. L. *des.* E 1. q) ad Asipictis B 1; a Tassis pitis A 3; a Tasispictis H 1; a sipiatis A 5. 6; a Tassis pittis *corr.* ab Assis pictis D 1. — et — impediti *des.* E 1. r) quorum — fuit *des.* E 1. s) e Tassispitis A 3. 3[c]; e Tassis pittis B 1, *corr.* ex Assispictis D 1; Assispictis C. D. H 1. t) ac — sunt *des.* E 1. u) altera loca progressis s. B 1. v) Agione d. Langobardorum B 1. w) Agelmunth *e corr.* A 3, *et ita* A 3[c]; Agilmundo *corr.* Agelmundum D 1.

15. De meretrice quae septem infantulos peperit[a], ex[b] quibus Lamissio[c] unus fuit, et de monomachia eius cum Amazone.
16. Quomodo Vulgares[d] noctu super castra Langobardorum inruentes, Agelmundum[e] regem interfecerunt et filiam eius[f] captivam duxerunt.
17. Quomodo Lamissio rex effectus est, et[g] qualiter Vulgares superavit.
18. Quod, mortuo Lamissione, regnum Lethu[h] suscepit, et[i] post hunc filius eius Hildehoc[k], post quem[l] quoque Godehoc[m] regnavit.
19. Bellum inter Odoacar[n] regem Turcilingorum[o] et Feletheum[p] regem Rugorum, et quomodo Langobardi, superatis ab Odoacre[q] Rugis, eorum provinciam possiderunt.
20. Mortuo Godehoc[r], regnavit Claffo, et[s] post hunc Tato, qui delevit regnum Herulorum.
21. De morte Tatonis et regno Wachonis[t], et quomodo Wacho Suavos[u] superavit, et de uxoribus eius et filiabus[v], et de regno Waltari, filii eius.
22. Mortuo Waltari, regnavit Audoin, qui[w] Langobardos in Pannoniam adduxit.
23. Bellum Gepidorum[x] cum Langobardis, in[y] quo Alboin filium regis Gepidorum extinxit.
24. Quomodo Alboin cum quadraginta viris ad Turisendum[z] regem, cuius filium interemerat, profectus est arma ab eo petens, ut cum suo patre possit in convivio residere; et quomodo a Turisendo arma accepit[a].
25. De regno Iustiniani et[b] victoriis eius.
26. De beato Benedicto et miraculis et[c] laudibus eius.
27. De morte Audoin et regno Alboin, et[d] quomodo Alboin Cunimundum[e] regem Gepidorum[f] superavit et filiam eius Rosamundam in[g] matrimonium duxit.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

INCIPIT LIBER PRIMUS[h].

1[i]. Septemtrionalis plaga quanto magis ab aestu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum[k] et propagandis est[l] gentibus coaptata[m];

a) peperit D 1. b) ex — Amazone *des.* E 1. c) Lamisso A 3; Lamisio B 1 (*et ita postea*). d) Bulgares A *3. L 2; *e corr.* D 1. e) Agelmunth A 3. 3c; Agelmundo *corr.* Agelmundum D 1; Ag. — duxerunt *des.* E 1. f) ipsius B 1. D 1. g) et — superavit *des.* E 1. h) Letthuc B 1; Lethus D 2. i) et — regnavit *des.* E 1. k) Hildeoc A 3; Ildehoc B 1. l) hunc B 1. m) Godeoc A 3. 3c; Godeac *corr.* Godeoc D 1. n) Odoachar B 1; Edoagar D 1. o) Torcilinguorum D 2. 3; Torcilingorum D 1. p) Feledeum *corr.* Feletheum D 1 — regem — possid. *des.* E 1. q) Godoacre D 1; a Godehoc Rugilandam e. D 2. r) Godeoc *e corr.* A 3; Gudehoc B 1; Godooc *corr.* Godeoc D 1. s) et — Herulorum *des.* E 1. t) Vach. D 2; Wacc. H 1. L 2. — et — ejus *des.* E 1. u) Suevos D 3. 4. L 2; *deest* B 1. v) et de f. D 2. 3; f. Waltari filius eius A 3. 3c — et — eius *des.* B 1, *qui sequens argumentum ita exhibet*: De regno Waltari filii eius mortuoque. w) qui — adduxit *des.* E 1. x) Geppid. B 1. D 3. y) in — extinxit *des.* E 1. z) Turisindum B 1 *constanter.* — T. venit *ceteris omissis* E 1. a) suscepit B 1. b) et v. e. *des.* E 1. c) et l. *des.* E 1; m. eius et l. D 3. 4. d) et — duxit *des.* E 1. e) cum Cunimundo D 2. f) *deest* D 1. g) coepit *post suppl.* D 1; R. accepit D 2; R. uxorem duxit D 3. h) In nomine Domini incipit liber primus A 2. Expl. cap. In Christi nomine incipit liber istoriae Langob. A *3. Expl. cap. Incipit liber hystoriae Langobardorum primus A 3. 3c. Expl. cap. Inc. liber Longobardorum A 6. Incipit historia Langobardorum B 1. L 2. Expl. cap. libri primi. Incipit ipse liber C 1. Da 1. Expl. cap. Incipit liber primus hystoriae (*deest* 3) gentis Langobardorum D 3. 4; *codd. D addunt*: a Paulo quodam monacho de monte Cassini editus. Incipit origo gentis Langobardorum E 1. De origine gentis Langobardorum et gestibus eorundem liber primus incipit feliciter E 4. De origine gentis Langobardorum et gestis E 5. Incipit liber primus Langobardorum actus G 5c. Expl. cap. Incipit liber primus historia Longobardorum H 1. 4. Incipit hystoria Longobardorum a Paulo dictata liber i. I 1a. i) *De codicibus qui singulis quibusque capitulis argumenta praemittunt v. praefationem.* k) *deest* A 5; corporalibus h. ut A 2. 2a. l) *deest* D 3. 4. H. m) magis c. C 2. D 3. 5. I 1a. b.

sicut econtra omnis meridiana regio, quo[a] solis est fervori[b] vicinior, eo[c] semper morbis habundat[d] et educandis minus est[e] apta mortalibus. Unde fit, ut tantae[f] populorum multitudines arctoo[g] sub axe oriantur, ut non immerito universa illa regio Tanai tenus[h] usque ad occiduum, licet[i] et propriis loca in ea[k] singula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur[l]; quamvis et duas ultra Rhenum[l] provincias Romani, cum ea loca occupassent, superiorem inferioremque Germaniam dixerint[m. 2]. Ab hac ergo populosa[n] Germania saepe innumerabiles captivorum turmae abductae[o] meridianis populis pretio distrahuntur. Multae quoque ex ea, pro eo quod tantos[p] mortalium germinat, quantos[q] alere vix sufficit, saepe[r] gentes egressae sunt, quae nihilominus et partes Asiae[s], sed maxime sibi contiguam[t] Europam adflixerunt. Testantur hoc ubique urbes erutae per totam Illiricum[u] Galliamque[v], sed maxime[w] miserae Italiae, quae pene omnium illarum est gentium[r] experta saevitiam. Gothi[x] siquidem Wandalique, Rugi[y], Heroli[z] atque Turcilingi[a], necnon etiam[b] et aliae feroces et barbarae nationes e Germania prodierunt. Pari[c] etiam modo et Winnilorum[d], hoc est Langobardorum[e], gens, quae postea in Italia feliciter regnavit, a Germanorum populis originem ducens, licet et aliae causae egressionis eorum asseverentur, ab[f] insula quae Scadinaviag dicitur adventavit[3].

2. Cuius[h] insulae etiam Plinius[i] Secundus in libris, quos de natura rerum conposuit, mentionem facit[4]. Haec igitur insula, sicut retulerunt nobis qui eam lustraverunt, non tam[k] in mari est posita, quam marinis[l] fluctibus propter planitiem[m] marginum terras ambientibus circumfusa[n]. Intra hanc ergo constituti populi dum in tantam multi-

a) qui B 1. 2. 2a. D 1; que A 7. B 1a. 3. E 1. F 4a. 5; B 2 *et* D 1 *e corr.*; quanto H 1. 4. b) fervore C 4b. 5. F 2. 3. I 2; fervoris E 1; fervor G 3. c) et G 3. 4. d) *deest spatio vacuo relicto* E 1. e) *deest* D 3. 4. f) U. f. ut t. *des.* E 1. g) arcto A *3. 3. 6. B 1. 3. C. D 1 (*in marg.:* vel arcturo) 1a. 4a; arctho *corr.* arcthoo A 5; arcturo A 2. D 2. *3. 3. 5. H 1. 4; aictuo G 3. 4; arctos G 5b. c. 6; actoos G *5; articulo F 5; a. s. a. o. *des. spatio vacuo relicto* E 1. h) tam actenus B 1; — i. r. T. t. *des. spatio vacuo relicto* E 1; r. veniens u. o. F 5. i) licet loca singula n. proprio nomine F 2; licet et propter loca singulo n. nomine F *2; licet et propter loca in ea singula n. nomine F 3. k) in ea *des.* A 6. F 2. 3; G 2. *ed. pr.* l) Regnum A 2, *corr.* Renum A *3; Rehnum A 3; Renum B 1 *alii*; Rhrenum F 1; Hrenum G 1. I 1a. m) dixerunt D 4a. F 2. 4a. 5. G 5. H 1. I 2. 3. *Abhinc novum caput incipit* F 1a*. n) *deest* B 1. 2 (*post suppl.*); populi A *2. B 2a; populari A 5. 6; p. terra s. F 5. G. o) adduct. B 1. 2. 3. G 5b. H 1. p) tant(a)e E 1 (*corr.* tantos). F 1. G 4; tantas m. turmas F 1 *e corr.* F 2. tante m. turme F 3; tantum m. turmae F 4; tantum I 1b. I 1b*; tantam prolem I 2. q) quanto F 1. G 3. I 2; quantum G 3a. 7. I 1b*. r) *deest* B 1; — Saepe gentes eg. *incipit* K 2. s) ex parte Affricam G 4. t) congruam D 8. 9. I 1a; contiguam congruamque F 5; Erupam F 1 (*corr.* Europam). u) Yllir. F 1. G 2. v) totas . . . Galliasque A 3. 3a. w) maxime — illarum est *des.* C *1; *e corr. add.* D 1. x) *hic novum cap. incipit* F 5. y) W. querulosi F 1 *e corr.* (W. ulusi *vel* rulusi *fuisse videtur*) *et ita* F 2. 3; W. atque R. A *2; Vandali et R. K 2; et regi G 4. z) *ita* A 2. 3. B 1. D 1. G 2. *alii*; Eroli A *4; Hieroli E 1; Heruli F 1. G. 5. I 2. D 1 *et* G 2 *e corr. alii*; Herculi L 2. a) Turgilingi B 1. 2. F 2; Turciligni G 3. 4. b) *deest* B 1. c) *Novum cap. inc.* C 5. F 1. 2. 3. *edd.* d) *ita* A 2. *3. F 1, *alii*; Winilorum A 3. B 1. G 2. 3, *alii*. *Neque codices in verbo scribendo sibi constant; legitur etiam* Winuli G 3. 4; Winnuli A *3; Pinili *semel habet* A 3. e) *ita plurimi optimique codices semper fere scribunt;* Longobardi *rarissime* A 3. D 1. G 2. 3. 4; Langobardi *et* Longobardi *promiscue* D 4. H 1. I 2; Longobardi *const.* A 5. 6. D 4a. F 5. G 5c *alii.* f) ab — adventavit *des.* E. F (*post suppl.* F 2). G 2. 3. 4 (*codicis* 1. *haec pars deperdita est*). *Quorum loco habent* F 4. G *5. 5a. c. 7: a Scandinavia insula egressa est; G 5b: asseverant a Scandinavia insula egressos esse; *quod ex argumento c.* 2. *sumtum esse apparet, ut lacuna expleretur.* g) *ita* A 3c. D 1. H 1; Scadanavia A 3. D 3. G 2 *infra* c. 7; Scandinavia A *2. 2. 2a. 5. 6. B 1. 2. *Fortasse Paulus ne in hoc quidem verbo scribendo sibi constans fuit.* h) Huius A 3. 3a. 5. 6. B 2. C 4. G 4. 5b. c. H 1. I 1a *e corr.* 3. i) plenius A *2. 3. 3a. E 1. F. G 2. 3. 5c. H 2. k) tantum C *1. l) in m. C *1. m) planiem m. terrarum sevientibus c. A 3; propter p. m. t. a. *des.* F 3. *ed. pr.* n) c. est A *3.

1) *Cf. Isidori Etym. XIV*, 4, 4: unde et propter fecunditatem gignendorum populorum Germania dicta est. 2) *Haec quoque ex Isidoro l. l.* 3) *Haec Paulus ex Origine sumsisse videtur.* 4) *Plin. IV*, 13 (27).

tudinem pullulassent, ut iam simul habitare non valerent, in tres, ut fertur, omnem catervam partes dividentes, quae ex illis pars patriam relinquere[a] novasque deberet sedes exquirere, sorte perquirunt[b].

3[c]. Igitur ea pars, cui sors dederat genitale solum excedere[d] exteraque arva sectari, ordinatis super se duobus ducibus, Ibor[e] scilicet et Aionem[f], qui et germani[g] erant[1] et iuvenili[h] aetate floridi et ceteris praestantiores, ad[i] exquirendas quas possint incolere terras sedesque statuere, valedicentes suis simul et patriae, iter arripiunt. Horum erat ducum mater nomine Gambara[k], mulier quantum inter suos et ingenio acris et consiliis provida; de cuius in[l] rebus dubiis prudentia non minimum confidebant.

4. Haut[m] ab re esse arbitror, paulisper narrandi ordinem postponere, et quia adhuc[n] stilus in Germania vertitur, miraculum, quod illic apud omnes celebre habetur, seu[o] et quaedam alia breviter intimare[p]. In extremis circium versus[q] Germaniae finibus, in ipso oceani littore, antrum sub eminenti rupe conspicitur, ubi septem viri, incertum ex quo tempore, longo sopiti sopore quiescunt, ita inlaesis[r] non solum corporibus, sed etiam vestimentis, ut ex hoc ipso, quod sine ulla per tot annorum curricula corruptione perdurant, apud indociles[s] easdem et barbaras nationes veneratione[t] habeantur[2]. Hi denique, quantum ad habitum spectat, Romani esse cernuntur. E quibus dum unum quidam cupiditate stimulatus vellet exuere[u], mox eius, ut dicitur, brachia aruerunt, poenaque sua ceteros perterruit, ne quis eos ulterius contingere auderet. Videres[v], ad quod[w] eos profectum[x] per tot tempora providentia divina conservet. Fortasse horum quandoque, quia non aliter nisi christiani esse putantur, gentes illae praedicatione salvandae sunt.

5. Huic loco Scritobini[y] — sic enim gens illa nominatur — vicini sunt. Qui etiam aestatis tempore[z] nivibus non carent, nec aliud[a], utpote[b] feris[c] ipsis ratione non dispares, quam[d] crudis agrestium animantium carnibus vescuntur; de quorum etiam hirtis[e] pellibus sibi indumenta peraptant[f]. Hi a saliendo iuxta linguam barbaram[3]

a) relinquid re n. F 1. b) perquirit A 2. *3 *e corr.*, 3. 5. 6. C *1. D. F 1. K 2; *quod fortasse in archetypo scriptum codices* B. E. G. H. I *correxerunt.* c) *hoc caput praecedenti adjungunt* F 2. 3. 5. d) relinquere B. L 2. e) Hibor A 5. 6. D 3; Ebor G 2. I 1[a]; Ebore G 5. f) *ita* A 2. 2[a]. C 1[a]. D 1; Agionem A 3. B 1[a]. C 2. D 1[a]. F 1. G 4. 5[b]. H 3. L 1; Agione B 1. 2, F 1 *e corr.*; G 5[a. d]. I 3; Aione A 2 *et* D 1 *e corr.*, H 1, *alii*; Haione A 5. 6; *in indice omnes fere* Aio. g) gemini F 5. h) iuvenali A 3. G 2. 5[c]. i) ad — statuere *des.* G 5[b. c]. k) Gabara D *1. 2. l) *deest* G 3; *post add.* F 1; c. viribus et prudentia F 4. m) Nec F 4. G 2. 3. 4. 5. I 1[a]. n) st. adh. A *3. o) seo F 1; sed A *2. 3. C 1[a]. E 1. G 5[a]. I 1[a]. — et *deest* B 1. p) libet i. A 3. q) circius versus A *2; circumversus A 7. C 4. 5. D 9. E 1. H 1; circumversis A 3. F 1. G 2. 3. *5. 5[b. c]. I 1[a]; autem veris G 5[a] *e corr.*; a. versis G 5[a*]. r) inlaesi *vel* illesi G. I 1[a]. 2. s) indocibiles G 3. I 2. t) venerationi A *2. 2. *3. 5. 6. B 1[a]. C 4[a]. 5. D 1. K 2, *e corr.* B 2. F 1; in veneratione G 5. u) veste e. *corr.* F 1. v) *ita* B. E 1[a]; videns F 2; videris *ceteri*; *cf. infra.* w) quem A 5. 5[b]. 7. C 5. D 3. 5. 8. I 1[b]; quid *corr.* quod A 3[d]; quos B 3. G 2. *5; quorum G 5[b]. x) perfectum G 3. 4. 6. y) Scrittobini B 2; Scriptobini B 1; Scriptovini F (*corr.* Scritovinni F 1). G 3. 4; Scriptofinni G *5. 5[a]; Scritovini A 5. 6. D 3. E 1; Scriduwinni G 5[b]; Scridowinni G 5[c]; Scritofinni G 1; Scritovinni L 1; Cristobini C 4, *et similiter infra, ubi* Scriptiwini G 3. z) temporibus G 5[b. c], *ubi* n. n. c. *desunt.* a) alius E 1. F 4. G 2. 3; aliis *corr.* alius G 6; aliis G 4. 5[a], *e corr.* F 1 *et* G 2; alias G *5; nec ullo alio I 1[b]. — in cibum *corr. add.* A *3. b) ut utpute A *2; utpotes *corr.* utpote F 1; ut potest F 3[b]. 4. 5; *deest* A *3. I 1[b]. c) feres ipsi A *2; fieri E. F 4. 5; fieris *corr.* feris F 1. G 2; sceris G 3. *5 (*ubi* ipsi). 6; f. i. nisi ratione sunt d. I 1[b]. d) que A 5. 6. G 3. *5. 5[a]. 6. I 1[a]; quamque G 4. e) hircis *vel* hyrcis A *2. B 2[a]. C 4. D 1. 4. 5. 9; hyrticis E 1; hirtis *corr.* hirsutis A *3. 4. 6. F 1, *et ita* A 5; yrsutis F 4; istis G 3; *deest* G 5[b]. f) coaptant A 2. 3. B 1. D 6. 7.

1) *Nomina ex Orig. sumsit; quos, ut genti novam patriam sectanti praeessent, electos esse, Paulus finxisse videtur.* 2) *Narrat eandem fabulam Gregor. Turon. mirac. I,* 95. *Sed noster ex alio sua hausit fonte; cf. Baron. ad* 254*; Martyr. Rom. Jul.* 27. BE. *Acta septem dormientium in codd. saepius obvia (Hagen, Cod. Bern. p.* 157. 241*).* 3) *Cf. Zeuss, Die Deutschen p.* 684.

ethimologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras adsecuntur. Aput hos est animal cervo non satis[1] absimile[a], de cuius ego[b] corio, ut fuerat pilis hispidum, vestem in modum tunicae genu tenus aptatam conspexi, sicut iam fati, ut relatum est, Scritobini utuntur. Quibus[2] in locis circa aestivale solstitium[c] per aliquod[d] dies etiam noctu[e] clarissima lux cernitur, diesque ibi multo maiores quam alibi habentur; sicut e contrario circa brumale solstitium[f], quamvis dici lux adsit, sol tamen non ibi videtur, diesque minimi[g], quam usquam[h] alibi, noctes quoque longiores existunt; quia scilicet, quanto magis a sole longius discediturr, tanto sol ipse terrae vicinior apparet et umbrae longiores excrescunt. Denique in[i] Italia, sicut et antiqui scripserunt, circa diem natalis Domini novem pedes in umbra staturae humanae hora sexta metiuntur. Ego autem in Gallia Belgica in loco qui Totonis[k] villa dicitur[3] constitutus, status mei umbram[l] metiens, decem et novem et semis pedes inveni. Sic[4] quoque contrario modo, quanto[m] propinquius meridiem[n] versus ad solem acceditur, tantum[o] semper umbrae breviores videntur, in tantum ut solstitio[p] aestivali, respiciente sole de medio[q] caeli, in Aegipto et Hierosolimis et in eorum vicinitate constitutis locis nullae videantur umbrae. In Arabia vero hoc ipso tempore sol supra medium[q] caeli ad partem aquilonis cernitur, umbraeque versa vice contra meridiem[r] videntur[4].

6. Nec[s] satis procul ab hoc de quo praemisimus litore, contra occidentalem partem, qua[t] sine fine oceanum pelagus patet, profundissima aquarum illa vorago est, quam usitato nomine maris umbilicum vocamus. Quae bis in die fluctus absorbere et rursum evomere dicitur, sicut per universa illa litora accedentibus ac recedentibus fluctibus celeritate nimia[u] fieri conprobatur. Huiusmodi vorago sive vertigo a poeta Virgilio Caribdis appellatur; quam[v] ille in freto Siculo esse suo in carmine loquitur, hoc modo dicens:

Aen. III, 420. 'Dextrum Scilla[w] latus, laevum inplacata Caribdis
Obsidet, atque imo baratri ter gurgite vastos[x]
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, et sidera verberat unda'.

Ab hac[y] sane de qua diximus vertigine saepe[z] naves raptim cursimque adtrahi adfirmantur tanta celeritate, ut sagittarum per aera lapsus imitari videantur; et nonnum-

a) *ita* A *3. 3. 5. 6. B 1[a]. D 3. 8; adsimile A *2. 2. C *1. 2. D 1. E 1. G 3[a]; assimile C 4. 5. D 4[a]. F. G 4. 5[a.b]. I 2, *e corr.* B 2; n. s. assimile *corr.* satis simile G 2; simile G 5[c]. H 1. I 1[a]; dissimile B. I 3. b) *deest* G 2. c) solistitium F 1; per — solsticium *in margine suppl.* F 1. 2; *des.* F *2. 3. 4. 5. d) *ita codd. vetustiores omnes fere pro* aliquot; quod E 1. e) noctium G2. 3. 4. I 1[a]; nocte G 5. f) solestitium A *2. E 1; solistitium G 3, *alii.* g) minores G 2, *e corr.* F 1. h) *deest* B 1. i) *deest* F 4. G 2. 3. 4; et G 2; et in D 3. k) Teotonis G 2; Theodonis G 5[a.b.c]; Teodonis G *5; Tectonis I 1[a]. l) umbra A 2. *3, *corr.* umbram F 1. m) quantum A *3. 3. F 5. n) meridie (-ę) A *2. F 1. G 2. 3. 4. o) *ita* A *2. 2. 3. 5. D 1. E 1. F 1. H 1, *e corr.* B 2; tanto B. G. I 1[a], *alii.* p) solstitium (solistitium G 3. *5) E 1. F. G. 3. 4. 5. I 2. — aestivale F 4. G 4. 5; aestuale E 1, *corr.* aestivali G 2. q) medio F 1. G 3; midio G 2; in medio G 5. r) meridie (-ę) A *2. 2. *3. F 1. G 3. s) H(a)ec A 2. *2. 3. t) quo G. u) celeritatem nimie F 1. G 3. v) quem F. G 2. 3. 4; qui B 3. w) Sylla C *1. x) vasto G. I 2. y) hoc F 1. G 3. 4. 6. z) septem G 2 (naves *deest*); septenales r. F 1. G 3.

1) *i. e.* non multum, *ut c.* 6. BE. *Rhenonem (Rennthier) Paulus indicat.* 2) *Cf. Beda, de temp. rat. c.* 29. 31. 3) *Seu Theotonis villa, Dietenhofen. De hoc loco exstat disquisitio mathematica comitis Josephi de Rinaldis in Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, Venetia* 1751, 8°, *XLV*, 127 *ff. Unde nil discimus, nisi Pauli nostri sta-turam* 5′ 11″ 11‴ *mensuram complevisse.* BE. 4) *Cf. Beda l. l.* 5) *De Arabibus vulgatissimum illud:*

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras. BI.

6) *Cf. Ovid. Metamorph. lib. XIII, fab.* 8 *(v.* 730*):*

Scylla latus dextrum, laevum inquietata Charybdis
Infestat; vorat haec raptas revomitque carinas. LIND.

quam in illo baratro horrendo nimis exitu[a] pereunt. Saepe cum iam iamque mergendae sint, subitis undarum molibus retroactae, tanta rursus agilitate exinde elongantur, quanta prius adtractae sunt. Adfirmant, esse[b] et aliam huiusmodi voraginem inter Brittaniam[c] insulam Galliciamque[d] provinciam[e]; cui etiam[f] rei adstipulantur Sequanicae Aquitaniaeque litora; quae bis in die tam subitis inundationibus opplentur[g], ut, qui fortasse aliquantulum introrsus a[h] litore repertus fuerit, evadere vix possit. Videas[i] carum regionum flumina fontem[k] versus cursu velocissimo relabi ac per multorum milium spatia dulces[l] fluminum limphas in amaritudinem verti. Triginta[m] ferme a Sequanico litore Evodia[n. l] insula milibus distat. In qua, sicut ab illius[o] incolis adseveratur, vergentium in eandem[p] Caribdin aquarum garrulitas auditur[q]. Audivi quendam nobilissimum Gallorum referentem, quod aliquantae naves prius tempestate convulsae, postmodum ab hac eadem Caribdi[r] voratae sunt. Unus autem solummodo ex omnibus viris qui in navibus illis fuerant, morientibus ceteris, dum adhuc spirans fluctibus supernataret, vi[s] aquarum labentium abductus[t], ad oram[u] usque inmanissimi[v] illius baratri pervenit. Qui cum iam profundissimum et sine fine patens chaos adspiceret, ipsoque[w] pavore praemortuus se[x] illuc ruiturum exspectaret, subito, quod sperare non poterat, saxo quodam superiectus insedit. Decursis siquidem iam omnibus quae sorbendae erant aquis, orae[y] illius fuerant margines denudati; dumque ibi inter tot angustias anxius vix ob metum palpitans resederet[z], dilatamque[a] ad modicum mortem nihilominus operiret[b], conspicit ecce subito quasi magnos aquarum montes de profundo resilire navesque, quae absortae[c] fuerant, primas emergere[d]. Cumque[e] una ex illis ei contigua[f] fieret[g], ad eam se nisu quo potuit adprehendit; nec mora, celeri volatu prope litus advectus, metuendae necis casus evasit, proprii postmodum periculi relator existens. Nostrum quoque, id est Adriaticum, mare, quod licet minus, similiter tamen Venetiarum Histriaeque litora[h] pervadit, credibile est, parvos huiusmodi occultosque habere meatus, quibus et recedentes aquae sorbeantur[i] et rursum invasurae[k] litora revomantur. His ita praelibatis, ad coeptam narrandi seriem redeamus.

a) exito G 3, *corr.* exitio F 1. 4; exiti G *5, *corr.* exito G 4; exitio A 3[a]. B 1. 3. F 2. 3[a]. G 5[a.b.c]. I 3; exicitii A 3. b) se A 3. — etiam D; *deest* G 4; adfirmantem est (?) et alia h. voragine F 1; adfirmantem (*deest* G 4) est et alia h. vorago G 3. 4; adfirmant. Est et alia h. vorago F 4. 5. G 5. 6. c) *ita* A 2, *et postea plerumque* A 1; Brittania insula F 1. d) Gallicamque B 1[a]. D; Galliamque A *2. 5. 6. C 3. 4. 5. e) provincia F 1; provinciae civitatem G 2; provinciam civitatem G *5. f) Huic r. G 2. g) oplentur F 1; sub(p)plentur G; replentur I 2. h) ad F 1. G 3; ad litora F 2. G 2; in G 3[a]. i) Videres G 4; Videris F 2. G 2. 3. 5. k) fontesque B 1. G 5[b.c]; fontes G *5. 5[a]. — versos B 1; *deest* G 5[b.c]; fontemque versus cursus *corr.* fontesque recursu F 1. l) duces F 1. G 3; ductas G 5. m) *novum* (VII) *inc. cap. e corr.* F 1, *et ita* F 1[a]. n) Ebudìa B; Aebodia *vel* Ebodia F. G 2. 3. 4. o) illis G 3. 5. p) eadem E 1. F 2. 4. G 2[a]. I 3. — Caribdi A *2. E 1; Caribdin *corr.* Caribdi B 1; Cary(i)bdis F 1. G 3. 4; Carybdim G 2. q) *deest* F 1. G 2; audiatur G 3. 4; audit F 2[a]; est F 2. 3; esse solet *post add.* F 1; sonat I 2. r) *deest* G 2. s) *deest* C *1; in B 1. t) adductus A 5. 6. E 1. G 3. 4. 5[b]. H 1; abd. *superscr.* vel sub F 1. u) ora A *2. 5. 6. B 1. 3. v) inmanissima E 1. F 1. G 1. 3; inmanissimam F 5. G 4. 5. w) *hic incipit* I 1, *quaternione primo evulso; post* pavore *plura des.* A 6, *folio deperdito.* x) sese A *2. 2. *3. 5. E 1, *e corr.* B 2. D 1. y) oris *superscr.* vel ore E 1; ore i. fecerant marginis d. F 1; marginis *etiam* F 2. 4. 5. G. 4; denudate G 4. 5[b.c]. z) *ita* A *2. 2. *3. F 1. G 3. a) dilatumque F 1. G 1. b) opperiret A *2. 2. E 1. G 2. I 1; operire F 1. G 1. 3; op(p)eriretur A 5. B 2. 4. D 1. G 4. 5. I 2. 3; periret C 2. c) *ita codd. vetustiores omnes.* d) emergerent F 1. G 1. 3. e) Cum F 1. G. f) condigna G 1—4. g) fuerat *corr.* fuerit F 1; fuerit G 1. 2; fuerint G 3; fieri I 2; facta fuisset eam quomodo pot. G 4. h) litore F 1. G 1. 3. 4. i) sorbentur F 2. 3. 4. G. k) invasura A 2. 2*; invasore F 1. G 2; invaso G 3; invasa ad litore G 4; invaso litore F 1 *e corr.*, 2. 3. 5; ab invasore litore G 5[a.b]; ab invaso litori G *5; ab invaso litore A 5[a]. G 5[c].

1) *Aldernay intelligi videtur.*

7. Igitur egressi de Scadinavia[a] Winnili[b], cum Ibor[c] et Aione[d] ducibus, in regionem quae adpellatur Scoringa[e] venientes, per annos illic aliquod consederunt[1]. Illo itaque tempore Ambri[f] et Assi[g] Wandalorum duces vicinas quasque provincias bello[h] premebant. Hi[2] iam multis elati victoriis, nuntios ad Winnilos mittunt, ut aut tributa Wandalis persolverent, aut se ad[i] belli certamina praepararent. Tunc Ibor et Aio, adnitente[k] matre Gambara, deliberant, melius esse armis libertatem tueri, quam tributorum eandem[l] solutione[m] foedare[n]. Mandant[o] per legatos Wandalis, pugnaturos se potius quam servituros. Erant siquidem tunc Winnili[p] universi iuvenili[q] aetate florentes, sed numero perexigui, quippe qui unius non nimiae amplitudinis insulae tertia solummodo particula fuerint[r].

8. Refert hoc[s] loco antiquitas[3] ridiculam[t] fabulam: quod accedentes Wandali ad Godan[u] victoriam de Winnilis postulaverint[v], illeque responderit, se illis victoriam daturum quos primum oriente sole conspexisset. Tunc accessisse[w] Gambara[x] ad Fream, uxorem Godan[y], et Winnilis victoriam postulasse[z], Freaque[a] consilium dedisse[b], ut Winnilorum mulieres solutos crines erga faciem ad barbae similitudinem conponerent maneque primo cum viris adessent seseque Godan[c] videndas pariter e[d] regione, qua ille per fenestram orientem versus erat solitus aspicere[e], conlocarent. Atque ita factum fuisse[f]. Quas cum Godan oriente sole conspiceret, dixisse[g]: 'Qui sunt isti longibarbi'[h]? Tunc[i] Frea[k] subiunxisse, ut quibus nomen tribuerat victoriam condonaret[l]. Sicque Winnilis Godan victoriam concessisse. Haec risui[m] digna sunt et pro nihilo habenda. Victoria enim non potestati est adtributa hominum, sed de caelo potius ministratur.

9. Certum tamen est, Langobardos ab intactae ferro barbae longitudine, cum primis[n] Winnili[o] dicti fuerint, ita postmodum appellatos[p. 4]. Nam iuxta illorum linguam

a) *ita* F 1. G 1 (*corr.* Scand.), *alii*; Scadanavia A 3. G 2; Scandin. *corr.* Scadan. D 1. b) Winuli B 1. G 4; Winnuli A *3; Winili F 1. G 1; *postea codd. tantum non omnes* Winnili *vel* Winili. c) Ybor A *3; Ebor G 1. 2; Ebore G 5; *et ita deinceps.* d) Agione B 1. F. G 2. 5. I 2; Aigone G 3. e) Scoringia G 2. f) Cambri G 3. g) Asi F. G. I 2. h) per bella A *3. i) de b. certamine A *3. k) annuente A 5. G 3; adnuente *e corr.* A *3; ab innuente G 4. l) eorundem G 2. m) solutionem A *2. 2. *3. B 2. C *1. D 1. E 1. F 1. G 1. 3. 4. *5. 5b. c. d. I 1. 3. *Quod in archetypo scriptum fuisse videtur*; — tributi eos persolutione F 2. n) fedarent B 2; fedari G 2. *5. 5a; facere vel foedari G 5c; facere vel foederari G 5b. o) M. itaque G 1; vero *add. e corr.* F 1. p) Winilorum F. G (Winilorum pueri G 5b. c). q) iuvenali F 1. G 1. 3; *cf. p.* 49 *n.* h. r) fuerant B. D 4. 5. F 2. 5. G 3. I 3; fuerunt I 2; terciam particulam perfruiti sunt G 5b. c. s) hoc in l. B 1. t) ridiculosam B 1, *e corr.* F 1 *et* G 1. u) Gadam *superscr. littera* o B 1; Godam A 5b. F 5. H 2. 3; Guodan G *5. 5a. c; Guodant G 5b; Wodan (uuodan) C 3. 4b. D 1 *e corr.* (uuoda *corr.* uuodan). I 1 (*semel* Godant). v) postulaverunt A 4. 5. E 1. F. I 2. w) a. dicitur et Gamb. B 1. x) Gambaram A *2. 2. 5. C. D. F 3. G 4. *5. 5a. b. H 3; Gabaram A 3. y) Godani B 1. z) postolasset G 1. a) *ita* F 1. G 1. 3. I 3; Freamque *ceteri fere omnes.* b) dedisset E 1. F 1. c) Gotan F 1; a Godan A 2. *3; ad Godam B 1; ad Wodan D 1. d) in regionem quam B 1. e) aspiceret A *3; *deest* F 1. f) fuisset E 1. F 1. G 1. 3. — Cumque ita factum fuisset eosque G. o. s. intente conspiceret dixit F 2. g) dixisset A 2. 2a. E 1. G *5. 5a. h) *ita* A *2. *3. 5. B. F 1. G 1. I 3; *e corr.* F 3. G 3; longibarbis A 2a; longebarbi E 1; longabarba F 5; longibardi A 2. 5b. C *1. 4. 5. D 6. 7. F 3. G 3. *5. 5a; H 4. I 2; longobardi A 7. F 2. G 2a. 5c; longo(u?)bardi *corr.* longibarbi D 1; langibardi A 3; langibarti A 3d; langobardi A 3b. D 1a. 2. 3. 5. G 2. i) Tum A *2. 2. *3. k) Fream A *2. 2. *3. 4. 5. C. D. F 5. G 2 *e corr.*, *5. 5a. b. H 1. I 2. l) cond. — victoriam *des.* A 3. 3a. m) *ita* A *2. 2. B 1. 2. C *3. D 3. E 1. F. G 2. 3. H 1. I 1; risu *alii.* n) *ita* A *2. 2. *3. 3. C *1. D 1. F 1. 4. G 3. *Quod alii correxerunt*: inprimis A 5. D 3. 5. F 2. 5. G 2. I 1; primum B. G 5b. c; primo G 5a *et e corr.* F 3; primitus G 4 *et e corr.* F 1; primi F 3; primos C 4. o) Winilis F 1. G 1. p) appellati sunt E 1; appellatur F 1.

1) *Quae de Langobardorum sedibus in Scoringa et post (c.* 11*) in Mauringa Paulus tradit unde hauserit, non constat.* 2) *Haec ex Orig. Paulus sumsit et suo more amplificavit.* 3) *i. e. Origo.* 4) *Cf. Isid. Etym. IX,* 2, *supra p.* 8. *allatum.*

'lang' longam, 'bart'[a] barbam significat[b]. Wotan[c] sane, quem adiecta[d] littera Godan[e] dixerunt[1], ipse est qui apud Romanos Mercurius dicitur et ab universis Germaniae gentibus ut deus adoratur; qui non circa haec tempora, sed longe anterius[f], nec in Germania, sed in Graecia fuisse perhibetur.

10. Winnili[g] igitur, qui et Langobardi, commisso cum Wandalis proelio, acriter, utpote pro libertatis gloria, decertantes, victoriam capiunt. Qui[2] magnam postmodum famis penuriam[h] in eadem Scoringa[i] provincia perpessi, valde animo consternati sunt.

11. De qua egredientes, dum in Mauringam[3] transire disponerent, Assipitti[k] eorum iter impediunt, denegantes eis omnimodis per suos terminos transitum. Porro Langobardi cum magnas hostium copias cernerent neque cum eis ob paucitatem exercitus congredi auderent, dumque[l] quid agere deberent decernerent, tandem necessitas consilium repperit. Simulant, se in castris suis habere cynocephalos[m], id est canini[n] capitis homines. Divulgant aput hostes, hos pertinaciter bella gerere, humanum sanguinem bibere et, si hostem adsequi non possint, proprium potare cruorem. Utque[o] huic adsertioni fidem facerent, ampliant tentoria plurimosque in castris ignes accendunt. His hostes auditis visisque[o*] creduli effecti, bellum quod minabantur iam temptare non audent.

12[p]. Habebant tamen apud se virum fortissimum, de cuius fidebant viribus, posse se procul dubio optinere quod vellent[q]. Hunc solum pro omnibus pugnaturum obiciunt. Mandant Langobardis, unum[r] quem vellent suorum mitterent, qui cum eo ad singulare certamen exiret, ea videlicet conditione, ut, si[s] suus bellator victoriam caperet, Langobardi itinere quo[t] venerant abirent; sin vero superaretur ab altero, tum[u] se Langobardis transitum per fines proprios non vetituros. Cumque Langobardi, quem e suis potius adversus virum bellicosissimum mitterent, ambigerent, quidam ex servili conditione sponte se optulit, promittit[v] se provocanti hosti congressurum, ea[w] ratione, ut, si de hoste victoriam caperet, a se suaque progenie servitutis naevum[x] auferrent. Quid plura?

a) bard A 2. *3. B 2. C *1. D 4. 5. F 1. 2. 3. G 1—5a. H 1; bar B 1. 1a. I 3; baro C 2; barad A 2a; bardi E 1. — lingua Langobardus longam barbam s. A *2; linguam i. longobarbam s. A 5. b) significant F 1. G 1. 2. 3a. c) uuotan A *2; Wotam C 4; Wota C 2; Vodan F 2; Votan C *1. F 3; Vgodam B 1. 2; Gotan E 1. H 5a. I 3; Godan A 3b. H 1; Guodan G 5a; Guodant G 5b; Gwodan F 4; Godatan F 5; Goan D; Odan G 2 *et e corr.* F 1. d) adiectam litteram E 1; a. d littera B 1. 1a. 2. I 3; o littera mutata in v Gudan I 2. e) Goddan B 2; Guodan G 5a; Guodin G *5; Gwodan F 2. G 5c; Gondan D 2. — quem deum d. G 5b. f) alterius A *3. g) Winilis F 1. h) penuria F 1; magna — penuria G 1. i) Scoringa *corr.* Scoringia G 2. k) Assipiti B 3. C 3.G 3. 4. H 3. I 3; Assipiti *superscr.* c B 1; Assipitti *corr.* Assipicti D 1; Assipicti B 2. C 2. E 1. H 1; Assipicii G 5c; Asipiati A 5; Assipite F 3; Hassipicti F 5. l) d. q. a. d. d. *des.* B. I 3; decernerent *deest* F 1. 4. G 1. 3. H 1. *Quod alii supplere volentes scribunt*: ignorarent F 1 *et* G 1 *e corr.*, G 2; ambigerent G 4; haesitarent F 5. G 5; d. quererent q. F 2; d. dubitarent F 3. m) cenophales B 1; cy(i)nocephales A *3. G 3a. 5c. n) caninis F 1. G 1—4; caninis capitibus G 2. o) *hic incipit* A 1, *primo deperdito quaternione.* Atque ut B 1. F 2. G 1—4. 5a. c; Atque hic *corr.* Utque huic F 1; Ut. h. *des.* G *5; hic B 1. G 1. 3. 4 o*) ipsisque F 1. p) *nulla capitis distinctio* A *3. 7. G 2. q) vellet C 4b. D 7. I 1. r) ut u. D 3. F 2. G 5b. c, *e corr.* D 5 *et* F 4. s) *post add.* F 1. t) quod F 1. G 1. 2. 3; per quod F 2. u) tunc B. C. D. E. G. H. I; tum *corr.* tunc F 1. v) promittitque B 1. C *1. G 2; et promisit G *5. 5a; et *post add.* G 1. w) *folium excidit* H 4. x) nervum A *3. 3. E 1; nexum A 3c. G. H 1; iugum C 4b, *e corr.* F 1; in evum B 1; in ęvum *superscr.* iugum C *1; iugum in evum I 1. 1a; nomen A 5.

1) *E codicum vetustiorum lectione patet, primam vocabuli Wotan sive Uuotan litteram cum sequenti conjunctam vocalis vim habere.* 2) *Haec ex fonte deperdito hausta cum Originis narratione Paulus conjunxit; quod ne historiae convenire putes, cave. Scoringa 'Uferland' interpretatus est Müllenhoff, Nordalb. Stud. I, p.* 141. 3) *Cf. Geogr. Rav. I,* 11: patria Albis Maurungani certissime antiquitus dicebatur. *Apud Anglosaxones Myrgingas dicuntur; cf. Leo, Beovulf p.* 51; *Müllenhoff l. l. p.* 140. *De Moringau Bluhme, Gens Lang. p.* 23, *cogitavit; Assipittos ad montem Asse prope Wolfenbüttel collocavit. Sed nomina valde sunt obscura, vix cum certis posterioris temporis locis conjungenda.*

Gratanter quae postularat[a] sese facturos pollicentur. Adgressus hostem[b], pugnavit et vicit; Langobardis[c] transeundi facultatem[d], sibi suisque, ut optaverat[e], iura[f] libertatis indeptus[g] est.

13[h]. Igitur Langobardi tandem in Mauringam pervenientes, ut bellatorum possint[i] ampliare numerum, plures a servili iugo ereptos ad libertatis statum perducunt. Utque rata eorum haberi[k] possit ingenuitas[l], sanciunt more solito per sagittam, inmurmurantes nihilominus ob rei firmitatem quaedam patria verba[1]. Egressi itaque Langobardi de Mauringa, applicuerunt in Golanda[m. 2], ubi aliquanto[n] tempore commorati, dicuntur post haec Anthab[o] et Banthaib[p], pari modo et Vurgundaib[q], per[r] annos aliquod possidisse[s]; quae nos arbitrari possumus esse vocabula pagorum[t] seu quorumcumque locorum.

14. Mortuis[u] interea Ibor et Aione ducibus, qui Langobardos[v] a Scadinavia[w] eduxerant[x] et usque ad haec tempora rexerant[3], nolentes iam ultra Langobardi esse sub ducibus, regem sibi ad ceterarum instar gentium statuerunt. Regnavit igitur super eos primus[y] Agelmund[z], filius Aionis, ex prosapia[a] ducens originem Gungingorum[b], quae aput eos generosior habebatur. Hic, sicut a maioribus traditur, tribus et triginta annis Langobardorum tenuit regnum[4].

15. His temporibus quaedam meretrix uno partu septem puerulos[c] enixa, beluis omnibus mater crudelior in piscinam proiecit[d] negandos[e]. Hoc si cui inpossibile videtur, relegat historias veterum, et inveniet, non solum septem infantulos[f], sed etiam novem unam[g] mulierem semel[h] peperisse. Et hoc certum est maxime aput Aegyptios fieri[5].

a) postulaverat B 1; postularet A 2. F 1. I 1. b) cum hoste G 1. 2. *5. 5a. c) Langobardi A 1. d) *deest* F. G; viam t. G 3; aditum t. exhibuit F 2; facultate concessa A 5. — sibi *deest* C *1. e) optaverant F 1. G (*praeter* G 5a. b). f) iure A 2. 3. G 2. *Quod in archetypo fuisse crediderim.* g) adeptus A 5. B 1. 2. F 2. 3. G 5a *e corr.* h) 10. A *3, *et ita deinceps.* i) *ita* A 1. *3. 3. B 1; possit A 2; possent F. G, *alii.* k) habere A *2. F. G. H 4. l) *deest* C *1. m) Golandam G 3. 4; Goladam G 5b; Godolanda G 2; Rugolanda *e corr.* F 1; Rogolenda F 4; Rugolandam *corr.* Golandam F 2. n) per aliquod tempus c. fuisse d. G 5c. o) Anthaib A 3c. B. G 1 — 5; I 2. 3; Anthabus F 4; Anthabos F 2; Antabus F 5; Antab C *1. 2. D; Antaib I 1; Athab A 4. p) Bantaib G 5c; Banthaibus F 4. 5; Banthaibos F 2; Bantib H 1; Banthub D 5; Bantehub D 2; Bantub D *1a. 3; Bantab D 4; Banthcub C 2; Bantahib I 1; Banthocoh A 5. q) Vurgundahib A 5. I 1; Vurgundaybus A *3. 7; Vurgurdaib D 3; Vurgandaib H 5a; Virgundaib C 3; Wirgundaib C 2; Virgandaib F 5; Virgudaib D 2; Vurconthaib B 1. 2. I 3; Gurconthaib B 4; Vurgundahiber A 5b; Burgundaib E 1. G 1. 2. *5. 5a. 7. I 2. L; Burgandaib F 1; Burgundahib G 3; Burgindahib G 4; Burgaindaib G 5c; Bugamdaib G 5b; Burgundaibus F 4; Burgandaibos F *2; Purgandaibos F 2. r) p. a. a. *des.* B 1. s) *ita* A 1; possedisset E 1; possedisse *ceteri.* t) paganorum D 2. 3. G 3a. I 1. u) mortuus A 1. E 1. F 1. G 3; mortuos A *2. v) Langobardi E 1; Langobardis F 1. G 1. 3. 4. w) Scandin. B 1, *alii*; Scatinavia F 2; Scladinavia H 1. x) adduxerant F 2. 3. G 2. 3. 4; adduxerat – rexerat F 1. G 1; abduxerant G 5; et — rexerant *des.* E 1. y) primum E. F. G; *deest* A 3. z) Agilmund A 2 *hoc loco,* G *5. 5a *const.*; Agelmun A 4; Agelmud E 1. F 3; Agelmundus B 2. C 1a. D 2. 3. 7. F 5. G 6. I 1; Agilmundus G 5c. a) prosapiam F 1. b) Guningorum B 1. 2. I 3; Gunningorum K 1; Gunnigorum B 1a; Gungindorum A 4. B 2a; Gingingorum G *5; Gungincorum B 1a. D. I 1; Gungivorum G 5b; Cungingorum A 3c *e corr.*; Cuningorum F 5; Thuringorum L 1; Tungintorum L 2. c) pueros A 2; parvulos C 2. D 2. 3. G 5c. I 1, *alii.* d) proicit A 2. e) *ita pro* necandos A 1. *2. E 1. F 1. 3. G 3. f) infantes G 1. 2. g) una A 1. *2. *3. G 1; una mulier A 2. 4. h) *deest* G 5b. c.

1) *De hac manumissione in Edicto nihil legitur. Cf. Grimm, R. A. p.* 162; *Christ, Disq. de rebus Lang. p.* 17. 2) *Redit Paulus ad Originem, ex qua sequentia sumsit. De nominibus Anthab (= Anthaib) etc. v. Zeuss p.* 472; *Grimm R. A. p.* 496; *G. d. D. Spr. p.* 686. 3) et u. ad h. t. rexerant *de suo addit Paulus ex conjectura, ut seriem regnantium efficeret continuam. Quod plane erroneum.* BE. 4) *Haec in Orig. frustra quaeras.* 5) *Haec Paulus a Plinio excerpsit lib. VII, cap.* 3, *de prodigiosis partubus.* Tergeminos, *ille,* nasci certum

Contigit itaque, ut rex Agelmund, dum iter carperet, ad[a] eandem piscinam deveniret. Qui cum equo retento miserandos infantulos miraretur hastaque, qua[b] manu gerebat, huc illucque eos inverteret, unus ex illis iniecta manu[c] hastam regiam conprehendit. Rex misericordia motus factumque altius[d] ammiratus, eum magnum futurum pronuntiat. Moxque eum a piscina levari praecepit, atque nutrici traditum omni cum studio[e] mandat alendum; et quia eum de piscina, quae eorum lingua 'lama' dicitur[1], abstulit, Lamissio[f. 2] eidem nomen[g] inposuit. Qui cum adolevisset, tam[h] strenuus iuvenis effectus est, ut[i] et bellicosissimus extiterit et post Agelmundi funus regni gubernacula rexerit. Ferunt hunc, dum Langobardi cum rege suo iter agentes ad quendam fluvium pervenissent et ab Amazonibus essent prohibiti ultra permeare, cum earum fortissima in fluvio natatu pugnasse eamque peremisse, sibique laudis gloriam, Langobardis quoque transitum[k] paravisse. Hoc siquidem inter utrasque acies prius constitisse[l], quatenus, si Amazon[m] eadem[n] Lamissionem superaret, Langobardi a[o] flumine recederent; sin[p] vero a[q] Lamissione, ut et factum est, ipsa vinceretur, Langobardis eadem permeandi fluenta copia praeberetur[3]. Constat[r] sane, quia huius assertionis series minus veritate subnixa est[r]. Omnibus etenim quibus veteres historiae notae sunt patet, gentem Amazonum longe[s] antea, quam haec fieri potuerint[t], esse deletam; nisi forte, quia loca eadem, ubi haec gesta feruntur, non satis historiographis nota fuerunt et vix ab aliquo eorum vulgata sunt, fieri potuerit, ut usque ad id tempus huiuscemodi inibi mulierum genus haberetur. Nam et ego referri a quibusdam audivi, usque hodie in[u] intimis Germaniae finibus gentem harum existere feminarum[4].

16. Igitur[5] transmeato Langobardi de quo dixeramus flumine, cum ad ulteriores terras pervenissent[v], illic per tempus aliquod commorabantur. Interea cum nihil adversi[w] suspicarentur et essent quiete longa minus[x] solliciti, securitas, quae semper detrimentorum mater est, eis non modicam perniciem peperit. Noctu denique cum neglegentia

a) *post add.* F 1. b) *ita* A 1. *2. *3. F 1. G 1; q B 2; *deest* E 1; quam *ceteri.* c) manum F 1. d) alitus G 1; *deest* G 2; f. tale a. G 5[c]. e) o. constudio B 2; o. custodia A 2[a]. 5. C 2. E 1. F 2. I 1; o. cum custodia F 3. G 2. f) Lamisio B 1. G *5. g) *posthaec in* A 1 *folium excidit usque ad cap.* 17 *fin.* de hostium exu. h) et iam A *2. 2; ita B. F 1 *e corr.* 2. 3. 4; eo C 1—3. D. I 1; adeo C 4. 5. I 2; *deest* F 5. G 1—5. H 1. i) *deest* G. H 1; extiterat — rexerat G 2. 6; extitit G 4. 5. H 1. *et* rexit C 3. F 2. G 4. 5. k) transitu *corr.* transitum F 1. G 1. 2. l) constitisset F 1. G 2; constituisset G 3. 4; constituerunt *e corr.* G 1. m) Amazona I 1. n) eundem A *3. 5. 6. C 1. E 1. F 2. 4. G 2. 5. H 1; eadem *corr.* eundem A *3. B 3; eodem G 3, *corr.* eundem G 1. o) ad F 1. p) si F 1. q) ad Lamisonem F 1; Lamissionem G 3. 4. r) Constat — est *des.* D. s) longe — potuerint *des.* C 2. t) potuerunt C. D; potuerit F 1. G 1. 3. 4. 5. 6. I 3; h. fierent B 1. u) *deest* A 2. 2[a]. *3. G 3. v) pervenisset F 1. G 1. w) adversis F 1. G 1. 3; ad. nil G 2; ad. n. G 1. 4. 5; nihil *deest* G 3, *post add.* F 1; n. mali A 3. x) nimus A 2; numus G *5; nimis A 3. 3[c]; minus *corr.* nimis G 3; et longa B 1; sollicitus F 1; quieti l. nimis secur. sollicitis quae s. C 3. D *3[a]. 2. 3. 10, *et quibus* solliciti *deest* C 4. 5. D 1. 1[a]. 5. I 1. 1[b]; e. quieti sec. que semper H 1; essent quieti minus solliciti q. *corr.* e. q. minusque soll. securitas q. A 6, *et ita* A 5.

est Horatiorum Curatiorumque exemplo. Super inter ostenta adducitur, praeterquam in Aegypto, ubi foetifer potu Nilus *etc.* BI. *Cf. Gell. X,* 2. *Toti huic de Lamissione narrationi repugnat, quod Lamissio in prologo Edict. Rotharis vocatur* ex genere Gugingus. *Orta videtur ex nomine. Cf. quae Leo, Beovulf p.* 31, *congessit.* BE. 1) *Vocem etiam apud Festum reperies:* Lacuna, aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. LIND. *Cf. J. Grimm, G. d. D. Spr. S.* 694*: 'aus keiner germanischen Sprache jetzt zu erläutern'. Sed fortasse cum verbo nostro 'Lehm' conjungendum est.* BE. 2) *Hanc nominis formam Paulus ex Edicto Rotharis sumsisse videtur.* Laiamicho *vel* Lamicho *Orig.* 3) *Modus bella dirimendi tunc non inusitatus; cf. Greg. Tur. II,* 2. 4) *De Kvenis haec intelligenda esse videntur; cf. Zeuss p.* 686. 5) *c.* 16. 17. *unde Paulus sumserit, non constat. Fortasse eandem secutus est narrationem, quam antea cum Origine conjunxit.*

resoluti cuncti quiescerent, subito super eos Vulgares[a] inruentes, plures ex eis sauciant[b], multos prosternunt, et in tantum per eorum castra dibachati[c] sunt, ut ipsum Agelmundum[d] regem interficerent eiusque unicam filiam sorte captivitatis[e] auferrent[f].

17. Resumptis tamen post haec incommoda[g] Langobardi viribus, Lamissionem[h], de quo superius[i] dixeramus, sibi regem constituerunt. Qui, ut erat iuvenili[k] aetate fervidus et ad belli certamina satis prumptus, alumni sui[l] Agelmundi necem ulcisci cupiens, in Vulgares arma convertit. Primoque mox proelio commisso, Langobardi hostibus terga dantes, ad castra refugiunt. Tunc rex Lamissio ista[m] conspiciens, elevata altius voce, omni exercitui[n] clamare coepit, ut obprobriorum[o] quae pertulerunt[p] meminissent[q] revocarentque ante oculos dedecus, quomodo eorum regem hostes iugulaverint, quam miserabiliter eius natam, quam sibi reginam optaverant, captivam abduxerint[r]. Postremo hortatur, ut se suosque armis defenderent, melius esse dicens, in bello animam ponere quam ut vilia mancipia hostium ludibriis subiacere. Haec et huiuscemodi dum vociferans diceret, et nunc minis nunc promissionibus ad toleranda[s] eorum[t] animos belli certamina roboraret; si quem etiam servilis conditionis pugnantem vidisset, libertate[u] eum simul cum praemiis donaret: tandem hortatu[v] exemplisque principis, qui primus ad bellum prosilierat, accensi, super hostes inruunt, pugnant atrociter, et magna adversarios clade[w] prosternunt; tandemque de victoribus victoriam capientes, tam regis[x] sui funus quam proprias iniurias ulciscuntur. Tunc magna de hostium exuviis[y] praeda potiti, ex illo iam tempore ad expetendos belli labores audaciores effecti sunt.

18. Defuncto[z] post haec Lamissione, qui secundus regnaverat, tertius ad regni gubernacula Lethu[z] ascendit. Qui cum quadraginta ferme annos regnasset, Hildeoc[a] filium[b], qui quartus in numero fuit, regni successorem reliquit. Hoc quoque defuncto, quintus Gudeoc[c] regnum suscepit.

19. His temporibus inter Odoacar[d], qui in Italia[e] per aliquod iam annos regnabat, et Feletheum, qui et Feva[f] dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum fomes exarsit[2]. Qui Feletheus illis diebus ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam[g] a No-

a) Bulgares *plerumque* A 3. C. D. G 5[b. c]. b) *deest* G 2. c) *ita* A 2. 6. D 1.1[a]. G *5; divagati F 5. G 4; divagatis ut G 1. 3; diu vagantes ut F 2. 3. 4. (*in* F 1 debachati sunt *rec. manu in loco raso*). d) Agelmund A *3. e) captivatam A 3. f) affererent F 1. G 1. g) incommodo F 1; hoc incommodum G. h) Lamisone F 1. i) *deest* D. I 1. k) iuveni F 1. G 1; iuvenis G 5. l) p. non aliud nisi C 4[b]. I 1; alium (*corr.* aliud) nisi C *1; a. s. *e corr.* D 1. m) ista — obprobriorum *des.* A 5[a]. n) exercitu A 3. C 1. 2. F 1. G 1. o) obprobria quae A 3[b. c]; opprobrium quod A 5. 6. F 2. G 2. 3. H 1; obprobrium quem F 1. 2. 4. G 1. 4. *Quod Paulum scripsisse putarim.* p) protulerant B 1. D 2. G 5[c]. q) memisnisscerentur B 1; reminiscerent I 1. r) adduxerint A 4. F 1. 4. G 1. 3. 4. 5[b. c]; adduxerunt H 1; obduxerint A 5. 6. C *1; abduxerunt E 1. I 1. s) tolerandi A *3. t) *deest* G 2. — animo F 1. u) libertatem A 2. C 1. F 1. G 2. 3. H 1 (*ubi* ei); libertatis B 1; libertati B 2. 3. v) hortatum E 1. F 1? 4. G 1; hortati G 2. w) c(a)ede F 1 *e corr.*, G. x) regi F 1. y) *pergit* A 1; magni de h. e. facti G 5[b. c]. z) Letu A 2. 3, *corr.* Letus A *3; Lethunc A 5. 6; Letthuc B 1; Lettc̄ B 2; Lethuc G 2. I 3; Lethus C 3. L, *e corr.* A 3[c]. G 1; Leth E 1. F 2. 5; Lethii H 1. a) Gildeoc *corr. eadem manu* Hildeoc A 1; Hildehoc A 2. D 1. F 1. 4. 5. G 1—4. I 1; Hildeoch A 5. C 2. 3. G *5. 5[a]; Ildehoc B 2. E 1; Hildehohe G 5[c]; Hideoc H 1; Gildehoc F 2; Childehoc L. b) f. suum B 1. c) Gudehoc B 1. C 1. G 4. I 3; Godehoc A 2. *3. 7. D 2; Godeoc A 3. H 1. L 1 *et infra* A *3; Gudeoch C 2. 3. (Godeoch *infra* A 7); Gaudehoc D; Gedech A 5 (*infra* Ghodech); Godech A 6; Gedehoc F 2; Gedeon F 1 (*corr.* Godeoc). G 3; Godeon F 4. G 1. 2; Guodeon G 5[a]; Gudeon G *5. 5[b] (*et ita omnes* G *in index*); Guodeo G 5[c]; Gudeos *infra* F 1. G 3; Gudeus *infra* G 1; Godeos *infra* G 4; Goden F 5. d) Odoachar A 7. B 1. C 3. D 2. F 2. 4; Odoacer A 6. F 5; Adoacer A 5; Odochar G 5[b]; Odachar G 5[c]; vel Odoacrum *superscr.* D 1. e) intra Italiam F. G. I 1. f) Feba B 1. F 1. G 1. 2. *5. 5[a]. I 3; Fava E 1; Faba G 3. 5[b. c]; Heba A 5. 5[b]. 6; Fleba B 2; Pheba F 3; Fethia I 1. g) qua A 2.

1) *Totum cap. ex Orig. sumtum.* 2) *Cf. Orig., quacum Paulus ea conjunxit quae in Vita Severini reperit. Ex hac etiam nomen Felethei sumsit, c.* 8.

rici[a] finibus idem[b] Danubius separat. In his Noricorum finibus beati tunc erat Severini[c] coenobium[1]. Qui omni abstinentiae[d] sanctitate praeditus, multis iam erat virtutibus clarus. Qui cum hisdem[e] in locis ad vitae usque metas habitasset, nunc tamen eius corpusculum Neapolim[f] retinet[2]. Hic saepius hunc de quo diximus Feletheum eiusque coniugem, cui[g] vocabulum Gisa[h] fuit, ut ab iniquitate quiescerent, verbis[i] coelestibus monuit. Quibus pia verba spernentibus, hoc quod eis[k] postmodum contigit longe antea[l] futurum praedixit[3]. Adunatis igitur Odoacar gentibus quae eius dicioni parebant, id est Turcilingis[m] et Herolis Rugorumque partem[n], quos iam dudum possidebat[o], necnon etiam Italiae populis[p. 4], venit in Rugiland[q] pugnavitque cum Rugis, ultimaque eos clade conficiens, Feletheum insuper eorum regem extinexit; vastataque omni provincia, Italiam repetens, copiosam[r] secum captivorum multitudinem abduxit[s]. Tunc Langobardi de suis regionibus egressi, venerunt in Rugiland[t], quae Latino eloquio Rugorum patria dicitur, atque in ea, quia[u] erat solo fertilis, aliquantis commorati sunt annis.

20. Inter haec moritur Gudeoc[v]; cui successit Claffo[w], filius suus. Defuncto quoque Claffone, Tato[x], eiusdem filius, septimus ascendit ad regnum. Egressi quoque Langobardi de Rugiland[y], habitaverunt in campis patentibus, qui sermone barbarico 'feld'[z] appellantur. Quo in loco dum per trium annorum spatia morarentur, bellum exortum est inter Tatonem atque Rodulfum[a] Herolorum regem[5]. Quos[b] cum prius[c] foedera necterent, causa inter eos discordiae ista fuit[6]. Germanus Rodulfi regis ad Tatonem

a) q. honorici A 1; a nuorici B 1; noricis A *2. D 3. G 3a. *5; q. arrianicis D 2; onoricus sinus i. F 5; a norici e *corr.* F 1. b) id est B 2. 3. F 1. G. — Danubii *vel* Danuvii F 1. G 1. 2. 3. c) Severiani F 1; Severiani G. I 2, *corr.* Severini I 1. d) abstinentia F 1. G 1. 2. — sanctitatem A 2; sanctitati F 1. e) isdem A *2. C *1. 1. D 1. I 1. *G. Neap.*; eisdem B. F *2. 4. G 5. I 3; eiusdem E 1. F 1. 2. G 1. 3. 4. f) Neapolis B. D. G 5. I 3. g) cuius A 2?. B 1. h) Gysa G 4; Gyso A 3; Giso *G. Neap.* i) verbum (?) *corr.* verbis F 1. G 1. k) eius F 1. G 1; ei G 2. 3. 4; in eis B 3. l) ante D 2. G 2. I 1 *G. Neap., alii.* m) Turchil. *hoc loco* B 1; Turcilinguis D 1. I 1; Turciliguis G 3. 4; Turtilignis G 3. — Erolis A *3. n) *ita* A 1. 2. 3. 6. D 1. E 1. F 1. G 1. 3. 4. 5b. I 1; partes quas G 3a; parte *alii.* o) possedebat G 1. H 1; possederat C 1. 2. 4. 5. D 1a. 3. 5. I 1. p) populi F 1. G 1. q) Rugilant A 3. G 1. 2. 3; Rugilandam B 1; Rugiland C *1; Rugilandum C 2. 3. D 1? (Rugiland: :). 2. r) copiosa — multitudine F 1. G 1. s) adduxit A 6. B. C *1. 2. D. F 2. G 3. 4 H 1. I 3. t) Rugilant A 3. F 5. G 2a. 5a; Rugiland D 1; Rugilandi A 4; Rugilanda C 2. 3. F 1. G 1—4. H 1; Rugilandam B 1; Rugibandam A 6. — D 1 *in margine manu* s. X. XI: land germanice patria dicitur. u) qui A 1. 2; ut E 1. v) Godeoc A *3; Gudeus *hoc loco* G 1. 2; Gudeos G 3. w) Clafo G 4; Glaffo A 3 *constanter*; Calfo L 1. x) Tatto G 2. 5c; Tanto C 2. 3, *corr.* Tato D 1, *corr.* Tatto G *5 y) Rugiland D 1; Rugilanda B 1. 2. F 4. G 1; Rugibanda A 5. 6. z) felt A 3c. F 2; feldi A 5. 6; felo G 4; fel D 1a; feb F 5; fled H 1; velt L 2; weld C 5; Asfeld E 1. *Sigebert.* a) Ruodolfum A 3. Rudolfum E 1; Rodolfum G 5c; Rodulf G 1—4; Rudolf F 1. — Herulorum *hoc loco et semel post* A 1, *saepius* F 1. G 1, *alii.* b) Quos *corr.* Qui A 1; Qui A 3. F *2. G 5a. H 1. I 2; Quis G 2. 3. c) primitus I 1.

1) *Fiferingen, ad radices montis Kalenberg, quarto a Vindobona lapide, ubi vestigia monasterii Lazius adhuc vidit.* BE. 2) *S. Severini Noricorum apostoli corpus anno sexto depositionis ejus, ut ait Eugippius, migrantibus in Italiam Romanis a Rugorum servitute liberatis, primum in Montem Feretrum, inde vero auctoritate Gelasii pontificis, petente illustri foemina Barbaria in castrum Lucullanum, et postremo infestantibus Campaniae litora Saracenis anno Chr.* 910. *Neapolim translatum, et in celebri monasterio S. Severini per Joannem abbatem solemni pompa conditum, ubi et adhuc religiose asservatur. Acta SS. Bolland.* BI. *Haec est causa, quod in codicibus monasteriorum inferioris Italiae, qui Acta continent sanctorum, saepius Vita invenitur Severini; v. Arch. V, p.* 47*; XII, p.* 380. 518. 527. 531. 3) *Vita c.* 40. 4) *Haec ex Historia Romana Paulus sumsisse videtur; neque tamen de Rugorum parte jam Odovacaris ditioni subjecta ibi est sermo. Reliqua Origini debet.* 5) *Hucusque Orig. sequitur.* 6) *Haec ex traditione populari narrat Paulus. Longe aliter Procopius B. G. II,* 14. *Interitum Herulorum post a.* 506. *ponendum, Manso, Ostgothen p.* 328, *docet ex epistola Theoderici eo anno ad Herulorum regem directa apud Cassiod. Var. III,* 3. *Eundem a.* 512. *non posteriorem fuisse, patet ex Marcellini chron.* BE.

serendae[a] pacis gratia venerat. Qui cum expleta legatione[b] patriam repeteret, contigit, ut ante regis filiae domum, quae Rumetruda[c] dicebatur, transitum haberet. Illa multitudinem virorum nobilemque comitatum aspiciens, interrogat, quis iste esse possit[d], qui tam sublime obsequium haberet. Dictumque illi[e] est, Rodulfi regis germanum legatione[f] perfuncta patriam regredi. Mittit puella[g], qui eum invitaret, ut[h] vini poculum dignaretur accipere. Ille[i] corde simplici, ut invitatus fuerat, venit; et quia erat statura pusillus, cum fastu[k] superbiae puella despexit[l], verbaque adversus[m] eum inrisoria protulit. At ille verecundia pariter et indignatione perfusus, talia rursus verba respondit, quae ampliorem[n] puellae confusionem adferrent. Tunc illa furore femineo succensa, dolorem[o] cordis cohibere non valens, scelus quod mente conceperat[p] explere contendit. Simulat patientiam, vultum exhilarat, eumque verbis[q] iocundioribus demulcens[r], ad sedendum[s] invitat, talique eum in loco sedere constituit, quo parietis fenestram[t] ad scapulas haberet. Quam fenestram quasi[u] ob hospitis honorem, re[v] autem vera ne eum aliqua pulsaret suspicio, velamine texerat pretioso, praecipiens atrocissima belua[w] propriis pueris, ut, cum ipsa quasi ad pincernam loquens 'Misce' dixisset, illi eum a tergo lanceis perforarent. Factumque est; et, mox[x] crudelis femina signum dedit, iniqua[y] mandata perficiuntur, ipseque vulneribus transfixus in terram[z] corruens expiravit. Ea cum Rodulfo regi nuntiata fuissent[a], tam crudele germani funus ingemuit, dolorisque inpatiens, ad ulciscendam fratris mortem exarsit. Foedusque[b] quod cum Tatone pepigerat inrumpens[c], eidem bellum indixit[d]. Quid plura? Conveniunt utrorumque in campis patentibus acies. Rodulfus[e] suos in pugna[f] dirigit; ipse in castris residens[g], de spe victoriae nihil ambigens[h], ad tabulam ludit. Erant siquidem tunc Heroli bellorum usibus[i] exerciti multorumque iam strage notissimi. Qui, sive[k] ut expeditius bella gererent, sive ut inlatum ab hoste vulnus contemnerent, nudi pugnabant, operientes solummodo corporis verecunda[l]. Horum itaque viribus rex indubitanter fidens, dum ipse securus ad tabulam luderet, unum e[m] suis in arborem, quae forte aderat, ascendere iubet, quatenus ei suorum victoriam celerius[n] referret, comminatus eius[o] se caput abscisurum, si Herolorum aciem[p] fugere[q] nuntiaret. Is cum Herolorum flecti acies et a Langobardis eos opprimi conspiceret, interrogatus a rege saepius, quid Heroli gererent, eos optime pugnare respondit[r]. Nec prius malum quod cernebat, loqui non[s] audens, aperuit, quam universae acies hostibus terga prae-

a) feriende *corr.* serende E 1; ferend(a)e B. G. H. I 1. L; reddende *in loco raso alia manu* A 1. b) legationem F 1. — patria A 1. 2. F 1. c) Rumitr. B 1; Rummetruda F 2[a]. G *5; Remetruda G 4; Remetrudis C 2. 3. d) posset G 2. I 1. e) illis F 1; est illi B 1. G 2. f) legationem A 2. F 1; perfuncto B 1. F 1? g) puellam A 4. B 1. D 1. E 1. G 1. 3. 5[a. b]. I 1. 2; puella *corr.* puellam G 2. — qu(a)e B 1. 2. G 2. 5[a. b]. I 1. 2, *e corr.* A 2? D 1. G 1. — eam *corr.* eum F 1. h) ut — simplici *des.* D 2; ut v. *des.* F 1; i. uni p. G 1. i) I. ergo B 1. k) fausto G 1, *corr.* fastu F 1. G 2; fato G 3. l) dispexit F 1. G 2. 4. m) adversum F 1. n) ampliore confusione F 1. o) et d. G 2. p) *ita* A 1. 2. B 2; conciperet F 1. G 3; conceperat *ceteri.* — expleret F 1. q) eaque verba F 1. G 1. 2. 3. r) *deest* A *3. s) rediendum G 1. 2; prandium G 5. t) fenestra E 1; fenestras F. G (*praeter* G 5[a]). — ad sc. *des.* G 2. u) *deest* B 1. v) re *e corr.* F 1; r. a. v. *des.* G; illa verita *add.* F 4. G 5[a]. w) verba C. D. E 1. F 2. H 1; velba *corr.* verba F 1. x) ut mox A *3; et ut mox A 3; et mox ut B. C *1. D 1 *e corr.*; et *deest* C 5. — crudelissima C 4. y) iniquaque A 5; in qua (?) *corr.* ilico F 1; in quo F 5. G 1—*5. 5[a. c]; iniqui G 5[b]; illique F 4. — perficiunt F. G. z) terra F 1. a) Ea (Et G) c. R. r. nuntiatum fuisset (fuis | isset F 1; fuit G 5[b]) F 1. G. b) que *deest* A *3. c) irrupit eidemque D 2. 3. d) induxit B 1. G 4. e) Rodulfo A 1. f) *ita* A 1. F 1; pugnam *ceteri.* g) *ita* A 1. F 1; residens B 1. G 1. 2, *alii.* h) ambiens B 1[a]. C *1 4[b]. 5. D 1. E 1. G 2. 3. 4. *5. 6. I 1. 3. *Quod in archetypo fuisse putarim*; dubitans H 1. i) lusibus C 5; sibi F 1. G. — exercitu F 1; exercitus F 5. G 3. 4. 5; exercitui *corr.* exercitati D 1; exercitati A *3 *et* 4 *e corr.*, B. C 5. D 11. G 2 *e corr.*, 6; b. sive exercituum F 1 *e corr.*, *et ita* F 2. 3. 4. k) sive — gererent *des.* A 3, *ed. pr.* l) verecundiam B 1. D 2. 3. m) exuis B 1; ex D 3; de s. F. G. I 1. n) *post add.* F 1; *deest* F 5. G. — refereret F 1; referreret G 1. 3. o) *deest* A 3; ei B; eum F 1. p) acie F 1; aciae G 1; acię G 3. q) fugire G 3. 4; H. a. f. n. I. c. *des.* G *5. r) *deest* F 1. 5. G 1. 3. 4; ait *post add.* F 1. G 1; dicebat G 5[a. b]. s) *delevit* E 1; *deest* C. D. G 5[b]; non valens G 3. 4.

berent. Qui, licet sero, tandem in vocem[a] erumpens: 'Ve tibi', inquit, 'misera Herolia, quae caelestis Domini plecteris[b] ira'. Ad haec verba[c] conmotus rex ait: 'Numquid fugiunt Heroli mei'? At ille: 'Non', inquit, 'hoc ego, sed tu rex ipse dixisti'. Tunc, ut in talibus fieri adsolet, rex ipse et omnes perturbati, dum quid agerent haesitarent[d], supervenientibus[e] Langobardis, graviter caeduntur. Rex quoque ipse nequicquam fortiter faciens, extinctus est. Herolorum vero exercitus dum hac[f] illacque diffugeret, tanta super eos caelitus ira respexit, ut viridantia[g] camporum lina cernentes[h], natatiles esse aquas putarent; dumque quasi nataturi brachia extenderent, crudeliter[i] hostium feriebantur a[k] gladiis[l]. Tunc[l] Langobardi, patrata victoria[m], ingentem, quam in castris reppererant, inter se praedam[n] dividunt. Tato vero Rodulfi vexillum, quod[o] bandum[p] appellant, eiusque galeam, quam in bello gestare consueverat, abstulit. Atque iam ex illo tempore ita omnis Herolorum virtus[q] concidit, ut ultra super se regem omnimodo[r] non haberent[2]. Iam hinc Langobardi ditiores[s] effecti, aucto de diversis gentibus, quas superaverant[t], exercitu, ultro coeperunt bella expetere[u] et virtutis gloriam circumquaque protelare.

21[v]. At[w] vero Tato post haec[x] de belli triumpho non diu laetatus est. Inruit namque super eum Waccho[y], filius germani sui Zuchilonis[z.3], et eum ab[a] hac luce privavit[4]. Conflixit quoque adversus Wacchonem Hildechis[b], filius Tatonis; sed superante Wacchone devictus, ad Gepidos[c] confugit, ibique profugus ad vitae fine[d] usque permansit. Quam ob causam Gepidi cum[e] Langobardis extunc[f] inimicitias contraxere[g]. Eodemque tempore Waccho super Suavos[h] inruit eosque suo dominio subiugavit. Hoc si quis mendacium et non rei existimat veritatem, relegat prologum edicti, quem rex Rothari[i] de Langobardorum legibus conposuit, et pene in omnibus hoc codicibus, sicut

a) voce C 2. G 1. — rumpens F 1. b) flecteris B 1[a]. C 4[b]. 5. D 1 (*corr.* plect.). I 1. c) *deest* D 2. 3. d) *deest* G 3; *post add.* D 1; nescirent C 2. e) supervientibus A 1. f) hanc *corr.* hac E 1; has F 2. — illaque B 2. 3. F 2. G 4. I 3; illucque A *3. — huc illucque G 3. g) viridantia *corr.* viridentia A 1, *et ita* H 4; virentia G 4. h) cernens F 1. G 1—4. I 1; *deest* A 5. 6; n. e. a. p. d. *des.* C 2; lina c. n. e. a. p. d. *des.* C *1. D 1 *(post suppl.).* i) dum c. C *1. k) *deest* A 5. C 3. G 2. 2[a]. 5. H 1. I 2 *(in* D 1 *a corr. del.).* l) Tum A 1. 2. m) victoriam B 1. — ingente F 1. n) preda B 1. F 1. G 1. o) quem D 3. *3[a]. 5. F 4; quando F 1; quam F 1[a]. G 1. 2. — gestarent F 1. p) bandan G 2; bannum G *5. 5[a.b]; blandum C 5. D 3. q) virtutibus A 2. r) omnino A 2? G *5. *ed.* s) auditiores *corr.* audatiores D 1; audaciores C 2. t) superaverunt B 1; superarant A 3. *3. G 1. 2; superant F 1. u) expeterent F 1. v) *nulla capitis distinctio* G 3. w) Ad A 1. C *1. x) h. (hoc G 4, *corr.* hunc G 2; hunc F 2. G *5. 5[a.b]) b. triumphum (triumphu G 2) F. G. y) *ita* A 1 *const.*, A 2. G 3 *plerumque;* Wacho B. C. D, *alii;* Walcho F 1. G 1. 2 *hoc loco;* Wacco H 1; Guacco A 5; Pacho *plerumque* D 3. z) Zucchilonis F 4. G 1. 5[a]; Zuahilonis G 2; Zuachilonis G *5; Zacchilonis F 1; Zachilonis F 2. 5; Gucchilonis G 3; Guahilonis G 4; Truchilonis A 3; Tuchilonis A 5. 6; Luchilonis B. I 3; Hucilonis A 7. a) *del.* G 2; *deest* G *5. b) Hildehis E 1; Childechis A 2. D 3. 4. 5; Hildichis G 4. 5. 5[a]; Hilchis B 1. 2; Ildichis F 1. G 1. 2. 3; Hisdechis H 1. c) *ita plerumque* A 1, *alii;* Geppidi *saepius* B 1. D. I 3; Gipedi *nonnumquam* A 1; Gepiti *et* Gebidi (*ita et* Gibidi *etiam* B 1) *infra* G 1. 3. d) *ita* A 1. E 1; finem *ceteri.* e) *deest* G 1. 2. 2[a]. 5; *post add.* F 1. f) *deest* A 3. g) contraxerunt. Eodem quoque B 1. h) Suevos *e corr.* D 1; *plerique* C. D. F 4. I 2, *alii.* i) Lothari A 2. *4; *alibi* Rothari, Rottharit, *semel* Rotcari; Rotharit C 3. D 1 *e corr.*, I 1; Rotthari E 1. F 1. G 1. 3. 4 *aliquoties;* Rotharius D 2. G 5[c]; Crotthari G 2; Rutihen F 5.

1) *Cf. Grimm Märchen Nr.* 149. BE. 2) *Haec ex Orig.* 3) *Paulus Originis verba:* Occidit Wacho, filius Unichis, Tatonem regem barbanem suum cum Zuchilone *male interpretatus est.* BE. 4) *Cum his, quae ex Orig. sumta sunt, conferas quae Procopius de b. G. III,* 3. 35. *IV,* 27. *narrat. Paulus post Tatonem, quem septimum dixerat Langobardorum regem, octavum numerat Waltarim, exploso, ut in prologo legum a rege Rothari editarum, Wachone, qui non legibus patriis, sed vi regnum abripuerat, occiso patruo suo Tatone, atque Hildechi, Tatonis filio, seu verius nepote, in fugam ad Gepaedes acto.* BI. *Neque in Orig. Wacho* regnasse *traditur.* BE.

nos in hac historiola[a] inseruimus[b], scriptum repperiet. Habuit autem Waccho uxores tres, hoc est primam Ranicundam[c], filiam regis Turingorum[d]; deinde duxit Austrigusam[e], filiam regis Gepidorum, de qua[f] habuit filias[g] duas: nomen uni Wisegarda[h], quam tradidit in matrimonium Theudiperto[i] regi Francorum; secunda[k] autem dicta est Walderada[l], quae sociata est Cusupald[m], alio regi Francorum, quam[n] ipse odio habens, uni[1] ex suis, qui dicebatur Garipald[o], in coniugium[p] tradidit. Tertiam[q] vero Waccho uxorem habuit Herolorum regis filiam nomine Salingam[r]. Ex ipsa[s] ei natus est filius, quem[t] Waltc.540. tari[u] appellavit, quique[v], Wacchone mortuo, super Langobardos iam octavus[w. 2] regnavit. Hi[x] omnes Lithingi[y] fuerunt. Sic[3] enim[z] aput eos quaedam[a] nobilis prosapia vocabatur.

22. Waltari ergo[b] cum per septem[c] annos regnum tenuisset[4], ab hac[d] luce subc.543. tractus est. Post quem nonus[e] Audoin[f] regnum[g] adeptus est. Qui non multo post tempore Langobardos in Pannoniam[h] adduxit[5].

31. Bellum Francorum cum Saxonibus.
32. De pace facta cum Smaracdo[p] patricio, et de captis Tusciae civitatibus.
33. De morte Severi patriarchae et sacerdotio Iohannis et Candidiani.
34. De invasione Neapolitanae civitatis, et de morte Eleutherii[q] falsi imperatoris[r].
35. De pace facta cum imperatore[s].
36. De Focate[t] augusto et eius nece et[u] imperio Eraclii.
37. De morte Gisulfi ducis et depraedatione[v] Foroiulanae urbis et[w] ceteris malis quae Langobardi ab Hunnis[x] sunt perpessi.
38. De ducato[y] et de[z] morte Tasonis et Cacconis[a].

a) Gildep. F 1. b) *deest* G 3. c) Abarorum F 1; Avarum D (1 *e corr.*); Avareum C 1; avorum G 2. d) transitum F 1. e) Gun(m)t(d)ramnis F 1. G, *ubi* regis *deest*; Guntramno D 1. f) pacem F 1. g) Callinico G 4; Gallino C 1. 5. D 1 (*corr.* Gallinico). h) Franci F 1. i) Zangrumfi D 3; Zangrurlfi C *1; Zaurulfi D 2; Zamgulfi F 1; Gangulfi A 3; Angrulfi G 4. k) Warnecauti A 3; Warnecaudi H 1; Warnecaud C 1; Warnegaudi *e corr.* D 1, *et ita vel* Warnegaudii *ceteri* D; Warne causi A 6; Warene causi A 5; Warnacatii G 1; Warnachatii G 5[a]; Varnecacii G 3; Warnecatii I 1; et W. *des.* G 2. l) *hoc arg. deest* A 3. m) mortalitatem F 1. n) bellum C *1. D; bellum inter Francos C 1; b. in se F 1. o) Agiulfi F 1; Agilulfi G 1. 2. 3; Ragelulfi G 4; Aiulfi I 1. p) Spul. F 1. G 1. 2. q) *ita hoc loco* A 1. F 1. G 1. 3; ducatu *alii.* — de *deest* I 1. — Teudel. F 1. G 1. 2. r) præcatione C 1; predicatione *corr.* predatione G 1. 2; pred. D 2. G 3. 4. I 1. s) ad F 1. t) in c. s. B. *des.* G 3. 4. u) et de d. C. D. G 2. H 1. v) *deest* I 1. w) *deest* G. x) Agiulf F 1. y) c. regi D 2. z) artificem C. D. G. H 1. I 1; artifice F 1; artifici A 5. 6. a) Modicio A 3; Modicina I 1. b) Pataviae I 1; Patevinae G 2; Pictav. D 2. 3. c) Abaribus D 1; Abbaribus F 1. d) De n. *des.* F 1; De Ada(o)loald (Aleald G 4) filio G. e) multis A 1. C 1. D 1. H 1; multi. A 3. F 1; mortis G 3; montem E 1. f) Gaidoal G 1; Gaidoald G 2. 3. 4. — Gisulfu F 1. g) *deest* F. G. h) Adoaldi E 1. H 1. I 3; Adaioaldi D 2; Aloaldi D 1[a]. i) *deest* A 3. k) transitum F 1. l) *erasum* G 2. m) et de e. I 1. n) sanctitatem F 1. o) pacem factam F 1. p) *ita* C 1. D 1, *alii.* q) Eleuterii F 1. G 1. r) imperatori F 1. s) imperatorem F 1. t) Focatu *corr.* Focate D 1; Focato C *1. 1. D 2. E 1. H 1; Foca F 5; Fogace G. u) et i. E. *des.* D 2; et *deest* F 1, *ubi* Erachii; et *post add.* D 1. v) *novum arg. incipiunt* F 1. 5. w) et — perpessi *des.* H 1. x) Hunni A 1. D 1. F 1; D 3. 4 *add.*: XXXIX. De mea genealogia qui haec scribo, et quomodo Lupigis, qui proavus meus extitit, captivitatis iugum abicere studuit. y) *ita hoc loco* A *4. F 1. G 1. 3; thicatai C 1; thicata *corr.* ducatu D 1. z) *deest* A 3. a) Caccanis F 1; Caconis D 2. G 3. 4.

39. De Grasulfo duce Foroiulano, et de advento[a] Rodoaldi[b] et Grimoaldi[c] in Beneventum.
40. De facta pace[d] cum imperatore et Francis[e] et populatione[f] Histriae et[g] morte Gundoaldi[h].
41.[i] De morte Agilulfi et regno Adaloaldi[k] et eius expulsione et regno[l] Arioaldi[m].
42.[n] De morte Arioaldi[o] et regno Rothari[p], et quia dux Arichis filium suum Aionem[q] ad regem direxit.
43. De morte Arichis Beneventani ducis, et de[r] ducatu Aionis.
44. De morte Aionis et ducatu[s] Radoaldi[t].
45. De civitatibus quas Rothari[u] cepit[u*].
46. De morte Radoaldi[v] ducis, et quia ei in ducato[v*] Grimoald, eius[w] germanus, successit.
47.[x] De morte Rothari regis et regno Radoaldi[y].
48.[z] De morte Radoaldi[y] regis et[a] regno Ariperti[b].
49. De morte Eraclii[c] augusti et Constantini, qui ei successit, et regno alterius Constantini.
50. De Cesara[d] regina Persarum.
51. De morte Ariperti et Godiperti[e], filii eius, qui ei successit, et regno Grimoaldi et[f] interitu Garipaldi ducis[g].

EXPLICIUNT CAPITULA[h].

INCIPIT LIBER QUARTUS[i].

591 Mai. 1. Confirmata[1] igitur Agilulf, qui et Ago dictus est, regia dignitate, causa eorum qui[k] ex castellis Tridentinis captivi a Francis[l] ducti fuerant, Agnellum episcopum Tridentinum in Francia[m] misit. Qui exinde rediens, secum aliquantos captivos, quos Brunihilde[n] regina Francorum ex proprio pretio redimerat[o], revocavit. Euin quoque dux Tridentorum[p] ad optinendam pacem ad Gallias[q] perrexit; qua[r] impetrata, regressus est.

2.[s] Hoc anno fuit siccitas nimium gravis a mense Ianuario usque ad mensem[t] Septembrium; et facta est magna penuria famis. Venit quoque et magna[u] locustarum

a) *ita* A 1. G 1; adventum F 1; adventu *ceteri*. b) Radoaldi D 1. F 1. G 1. H 1; Radualdi G 3. c) Grimualdi A 3. F 1. G 3. d) pacem F 1. e) et de Fr. G. f) depop. C. D. H 1. I 1. g) et de m. D 2. 3. h) Gundualdi A 3. G 3. 4. i) *hoc arg. deest* D 1[a]. k) Adal. — regno *des.* G 3. 4; Adoaldi F 1. l) et de r. I 1. m) Arioldi G 2. 3; Adrialdi *corr.* Arioaldi D 1; Adarioaldi D 2; Alioaldi I 1. n) *arg.* 42—47. *des.* F 1. o) et regno Adaloaldi *add.* I 1. p) Rotharit D 3; Rotharii G 2. I 1. q) Agonem C 1; Alonem G 1. 2. r) *deest* A 3. G 1. 2. s) de d. C. D. G. t) Aradoaldi G 3; Adoaldi G 2. — D 3 *add.*: et quomodo Rodoald mortem Aionis ultus est. u) Rotharit C 1. D 3. I 1; Rotthari A 3; Hrothari G 2. u*) coepit A 1 *saepius*. v) Radaldi G 3; Rodoaldi E 1. G 2. I 1; Adoaldi A 1. v*) *ita hoc loco* A 1. D 1. G 1. w) *deest* C 2. 3. x) D 3. 4 *hoc arg. ita dividunt*: XXXXIX. De morte Rotharit(h) regis. L. De regno Ro(a)doaldi regis. y) Rodoaldi *hoc loco* A 1. F 1. G 3; Rothari I 1. z) *hoc arg. deest* F 5. G 3. 4. — Radoaldi — regno *desunt* I 1. a) et de r. F. G 1. 2. b) riperti G 2. c) Eracli F 1. — aug. *deest* D. d) cesare regni G 2. e) Gudip. G; Gadip. A 3; Godeb. D 2. f) et i. *des.* I 1, *ubi* Garabaldi. g) *deest* G 3. h) libri quarti *add.* G 1—4. i) Incipit historia Langobardorum liber IIII. A 2. Inc. Langobardorum liber III. D 1. Incipit hystoriae Langobardorum liber IIII. D 3. Historiae Longobardorum liber IIII. incipit C 1. In nomine Domini hist. Lang. inc. lib. quartus (quarti F 1). A 3. F 1. Incipit liber quarti (*erasum*) G 1. 2. k) quia F 1. G 1. 3. l) Franci F 1. m) *ita* A 1. *2. 2. 4. B 2. E 1. F 1; Franciam *ceteri*. n) *ita* A 1; Brunechilde *corr.* Brunechildis E 1; Brunihildis A 2. 3. D 1. G 1. 3. 4; Brunicheldis C 1; Brunichildes F 1; Brunichildis D 2. G 1. 2; Brunechildis D 3, *alii*. o) *ita* A 1. *2. 2. 4. B 2. C 2. D 1. 1[a]. 2. E 1. G 3. 4. p) Tridentiorum A 3; Tridentinorum B 2. D 2. 3. E 1. G 2. 3. q) Galliam A *3. r) quam A 2. F 1; qua *e corr.* D 1. s) *hoc cap. om.* G 5[b], *praecedenti adjungit* A 3. t) a mense A 1. F 1, *quod fortasse recipiendum erat*; mense Septi(e)mbrio A *3. 4. B 2. E 1. u) *deest* G 3; magnarum I 2.

1) *C.* 1. 2. *Paulus ex Secundo sumsisse putandus est.*

magnitudo[a] in territorium[b] Tridentinum, quae maiores erant quam ceterae locustae; et 591.
mirum dictum[c], herbas[d] paludesque[e] depastae sunt, segetes vero agrorum exigue[f] contigerunt. Sequenti quoque[g] anno pari nihilominus modo adventarunt[h].

3.[i] His[l] diebus Agilulf[k] rex occidit Mimulfum[l] ducem de insula Sancti Iuliani, eo quod se superiori tempore Francorum ducibus tradidisset. Gaidulfus vero Pergamensis dux in civitate sua Pergamo[m] rebellans, contra regem[n] se communivit; sed datis obsidibus[o] pacem cum rege[p] fecit. Rursum se[q] Gaidulfus[r] in insula Comacina[s] seclausit[t]. Agilulf vero rex in eandem Comacinam[u] insulam ingressus, homines Gaidulfi exinde[v] expulit et thesaurum, quem[w] ibidem a Romanis positum[x] invenerat, Ticinum transtulit. Gaidulfus[y] vero iterato[z] Pergamum[a] confugiens, ibique ab Agilulfo rege obtemptus[b], rursus in gratia[c] receptus est. Rebellavit quoque dux Ulfari[d] contra regem Agonem[e] aput Tarvisium[f] et obsessus captusque est ab eo.

4. Hoc anno fuit pestis inguinaria iterum aput Ravennam, Gradus et Histria[g] nimium gravis[h], sicut et prius ante[i] triginta annos extiterat. Hoc etiam tempore Agilulfus[k] rex cum Avaris[l] pacem fecit. Childepertus quoque bellum gessit cum consobrino suo, Hilperici filio; in quo proelio usque ad triginta milia hominum caesa sunt[2]. Fuit autem tunc hiems frigida[m] nimis, qualem[n] vix aliquis prius recolebat fuisse[o]. In regione[p] quoque Brionum[q] sanguis de nubibus fluxit; et inter Reni[r] fluvii aquas rivulus cruoris emanavit[s].

5. His diebus sapientissimus ac beatissimus Gregorius papa Romanae urbis, post- 593.
quam alia multa ad[t] utilitatem sanctae ecclesiae scripserat, etiam libros quattuor de vita sanctorum conposuit; quem codicem dialogum, id est duorum locutionem[u], quia cum conloquens cum suo diacono Petro ediderat, appellavit. Hos igitur libros praefatus papa Theudelindae[v] reginae direxit, quam sciebat utique et Christi fidei deditam[w] et in[x] bonis actibus esse praecipuam.

a) *ita archetypus habuisse videtur; corr.* multitudo F 4. G 4, *et ita* B 1[a]. 2. C 4[b]. D 2. 3. F 5. G 5[a. c]; *quod Paulum scribere voluisse putarim.* b) territorio A 2. c) *ita* A 1. *2. 3. *4. 4. 5. D 1. E 1. F 1. G 1. 3. 4, *corr.* dictu D 1. F 4, *et ita ceteri.* d) herbae G 1. 2; herbe *corr.* herbas G 3. e) plaudesque C 1. 2. D 1; paludes D 2; palustres D 3. f) exige F 1; exiguo D 2. *3[a]. 3; exiguas non c. G. H 1, *et e corr.* F 4; *deest* F 5. g) vero C 1. 2. h) adventa sunt A 3; advente sunt G 4; adinvente sunt G 3. i) *hoc cap. deest* A *4. k) Agiulfo A *3. l) Minulfum *e corr.* F 1, *et ita* D 1. 2. F 4. G; Munulphum A 2. m) Pergama G 2. n) rege F 1. — communiit F 1. G 1. o) ossid. F 1. p) regem F 1. q) *deest* D 3. G 3. r) Gaidulf A *3. s) Commac. C 1. D 3. F 1. G 1 — 4; Cumatina G 5[c]; Cumatia *corr.* Commatina D 1. t) reclausit A 3. 4. 5. C *1. G 2; reclusit D 2. 3; seclusit F 5; se conclusit: clausit F 4. u) Com(m)acina A 2. C *1. D 1. F 1. — insula F 1. v) inde G 4; exp. exinde A 2. w) quod D 2. G 1. 3; que F 1. x) impositum A *3. y) Gaud. F 1. z) iterato — ibique *des.* A 3. a) Pergamus F 1, *ubi* con *erasum.* b) *ita* A 3. 4. G 3. 4; obtempus A 1. 2. B 2. C *1. 2. F 1; optempus C 1; obtentus *ceteri.* — rursum F 1. c) *ita* A 1. 2. 4. 5. B 2. D 1. E 1. F 1. 5. G 1. H 1; gratiam C 1, *alii.* d) Uulfari G 2; Olfari A 3; Alfaricus D 2; *cf. supra. p.* 114 *n.* u. e) Agone F 1. f) Tarbisium A 2. F 1; Tarvisius A 3; Tervisum G 3. 4. g) *ita* A 1. 2. D 1. G 1. 2. 4; Istria A 4. E 1; Istriam A *3; Istaria F 1; gravis in Histria C 1. h) errabis *corr.* gravissima G 1; miserabilis G 3; terribilis G 5[c]; gravis *e corr.* G 4; *error ex scriptura* grabis *natus est.* i) antea A 1. k) Agilulfu F 1; Agilulf G 2. l) Habaris F 1; Avaribus D 3. G 5[a. b. c]. I 1. m) frigidam F 1. n) quale A 1. 3. E 1. o) fuisset A 2. F 1. p) ne — cruo *des.* F 1; In — emanavit *des.* F 5, *in* F 2 *post suppleta.* q) Britonum G 3. 4; Britiorum D 3. 4[a]. r) intra Rheni A 3; intereni fl. A 2; interene A *2; in tureni A 5; in tirreni A 6; in tyrreni f. G 5[b]; interni f. F 2; interni f. aquam F 4; interini f. quasi C 1; interim f. (fluvius C 4[a]) quasi C *1. 3. 4. 5[a. b], *corr.* inter Rheni f. aquas quasi D 1, *et ita ceteri* D (*praeter* D*3[a], *ubi:* f. aquasi); in Rheni fluvii (fluvio I 1[b]) quasi I 1. 1[b]. — aqua G 1—4; aqua quasi G 5[b. c]; in Rheni fluminis aquas sanguinis r. K 1. s) F 1 *iterum capitula libri tertii exhibet, post deleta.* t) ab F 1. u) locutionum A 2. 3. C 1. 2. D 1. 2. G 3; duarum locutionum I 1. v) Theudol. *hoc loco* A 1; Thiadlindae G 5[c], *et ita postea.* w) dedita F 1. G 1. x) *deest* C 1. G 4; set in bonum G 1.

1) *Cf. Orig. et Cont. Prosp.; Paulus alium secutus est auctorem (Secundum).* 2) *Cf. Fred. chron. c.* 14; *G. Franc. c.* 36.

6.[a] Per hanc quoque reginam[b] multum utilitatis Dei ecclesia[c] consecuta est. Nam pene omnes ecclesiarum substantias Langobardi, cum adhuc gentilitatis errore tenerentur[d], invaserunt. Sed huius[e] salubri[f] supplicatione rex permotus, et catholicam fidem tenuit, et multas possessiones[g] ecclesiae Christi largitus est atque episcopos, qui in depressione et abiectione erant, ad dignitatis solitae honorem reduxit.

7. His diebus Tassilo[h] a[i] Childeperto rege Francorum aput Baioariam rex ordinatus est. Qui mox cum[k] exercitu in[l] Sclaborum[m] provinciam[n] introiens, patrata victoria, ad solum proprium cum maxima praeda remeavit.

8. Hac etiam tempestate[o] Romanus[p] patricius et exharchus[p] Ravennae Romam properavit. Qui dum Ravennam revertitur, retenuit[q] civitates quae a Langobardis tenebantur, quarum ista sunt[r] nomina: Sutrium, Polimartium[2], Hortas[s], Tuder[t], Ameria, Perusia, Luceolis[u], et alias quasdam[v] civitates. Quod factum cum regi Agilulfo nun-
598? tiatum esset[w], statim Ticino[x] egressus, cum valido exercitu[y] civitatem Perusium[z] petiit; ibique per dies aliquod Maurisionem[a] ducem Langobardorum, qui se Romanorum partibus tradiderat, obsedit, et sine mora captum vita[b] privavit. Huius regis adventum[c] in tantum beatus Gregorius papa exterritus est, ut ab expositione templi, de quo in Ezechiele[d] legitur, desisteret, sicut ipse quoque in suis homeliis refert[3]. Rex igitur Agilulf, rebus[e] conpositis, Ticinum repedavit. Nec multum post, suggerente[f] maxime Theudelinda regina sua coniuge, sicut eam[g] beatus papa[h] Gregorius suis epistulis[i] saepius ammonuit, cum eodem viro sanctissimo papa Gregorio atque Romanis pacem firmissimam

a) *hoc cap. om.* A *4. b) *deest* G. c) eccl. — omnes *des.* C *1. 3. 4. — consecuta — subst. *des.* C 2; c. est. N. p. o. e. *post suppl.* D 1; ut. de ecclesiarum substantiis Longobardis C 1. — subitatis *corr.* sublimitates F 1. d) teneretur F 1. e) hus A 1; eis (?) F 1; hos G 1—4. f) salubris A 1; s. consilio et s. G 5[c]. g) passiones A 1. h) Tassilio A *3. i) ab D 1. 3. F 1. G 1. 3; ac C 1. k) *deest* C 1; c. e. *des.* B 1[a]. 2. — exercitum F 1. l) ri *vel* si *erasum* F 1; *deest* G (S. in G 5[b. c]). m) *ita* A 1. 3. C *1. F 1. G 1. 3. 4; Sclavorum A 2. C 1. D 2. 3, *alii;* Slavorum G 3. n) provincia F 1; his B 2; horas C 1[a]. o) tempestatem F 1. p) *ita* A 1. 3. F 1. G 1; exharcus G 2; exartus G 4; exarcus C 1, *alii;* exarchus C 3. D 1. G 3, *alii.* q) *ita* A 1. *2. 2. 4. E 1; tenuit C *1. 1. D. r) *deest* G 2. s) Hortus A 3. 4; Ortus A *3; Hortar F 1; Hortam G 1—4. I 1; Hortem B 2. I 3; Horta C 1. D 1. F 4. G 5; Horte F 5; Hostas D *3[a]. 3; Hastas D 4. t) Faider C *1. 1. 2; *litterae* Tu *e corr.* D 1. u) Luceolus A 5. C. D. I 1. v) quas duas A 1. w) fuisset A 2. D 2. x) Ticinum G 2. y) exercitum F 1. z) c. statim P. A 2; Perusiam D. a) Maurusionem G *2; Maris. F 1. b) vitam F 1? G 1. 3. 4. c) *ita* A 1. *2. *4. 4. 5. F 1. G 1. *2. 2. 3. 4; adventu *ceteri.* d) Ezechielo F 1. G 1. *2. 3; Ezechiehelo C *1; Iezechielo C 1; Hiezechielo G 2. e) extincto Maurisione Ticin. *e corr.* F 1. f) suggerentem F 1. g) etiam E 1. F. G. h) *deest* D 2. 3; Gr. p. D 1; s. e. s. *et* eodem v. s. p. G. atque *des.* D 2. 3, *ubi* monuit 2, monuerat 3. i) *ita* A 1. F 1, *saepius.*

1) Romanus — et alias *ex G. pont. Greg.* 2) *Bomarzo, Orte, Todi, Amelia, Perugia.* 3) *D. Gregorii verba praefat. in lib. II. super Ezechielem:* Quia multis curis prementibus Ezechielis prophetae librum coram caritate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit: bonis desideriis placuit parere, ut saltem extrema eius visio, quae ei facta est de aedificio in monte constituto, quae et cunctis est visionibus eius obscurior, exponi debuisset. Et quidem voluntati vestrae me parere necesse est. Sed duo sunt quae hac in re perturbant animum meum, unum, quod haec eadem visio tantae obscuritatis nebulis tegitur, ut vix in ea aliquid intellectu interlucente videatur; aliud, quod iam Agilulphum Langobardorum regem ad obsidionem nostram summopere festinantem Padum transisse cognovimus; unde pensate, fratres carissimi, in caliginosis et mysticis sensibus penetrare quid valeat mens misera, timoris sui perturbationibus occupata *etc. Recitata vero homelia XXII. haec ait:* Nemo autem me reprehendat, si post hanc locutionem cessavero, quia, sicut omnes cernitis, nostrae tribulationes excreverunt. Undique gladiis circumfusi sumus, undique imminens mortis periculum timemus. Alii detruncatis ad nos manibus redeunt, alii capti, alii interempti nunciantur. Iam cogor linguam ab expositione retinere, quia taedet animam meam vitae meae *etc.* BI.

pepigit. Eidemque[a] reginae idem venerabilis sacerdos[b] pro gratiarum actione hanc epi- 599.
stulam direxit[1]:

9. 'Gregorius Theudelindae reginae Langobardorum. Quia excellentia vestra ad faciendum[c] pacem studiosius et benigne se, sicut solet, inpenderit[d], renuntiante filio nostro Probo abbate cognovimus. Nec enim aliter de[e] christianitate vestra confidendum fuit, nisi quia in causa pacis laborem et bonitatem vestram omnibus monstraretis[f]. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, qui[g] ita cor vestrum sua pietate[h] regit, ut, sicut fidem rectam tribuit, ita quoque placita[i] sibi vos semper operari concedat[k]. Non enim, excellentissima filia, de sanguine, qui ab utraque parte fundendus[l] fuerat, parvam te credas adquisisse[m] mercedem. Ex qua re voluntati vestrae gratias[n] referentes, Dei nostri misericordiam deprecamur, ut bonorum vobis vicem in corpore et anima hic et in futuro conpenset[o]. Salutantes vos[p] praeterea paterna dilectione hortamur, ut aput excellentissimum coniugem[q] vestrum illa agatis, quatenus christianae rei publicae societatem non rennuat[r]. Nam sicut et vos scire credimus, multis modis est utile, si se ad eius amicitiam conferre voluerit. Vos ergo more vestro quae ad gratiam partium[s] pertinent semper studete[t] atque, ubi causa[u] mercedis se dederit, elaborate, ut bona vestra amplius ante omnipotentis Dei oculos commendetis'. Item[v] epistola eiusdem ad Agilulfum regem[2]:

a) Eodemque F 1. b) Gregorius D 2. 3. c) faciendam C. D. I 1. d) inpendere B 1a. G. I 2; sol inpenderi F 1; studuit impendere F 5; sicut *post del.* F 1, *deest* G 5c. — renuntiantem F 1. e) de — fundendus fuerat *des.* G 5c. f) demonstraretis F 4; demonstretis G 1—4; demonstratis G 5a; monstraretis F 5. g) quia A 1. D 2. F. G. h) pietatem F 1. i) placitam F 1. k) concedit A 2. 3. B 2. C 2. D 1. 2, *alii.* l) *deest* D 2. m) adquissiset F 1. n) gratia F 1. o) *deest* G 1, *ubi post* vicem *suppl.:* reddat; concedat G 2. p) *deest* C *1. 1. q) seniorem 3. r) renuunt A 1; renuit G 3. 4; rennuit B 2. G 1; renuait C 1; rennuat *e corr.* D 1. s) pacis G; *deest spatio vacuo relicto* B 1a. t) studetem F 1. u) causam A 1; mercedisedederit A 1, *2. 2. C *1. 1. D *3a. 9. F 1; mercedis ediderit C 2. D 1. 1a. 6. F 4. G 1—4; merced se dedit A 4; mercede se dederit A 3; mercedis sederit E 1. v) Item — regem *des.* A *4. 5. 6. B 1a. 2. C 3. 5. D 4. 6. 9. G 4. I 3; *iidem et ceteri* C. D. F 5. G 5a.c *hic novum incipiunt cap.*

1) *Reg. IX,* 43. 2) *Ib.* 42. *Ex registro apparet has datas indictione* 2. *At si sequenti mense Januario apparuit stella cometes, et Joannes archiepiscopus Ravennae mortuus est, isque anno* 595, *ut Baronius et ex Agnello Bacchinius contendit, e vivis sublatus est, ad superiores annos firmata Langobardos inter et Romanos pax esset revocanda. Minime vero acceptam hanc chronotaxin everterem argumento potissimum alterius epistolae ejusdem s. pontificis ad Innocentium Africae praefectum lib. X, datae subsequente indictione* 3, *in qua scribit:* Cognoscentes igitur, quale studium in praeparandis dromonibus gesseritis, sollicitudinem vestram desiderato nuntio relevamus, indicantes, cum Langobardorum rege usque ad mensem Martium futurae quartae indictionis de pace, propitiante Domino, convenisse. Quae si retineatur, ignoramus, quia idem rex obiisse postea nunciatus est, licet adhuc habeatur incertum. *Cumque in ea pacem ad proximam quartam indictionem sancitam fuisse aperte constet, datas etiam antecedenti* 2. *gratulatorias ad Agilulphum et Theodolindam, necessario dicendum est ex brevitate temporis, qua nondum constabat de valetudine regis. Ex ea etiam epistola cognoscimus pacis conditiones, quas minime Paulus recensuit, eamque fuisse pretio comparatam ex eodem lib. epist. facile quis arguet, atque ad id fortasse respiciunt ea quae ad Constantiam augustam scribit:* Viginti autem iam et septem annos ducimus, quod in hac urbe inter Langobardorum gladios vivimus. Quibus quam multa hac ab ecclesia quotidianis diebus erogantur, ut inter eos vivere possimus, suggerenda non sunt. Sed breviter indico, quia, sicut in Ravennae partibus dominorum pietas apud primum exercitum Italiae sacellarium habet, qui causis supervenientibus quotidianas expensas faciat, ita et in hac urbe ex causis talibus eorum sacellarius ego sum. Et tamen haec ecclesia, quae uno eodemque tempore clericis, monasteriis, pauperibus, populo atque insuper Longobardis tam multa indesinenter expendit, ecce adhuc ex omnium ecclesiarum premitur afflictione *etc. Quantum vero laboris et studii impenderit s. pontifex ad eam, reluctantibus Graecis, comparandam, plures aliae indicant epistolae, quas longum esset hic recitare.* **BI.**

·Gregorius Agilulfo[a] regi Langobardorum. Gratias excellentiae vestrae referimus, quia peticionem nostram audientes, pacem, quae[b] utrisque esset partibus profutura, sicut de vobis confidentiam[c] habuimus, ordinastis[d]. Ex qua re excellentiae vestrae prudentiam[e] et bonitatem[f] valde laudamus, quia pacem diligendo, Deum[g] vos, qui auctor[h] ipsius est, amare, monstratis. Nam si, quod[i] absit, facta non fuisset, quid[k] agi habuit, nisi ut cum peccato et periculo partium miserorum rusticorum sanguis, quorum labor utrisque proficit, funderetur? Sed ut prodesset[l] nobis eandem pacem, quemadmodum a vobis facta est, sentiamus, paterna caritate[m] salutantes petimus, ut, quotiens occasio se[n] dederit, ducibus vestris per diversa loca et maxime in his partibus constitutis vestris praecipiatis epistolis, ut hanc pacem, sicut promissum est, pure[o] custodiant, et occasiones sibi aliquas non quaerant, unde aut contentio quaedam aut ingratitudo nascatur, quatenus voluntati vestrae agere gratias valeamus. Latores[p] vero praesentium litterarum, sicut revera homines vestros, in eo quod[q] debuit affectu[q] suscepimus, quia iustum fuit, ut viros[r] sapientes et qui[s] pacem factam Deo propitio nuntiarunt cum caritate[t] et suscipere et dimittere deberemus'.

(11) 595? 10. Inter haec sequenti mense Ianuario paruit[u] stella cometis[v] mane et vespere per totum mensem. Eo quoque mense defunctus est Iohannes archiepiscopus Ravennae. Cuius in locum Marianus[w] civis[x] Romanus substitutus est. Euin quoque duce[y] in Tridentu[z] mortuo, datus est eidem loco dux Gaidoaldus[a], vir bonus ac fide catholicus. Isdem ipsis diebus Baioarii usque ad duo milia virorum dum super Sclavos[b] inruunt, superveniente cacano omnes interficiuntur. Tunc primum cavalli[c] silvatici et bubali in Italiam[d] delati, Italiae populis[e] miracula fuerunt.

(12) 596. 11. Hac[f] etiam tempestate Childepertus rex Francorum aetatis anno[g] vigesimo quinto cum uxore propria, sicut fertur, in[h] veneno extinguitur. Hunni[i] quoque, qui et Abares[k] dicuntur, a Pannonia in Turingam[l] ingressi, bella gravissima cum Francis gesserunt. Brunichildis[m] tunc regina cum nepotibus adhuc puerulis Theudeperto[n] et Theuderico[o] regebat Gallias, a[p] quibus accepta Hunni pecunia revertuntur ad propria.

593. Mortuus quoque est Gunthramnus rex Francorum, regnumque[q] illius Brunichildis regina suscepit cum nepotibus adhuc parvulis, filiis Childeperti.

a) Agilolfo F 1. b) quam u. esse p. credimus profuturam C. D. c) confidentia F 1. d) ordinasti A 2; ordinatis D 2. G 1. e) prudentia F 1. G 3. f) veritatem F 1. g) *deest* G 2. 5[a. c]. h) auctores i. estis G. i) ut F 1. k) quod A 2. l) *ita pro* prodesse A 1. *2. 2. 3. 4. B 1[a]. 2. C 1. D 1. F 1. G 1—4. 5[a. c]. H 1. I 1, *quod quin in archetypo fuerit, dubitari nequit*; propesset F 4; prodesse *ceteri*. m) vos *post add.* G 1. n) occasione d. A 2. o) pore *corr.* summopere F 1; pure *corr.* summopere G 1. p) lata A *2. 2. 3. 4 (*de* A 1 *non constat*). F 1. G 1 (*corr.* lecta); lecta A 5. 6; leta G 3. 4; leti F *2; latorem G 5[c]; allatores C 1. I 1; ablatores C 2; tanta B 2. 3; latores D. F 1 *e corr.* G 2 *e corr.* 5[a]. H 1. I 2, *quod recepimus, quamvis correcturae deberi videatur.* q) quo A 2. D 2. 3. I 1. — decuit C 3. 4[b]. G 5[a. c]. I 1; debuimus I 2. — affectum F 1; effectum G 1. 2; affectus G 4. I 3. r) homines C 1. 2. s) quia G 1. 2. 3. t) caritatem F 1. u) *ita* A 1. *2. 2 (*corr.* apparuit). 4. 5. F 1. G 1. 2; apparuit *ceteri*. — stellam F 1. G 1. v) comates G 3; cometes D 2; commetes C 1. G 5[c]. w) Marianos A 2; Maurianus G 2; Marinianus D 3. x) cives A *2. 4. D 1. E 1. F 1 (cibes). G 1—4; cerves civis G 5[c]; *deest* D 2. y) duci A 2; ducem G 2. z) *ita* A 1. 2; Tridenti A 3; Tridentum A *4. B 2. C 1. D 1. F 1. G 1. 3. 4; Tredento E 1; Tridentino C 2. G 2; Tridentinum D 2. a) Gaidualdus C 1. D 1. F 1. b) Exclabos F 1. G 1; Sclabos G 3. 4; Sclavos *ceteri*. c) *ita* A 1. D 1. — salvatici A *3. d) Italia F 1. G 1. e) populus E 1. F 1; populo G. H 1. — miraculo A 4. 5. 6. B 1[a]. 2. 3. D 3. 4. F 4. 5. G 3. 4 *e corr.* 5[a. b]. L 1. f) Hec e. tempestatem F 1. g) *deest* G 4. — vicesimo A 2. D 3. G 1, *alii*. h) *ita* A 1. F 1 (in *post erasum*); f. viveni A 4; veneni *corr.* vi viveni D 1, *et ita ceteri* D. A 5. E 1. G 1. 2. 4, *alii*; f. veneno A 3. B 2. C 1. 2. 4[b]. F 5. G 3. I 1. i) Uni F 1. G 3; Hunin G 1; Huni *alii*. k) *ita hoc loco* A 1; Haberes F 1; Avari G 2. 3; Avares *alii*. l) *ita* A 1? 5. 6. D 2. *3[a]. 4. F (F 1 *e corr.*). G 1—4; Turingia E 1; Toringiam B 1[a]. 2. C 2; Torigiam A 3; Toringam C 4[b]; Thoringam H 1; Turoniam G 5[b. c]; Turingiam A 2. 3, *alii*. m) Brunigildis *hoc loco* A 2. n) Theodip. A 2; Theodep. G 1; Theudepertos F 1. o) Theod. A 2. 3. D 3. G 1. 2. p) ad F 1. q) regnum quoque G. I 2; que *deest* I 1.

12.[a] Per idem tempus cacanus rex Hunnorum legatos ad Agilulfum Medio- (13)
lanum[b] mittens, pacem cum eo fecit. Romanus quoque patricius moritur; cui Gallicinus[c] successit et cum Agilulfo rege pacis concordiam[d] iniit.

13. Hoc etiam tempore Agilulf[e] cum Theuderico Francorum rege pacem per- (14)
petuam fecit. Post haec[f] Ago[g] rex rebellantem sibi Zangrulfum[h] Veronensium ducem extinexit. Gaidulfum quoque[i] Pergamensem[k] ducem, cui[l] iam bis pepercerat, peremit[m]. Pari etiam modo et Warnecautium[n] aput Ticinum occidit.

14. Subsequenti[o] tempore rursum Ravennam[p] et eos qui circa ora[q] maris (15)
erant pestis gravissima vastavit. Sequenti quoque anno mortalitas valida populos[r] Veronensium attrivit.

15. Tunc[s] etiam signum sanguineum in caelum[t] apparuisse visum est et quasi (16)
hastae[u] sanguineae et lux clarissima per totam noctem[l]. Theudepertus[v] rex Francorum eo tempore cum Clothario[w] patruele suo bellum gerens, eius exercitum vehementer 600.
adflixit.

16. Sequenti anno Ariulfus dux[x], qui Farualdo[y] aput Spoletium[z] successerat[2], (17)
moritur. Hic Ariulfus[a] cum bello[b] contra Romanos in Camerino gessisset victoriamque[c] patrasset, requirere a suis hominibus coepit, quis vir ille fuerit, quem ipse in illo bello quod[d] gesserat tam strenue pugnantem vidisset. Cui cum sui viri responderent[e], se ibi nullum aliquem fortius facientem quam ipsum ducem vidisse[f], ille ait: 'Certe multum et per omnia me meliorem ibi[g] alium vidi, qui, quotiens[h] me adversae partis aliquis[i] percutere voluit, ille vir strenuus me semper suo clyppeo[k] protexit'. Cumque dux ipse prope Spoletium, ubi basilica beati martyris Savini episcopi sita est, in qua eiusdem venerabile corpus quiescit, advenisset, interrogavit, cuius haec tam[l] ampla domus esset. Responsum est ei a viris fidelibus, Savinum ibi martyrem requiescere[m], quem christiani, quotiens in bellum[n] contra hostes irent, solitum haberent in suum auxilium invocare. Ariulfus vero, cum adhuc esset gentilis, ita respondit: 'Et potest fieri, ut homo mortuus aliquot[o] viventi auxilium praestet?' Qui cum hoc dixisset, equo dissiliens[p] eandem basi-

a) *hoc cap. om.* A *4. b) Mediolano C 2. G 3. 4; *deest* I 2. — missis A 3. c) Gallicinius E 1; Callicinus G 2; Gallinicus D 1 *e corr., et ita* D 1a. A 2 *in rubra*; Gallinicinus A 3; Gallicanus *e corr.* F 1; Gallus D 2. 3; *cf. c.* 20. 25. d) concordia F 1. — habuit A *3. e) Agilolfi F 1. f) Postea A 2; haec *deest* A *3. g) Aio A 3. h) Langr. A 3; Zangrunf. D 3. i) vero A 2. k) Pergom. A 1. 3. D 1; Pergamense F 1. l) ab *post corr.* cui A 1. F 1; cu *corr.* cui iam G 2. m) *deest* C 1. D. n) Warnecautum F 1; Warnecatium *vel* Warnecacium G (Warncatium G 5c); Warnecancium B 1a. 2; Warnegaudum *e corr.* D 1, *et ita* D 1a. 3. 4; Warnegaudium D *3a; Warnegauchum D 2; Gwarnecausum A 5. 6. o) S. quoque t. D 2; Sequenti vero t. C 2. G 3. 4. p) Ravenna F 1. G 1. 3. q) oram A 5; horam A 6. B 1a. F *2. G 4. 5a; oras F 5; eta E 1. r) populus C *1. D 1. E 1. F 1. G 3; populum A 5. 6. D 2. G 4. I 2; populis F 5. — attribuit F 1. s) Tum G 1. t) *ita* A 1. *2. B 1a. 2. C *1. 1. D. F 1. *2. G 1. 3. 4; caelo A 2. 5. 6. G 2, *alii.* — apparuisset F 1. u) harte A 3; ab hastę D 1; ab haste (hasta 2) sanguinea C 1. 2; aste sanguinea B 2; hasta sanguinea B 1a; hoste *corr.* haste G 1; hostes sanguinei per t. n. dimicantes *Agnellus.* v) Teop. F 1. w) Chlotario F 1. G 1. 4; Hlothario G 2; Lothario C *1. 1. D 1. x) dux — Hic *des.* B 1a. 2. 3. y) Faroaldo C 1. D. F. G, *alii.* z) Spolitium F 1. G 1. 4; Spoletum C, *et ita post.* a) Arialphus *hoc loco* A 2 (*in rubra*: Auriulfi). b) *ita* A 1. *2. 2. 3. F 1. G 1. 3; bellum *ceteri.* c) victoriaque F 1. G 1. 3. — petrasset G 1. 2. d) quem D. e) ei r. A 2. f) vidisset A 2. 5. 6. F 1. G 1. 4. 5a; vidissent E 1. F *2. 4. G 3. g) meliore mihi F 1; mihi G 1; *erasum* G 2. 4; *deest* G 3. 5c. h) quitiens A 2. i) aliquit A 1; *deest* G 2, *post add.* G 4. k) *ita* A 1; clippeo C *1. 1; chlippeo F 1. G 1. l) *deest* A 3; et haec G 1. — amplam d. esse F 1. m) requiesceret F 1. n) bello A 3. o) *ita* A 1; aliquid G 1. 3; aliquod *ceteri.* q) desil. D 3. F *2. 4, *alii.*

1) *Cf. Fredeg. chron. c.* 20. 2) *Ariulfi tempus ex eo patet, quod Gregorius M. in epist. II,* 3. 29, *ind.* 10, *ejus facit mentionem. Fatteschi praeterea affert Vitam S. Cetei episc. Amiterni, Acta SS. Jun.* 13, *in qua is episcopus dicitur temporibus Gregorii papae et Faroaldi ducis; hos una vixisse solummodo a* 3. *Sept.* 590—591 *ex. potuisse.* BE.

licam conspecturus intravit[a]. Tunc aliis orantibus, ipse picturas eiusdem basilicae mirari coepit. Qui cum figuram beati martyris Savini depictam conspexisset, mox[b] cum iuramento affirmavit dicens, talem omnino eum virum qui se in bello protexerat formam habitumque habuisse[c]. Tunc intellectum est, beatum martyrem[d] Savinum eidem in proelio adiutorium contulisse[e]. Igitur mortuo Ariulfo, duo filii Faroald[f] superiori[g] ducis inter se propter ducatum decertantes, unus ex ipsis, qui cum victoriam coronatus est[h], nomine Teudelapius[i], ducatum suscepit.

(18) 17.[k] Circa haec tempora[l] coenobium beati Benedicti patris, quod in castro Casino[l] situm est, a Langobardis noctu invaditur. Qui universa diripientes, nec unum[m] ex monachis tenere potuerunt, ut prophetia venerabilis Benedicti patris, quam longe ante praeviderat, impleretur, qua[n] dixit: 'Vix apud Deum optinere potui, ut ex hoc loco mihi animae cederentur[o]'. Fugientes[p] quoque ex eodem loco monachi Romam petierunt, secum codicem sanctae regulae, quam praefatus pater conposuerat, et quaedam alia scripta necnon pondus panis et mensuram[q] vini et quidquid ex supellectili subripere[r] poterant[s] deferentes. Siquidem post beatum Benedictum Constantinus[t], post hunc Simplicius[u], post quem[v] Vitalis, ad extremum Bonitus congregationem ipsam rexit; sub quo haec distructio facta est.

(19) 591. 18. Mortuo igitur Zottone[w] Beneventanorum duce, Arigis[x] in loco ipsius a rege Agilulfo[y] missus successit[z]; qui ortus in Foroiulii[z] fuerat et Gisulfi Foroiulani[a] ducis filios educarat[3] eidemque[b] Gisulfo consanguineus erat. Ad hunc Arigis extat epistula beati papae Gregorii in hunc modum directa[4]:

(20) 19. 'Gregorius Arogi[c] duci. Quia sic de gloria vestra sicut re vera[d] de filio nostro confidimus, petere a[e] vobis aliqua fiducialiter provocamur[f], arbitrantes, quod minime nos patiamini[g] contristari, maxime[h] in tali re, unde vestra anima multum poterit[i] ad-

a) introivit C *1. 1. b) *deest* G 3. 4. c) habuisset F 1. d) martyre F 1. e) contulisset F 1. f) *ita hoc loco etiam* A 1. 2. g) *ita* A 1. 2. C *1. F 1. G 1, *corr.* superioris D 1. G 3, *et ita ceteri.* h) *ita Paulum scripsisse putarim*; conatus A 1. C *1. 4[b]; qui victoriam coronatus C 1; qui cum victoria coronatus H 1; qui cum victoriam nanctus E 1; qui cum victoria mantus (?) G 1; qui cum eo victoriam nactus G 2; qui victoriam nanctus A 4; qui v. nactus A 3. D 2. I 1; qui v. actus A 2; qui v. consecutus A 5. 6. 8; qui cum victoria adiunctus G 3. 4; qui cum victoria(m) cunctatus *e corr.* F 1; qui (*eraso vocabulo* cum) victoriam adeptus *e corr.* D 1, *et ita alii* D. A *3. C 3; qui cum v. adeptus esset G 4 *e corr.*, B 1[a] (*ubi* qui *deest*); q. c. victoriam hem nomine B 2. 3; q. c. victoria est I 3. i) Theudelapius A 3. C. D, *alii*; Theudelabius G 1; Teudelabius G 3; Theodeladius G 2; Thiadlapius G 5[c]; Deudelapsus A 2. k) *hoc cap. om.* A *4. G 5[b]. l) Casinum A 2. F (Tasinum F 1). G. — castrum G 3. m) quidem *add.* C. D; ne C 1. D 1, *corr.* nec D 3. n) quod G 1. 3. 4; qui I 2; cum G 5[c]. o) conced. C 1. 2. I 1. p) Fugiendo F 1. q) mensura F 1. r) subriperent F 1. s) potuerant A 3. D 3. G 1. 2; potuerunt A *2. 2? 4. 5. B 2. E 1. F 4. 5. G *2. t) Constancius G 3. I 2. u) Simplicium F 1. v) post quam A 2. w) Lottone Beneventorum A 3; Totone C 2. — ducem G 3. x) Aregis E 1; Arichis B 1[a]. 2. 3. D *3[a]. 3. F 2. 3. 4. 5. G 4, *et infra* A 2; Arigis vel chis D 3. y) Aidulfo C *1. z) Forum iulii A 3. a) *ita* A *3. C *1. D 3. G 2, *alii*; Foroiulano A 2; *cf. supra p.* 77 *n.* d. b) eidemque — erat *des.* A 2. c) *ita* A 1. 2. 4. 5 *cum Greg.*; Arodi *corr.* Arogi F 1; Arogis A *2; Arogisi E 1; Arogiso G 4; Arigi C *1. 1. D (*praeter* 4). H 1; Arigis I 1; Arigiso C 2. G 1—3. 5[a]; Arichi B 1[a]. 2. C 4. F 5; Archi I 3; Arichiso F 4. d) veram G 1. e) c. preterea v. A 1. D 1. I 1; c. propterea v. C 1. 2. — nobis F 1. — aliquid A 2. f) provocamus D 1. I 1. g) paciamus F 1. h) maxime — adiuvari *des.* E 1. i) potuerit G 1. 3. 4.

1) *Ad Pauli nostri emendationem potius quam illustrationem satis fuerit carpsisse vetustiora monumenta, ex quibus evincitur, ad superiora tempora contra Pauli testimonium insignem hanc celeberrimi monasterii eversionem esse referendam.* BI, *qui provocat ad Anastasii Vit. Pelagii; sed quae ex hac afferuntur in genuino textu non leguntur, sed Leonis sunt Ostiensis verba. Paulus Gregorium M. Dial. II,* 17. *sequitur.* 2) *Tempus eo patet, quod in Gregorii M. epist. II,* 46, *data Jul. indict.* 10, *jam dux vocatur.* BE. 3) *Id quod in dubium vocavit Meo, Annali I, p.* 146 *sqq.* BE. 4) *Reg. XII,* 21.

iuvari. Indicamus autem, propter ecclesias[a] beatorum Petri ac[b] Pauli aliquantas[c] nobis trabes necessarias esse, et ideo Savino subdiacono nostro iniunximus, de partibus Brittiorum[d] aliquantas incidere, et ut usque ad mare in locum aptum trahere debeat. Et quia in hac re solaciis indiget, salutantes gloriam vestram paterna caritate[e] petimus, ut actionariis vestris qui[f] in illo[g] loco sunt deputetis, ut homines qui sub eis sunt cum bubus suis in eius transmittere solatium debeant[h], quatenus vobis concurrentibus[i] melius quod ei iniunximus possit perficere. Nos enim promittimus, quia, dum res perfecta fuerit, dignum vobis exenium[k], quod non sit iniuriosum, transmittemus[l]. Nam scimus nos[m] considerare et filiis nostris, qui bonam[n] nobis voluntatem exhibent[o], respondere. Unde iterum petimus, gloriose fili, ut ita facere debeatis, ut et nos vobis possimus esse pro praestito beneficio debitores, et vos mercedem[p] pro sanctorum ecclesiis[q] habeatis'.

20.[r] His diebus capta est filia[1] regis Agilulfi cum viro suo Gudescalco[s] (21) nomine de civitate Parmensi ab exercitu[t] Gallicini[u] patricii, et ad[v] urbem Ravennatium[w] sunt deducti. Hoc quoque tempore misit Agilulf rex cacano regi Avarorum artifices ad faciendas naves, cum quibus isdem cacanus insulam quandam in Thracia[x] expugnavit.

21. Per idem quoque[y] tempus Theudelinda regina basilicam beati Iohannis (22) baptistae, quam in Modicia[z] construxerat*, qui locus supra Mediolanum[a] duodecim[b] milibus abest[c], dedicavit multisque ornamentis auri argentique decoravit[2] praediisque[d]

*) F 2. *2. 2[a] *addunt:* pro se et pro viro suo et pro filiis ac filiabus et pro cunctis Langobardis Italiensibus, ut ipse sanctus Iohannes sit intercessor pro cunctis Langobardis ad Dominum, et illi voverunt inter se unanimiter maiores natu cum rege suo et una cum Theodelinda regina atque dixerunt: 'Si sanctus Iohannes pro nobis interpellator sit ad dominum nostrum Iesum Christum, nos[e] omnes unanimiter pollicemur illi omnique anno in die nativitatis sue, hoc est 8. Kal. Iulii, de nostris facultatibus transmissuros honorifice ad oraculum eius, ut per illius interpellationem habeamus iuvamen domini nostri Iesu Christi tam in bello quam in omnibus locis, ubicumque ituri sumus'. Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum ceperunt invocare sanctum Iohannem, ut illis preberet auxilium in virtute domini nostri Iesu Christi, et illi omnes permanebant illesi victoresque extiterunt super cunctos adversarios eorum.

a) ecclesia F 1; ecclesiam F 4. G. b) et C 1. D 2. 3. c) aliquanta F 1. d) Brittorum A 3; Britiorum *vel* Briciorum B 2. C 1. D 1. 2. 3. F 2; Brinciorum G 3. 4; Braciorum B 1[a]; Brutiorum *Greg.* e) caritatem F 1. f) *post suppl.* F 1. g) *deest* C 1. D 1 (*post suppl.*). 3. illoco F 1. h) debeatis G 1—4; iubeatis G 5[c]. i) succurrentibus A 2. k) xenium A 2. 3. D 1 *e corr.* *3[a]. G 5[a. c]. L 1. l) transmittimus A 3. 6. B 2. G 3. 4. I 3; transmittamus C 2. m) *deest* A 2. n) bona n. voluntate G 3. o) debeamus *post add.* D 1, *et ita alii* D. p) mercede F 1. q) ecclesias G 3. 4. r) *om. hoc cap.* A *4. s) *ita* A 1. 2. F 1. G 1; Godeschalco A 3; Godescalco A 4. 5. C 1. D 1. 2. 3. F 4. G 2. 5[a]. I 1; Godescalcho F 5; Godescaldo A 6. C *2; Gadescalco B 2; Godecalco A *3. t) exercitum F 1. u) Gallinici D 1 *e corr., et ita alii* D. v) *deest* F. G 1—4; in G 5[a. b]. w) Ravennantium A 2. 4. 6. C *1. 1. D 1. E 1. F 1. G 4, *e corr.* G 5[c]; *cf. supra p.* 89 *n.* u. — deducta F 1. x) Trachia A 3. 5. B 2. G 1. 4. 5[a]; Thrachiam *corr.* Thracia G 3; Tracia C 1. D 3. F 1. I 1; Traciam A 6. H 1. y) *deest* G 2. — tempus *post suppl.* F 1. z) Modica B 2. C 1; Moedęcia *ut videtur corr.* Modicia G 3; Modoetia F 2[a]; *cf. infra c.* 27. a) *ita hoc loco omnes fere;* Mediolanium G 3 *saepius; cf. supra p.* 86 *n.* b *et p.* 125 *n.* k. b) tredecim A 3; undecim G 4. c) adest A 1. 2. d) *pergit* B 1. e) et nos F *2.

1) *Haec non potest esse filia Theudelindae, de qua Origo Lang.:* genuit Acquo de Theodelenda filiam nomine Gunpergam. BE. 2) *Codex evangeliorum, aureis operculis, cum inscriptione dedicatoria Theodelindae, depictus apud Frisi, Mem. di Monza III,* 58. *Corporale cum monogrammatibus et inscriptione, fortasse ab ipsa Theodelinda acu pictum, ibid.* 184. *Cedula reliquiarum quas b. Gregorius Theodelindae transmisit, ibid. II,* 1. BE.

sufficienter ditavit*. Quo in loco etiam Theudericus[a] quondam Gothorum[b] rex palatium construxit, pro eo quod aestivo tempore locus ipse, utpote vicinus Alpibus[c], temperatus ac salubris existit.

(23) 22. Ibi etiam praefata regina sibi[d] palatium condidit, in quo aliquit[e] et de Langobardorum gestis[f] depingi fecit. In qua pictura manifeste ostenditur, quomodo Langobardi eo tempore comam capitis tondebant, vel qualis illis[g] vestitus qualisve habitus[h] erat. Siquidem cervicem[i] usque ad occipitium[k] radentes nudabant, capillos a facie usque ad os** dimissos[l] habentes, quos in utramque partem[m] in frontis discrimine dividebant. Vestimenta vero eis erant laxa et maxime linea, qualia[n] Anglisaxones[o.1] habere solent, hornata[p] institis latioribus vario colore contextis. Calcei vero eis[q] erant usque ad summum pollicem pene[r] aperti et alternatim laqueis corrigiarum retenti. Postea vero coeperunt osis[s] uti, super quas equitantes tubrugos[t] birreos[2] mittebant. Sed hoc de Romanorum consuetudine[u] traxerant.

(24) 23.[v] Usque ad haec tempora Patavium[w] civitas, fortissime militibus repugnantibus, Langobardis rebellavit. Sed tandem, iniecto igni, tota flammis vorantibus[x] concremata est, et iussu regis Agilulfi ad solum usque destructa est. Milites tamen qui in ea fuerunt[y] Ravennam[z] remeare permissi sunt.

*) F 2. *2. 2[a] *addunt:* familias ac possessiones multas in eodem loco subiugavit in honore sancti baptiste Iohannis. Dicamus offersionem scripture Theodelinde regine: 'Offert gloriosissima Theodelinda regina una cum filio suo Adalvald rege[3] sancto Iohanni patrono suo de dono Dei et de dotibus suis cartulam donationis, quam et suorum presentia scribere fecit[3]'. Si[a] quis quolibet tempore hanc donationem[b] voluntatis sue corruperit, in iudicii die cum Iuda traditore dampnetur'. Ordinatio vero eius talis fuit: 'De rebus sancti Iohannis nullo modo se debet aliquis intromittere, nisi tantum sacerdotes, qui ibi deserviunt die ac nocte, tamquam[c] famuli et famule, qui ibi subiecti sunt, communiter debeant vivere'.

**) L 1 *addit:* id est buccam.

a) Federicus A *3; Th. — construxit *des.* D 2; *eorum loco habent:* sepe commanebat D *3. *3[a]. 3. 4. (5—7?) 8. 9. b) Gotthorum G 1. c) alpinus A 2. d) suum C. D. G 4; p. s. A 2. e) *ita* A 1; aliquod F 1. G 1, *corr.* aliquid G 2; aliquot G 3; aliquid *ceteri.* f) gentis A 1. 2; gest. — pictura *des.* E 1. F. G; de Langobardis F 4; de L. actibus G 5; habitu *post add.* F 1; ritu *post add.* G 1, *et ita* F 5; usu *post add.* G 2. g) *deest* B 1, *ubi:* qualis vel. — i. habitus aut vestitus A *3. h) abitus A 1. 2. i) cervice A 2, *quod in archetypo fuisse putarim;* de cervice E 1; Seque de cervice F. G; verticem B 1[a]. k) occipium C *1. 2. D 1. F 1. G 1. 4; hoc(c)ipium C 1. G 3. l) dimisso A 2. D 1. F 1. G 1, *ex archetypo ut videtur.* m) utraque parte A 1? E. F. G. I 2. n) quali A 1. o) Angli Saxores A 3; Anglis Saxones G 3. p) *ita* A 1. 2. *2. 4. C 1. D 1; hortana G 1—4; ornamenta B 2. I 2; ornatis D *3[a]. 4. q) *deest* A 3. r) pedis G 1; pene *corr.* pedis F 1. s) hosis A 3. C 4[b]. D 3. F 5. G 5[a.b]. I 2; hossis G 5[c]; ossis A *4. C 1. 2, *e corr.* F 2. — uti *deest* A 3. t) tubrugros A 2. D 3; tubugros D 2. *3[a]. 4; tubrucos A 4. E 1. H 1; trubugos B 1. 1[a]. 2; tugubros C 2; tibrugos F 1; tiburgos F 5; tybrugos G 1. 2. 4; tybugros F 4; tribugos A 3. G 3; tribucos F 2. G 5[b], *et e corr.* E 1; trubucos G 5[c]. u) consuetudinem C 1. I 2; consuetudines F 1. G 1. 3. 4; de Romana non de sua c. B 1. 2. — traxerunt D 2. 3. 6. v) *hoc cap. om.* A *4. w) Patabium G 2; Pictavium D 2. 3. x) voratibus A 2. y) fuerant A 6. B 1. 2. G 3. 4. z) Ravenna E 1. F 1. G 1. 3. 4 (*corr.* Ravennam F 1. G 4); *deest* G 5[b.c]. — redire D 2. 3. — p. s. *des.* B 1. a) *deest* F *2. b) *deest* F 2. *2; testem *ed. Asc.* c) tantum F *2. 2[a].

1) *Paulus primus est apud quem haec nomina conjuncta leguntur; cf. VI,* 15. BE. 2) *Isidor. Etymolog. XIX,* 22: Tubrucos vocatos dicunt, quod tibias braccasque tegant. *Papias:* Byrrus vestis est amphimallus villosus. LIND. 3) *Bonincontrus Morigia, Muratori SS. XII, p.* 1071, *qui eandem cartam excepit, addit:* ipsa die in qua in presentia patris coronatus est ibi.

24.[a] Hac[b] tempestate legati Agilulfi regressi a cacano, pacem perpetuam factam (25)
cum Avaribus nuntiarunt. Legatus[c] quoque cacani cum eis adveniens, ad Gallias
perrexit, denuntians Francorum regibus, ut, sicut cum[d] Avaribus, ita pacem habeant[e]
cum Langobardis. Inter haec Langobardi cum Avaribus et Sclavis[f] Histrorum fines
ingressi, universa ignibus et rapinis vastavere[g].

25. Agilulfo quoque regi[h] tunc nascitur filius de Theudelinda regina in Mo- (26)
diciae palatio, qui Adaloald[i] est appellatus[l]. Sequenti tempore Langobardi castrum 602.
Montis Silicis invaserunt. Per idem tempus, repulso[k] apud Ravennam Gallicino[l], rediit
Smaragdus[m], qui prius fuerat Ravennae patricius.

26.[n] Igitur Mauritius augustus[o], postquam uno[p] et viginti annis rexit imperium, (27)
cum filiis Theudosio[q] et Tiberio et Constantino a Focate[r], qui fuit strator Prisci patricii, 602.
occiditur. Fuit autem utilis rei publicae[s]; nam saepe contra hostes[t] dimicans victoriam
obtenuit[u]. Hunni quoque, qui[v] et Avares appellantur, eius virtute devicti sunt.

27.[w] Hoc anno Gaidoaldus[x] dux de Tridento et Gisulfus[y] de Foroiuli[z], cum (28)
antea a[a] regis Agilulfi societate discordarent, ab eo in pace recepti[b] sunt. Tunc etiam
baptizatus est praenominatus puer Adaloald[c], filius Agilulfi regis, in[d] Sancto Iohanne in 603.
Modicia[e], et susceptus de fonte est[f] a Secundo servo Christi[g] de Tridento, cuius saepe
fecimus[h] mentionem[2]. Fuit autem festi pascalis dies eo tempore septimo Idus Aprilis. Apr. 7.

28.[i] Erat autem his diebus adhuc discordia Langobardis cum Romanis[3] prop- (29)
ter captivitatem filiae regis. Qua de causa rex Agilulf egressus Mediolanio[k] mense
Iulio, obsedit civitatem Cremonensem cum Sclavis, quos[l] ei cacanus rex Avaro- Juli.
rum[m] in solacium miserat, et cepit eam[n] duodecimo Kalendas Septembris et ad solum
usque destruxit. Pari etiam modo expugnavit etiam[o] Mantuam, et interruptis muris Aug. 21.
eius cum arietibus[p], dans veniam[q] militibus qui in ea erant revertendi Ravennam,

a) *hoc cap. om.* A *4. b) H. etiam t. D 2. 3. c) Legatos A 2. d) *deest* A 2. e) habebant A 2. f) Sclabis F 1. G 1. 3. 4. g) vastaverunt B. C. D. E 1? G 3. 4. h) *deest* G 4. — tunc *deest* C 1. 2, *e corr.* D 1. i) Adaload A 2; Adaioald A *3; Adoald E 1 *const.*; Aloald C 2; Adacaldus B 1; Adlold, *infra* Athalold, Adalold G 5[a]. k) repulsum F 1; sepulso A 2; sepulto A 3. H 1. l) Galico A 1; Galinico A *3. 4. 5. E 1. G 1. 2; Gallinico A 2. B 1. C 1. 2. D 1. H 1; Gallicinio F 4; Galicino *e corr.* F 1; *cf. supra c.* 12. 20. m) *ita* A 1, *alii.* n) *hoc cap. antecedenti adjungit* G 5[c]. o) ag. F 1. p) unum E. F. G. q) *ita* A 1; Teud. F 1; Thed. G; Theod. *vel* Teod. *ceteri.* r) Focato B 1; Foca C. D. F 5. I 2, *e corr.* F 4. s) sed avaricia deditus nimia *add.* B. t) hostem C *1. 1. u) *ita* A 1. 4. v) qui — de Foroi. (*cap. sequent.*) *desunt* I 1 (*folio finiente et alia manu in sequenti incipiente*), *at non* I 1[a]. 1[a*]. w) *hoc cap. om.* A *4. x) Gadoaldus A *3. y) Gisolfus A 2. z) Foroiulii C 1. F 1, *alii.* a) antea r. F 1. b) r. s. *des.* C *1. 1, *post add.* D 1; suscepti C 2; sunt revocati I 1. 1[a]. — pacem D 3. c) Adoioald A *3; Adoloaudus B 1. d) in *corr.* a A 3; apud Sanctum Iohannem D 3. e) Modica A 1. B 1. 2, *corr.* Modicia E 1; *cf. supra p.* 121 *n.* z. f) *deest* A 3. g) Dei B 1. h) facimus F 1. G 1. 3. 4. I 2. i) *hoc cap. om.* A *4. k) *ita* A 1. 2; Mediolani A *2; Mediolano A 3. 4. 5. C. D. F 2. 5. H 1; medio iano I 1; Mediolanium F 1. 4. G 1. 2. 3. 5[a]; Mediolanum B 1. 2. G 4. 5[c]. l) quas F 1. G 1. 3. m) Avarum ad G 2; Habarorum F 1. n) *deest* G 4. — duodecima A 2. o) et B 1. 1[a]. 2. G 5[a.b]; *deest* A *2. 3. 4. C. D. F 3. G 2. 3. 4. H 1. p) Avaribus B 1. 2; parietibus A *3. q) viam C. D. I 1.

1) *Cf. Gregorii M. Reg. XIV*, 12. 2) *Ex quo magnam hujus libri partem sumtam esse, primo patet aspectu.* 3) *i. e. Ravennatibus, ut scribit Agnellus c.* 101. *Cf. Cont. Prosperi, ubi similia narrantur. Quae si e Secundo sumta putes, Paulus ea omisisse censendus esset quae ille narrat: regem cum totius robore exercitus ad obsidionem urbis Romae perrexisse, sed cum Gregorius papa ad gradus basilicae s. Petri ei occurrisset, hujus precibus fractum ab urbis obsidione recessisse. Sed Continuator sua aliunde hausisse videtur; cf. Hille p.* 10; *Jacobi, Quellen p.* 83. *Postea etiam addit, Romanos, cum ad obsidendam Romam Agilulfus rex venisset,* 5 *centenaria se Langobardis soluturos esse spopondisse; idque Eleutherium exarchum, a Sundrario (ita cod.) duce Langobardorum saepius bello victum, denuo confirmasse.*

603 Sept. 13. ingressusque[a] est in ea die[b] Iduum Septembrium. Tunc etiam partibus Langobardorum se tradidit castrum quod Vulturina[c. 1] vocatur; milites vero Brexillum[d. 2] oppidum igni cremantes, fugierunt[e]. His ita patratis, reddita est filia regis a Smaracdo[f] patricio cum viro ac filiis[g] ac rebus cunctis; factaque est pax mense nono usque Kalendas Aprilis
605. indictionis[h] octavae[3]. Filia vero regis mox[i] a Ravenna[k] Parmam rediit; ob[l] difficul-
605. tatem partus periclitata, statim[m] defuncta est. Hoc anno Teudepertus[n] et Theudericus reges Francorum adversus Clotharium patruum suum dimicarunt. In quo certamine ex utraque parte multa milia ceciderunt.

1) *In Modoetia; ni forte Ticinensis est, de qua cf. cap. seq.* BE. 2) *Gundebergam non Rodoaldo, sed Arioaldo uxorem fuisse, testis est Jonas in vita S. Bertulfi, cui maxime deferendum, utpote illius aevi scriptori. Accedit etiam Fredegarius in suo chronico, qui non tantum Arioaldo regi uxorem fuisse scribit, sed et illius successori Rothari, vel ut ipse vocat Chrotharío, cum quo non absimilem saevitiam passa fuerat quam cum priore marito ex Adaulfi calumnia.* BI. *Certe per temporum rationem haec quam Paulus hic narrat historiola temporibus Arioaldi magis convenit quam Rodoaldi, cujus tempore Gundiperga quinquaginta amplius annos habebat.* BE. 3) *Erravit Paulus, eo quod fontem suum exscribens pro* mensibus *posuit* annis. *Rodoald sex tantummodo menses regnavit. Cf. Lupi, Cod. dipl. Berg. I, p.* 293. BE.

filius, cum matre Martina regni iura suscepit rexitque imperium duobus annis[1]. Quo vita decedente, successit in loco eius Constantinus[a], germanus eiusdem, alius[b] filius Heraclii[c], imperavitque[d] mensibus sex. Hoc etiam mortuo, Constantinus[e], eiusdem filius, ad regni dignitatem ascendit[f] tenuitque regnum annis octo et[g] viginti.

50. Circa haec tempora regis Persarum coniux nomine Cesara de Perside[h] exiens, (52) cum paucis suis fidelibus privato[i] habitu propter christianae[k] fidei amorem Constantinopolim venit. Quae ab imperatore[l] honorifice suscepta, post aliquod[m] dies, ut desiderabat, baptismum consecuta et ab augusta[n] de sacro fonte levata est. Quod[o] vir eius Persarum rex audiens, legatos Constantinopolim ad augustum direxit, quatenus eidem suam uxorem redderet. Qui[p] ad imperatorem venientes[q], verba regis Persarum nuntiant, qui suam requirebat[r] reginam. Imperator haec audiens remque omnino ignorans, eis[s] responsum reddidit dicens: 'De regina, quam quaeritis, fatemur nos nihil scire[t], praeter quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit'. Legati vero responderunt dicentes: 'Si placet vestro conspectui, velimus[u] hanc quam dicitis mulierem[v] videre'. Quae cum iussu[w] imperatoris advenisset, mox[x] eam legati conspiciunt, ad eius vestigia provulvuntur[y] eique venerabiliter, quia[z] eam suus vir requireret[a], suggerunt. Quibus illa respondit: 'Ite, renuntiate regi vestro et domino, quia, nisi, sicut ego iam credidi, ita et ipse in Christum crediderit, me iam ultra consortem thori habere[b] non poterit'. Quid multa? Reversi legati ad patriam, universa quae audierant suo[c] regi renuntiant. Qui nihil moratus, cum sexaginta[d] milibus viris Constantinopolim pacifice ad imperatorem venit, a quo gratanter et satis digne susceptus est. Qui cum universis Christum dominum credens, pariter cum[e] omnibus sacri baptismatis unda perfusus et ab augusto de fonte levatus, catholica fide confirmatus est; multisque muneribus ab augusto honoratus, accepta sua coniuge, laetus et gaudens ad suam[f] patriam repedavit[2]. Circa[g] haec tempora mortuo aput Foroiuli Grasulfo duce, Foroiulensem[h] ducatum Ago regendum suscepit. Aput Spoletium quoque[i] Theudelaupo[k] defuncto, Atto[l] eidem civitati ductor efficitur. c. 653.

a) Const. — mortuo *des.* E 1. b) alius — eiusdem *des.* D 1, *ubi corr. suppl.* alius Heraclii, *et ita alii* D. c) Heracli F 1. G 1. 3; Herachlii G 2; Eraclii C 1. I 2. d) qui imperavit F 4. G. — mensibus — regnum *des.* C 4b. e) m. eiusdem Constantis f. B 1. f) *deest* B 1. g) et v. *des.* C 1; v. et o. G. h) Persida B 1. i) probato A 2; privatu F 1. G 1. 3. k) *deest* C *1. l) imperatorem F 1. G 3. m) aliquos G (*corr.* aliquot G 4). I 3. n) imperatore G 5c. L 1. o) Quod — audiens *des.* A 2. p) Qui — reginam *des.* C 4b. 5. q) veniens — nuntiavit A 2. r) requirebant A 3. 4. 5. C. D. F 5. G 2. 3. s) ei A 2. t) sciret propter F 1. u) volumus B. C. D. F *2. 4. I 2. G 1 *e corr.*; vellemus F 5. G 5a. c. G 4 *e corr.* v) muliere F 1. w) ad iussum C 1. 2. D 3. x) mox ut A 3. B 1. C 1. D 2. 3. G 5a. I 1. G 2 *e corr.* y) *ita* A 1. F 1. G *2. 2; provabuntur A 2; provolv. *ceteri.* z) qui A 2; quid *corr.* quod G 4; quod C 4b. a) requirere F 1. b) *post suppl.* F 1. c) *deest* C. D. d) LXX B 1; XII A 2. — militibus F 4. G 1—4. 5c; militaribus G 5a; m. virorum A 3. e) *deest* B 1. f) *deest* G 3. g) *novum cap. incipiunt* F 4. G 5c. L 1. — Circa — efficitur *om.* A *4. h) Foroiul(i)ense B. G; Foroiul(i)ensi C. D 1a. 5. i) *deest* F. G. k) Theudalapo A 2; Theudelapo *corr.* Theudelapio D 1, *et ita alii* D. I 2; Theudelappo G 5c; Teudelaupo F 4. G 1. 2. 6; Teudelapro G 3; Teudelapo A *3. G 4; Teudelapio G 5a; Theodelapio B 1; Theodelapo C 1; Theodephio C 2; *cf. IV*, 16. l) Attho B 1; Acto E 1; Hatto D 3. G 5a. c; Hato D 4; Ago D 2; Azio C 1.

1) *Haec et sequentia ex Beda, qui imperatorum successionem turbavit.* 2) *Fabula haec ab illa fortasse nata est, quae auctores habuit Chron. Pasch. I,* 614, *Theophyl. Simocattam et abbatem Biclariensem ejusdem aevi scriptores, ad quos e vulgi rumore venerat. Chosroes namque II. vel arte, vel memor accepti beneficii a s. Sergio martyre, cui pro restitutione sua in regnum votum fecerat, bene se animatum in religionem christianam ostendit; at errores suos minime abjuravit, ut liquido constat ex epistola s. Gregorii papae ad s. Domitianum episcopum Melitinae a Baronio aliisque allegata. Plura etiam fabulosiora scripsit de hac re Fredegarius in suo chronico, c.* 9. *Caeterum Chosroes, vivo adhuc Heraclio imperatore, jussu filii Siroeae sagittis confossus occubuit anno Christi* 627, *ita ut haec omnia non cum imperio Constantis, sed Heraclii fuissent alliganda.* BI.

(53) 51.[a] Igitur Aripert postquam aput[b] Ticinum per annos novem Langobardos rexerat diem obiens, regnum duobus filiis suis adhuc aduliscentibus Perctarit[c] et Godeperto[d]
661. regendum reliquit[1]. Et Godepert quidem Ticini[e] sedem regni habuit, Perctarit vero in civitate Mediolanensi. Inter quos fratres, facientibus malignis[f] hominibus, discordiae et odiorum fomes surrexit in tantum, ut alter[g] alterius regnum invadere[h] conaretur. Qua de re Godepertus Garipaldum[i] Taurinatium ducem ad Grimuald Beneventanorum strenuum tunc ductorem direxit, invitans eum, ut quantotius veniret et sibi[k] adversus germanum suum Perctarit auxilium ferret, regisque filiam, suam germanam, ei se daturum promittens. Sed legatus ipse fraudulenter contra suum dominum agens, Grimualdum exhortatus est, ut veniret et Langobardorum regnum, quod aduliscentes germani dissipabant, ipse arriperet, qui aetate maturus, consilio providus et viribus fortis[l] existeret. Grimuald haec audiens, mox animum ad regnum Langobardorum obtinendum erexit. Ordinatumque[m] aput Beneventum Romualdum[n] suum filium ducem, ipse cum electa[o] manu Ticinum profecturus iter arripuit, ac per omnes civitates, per quas viam[p] habuit, sibi amicos et adiutores ad[q] regnum percipiendum adscivit. Transemundum[r] vero comitem Capuanum per Spoletium[s] et Tusciam direxit, ut eius regionis[t] Langobardos suo consortio coaptaret. Qui imperata sibi strenue perficiens, ei cum multis adiutoribus aput Aemiliam in[t'] itinere occurrit. Igitur Grimuald, cum prope Placentiam cum robusta virorum multitudine advenisset[u], Garipaldum, qui legatus ad eum missus a Godeperto fuerat[v], Ticinum praemisit, ut eidem Godeperto de[w] suo adventu nuntiaret. Qui ad Godepertum[x] veniens, Grimualdum citius adventare dixit. Cumque Godepert ab eo quaereret[y], quo[z] in loco eidem Grimualdo hospitium parare[a] deberet, Garipald[b] ita respondit: quod dignum esset, ut Grimualdus, qui pro eius causa venerat eiusque sororem accepturus esset, hospitium intra palatium[c] haberet. Quod ita quoque[d] factum est. Nam adveniens Grimuald, intra palatium mansionem[e] accepit. Isdem vero Garipald totius nequitiae seminator Godeperto persuasit, ut non aliter quam lorica sub[f] veste indutus cum Grimualdo[g] locuturus veniret; asserens, quia[h] eum Grimuald occidere vellet. Rursus idem fallendi artifex ad Grimualdum veniens dixit, quod[i], nisi se fortiter praepararet, eum Godepertus suo[k] gladio perimeret, asseverans, Godepertum, quando cum eo ad conloquendum[l]

a) *hoc cap. deest* F 4. G; *in* G 1 *alia manus coaeva notavit:* Hic deest caput de Aripert, *quod duae aliae repetierunt pennae exercendae causa.* b) *deest* B 1. C *1. c) *in hoc nomine scribendo codices valde variant:* Perctarit, Perctari, Berctarit, Bertarit A 1; Bertarith, Pertarit, Perctarit A 2; Berthari, Berctarit, Bertaridus A 3; Bertari, Bertarit B 1. 2; Bertari E 1; Bertarit, Bertcarit C 1; Bertarit *plerique* D, *nonnumquam* F 1. G 1; Pertari, *nonnumquam* Pertarit F 1; Pertarit *plerique* G, *nonnumquam* D. I 1; Perctarit *nonnumquam* D *et* G; Perctarith *raro* C 1; Pertari A *3. 5; Perthari H 1; Bertarius I 3. d) Gudeperto *hoc loco* A 1. C *1. D 1. F 1; *mox* Godepert, Godepertus A 1; Gudipert *et* Gudepert, *postea* Godipert A 2; Godepert, Godipert *et* Gudipert C *1; Gundipert E 1; Gudebert *vel* Gudibertus I 1; Gotipertus *vel* Godepertus A 3; Godipert *vel* Godepertus *etiam* A 5. C 1. D. E 1. G; Godebertus B. D 3, *et nonnumquam alii;* Godibertus D 2; Gotbert *et* Gothbertus *nonnumquam* A 3. e) Ticinis F 1. f) malis F 1. g) *deest* F 1. h) invaderet F 1. i) *ita* A 2, *et infra* A 1; Gariobaldum A 3; Garbaldum A *3; Garibaldum *hoc loco* A 1. F 1, *alii.* k) *deest*, et *erasum* B 1. l) et foribus B 1. m) Ordinatoque — Romualdo (Romualdum C *1) suo filio duce C. D; O. Benevento B 1. n) Rumoald. C 1; Romoald A 3, *alii, postea etiam* A 1; Rumwald *postea* G *2. 2. 5c. o) electam manum F 1. p) quas obviam h. C. I 1, *corr.* per quas h. viam D 1; quas sunt viam h. E 1. q) ad r. p. *des.* C 2. r) Transamundum A 3. 4, *et infra* A 2. G 2. 3. 4; Trasamundum A 5; Trasemundum A 2. B. E 1. F. s) Spoletum F 1. t) regiones C 1; per eas regiones I 1. t') in i. *des.* D 2. 3. u) advenissent F 1. v) fuerat — Godep. *des.* B 1. w) *deest* A 1. x) Godiperto F 1. y) requireret F 1. z) quod A 1. 2. B 1. C *1. 1. D 1 (*corr.* quo). E 1. F 1; *quod in archetypo fuisse crediderim neque tamen Paulo obtrudere ausus sum.* a) praeparare C. I 1. b) Garipaldus F 1; Garibald C 1. c) suum p. A 3. d) *deest* A *3. e) hospic(t)ium C. D. I 1. 2. f) *deest* C. D 2. I 1. g) Grimuald F 1. h) qui A 2. i) quid A 2. k) suo — Godepertum *des.* F 1. l) loquendum A 1; eo alloquendum E 1.

1) *Orig. et Chron. Goth. hos omittunt.*

veniret, loricam[a] sub veste[b] gestare. Quid plura? Cum ad conloquium[c] die crastino venissent, et Godepertum post salutationem Grimualdus amplexatus esset, statim sensit, quod loricam[a] sub veste[d] gestaret. Nec mora, evaginato gladio eum vita privavit. Regnumque[e] eius et omnem potentiam invadens, suae subdidit ditioni. Habebat autem tunc Godepert iam filium parvulum nomine Raginpertum[f], qui a Godeperti fidelibus sublatus[g] et occulte nutritus est. Nec eum Grimuald persequi curavit, quippe qui adhuc infantulus esset. Quo[h] audito Perctarit, qui aput Mediolanum[i] regnabat, quod germanus eius esset extinctus, quanta potuit velocitate[k] fugam arripuit adque[l] ad regem Avarum[m] cacanum[n] pervenit, uxorem[o] Rodelindam et parvulum filium nomine[p] Cunicpertum[q] relinquens, quos Grimuald Beneventum[r] in exilium direxit. His ita gestis, Garipaldus, cuius instigatione et certamine ista patrata sunt — et non solum haec egerat, sed et fraudem in legatione[s] sua fecerat, dum munera, quae deferre Beneventum debuerat, non integra deportasset — talium ergo[t] operum patrator non diu laetatus[u] est. Erat quidam parvus homunculus ex propria familia Godeperti oriundus in civitate Taurinatium[v]. Is cum Garipaldum ducem ipso sacratissimo paschali die ad orationem in beati[w] Iohannis basilicam venturum sciret, super sacrum[t] baptisterii fontem conscendens laevaque[x] manu se ad columellum[y] tugurii continens, unde Garipaldus[z] transiturus erat, evaginato ense[a] sub amictu[b] tenens, cum iuxta eum Garipald venisset, ut[c] pertransiret, ipse, elevato[d] amictu, toto adnisu eodem ense[e] in cervice[f] percussit caputque[g] eius protinus amputavit. Super quem qui cum Garipaldo venerant inruentes, multis eum ictuum vulneribus occiderunt. Qui licet occubuerit, tamen Godeperti[h] sui domini iniuriam insigniter[i] ultus est.

FINIT LIBER QUARTUS[k].

a) lorica F 1. b) vestem A 1. c) colloquendum A 3; loquendum C 4[b]. D (1?) H 1. d) vestem B 1. e) que *deest* A 2. f) *ita* A 1; Raginp. *vel* Ragimp. A 3, *et infra* G 3; Raginb. *vel* Ragimb. B 1 *et plerique* D. G; Riginp. C 1; Reginb. I 1; *infra etiam* Raimbertus *vel* Rainb. *legitur;* Aginpertum A 2; Garipertum *hoc loco* F 1. g) s. est A 1; sublevatus C 1. — et o. n. *des.* C. D. — Nec — esset *des.* C. D 1 (*post suppleta*). h) Quod F 1. i) Mediolano B 1. k) velocitatem F 1. l) *ita* A 1. F 1. m) Avarorum B 1. C. D 2. I 1. n) c. nomine A *3. o) relicta uxore Rodelinda et filium n. C. q. B 1. p) nominet F 1. q) Cunicpertus A 1; Cuninepertum C *1. I 1, *et postea etiam* A 2. 3; Cunipertum *hoc loco* A 2 *et* A 4. 5. H 5[a]; Kunipertum A 3; Cunicp. H 1; Cuninch. D 1; Chunib. B 1. C 2. D 2. r) *deest* B 1. 1[a]. s) legacionem suam F 1. t) *deest* B 1. u) legatus A 2. v) Taurina. Qui c. B 1. 1[a]; Taurinancium F 1. w) sancti B 1. x) laevam manum ad H 1; levavit D 1[a]. 3. 6. 8; levavitque D 2. *3[a]. 4; *in* D 1 *erasum.* y) colomellum H 1; columellam C 3. 4[b] *et e corr.* C 1; colunellam I 1; colum(p)nellum A 4. B 1. 2. F *2. I 3; colum(p)nellam B 1[a]. F 5. z) Garibald F 1. a) *ita* A 1. 2. 4. B 1. 2. E 1. F 1; evaginato (*corr.* evaginatum) ensem D 1; evaginatum ensem *ceteri* C. D. H. I. — e. manu t. C 2. b) amictum F 1. c) et C. D. H. I. d) ipse el. acmictu, adnisum B 1; ipse el. amicto (*superscr.* u) adnisu F 1; i. deveto a. C *1; i. de punctu adnisu D 1. 2; de cuncto adnisu I 1. e) eneum se (*eadem manu ut videtur corr.* ense A 1) A 1. 3; *in archetypo* eum *super* ense *scriptum erat; quod correctoris esse putarim, qui* eodem *pro* eundem *scriptum fuisse haud intellexit*; eodem cum ense in B 1. 2; eum ense A 2; ense eum A *3. 4. 6; Eodem . . . . . re *corr.* eum ense F 1; a. eundem ense C. D. H. I 1. f) cervicem C. D. I 1. — perc. *deest* A *3. g) c. e. p. a. *des.* B. F 1. h) Giperti A 2. i) *deest* B 1. k) *ita* A 1; Explicit l. q. A 2. B 1. C 1. G 1. I 1; Hystoriae gentis Langobardorum finit l. IIII. A 3; Historia g. L. lib. q. C 1; Hic finitur liber IIII. F 1, *ubi additur:* hic scrivere debes capitula de historie gentis Langobardorum liber quintus: *quae suppleta sunt in ultimo codicis folio.*

INCIPIUNT[a] CAPITULA LIBRI QUINTI.

1. Quomodo Grimuald[b], confirmato[c] regno, uxorem duxit filiam Ariperti regis[d].
2. De fuga Perctarit, et quomodo ad[e] Grimualdum reversus est et iterum in Francia[f] fugit.
3. De clementia Grimualdi regis[g] in Unulfo[h] et vestiario Perctarit[i].
4. Quomodo[k] Grimuald Unulfum et vestiarium Perctarit ad eundem[l] Perctarit ire[m] permisit.
5. Bellum Grimualdi adversum[n] Francos et victoriam[o] eius.
6. Quomodo Constans augustus Italiam[p] veniens, Beneventum[q] obsedit.
7. Quomodo Grimuald invitatus a filio suo Romualdo[r] Beneventum advenit.
8. Quomodo imperator, accepta obside Romualdi sorore[s], ad[t] Benevento discessit.
9. Quomodo imperatoris exercitum Mitola[u] Capuanus comes afflixit.
10. Quomodo Romualdus Saburrum ab[v] imperatore missum cum viginti milibus vicit.
11. De malis quae Constans augustus Romanis intulit, et de praedationibus quas singulis regionibus fecit, et quomodo extinctus est.
12. De imperio Mecetii[w], et de morte ipsius.
13. Quomodo Sarraceni ab Alexandria venientes, Siciliam populati[x] sunt et quicquid Constans augustus de Roma abstulerat depraedati sunt[y].

a) Incipit A 1; I. c. de libro qui superscriptum est F 1 *in ultimo folio* (*v. p.* 139 *n.* k). B 1 *argumenta ita habet:* Incipiunt capitula libri quinti. Grimoaldus regis filiam duxit uxorem. Berthari ad Grimoaldo revertitur. Quomodo Bertari requisitus non invenitur. Unulfus et vestiarius dimissi a Bertari pergunt. Francorum exercitus in Italia a Bertari invitati devictus est. Constantinus augustus super Lang. venit. Augustus Beneventum obsedit. Quia Sisualdus falsitati non adsensit, occisus est. Fugit inperator Grimoaldum regis adventu. Saburrus directus ab augusto a Rŏmoald victus est. Devastata Roma, Sicilia afflicta, augustus a suis occiditur. Metentius imperator factus ad Italie militibus cum suis occiditur. Sarraceni Sicilia invasserunt. Grimoaldi obsides regis filia data Sicilia moritur. Hoc tempore multe pluvie et fulgore. Erepti Beneventani a Grimoaldo rege. In Foroiulii post Grasulfo Agus, deinde Lupus. Grimoaldus rex super Lupum ducem Avaros invitat. Occiso Lupo duce, Avari Foroiulium possident. Grimoaldus in Genus pugna parans, Avarorum exercitum fugat. Warnefridus cum Avaris apud Nemas castrum occiditur. Wetari dux cum Sclavis dimicans vicit. Post Wetari Laudari, postea Rodoaldus dux. Rex Lupi filiam Rumualdo suo filio uxorem dedit. De suis infidelibus rex ulciscitur. Forum Populi eiusque habitatores rex graviter atrivit. Propter vindictam fratrum a Romanis occisis multa contra eos exercuit. Bulgares Grimoaldus apud Beneventum collocat. Extincto Mecentio tiranno, Constantinus imperator efficitur. Stella cometis apparente, subsequitur magna mortalitas. Grimoaldus cum Dagoberto rege Francorum pacem fecit; fraude medicorum moritur. Berta revertitur. Berthari Chunibertum filium in regnum asotiat. Nequitia Alachis contra Chunibertum. Chunibertus Anglorum genere duxit uxorem. Alachis Chuniberti palatium invasit et rebellavit. Verba pueri qui Aldonem et Grausonem perturbavit. In Coronate pugna comititur. Expliciunt capitula. Incipit liber V. — A 6 *ita habet:* 1. Quomodo Grimoald confirmatur in regno. 2. De fuga Pertarit in Sithia, et quomodo Grimoaldus ad regem cacanum misit, ut eum expelleret de sua civitate, et de provintia Sithia, et quare dicti sunt Scithe Massagete, et Hircania, et Hircani, et unde Armenia dicitur, et Hiberia unde dicitur, et Albania unde dicitur. 3. Quomodo Pertari revertente ad Grimoaldum regem misit Unulfum fidelem suum ad eum ante se; *etc. quae exscribere longum erat.* — F 2 *ita:* Grimoald regis filiam sumens uxorem, pariter exercitum ad propria remisit. Hic Pertarith ad Grimoaldum revertitur insidia ductus (doctus). Quomodo Pertarith requirunt non invenientes. Post haec Unulfus cum vestiario a rege dimissus *etc.* *Totus index omittitur* A *2. B 2ª. 3. E 4. F 3. G 5ᵇ. *In* G 1 *folio exciso* *argumenta c.* 1—21. *desunt.* b) Grimwald *semper* G *2. 2; *postea etiam* G 1. c) confirmatus est in r. C. I 1. d) *deest* H 1. e) a F 1. f) Fracia A 1. E 1; it. faciam F 1; it. Fanciam *corr.* Franciam G 3, *et ita* G *2. 2; it. in Frant(c)iam A 2. C 1. D 1. 2. 3. G 5ª; in infancia D *3ª; a facie eius F 5. g) *deest* D 2. 3. h) Hunulfo D 2. 3. i) P. regis D 2. 3. k) Quomodo — Perctarit *des.* C *1. l) eum F. G; P. *deest* D 2. 3. G; ad e. P. *des.* A 3. m) P. nepotem F 1, *ubi* i. p. *desunt.* n) adversus D. F. G. o) victoria A 3. D 2. 3. F 5. I 1; de victoria G 5ᶜ. — eius *deest* G 2. p) Italia G 2. q) Berrentum G 3. r) Rimwaldo *corr.* Rumwaldo, *et ita vel* Romwald *postea* G 2. — Beneventu F 1. s) sororem E 1. F 4. G *2. 2. 3. 4. t) *ita* A 1; ad Beneventum C 1; s. Beneventum D 2; a Benevento F 1, *ceteri.* u) Mutola D 2; Mitalo G. — Capauus G *2. 2; Capnus C 1. v) ad D 1ª. G 3. 4 (*corr.* ab). w) Mezentii D 2. 3; Metetii C 1; Mececii F 1. x) *corr.* depop. A 1, *et ita* E 1. F 5. G *2. 5ª. y) *deest* G *2. 2. 3; depraedatis F 1.

14. De morte Gisae, sororis Romualdi.
15. De pluviis et tonitruis, quae eo tempore nimiae factae sunt.
16. [a] Quomodo rex Grimuald Transamundum ducem aput Spoletium ordinavit eique [b] suam filiam in matrimonium [c] tradidit.
17. Quod in Foroiuli post Grasulfum Ago ducatum tenuit, et [d] post hunc eorum ductor Lupus effectus est.
18. [e] Quomodo Lupus [f] dux contra Grimualdum rebellavit.
19. Quomodo ipse [g] dux bellum contra Avares gessit.
20. De morte Lupi [h] ducis, et quomodo Avares Foroiulanorum fines depraedati sunt.
21. Quomodo Avares nolentes de Foroiuli exire Grimualdi astutia expulsi sunt.
22. De Arnefrit [i], filio Lupi.
23. De Wictari [k] Foroiulanorum duce, et de [l] eius victoria de [m] Sclavis.
24. De [n] morte Wictari [o], et quomodo ei Landari [p] successit, et [q] de Rodoaldo [r], qui post eum ducatum tenuit.
25. [s] Quomodo Grimuald filiam [t] Lupi ducis Romualdo suo filio sociavit.
26. [u] Quomodo rex [v] Grimuald de suis se contemptoribus ultus est.
27. Quomodo rex [w] Grimuald Forum Populi expugnans [x] delevit.
28. De odio quod Grimuald adversum Romanos habuit.
29. [y] De Vulgarum [z] duce [a] Alzecone, et quomodo in Benevento cum suis ordinatus est.
30. Quia extincto tyranno [b] Mezetio Constantinus in locum Constantis [c] augusti Romanorum princeps effectus est.
31. De stella comete [d], et de operibus Doni [e] papae.
32. Quomodo Perctarit ad regnum Saxonum [f] in Brittaniam [g] ire disposuit.
33. De morte Grimualdi regis, et de reversione Perctarit et [h] regno eius.
34. De monasterio quod construxit vel quod regina eius aedificavit.
35. De Perctarit et regno Cunicperti [i], filii eius, quem [k] sibi adscivit [l].
36. De rebellatione Alahis [m] prima, et quomodo in gratiam rediit.
37. De morte Perctarit et regno Cunicperti [n] et [o] stupro Theodotae.
38. Quomodo Alahis [p] palatium Cunicperti [q] invasit.
39. Quomodo Cunicpert rursus suum palatium ingressus est.
40. Bellum Alahis [p] adversus [r] Cunicpertum et [s] mors Senoni diaconi.
41. Item bellum Cunicperti et Alahis, et de victoria Cunincperti [t], et [u] quomodo triumphans Ticinum [v] ingressus est.

FINIUNT [w] CAPITULA.

a) *arg.* 16—21. 23. *des.* D 2. b) eique — trad. *des.* H. c) matrimonio G 4. d) et — est *des.* H. e) *hoc arg. post suppl.* G 4. f) Lupo F 1. G. g) d. i. G. h) Luponi F. G, *et ita deinceps* (Luponis *c.* 22. G). i) Arnifrid D 1. F. G; Carnefrit H 1. k) Wicthari G 1; Wittarit F 1; Victari G 2; Wicta G 3; Wectari D 1 *e corr.* D 2. 9; Wectarit D 3; Withari I 1. l) *deest* D 4. G 2. m) de S. *des.* C. D. H. I 1. n) De m. *des.* G 3. 4. o) Wactari H 1. p) Laudarit D 3; Laudarius D 2. q) et — tenuit *des.* D 2. H. r) Roaldo A 1; Roald C *1, *corr.* Rodoald D 1, *et ita* I 1, *alii;* Rodoalt C 1. s) *hoc arg. deest* D 3. 4; *post sequens collocat* D *3a. t) filia F 1. u) *hoc arg. post suppl.* G 2. v) *deest* C. D. F. w) *deest* D 2. 3. G 3; Gr. isdem rex C 1; Q. isdem rex I 1. x) expugnavit atque d. D 2; expugnavit et nomen civitatis d. D 3. y) *hoc arg. deest* H. z) Belgarum D 2. a) ducem F 1. G 3. 4. — Alzeconem F 1. G 1—4; Alzetone C 1; Alzegone D 2. b) tyrrano A 1; tirrano F 1; tirranno G 3. c) Constantii G 4. d) comite G 1; comates G 3. e) *deest* C 2. f) Saxorum A 1; Saorum C *1. 1, *corr.* Saxonorum D 1; Saxonim I 1; Xaxonum F 1. g) Britan(n)ia D 1. I 1. h) et de G 1. *2 (*cujus fragmentum primum hic finit*). 2; et regnum G 3. i) Cuniperto filio G 1. 2. k) q. s. a. *des.* C. D. H. l) abscivit A 1. m) Alais D 1; Aiais C *1. 1. Alachis A 3. D 2. 3. I 1. n) filii eius *add.* C 2. o) et de F 1. G 1. 2; et s. Th. *des.* C. D. H. p) Arachis C 1. q) Cunincp. *hoc loco et deinceps* F 1. G 1; Cunincb. G 2. r) adversum G 1. 2. s) et morte S. dicit C 1; et m. S. d. *des.* H. — Senonis A 3; Senodi G 3. t) *ita etiam* A 1 *hoc loco.* u) et — est *des.* H. v) Ticinium G 2. w) Finit A 1; Finiunt cap. libri quinti hystoriae Langobardorum A 3; F. c. libri quinti F 1; Expl. c. C 1. D 3. G 1. 2; Expl. cap. libri v. hist. Lang. Incipit ipse liber D 1.

INCIPIT[a] LIBER QUINTUS.

662 ex. 1. Confirmato[b] itaque Grimuald regno[c.1] aput Ticinum, non multo[d] post[e] tempore iam dudum pactam sibi Ariperti regis filiam, cuius germanum Godepertum extinxerat, duxit uxorem. Beneventanum vero exercitum, cuius auxilio regnum adeptus erat, multis dotatum[f] muneribus remisit ad propria[g]. Aliquantos tamen ex eis secum habituros retenuit, largissimas eis tribuens possessiones.

2. Qui postquam conperit[h], Perctarit[i] profugum Scithiam[k] appetisse[l] et aput cacanum demorari, eidem cacano Avarum[m] regi per legatos mandavit, ut, si Perctarit[i] in suo regno detineret, cum Langobardis et secum pacem, quam hactenus habuerat, deinceps habere non possit[n]. Haec Avarum[o] rex audiens, adscito Perctarit, dixit ei, ut[p] in quam partem vellet pergeret, ne propter eum Avares cum Langobardis inimicitias[q] contraherent[2]. Perctarit vero haec audiens, Italiam ad Grimualdum reversurus[r] repetiit; audierat enim, eum clementissimum esse. Igitur cum ad Laudensem civitatem venisset, misit ante se ad Grimualdum regem Unulfum[s] sibi fidelissimum virum[t], qui suum ei[u] adventum nuntiaret. Unulfus vero[v] ad regem veniens, Perctarit in eius fide[w] adventare nuntiavit. Haec ille audiens, fidenter promisit, in sua eum fide[x] venientem nihil mali passurum fore. Inter haec Perctarit adveniens[y], ad Grimualdum ingressus[z],

a) Inc. liber v. historiae Langobardorum E 1; Inc. hyst. Lang. liber quintus D 3; Historie Longobardorum liber v. incipit C 1; I. l. q. *des.* F 1. I 1. b) C. deinc i. B 1; C. dehinc i. F 1. c) regnum F 1. G 1—4; in regnum B 1; in regno B 2. 3. d) multum C *1. G 3. 4. e) *deest* G 2. f) ditatum A 3. B. C. D *et e corr.* F 1. G 1. 4; multum ditatus F 4; ditatos A 6. E 2; donatum A 2. g) propriam C *1. 1. h) conperiit F 1. i) Percatharid *hoc loco* C 1. k) Scitthiam C *1. D 1a. G 1. 4; Schitthiam F 1; Scittiam *corr.* Scitthiam G 3. *Quae* L 1 *fol.* 170. *addit v. Arch. IX, p.* 703; A 6 *additamentum habet de Scithia, Hircania etc.* l) appetisset F 1. m) Avarorum B 1. C *1. 1. D 2. G 2. n) posset B 1. C 1. G 2, *alii.* o) Avarus A 3. 6. B. F 1. G, *corr.* Avarum A 2; Avarorum C *1. 1. D. F 5. H 1; Avarus *in archetypo scriptum fuisse putarim, sed contra fidem codd.* A 1. 4. 5. E 1 *recipere nolui.* p) *deest* B 1. q) inimicitiam A *3. r) *ita* A 1. 3. 4. 6; reversus A 2. B 1. C. D. F. G; revertitur B 2. — rep. *deest* B 1. 2. s) Hunulfum *plerique* D. G *5. H 5. I 1. t) *deest* B. F. G. u) eius C *1. F 4. G; sui eius F 1. 5; sibi A 6. v) *deest* C. D. w) fidem B 1. 1a. F. G. I 1. 3; in eiusdem servitium A 6. x) fidem G 3; suam fidem G 4. y) adiens F 4; audiens G (Inter *erasum* G 2). z) i. est cumque B 1.

1) *Tempus patet ex prologo legum (LL. IV, p.* 91*):* anno D. p. sexto regni mei, mense Iulio, indictione undecima; *itaque Iulio a.* 663. *currebat annus primus.* BE. 2) *Firmiorem cacani fidem cum Bertharido cognoscimus ex Eddio in vita s. Wilfridi I. Eboracensis archiepiscopi illius aevi scriptore, apud Mabillonium in appendice tom. IV. sacculi Benedictini p.* 691*:* Pergentes itaque, *scribit Eddius,* sancti episcopi *(nempe Wilfridus et Theodatus),* viam Domino dirigente, pervenerunt ad Berchterum Campaniae regem *(hoc est Langobardorum, ut ex eodem scriptore certo apparet),* virum humilem et quietum et trementem sermones Dei; qui peregrinos secundum praeceptum Domini benigne suscipiens, sancto pontifici nostro enunciavit dicens: 'De Britannia inimici tui nuncios ad me mittentes, suis sermonibus salutantes me, et dona mihi maxima promittentes, si te subterfugientem, ut dixerunt, episcopum angarizarem et ad apostolicam sedem tendentem retinerem; quibus tam nefariam rem renuens dixi: "Fui aliquando in die iuventutis meae exul de patria expulsus sub pagano quodam rege Hunnorum degens, qui iniit mecum foedus in deo suo idolo, ut nunquam me inimicis prodidisset vel dedisset. Et post spatium temporis venerunt ad regem paganum sermone inimicorum meorum nuncii, promittentes sibi dare sub iureiurando solidorum aureorum modium plenum, si me illis ad internecionem dedisset. Quibus non consentiens dixit: 'Sine dubio dii vitam succidant, si hoc piaculum facio irritans pactum deorum meorum'. Ego vero quanto magis, qui Deum verum scio, animam meam pro totius mundi lucro in perditionem non dabo?" Tunc vero sanctum pontificem nostrum et suos socios cum honore et ducibus, sicut eum Dominus ubique in peregrinatione protegens magnificavit, ad apostolicam sedem olim optatam in gratiarum actione remisit. BI.

cum eius se vestigiis advolvere[a] conatus esset, rex eum clementer retenuit atque ad suum[b] osculum erexit. Ad quem Perctarit: 'Servus tuus[c] sum', inquit; 'sciens te christianissimum[d] et pium esse, cum possim inter paganos vivere, fretus de tua clementia ad tua vestigia veni'. Cui rex, ut solebat[e], iureiurando ita repromisit[f] dicens: 'Per eum qui me nasci fecit, postquam in meam fidem[g] ad me venisti, nihil in aliquo mali patieris, sed ita te ordinabo, ut decenter vivere possis'. Tunc ei[h] in spaciosa domo[i] hospitium praebens, eum post viae[k] laborem habere requiem iussit; praecipiens, eidem ex publico victum[l] et quaeque essent necessaria largius ministrari. Perctarit vero cum ad hospitium sibi a rege[m] praeparatum venisset, mox ad eum Ticinensium civium coeperunt turmae concurrere, ut eum vel viderent vel pristina notitia cognitum salutarent. Verum quid non mala lingua inrumpere potest? Mox namque venientes ad regem quidam maligni adolatores, regi denuntiant, quia, nisi Perctarit citius vita privaret[n], ipse regnum protinus cum vita perderet; adseverantes, ob hoc ad eum totam concurrere[o] civitatem. His auditis Grimuald nimium credulus effectus, et quod promiserat oblitus, in innocentis[p] Perctarit statim necem accenditur, consiliumque iniit[q], qualiter eum, quia[r] iam hora tardior erat, in crastino vita[s] privaret. Cui denique ad vesperam diversos cibos, vina[t] quoque praecipua[u] variaque potionum genera transmisit, ut[v] eum inebriare[w] possit, quatenus multa eadem[x] nocte potatione resolutus vinoque sepultus, de[y] sua nihil salute cogitare valeret. Tunc[z] unus[a] qui de eius patris obsequio fuerat, cum[b] eidem Perctarit ferculum[c] regium adtulisset, quasi eum salutaturus sub mensam[d] caput mittens, eidem[e] secrete, quia rex eum occidere[f] disponeret[g], nuntiavit. Perctarit vero statim suo pincernae* praecepit, ut sibi in fiala argentea non aliud quam[h] aliquantulum aquae propinaret. Cumque hi[i] qui diversi[k] generis potiones ei a rege deferebant de verbo regis eum rogarent, ut totam fialam biberet[l], ille[m] in honorem[n] regis se totam bibere[l] promittens, parum aquae libabat de argenteo calice. Qui ministri dum haec regi[o] nuntiarent, quod ille avidissime biberet, rex laetus respondit: 'Bibat ebriosus ille; cras enim pariter eadem vina mixta cum sanguine refundet'. Perctarit vero Unulfum[p] citius ad se adscitum, de sua morte ei regis consilium nuntiavit. Qui statim ad domum suam puerum misit, ut sibi[q] lectisternia deferret[r], lectumque sibi iuxta stratum Perctarit fieri praecepit. Nec mora, rex Grimuald suos satellites direxit, qui domum, in qua Perctarit quiescebat, ne aliquo modo effugere[s] possit[t], custodire deberent. Cumque coena finita esset[u], et egressis[v] omnibus Perctarit tantum et Unulfus ac vestiarius[w] Perctarit reman-

*) L 2 *addit:* quem vulgo scaffardum dicimus.

a) advolveret F 1. b) os suum osculumque C. D. c) *deest* C *1; *hic desinit* F 1a, *reliquis deperditis.* d) christianum B 1. C 2; et piissimum e. et c. A 2. e) asolebat B 1; solvebat C 1. G 2; s. iurare iurando D 1a. 2. 3; s. iurando G 4. f) promisit A 2; respondit B 1. g) mea fidem F 1; meam fidem *corr.* mea fide D 1, *et ita* F 4. G. I 2. h) eis B 1. F. G; *deest* I 1. i) domum B 1. k) *ita* A 2. 3. B. D. F 1 *e corr., alii;* potue lauorem haberem *post corr.* post laborem habere A 1; poto e labores G 1. 2; post laborem C 2. G 3. 5a; post labores G 4 *et e corr.* G 2; post tales labores *e corr.* G 1; post tantum laborem B. F 2; post ei laborem C 1; post eius laborem C 4b. D 1. I 1. — haberem F 1. l) *deest* C 1. m) s. agere F 1. G 1. 2. n) privaretur C. D. I 1. o) concurret F 1. p) *deest* B 1; innocencias F 1; innocentiam G 1. 2. 3. q) initur F 1; initi G 1. 2; consilium (consilio 4) inito G 3. 4. r) qui A 2. — ora *post suppl.* F 1. s) vitam G 1. 2. t) vinam F 1. u) *deest* A 2. v) ut — possit *des.* G 5c. w) inebriaret F 1. — posset C. D 1 *et* G 2 *e corr., alii.* x) ad e. F 1. y) ad suam n. salutem (salute F 1). F. G. I 3; de suae animae n. s. I 1. z) Tum A *3. F 1. G 1. 2. a) u. de parasitis G 5c. b) cui F 1. c) poculum C. D. I 2. d) *ita* A 2. B 1. F 1. G 1. 2; sub *deest* G 3. 4; in m. I 3; mensa *ceteri.* e) idem F 1. G 1. f) *hic alterum cod.* G *2 *fragmentum incipit.* g) disponere F 1. h) *deest* G 2; *post suppl.* G 1. *2; nisi G 5c. i) hii A 6. B 1a. E 1. H 1. I 1. 3; *e corr.* D 1; his F. G. k) diversus F 1; diversis G 1. *2. 2. 4. l) biberent F 1. m) et i. A 2. n) honore A 6. F. G. I 3. o) regis G 1—4. — nunciaret F 1. G 1. *2. 2; r. d. h. n. F. G. — biberent F 1. p) Hunulfo ad se accito D 2. 3. q) *deest* B 1. r) afferret C. D. I 1; defferret F 1. s) effugire C *1. G 1. 3. 4; effugere *corr. ut videtur* effugire C 1. t) posset C, *alii.* u) essent F 1. v) egressi A 1. B 1. F 1, *quod fortasse recipiendum erat.* w) vestiarios A 1. F 1; vestigarius C *1.

sissent[a], qui utique eidem[b] satis erant fideles, consilium ei[c] aperiunt[d] et obsecrant eum[e], ut, cum Perctarit fugeret[f], ipse cum[g] quamdiu possit[h] intra eodem[i] cubiculum quiescere simularet[k]. Cumque se ille[l] hoc facturum spopondisset[m], Unulfus[n] pannos suos[o] lectaricios et culcitram[p] ursinamque pellem supra dorsum ac cervicem Perctarit inposuit, eumque ex consilio quasi rusticanum servum extra ianuam inpellere coepit, multasque ei[q] iniurias faciens, fuste eum insuper[r] percutere desuper[s] et urguere[t] non cessabat, ita ut inpulsus atque ictus saepius ad terram corrueret. Cumque eundem Unulfum regii[u] satellites, qui ad custodiam[v] positi erant, requirerent, quid hoc esset: 'Servus iste', inquit, 'nequam lectum mihi in cubiculo ebriosi istius Perctarit statuit, qui in[w] tantum vino[x] plenus est[y], ut quasi mortuus ita cubet. Sed satis est, quod eius nunc usque amentiam secutus sum, iam deinceps in vita domni regis in domo propria manebo'. Haec[z] illi audientes et vera quae audierant esse credentes, laeti effecti sunt, et eum pariterque Perctarit, quem putabant servum et qui[a] opertum, ne agnosceretur, habebat caput, locum illis[b] dantes, abire permiserunt. Illis autem abeuntibus, vestiarius ille fidelissimus, obserato[c] diligenter ostio, remansit intrinsecus solus. Unulfus[d] vero Perctarit de muro anguli, qui est a parte Ticini[e] fluminis, per funem[f] deposuit eique quos potuit socios coniunxit. Qui, arreptis quos in[g] pastu invenerant equis, eadem nocte ad Astensem[h] properant civitatem, in qua Perctarit amici manebant et qui[i] adhuc Grimualdo rebelles extabant. Deinde quantotius Perctarit Taurinensem urbem petens, ac post claustra Italiae transgressus[k], Francorum ad[l] patriam pervenit. Sicque Deus omnipotens dispositione misericordiae et innocentem a morte eripuit et regem ex animo bona facere cupientem[m] ab offensione[n] servavit.

3. At[o] vero rex Grimoald dum Perctarit in hospitio suo quiescere putaret, ab eodem hospitio usque ad palatium suum[p] acies hominum hinc et inde adstare fecit, ut per eorum medio[q] Perctarit deduceretur, quatenus effugere[r] minime possit[s]. Cumque a rege missi venissent, qui Perctarit ad palatium evocarent[t], et ad ostium, quo[u] eum quiescere putabant[v], pulsassent, vestiarius[w] ille qui[x] introrsus erat rogabat eos dicens: 'Misericordiam[y] cum eo facite eumque paululum quiescere sinite, quia[z] adhuc de itinere lassus gravissimo somno deprimitur'. Quod cum illi adquievissent[a], hoc ipsum regi[b] nuntiaverunt, quia adhuc Perctarit gravi[c] somno quiesceret. Tunc ille: 'Sic', inquit,

a) remansisset A 1. 2. B. b) eisdem G 1. *2. 2. c) et A 2. d) aperuit et obsecrat F *2. I 3; aperuit et obsecravit A 3. G 5c; aperuit et obsecrant B 2. 3; aperiunt et obsecrare A 5; aperuerunt et obsecrant C. D. e) *deest* C. — et cum A 1. f) fugiret C *1. D 1. F. G. g) enim G 3; *erasum* G *2. 2; *deest* F 4. G 5a. c. h) posset B 1. C, *alii.* i) *ita* A 1. 2. 5. B 1. C *1. D 1. 1a. *3a. F. G 1—4. I 3; cubiculo B 1. C *1. D 1; eundem B 1a. 2. C 1. 2. D 2. 3. E 1. F 4. G 1. I 2; eondem *corr.* eundem A 4; idem A 3. C 1. 2. 4b. D *3a. F *2. G 5a. c. k) simularent C *1. 1; quiesceret F. G; q. diceret F *2. 5. I 3, *et alia manu corr.* G 1. 4; possit, fateretur eum i. idem c. quiescere G 5a. c. l) *deest* D 3. F. G; ille se hoc C 1. 2. D 1. I 1. — *In* D 1 *corrector signo inter* ille *et* hoc *posito addit:* se fugere nequaquam posse asseveraret, illi Pertarit inquirentibus in eodem quiescere simularet cubiculo intulerunt; qui dum *etc.; quod ceteri* D (10?) *receperunt.* m) promisisset A *3. n) et U. A 2. o) *deest* F. G. I 3. p) *manu Francica superscr.* b e d i G *2. q) eis F 1. G 1. 2. r) *deest* C. D. s) *erasum* G 2; *deest* G 5c. t) arguere A 2. D 1a. — cessavit A 2; accessit A 3. u) regi A 2. D 1a. E 1. G *2. 2. 3; regii *corr.* regis G 4; regis A 3. *4. 6. C 2. 4b. D 3. F *2. 5. H 1. I 2. v) c. eius A *3. w) *deest* A 2. G 3. x) vinum F 1. y) *deest* C *1. z) Haec autem illi B 1. a) quia C 1. 2. 4b. D 1a. 2. *3a. I 1. b) illi A 3. 4. B. D 1a. 2. *3a. F 5. G 3. H 5. c) observato C 1, *corr.* obserato A 3. d) Unulfum G *2. 2. e) Ticinis F 1. f) fune F 1. g) in p. *des.* H. h) Astense F 1. — p. c. in qua P. *des.* F. G (*post suppl.* F 1); Ast. am. domum manebat (manebant G 4) G 1. *2. 2. 4; Ast. civitatem am. domum pervenit G 3; Ast. urbem ubi amici eius manebant pervenerunt G 5a. c. i) quia A 2 (*corr.* qui). B 1. G; *deest* A 6; et — extabant *des.* C. D. k) transgressum A 1. l) a F 1. m) facientem C, *corr.* facere cupientem D 1. n) offensionem F 1. G 3. 4. o) Ad A 1. C *1. p) *deest* F. G. I 3; *expunctum* E 1. q) *ita* A 1. 2. 4. B 1. 2. F. G; medium *ceteri.* r) effugire D 1. s) posset B. C, *alii.* t) revocarent F 1. u) q. e. q. p. *des.* A 3. v) reputabant F 1. w) vestarius A 2. x) in quo A 1. y) misericordia F 1. G 1—3. z) qui A 2. F. G. a) aq. C *1; adquiebisset F 1. b) regis F 1. c) gravissimo A 5. C. D. F 2. 4. G 2. 5a. c. I 3.

'hesterna sera[a] se vino opplevit, ut adhuc[b] vigilare non possit[c]'. Quibus tamen praecepit, ut mox eum excitatum ad palatium deducerent. Qui venientes ad ianuam[d] cubiculi, in quo Perctarit sperabant quiescere[e], coeperunt acrius pulsare. Tunc vestiarius ille rursum[f] eos rogare coepit, ut quasi eundem Perctarit aliquantulum adhuc dormire permitterent. Qui irati vociferantes, iam satis ebriosum illum quievisse, mox calcibus eodem[g] cubiculi ostium confringunt, ingressique Perctarit in lectulo requirunt. Quem[h] cum non invenissent, ad[i] requisita eum naturae residere suspicati sunt. Quem cum nec ibi repperissent, vestiarium illum interrogant[k], quid de Perctarit factum fuisset. Quibus ille, fugisse eum, respondit. Quem statim capillis adprehensum, furentes eumque verberantes, ad palatium pertrahunt[l]. Eumque in regis praesentiam[m] perducentes, fugae Perctarit hunc esse conscium ideoque morte[n] dignissimum, dicunt. Quem[o] rex dimitti praecepit eumque per ordinem, qualiter Perctarit effugisset, inquisivit. Ille regi universa sicut acta fuerant retulit. Tunc rex a[p] circumstantibus requisivit dicens: 'Quid vobis de homine isto videtur, qui talia perpetravit'? Tunc omnes una voce responderunt, esse eum dignum multis suppliciis excruciatum interire. At rex: 'Per [eum[q]] qui me nasci fecit', inquit, 'dignus[r] est homo iste bene habere, qui se pro fide sui domini morti[s] tradere non recusavit'. Eumque mox inter suos vestiarios esse praecepit, ammonens eum, ut sibi eandem fidem[t] quam Perctarit[u] habuerat servaret; multa se ei commoda[v] largiturum promittens. Cumque rex requireret[w], quid de Unulfum[x] factum fuisset, nuntiatum[y] est ei, quod in beati archangeli Michahelis basilicam[z] confugium fecisset. Qui mox ad eum misit, sponte promittens, quod nihil pateretur mali, tantum[a] in sua[b] fide veniret. Unulfus vero talem regis[c] promissionem audiens, mox ad[d] palatium venit[e], atque ad regis vestigia provolutus, interrogatus ab eo est, quomodo aut qualiter Perctarit evadere potuisset. At ille cum ei[f] cuncta ex ordine retulisset, rex eius[g] fidem et prudentiam conlaudans, omnes eius[h] facultates et quicquid habere poterat eidem clementer concessit.

4. Cumque post aliquot tempus rex Unulfum[i] inquireret, utrum vellet ipsis diebus cum Perctarit esse, ille iurciurando ait, prius se vellet[k] cum Perctarit mori, quam usquam alibi in summis deliciis vivere. Tunc rex[l] etiam vestiarium illum[m] requisivit dicens, utrum melius[n] ei esset secum[d] in palatium manere[o], an cum Perctarit in peregrinatione degere[p]. Qui cum ei similia sicut et[q] Unulfus respondisset, rex[r] eorum verba benigne suscipiens[s] eorumque[t] fidem conlaudans, praecepit Unulfo, ut quicquid vellet de domo sua

a) hesterna sera *corr.* hesterno sero A 2. D 1. G 1. *2, *et ita* A 6. C 1. 2. D 3. F 5. H 5a. I 3; sera *corr.* cena G 2; serat F 1; hesternae (hesterni) diei sero G 5a. c; hesterno se v. H 1. I 1. — adeo o. D. — impl. D 3. G 1. 2; repl. G 3. b) huc A 2. c) posset B 1. d) c. i. A *3. e) quiescerent F 1. f) rursus A 2. g) *ita* A 1. 4. 5. B 1. C *1. E 1. F 1. G 1—4; eundem B 2. D. F 5. H 1; idem A 3; einsdem A 2? 6. C 1. 2. F 4. G 5. I 1. h) *deest* G 1 *(erasum?)*. 3. 4. i) ad requisita — repperissent *des.* B 2? I 3. *ed. pr.* k) interrogabant G *2. 2. l) pertrahentes A 3. m) praesentia D 1. F 4. G 1—4. n) eum mortem A 1. o) Qui F 1. G 1—4. — rex *deest* C *1. 1. p) *deest* A 2. q) *deest* A 1. 2. 3. F. G; *post add.* B 1. D 1; per illum A 6. I 3. r) dignum G 1. *2 (*corr.* d. e. hominem illum). 2. s) morte A 3. G *2. 2. t) *deest* A 3. u) ad P. A 3 *et e corr.* G *2; cum P. *e corr.* B 1. G 1, *et ita* B 1a. G 5a; erga P. C D. I 1. 2; q. P. h. *des.* A 2. v) quomoda *corr.* co(m)moda G 1. *2. 2. 3. 4. w) inquireret D 2. 3. x) *ita* A 2. B 1. F 1; Hunullo C 1; Unulfo *vel* Hunulfo *ceteri.* — de *deest* A 3. y) nunt. — fecisset *in marg. post suppl.* F 1. z) *deest* G 3. a) t. ut A *3. 4. 5. B. F 1. 4. G 1 *2. 2. 3. 5a. c. I 1. b) suam fidem I 1, *e corr.* G 4. c) regis — atque ad *des.* C *1. 1. 2. 3; prom. — atque ad *post suppl.* D 1. d) *deest* A 2. e) *deest* G 2; *post suppl.* G 1. *2 *(vocabulo ante* ad p. *eraso)*; pervenit A 3. — atque *deest* G 3. f) *deest* A 1; eidem C 1. g) ei G 1. 2. h) suas A *3. i) Unulfus F 1. — requireret B 1. G. k) *ita* A 1. 2. 4. B 2. D 1. E 1. F 1. 4. G 1. *2. 2. 3. 4. *5; p. volo I 3; velle B 1, *ceteri.* l) rex *et* illum req. d. u. *post suppl.* G 1. m) ei m. A *3. n) *deest* B 1. o) *ita* A 1—5. B 1. 2. D 1. F 1; palatiumanere E 1; palatio m. *ceteri.* p) degeret F 1. q) *deest* C 1. I 1. r) rex — conlaudans *in marg. suppl.* G 1. s) *in hoc vocabulo desinit fragmentum cod.* G *2. t) utrumque F 1. G 1—4. I 3, *corr.* utriusque G 2, *et ita* F 4. G 5; eorum D 2. E 1.

tolleret, pueros scilicet et equos et diversam supellectilem, et ad Perctarit inlaesus properaret[a]. Pari etiam modo et vestiarium illum absolvit. Qui omnia sua secundum benignitatem regis sufficienter tollentes, cum eiusdem regis adiutorio[b] Francorum in[c] patriam ad[d] suum dilectum Perctarit sunt profecti.

5. Hac tempestate[1] Francorum exercitus[e] de Provincia egrediens, in[f] Italiam introivit. Contra quos Grimuald cum Langobardis[g] progressus, hac eos arte decepit. Fugere[h] quippe se eorum impetum simulans, castra sua simul cum tentoriis et diversis pariter referta bonis praecipueque vini optimi copia hominibus omnino[i] vacua reliquit[k]. Quo dum Francorum acies advenissent[l], existimantes Grimualdum cum Langobardis pavore deterritos castra integra reliquisse, mox laeti effecti certatim cuncta invadunt coenamque affluentissimam instruunt. Qui dum diversis epulis multoque[m] degravati vino somnoque quievissent, Grimuald super eos post noctis medium inruens, tanta eos caede prostravit, ut vix pauci ex eis elapsi patriam valuerint reppedare[n]. Qui locus, ubi hoc gestum est proelium, Francorum usque hodie Rivus[o] appellatur, nec longe distat ab Astensis civitatulae moenibus[p].

6. His diebus Constantinus augustus, qui et Constans est appellatus, Italiam a
663 in. Langobardorum manu[q] eruere cupiens, Constantinopolim[r] egressus, per[s. 2] litoralia[t] iter habens, Athenas[u] venit, indeque mare transgressus, Tarentum applicuit. Qui tamen prius ad solitarium quendam, qui prophetiae spiritum habere dicebatur[v], adiit, studiose ab eo sciscitans[w], utrum gentem Langobardorum, quae in Italia[x] habitabat, superare[y] et optinere possit. A quo cum servus Dei spatium unius noctis expetisset, ut pro[z] hoc ipso Dominum supplicaret*, facto[a] mane ita eidem augusto respondit: 'Gens Lango-

*) *Sequentia in codd.* F 2. *2. 2[a] *et ed. pr. ita ampliata leguntur:* ut pro hoc ipso dominum Deum supplicaret; et ille fideliter agebat; prompto corde orationem fundens ad Dominum, dicebat: 'Domine Ihesu Christe, rex regum, lumen verax, qui misisti Spiritum sanctum in specie ignis in apostolos tuos, transmitte Spiritum sanctum consolationis tue in os meum, ut possim consilium rectum mittere hominibus istis, qui venerunt in tuo nomine ad me'. Eadem hora vise sunt ei tres persone spirituales, quarum una erat archangeli Michaelis, secunda Iohannis baptiste, tertia apostoli Petri. Tunc una ex illis dixit ad solitarium: 'Dic imperatori Constantino, talem rem habenti in corde suo dispositam: "Domini voluntas adhuc non est. Gens Langobardorum, qui in Italia habitant, superari modo ab aliquo non potest, quia regina quedam ex alia provincia veniens basilicam in honore Domini et sancti Iohannis baptiste construxit in Langobardorum finibus, et ornavit eam facultatibus honorificis; famuli et famule et reliqua sibi subiecta sunt ibi, et sacerdotes in ipso oraculo Domino fideliter serviunt, et

a) propinaret A 2; propararet F 1. b) adiutorium C *1. D 2, *corr.* adiutorio G 3; adiutorio *corr.* adiutorium F 1. c) *deest* C *1. 1. 2. d) *deest* F 1; *post add.* G 1. 2; post G 5[a. c]. — suum *deest* F. G. I 3; d. sibi G 5. e) exercitum A 2. B 1. F 1; *quod in archetypo fuisse videtur.* f) egr. Almanniam A 3. g) Alamannis A 3. h) Fugire F 1. G 1. 3. 4. i) *deest* A *3. k) non r. G 1—4. l) advertissent F 4. G 1—5. m) multaque A 1, *corr.* multoque 1. 2; multique (?) *corr.* multoque F 1. n) reppedaret F 1. o) ribus F 1. G 1. 2; rivulus F 2; *erasum* G 4; *deest* I 3. p) milibus I 3; civitu lemoenibus G 3; civitate liminibus A *2; Ast. distat civitatum lemonibus A 3; Ostensi civitate moenibus C 1; civitate lem. C *1; civitatis limitibus *corr.* F 1. q) manum F 1. — eripere B 1. r) Constantinopoli A 3. — gressus A 2. s) per — transgressus *alia manu suppl.* G 4. t) litoria A 2. B 1; littora C 2; litoraria *G. Neap.* u) Atthenas F 1. v) dicebant G 1 *e corr.* 2. w) sissitas F 1; sesciscitans G 1. x) Italiam G 3. y) superaret F 1; s. ac delere et o. eos p. F 2. z) per A 2. a) facta F 1.

1) *De tempore non constat.* 2) Venit Constantinus augustus de regia urbe per litoralia in Athenas et exinde Taranto. *G. pont. Vital.*

bardorum superari modo ab aliquo non potest, quia regina[a] quaedam ex[b] alia provincia veniens basilicam beati Iohannis baptistae in Langobardorum finibus construxit, et propter hoc ipse beatus Iohannes pro Langobardorum gente[c] continue intercedit. Veniet autem tempus, quando ipsud[d] oraculum habebitur despectui, et tunc gens ipsa peribit[e]. Quod nos ita factum esse[f] probavimus, qui ante Langobardorum perditionem eandem beati[g] Iohannis basilicam, quae utique in loco qui Modicia dicitur est constituta, per viles personas ordinari conspeximus, ita ut indignis et adulteris non pro vitae merito, sed praemiorum datione[h], isdem[h] locus venerabilis largiretur. 663.

7. Igitur cum, ut diximus, Constans augustus Tarentum venisset, egressus exinde[i], Beneventanorum fines invasit omnesque pene per quas venerat Langobardorum civitates cepit. Luceriam[k] quoque, opulentam Apuliae civitatem, expugnatam fortius invadens diruit, ad[l] solum usque prostravit. Agerentia[m] sane propter munitissimam loci positionem capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedit et eam vehementer expugnare coepit; ubi tunc Romuald[n], Grimualdi filius adhuc iuvenulus[o], ducatum tenebat. Qui statim ut imperatoris adventum cognovit, nutricium suum nomine Sesualdum[p] ad patrem Grimualdum trans Padum direxit, obsecrans, ut[q] quantocius veniret filioque suo ac Beneventanis, quos ipse nutrierat, potenter succurreret. Quod[r] Grimuald rex audiens, statim cum exercitu filio laturus auxilium[s] Beneventum pergere coepit. Quem plures ex Langobardis in itinere relinquentes, ad propria remearunt, dicentes, quia expoliasset palatium et iam non reversurus repeteret[t] Beneventum. Interim imperatoris exercitus Beneventum diversis machinis vehementer expugnabat, econtra*

propter hoc ipse sanctus Iohannes pro Langobardorum gente continuo intercedit. Ipsa vero gens suppliciter ac devotissime de suorum facultatibus in honore Domini et sancti Iohannis baptiste omni tempore in die nativitatis sue offert ad ipsum oraculum loco qui in Modoetia dicitur. Vere tamen tibi dicturi sumus in Domino: veniet autem tempus et dies, quando ipsum supra memoratum oraculum omnes habitatores terre huius habebunt despectui et omnes eius facultates inde expellent, et famulos ac famulas, qui ibi subiecti sunt, propter facultates eorum sepe affligent eos, et sacerdotes, qui ibi deserviunt, die ac nocte inquieti erunt nimis, et auferentur que illorum sunt. Propter hec ducetur vita illorum in amaritudine. Quando hec inchoabuntur, et vos cernetis hec fieri, certe tunc ipsa gens peribit cum omnibus que ad illos pertinent, et stabunt in improperium omnibus gentibus, que in circuitu illorum sunt". Et dixit ad eos solitarius: 'Obsecro clementiam vestram, sancti, si conversi sunt ad superiorem promissionem illorum, nunquid invenient indulgentiam'? Et dixerunt ad illum: 'Scis, que veritas dixit: "Convertimini ad me, et ego convertar Zach. 1, 3. ad vos". Eadem hora nusquam comparuerunt. Facto autem mane ita eidem Constantino augusto, ut supra scriptum est, per ordinem diligenter in omnibus revelavit. Tunc imperator libentissime suscepit verba eius. Quod nos ita factum *etc.*

*) A 6 *ex vita S. Barbati c.* 4 *sqq. haec ampliavit:* At contra R. cum Langobardis, ut erat magnanimus et imperterritus — revoluti suos adeunt fines.

a) reginam F 1. b) eorum A 3. c) gentem C 4[b]. D 1. 2. G 3. 4. — finibus C 1. — continuo A 2. d) *ita* C *1. 1. F 1 *G. Neap.;* istud A *3; ipsum *ceteri.* e) periit F 1; periet F 4. G. I 2. f) *deest* A *3. g) sancti F 4. G; *deest* A 3. h) dationem C 1. — hisdem A *2. E 1. F 4. G 1—4. i) inde C *1. 1. k) Lucernam A 2 (*corr.* Luceriam). B 1. 1. 2. D (1?). G 2. l) d. a s. F 1 (*et post add.*); d. ac s. A 2. B 1. G 1—3; adque ad G 3; et ad *ceteri.* m) Agerentiam A 3. 6. E 1. F 4. 5; Agrentia G 1; Agrootiam *corr.* Agentia G 2; Arenciam (?) C *1; Aritia C 1. 2, *corr. ut videtur* Acerentiam D 1, *et ita alii* D; Arentiam I 1, *corr.* Agerentiam G 5[a]; Acerentia *G. Neap.* n) Romoald A 1, *alii.* o) *ita* A 1. 2. D 1. E 1. G 1. 2. *3; iubenulus F 1; iuveculus A 3; iuvenculus C 1. 2. D 2. 3, *alii.* p) *ita* C. F. G 3. 4; Sesoaldum A 1, *alii*; Seswaldum G 1. 2. 5[c]; Sisoaldum D 2. q) eum ut F. G. I 2. 3. r) *novum* (VIII) *cap. inc.* A *3. s) auxilio A 2. t) repetere F 1.

663. Romuald cum Langobardis fortiter resistebat[a]. Qui quamvis cum[b] tanta multitudine congredi manu[c] ad manum propter paucitatem exercitus non auderet, frequenter tamen cum expeditis iuvenibus hostium castra inrumpens, magnas eisdem[d] inferebat undique clades. Cumque Grimuald, eius pater, iamque[e] properaret[f], eundem nutricium eius, de quo praemisimus, ad filium misit, qui[g] ei suum adventum nuntiaret. Qui cum prope Beneventum venisset, a Grecis captus imperatori delatus est. Qui[h] ab eo unde adveniret[i] requirens, ille se a Grimualdo rege venire dixit eundemque regem[k] citius adventare nuntiavit. Statimque imperator exterritus, consilium cum suis iniit, quatenus cum Romualdo[l] pacisceretur, ut[m] Neapolim possit reverti[n].

8. Acceptaque[o] obside Romualdi sororem[p], cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit. Eius[q] vero nutricium Sesualdum[r] ad muros duci praecepit, mortem[r] eidem minatus, si aliquid Romualdo aut civibus de Grimualdi adventum[s] nuntiaret, sed potius asseveraret, eundem venire minime posse. Quod ille ita se facturum ut ei praecipiebatur promisit; sed cum prope muros advenisset, velle[t] se Romualdum videre dixit. Quo[u] cum Romuald citius[v] advenisset[w], sic ad eum locutus est: 'Constans esto, domine[x] Romuald, et habens[y] fiduciam noli turbari[z], quia tuus genitor citius tibi auxilium praebiturus aderit. Nam scias, cum hac[a] nocte iuxta Sangrum[b. 2] fluvium cum valido exercitu manere. Tantum obsecro, ut misericordiam exhibeas cum mea uxore[c] et filiis, quia gens ista perfida[d] me vivere non sinebit[e]'. Cumque hoc[f] dixisset, iussu[g] imperatoris caput eius abscisum[h] atque cum[i] belli machina quam petrariam[k] vocant* in urbem proiectum[l] est. Quod caput Romuald sibi deferri iussit idque lacrimans obsculatus est dignoque in loculo tumulari praecepit[3].

9.[m] Metuens igitur imperator subito[n] Grimualdi regis adventum, dimissa Bene-

*) L 1 *add.*: quam vulgo dicimus mancolam.

a) resistebat — paucitatem *in exemplari quod codd.* F. G. I 3 *secuti sunt defuerunt. In* F 1 *corrector erasis vocabulis* non auderet *et alio supplemento* (fort. metuens exercitus congredi non auderet, *ut videtur*) *expuncto, supplevit:* resistebat. Qui — non auderet; F *2 *scripsit:* et contra Romualdum c. L. f. exercitus non auderet; I 3: fortiter exerceri non auderet; F 4 *post* fortiter *inseruit:* et si palam; F 5 *legit:* fort. resistebat. Sed cum exercitum admovere non auderet; G 1. *3. 4: cum fortiter exercitus non auderet; G 3. 3[a]: exercitus (exercitum 3[a]) imperatoris demoliebatur, ita tamen ut in eos cum expeditis; G 2 *in loco raso alia manu:* cum foras exercitum producere non auderet. b) tum A 2. c) manum manu A 3. d) eis B 1. e) iam F 4. G; iamque *corr.* iamiamque D 1. F 1, *et ita ceteri* D. A 2—6. B 1. 1[a]. 2. F 5. H. f) propinquaret D 1 *e corr., et ita ceteri* D. H 1; propinquasset C 2. g) que F 1. h) Qui — requirens *des.* A 1. 2. i) advenisset G 3. 4; veniret A 2. 3. 4. 6. D 1[a]. 2. 3. E 1. F *2. 4. 5. G 5[c]. I 2. L 1. k) rege F 1. l) Rumualdo *hoc loco* G 1. m) et i Neapolim A 2. n) revenire F 1. o) Accepta quoque A 2. p) *ita* A 1 *e corr.* 2—5. B 1. 2. C 1. D 1. F 1. G 1. 2. *3; soror G 3; sorore *ceteri.* q) *ita hoc loco* A 1. C 1, *alii;* Sesoaldum B 1. F 1, *alii;* Sisualdum D 3. r) mortemque A 3. s) *ita* A 1. 2. 4. B 1. 2. D 1. E 1. F 1. G 1. 2. *3. *G. Neap.;* adventu A 3. C 1. D 2. 3, *alii.* t) vellet A *4; velle — advenisset *des.* F *(in marg. suppl.).* G. I 3. u) Qui A 2; Quod B 1. 2. *G. Neap.* v) *deest* B 1. 2. w) adveniret A 3. D 3. x) dome A 2; *deest* D 2. y) habes A 2. z) t. vel contristari G 5[c]. a) a F 1; ea G 1. b) Sangruum C 1; Sangrum *corr.* Sagrum G 1; sacrum F 4. G 3. 4. I 3. c) uxorem G 3. d) perfide A 2. e) sinebit *corr.* sinet D 1, *et ita ceteri* D. A 6. H 1; sinevit F 1. *G. Neap.;* sinit *corr.* sinet G 5[a]. f) *deest* G 1. 2. g) iussum F 1. h) abscissus G 3; abscisus C 1. D. — a. est A 1? D. i) *deest* D *1[a]. I 3. k) patriam A *3; petralia G 3; petrali G 4. l) proicctus D 1[a]. F 1. G 1 *e corr.* G 2. 4. I 3. — est *deest* A 1. D 3. G 2—4. m) *hoc cap. praecedenti adjungit* A 2. n) subitum A 2. B 1. D 1[a]. 2. 3. I 3, *alii.* — adventu F 1.

1) *Non bene Pauli cohaerere narrationem, patet. Fortasse, quae de Sesualdo refert pacem praecessisse, statuendum est.* 2) *Sangro in provincia Abruzzen.* BE. 3) *Similem narrationem multo post apud Constantinum Porphyr. de adm. imp. c.* 29. *legi, Hirsch monuit, Benevent p.* 22 *n.* 2.

venti obsidione, Neapolim proficiscitur. Cuius tamen exercitum Mitola[a] Capuanus 663.
comes iuxta fluenta[b] Caloris[1] fluminis in loco qui usque hodie Pugna dicitur vehementer adtrivit.

10.[c] Postquam vero[d] imperator Neapolim pervenit, unus ex eius[e] optimatibus, cui[f] nomen Saburrus[g] erat, ab augusto, ut fertur, viginti milia militum expetiit, seque cum Romualdo pugnaturum[h] victoremque spopondit. Qui cum accepto exercitu[i] ad locum cui Forinus[k. 2] nomen est advenisset ibique castra posuisset, Grimuald, qui iam Beneventum advenerat, haec audiens, contra eum proficisci voluit. Cui filius Romuald: 'Non est opus', inquit; 'sed tantum partem nobis de exercitu[i] vestro tribuite. Ego Deo favente cum eo pugnabo; et cum vicero, maior utique gloria[l] vestrae potentiae adscribetur'. Factumque est; et accepta[m] aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiscitur. Qui priusquam bellum cum eo iniret, a quattuor partibus tubas insonare praecepit moxque super eos audenter[n] inrupit. Cumque utraeque[o] acies forti intentione pugnarent, tunc unus de regis exercitu nomine Amalongus[p], qui regium contum* ferre erat solitus, quendam Greculum eodem contulo[q] utrisque manibus fortiter percutiens, de sella super quam[r] equitabat sustulit eumque in aera[s] super caput suum[t] levavit. Quod[u] cernens Grecorum exercitus, mox inmenso pavore perterritus in fugam convertitur, ultimaque pernicie caesus, sibi fugiens[v] mortem, Romualdo et Langobardis victoriam peperit. Ita Saburrus, qui se imperatori suo victoriae tropeum[w] de Langobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans, ignominiam deportavit; Romuald vero, patrata de inimicis victoria[x], Beneventum triumphans reversus est patrique gaudium et cunctis securitatem, sublato hostium timore, convexit.**

11. At vero Constans augustus cum nihil se contra Langobardos gessisse conspi- 663, Jul.
ceret[y], omnes saevitiae suae minas contra suos, hoc est Romanos, retorsit. Nam egressus[3] Neapolim[z], Romam perrexit. Cui sexto ab urbe miliario Vitalianus papa cum sacerdotibus et Romano populo occurrit. Qui[a] augustus cum ad beati Petri limina pervenisset, optulit ibi pallium auro textilem[b]; et manens aput Romam[c] diebus duodecim, omnia quae fuerant antiquitus instituta ex aere in ornamentum civitatis deposuit, in tantum ut etiam basilicam[d] beatae Mariae, quae aliquando pantheum vocabatur et con-

*) L 1 *add.:* quam vulgo vandum regis dicimus.

**) A 6 *multa inserit ex Vita S. Barbati:* Beatissimus vero Barbatus — migravit.

a) Mitolam A 1; Mittola A 5. F 5. G 3. 4; Mitolo I 3; Mitalo A 2; Mitula D 1[a]; Mutula D 2; *deest* A 6. b) fluente G 1. 2. c) *hoc cap. om.* A *4. d) *deest* A 3. D 2. 3. e) eis G 2. 3. f) *deest* B 1. g) Saburus F 1. h) pugnaturus A 2. i) exercitum F 1. k) Foranus I 1. l) gloriae G 1. 2. *3. m) acceptam aliquam partem G 4. n) audienter G 1. 2. o) utraque A *3. D 2; utreque F 1; *deest* G. — pugnaret F 1. G. p) Amalungus G 5[c]; Amelongus F 2. q) contu D 1[a]. F 1. *2. G 1. 2. *3. 3. 4; conto A 2. 5. 6. B 1. 1[a]. H 1. I 2. 3, *e corr.* D 1; comtum *corr.* comto E 1. r) quem A 2. B 1. F 1. G 1. 2. *3. 3. s) arca A 2; aerat F 1. t) *deest* G 4. u) Quo F 1. v) fugiendo C. D. G 5[c]. I 1. 2. w) tropheo G 3. 4. x) victoriam C 1. F. G; *quod fortasse recipiendum erat.* y) conspicere F 1. z) a N. G 3. — Roma F 1. a) Quia F 1. b) *ita* F. G 1—4. I 3, *cum G. pont.;* textile A 1, *alii;* texto C *1. D 1; textum *ceteri* C. D. I 1. — auro *deest* E 1. c) Romanos A 3. C. D. d) basilicae A 2; basilica F 1.

1) *Calore non procul a Benevento.* BE. *Ad hunc Pauli locum Camil. Peregrinius: 'Fluvium Calorem a Paulo pro Sabato dictum non dubito; quem prope Petrus diaconus in Auct. ad Ostiensem lib. IV, cap.* 16 *(SS. VII, p.* 769*) agnoscit hunc locum appellatum Pugna'.* BI. *Cf. Hirsch p.* 23. 2) *Forino inter Avellino et Nocera.* 3) *Sequentia ex G. pont. Vital.;* antiquitus instituta, quae — martyrum, imperiali iussu et Grecorum avaritia, sed — luit, a suis *et alia singula verba addidit Paulus.*

ditum fuerat in honore omnium deorum, et iam ibi per concessionem superiorum principum locus erat omnium martyrum, discoperiret[a] tegulasque aereas exinde auferret[b] casque simul cum aliis omnibus ornamentis Constantinopolim transmitteret. Deinde reversus imperator Neapolim, itinere[c] terreno perrexit civitatem Regium[d]. Ingressusque Siciliam per indictionem septimam, habitavit in Syracusa[e], et tales afflictiones inposuit[f] populo seu habitatoribus vel possessoribus Calabriae, Siciliae, Africae[g] atque Sardiniae, quales antea numquam auditae sunt, ita ut etiam uxores[h] a maritis vel filii[i] a parentibus separarentur. Sed[k] et alia multa et inaudita harum regionum populi sunt perpessi, ita ut alicui spes vitae non remaneret. Nam et vasa sacrata vel cimilia[l] sanctarum Dei ecclesiarum imperiali iussu et[m] Grecorum avaricia sublata sunt[n]. Mansit autem imperator in Sicilia[o] ab indictione[p] septima usque in duodecimam; sed tandem tantarum iniquitatum poenas luit, atque dum se in balneo lavaret, a suis extinctus est.

663 64.

668.

12. Interfecto igitur aput Siracusas Constante[q] imperatore, Mecetius[r] in Sicilia[s] regnum arripuit, sed absque orientalis exercitus voluntate[1]. Contra quem Italiae milites[t] alii per Histriam, alii per partes Campaniae, alii vero a partibus Africae et Sardiniae venientes[u] in Siracusas, eum vita privarunt. Multique[v] ex iudicibus eius detruncati Constantinopolim perducti sunt; cum quibus pariter et falsi imperatoris[2] caput est deportatum.

13.[w] Haec[3] audiens gens[x] Sarracenorum, quae iam[y] Alexandriam et Aegyptum pervaserat[z], subito cum multis navibus venientes, Siciliam invadunt, Siracusas ingrediuntur multamque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra et iuga confugerant montium, auferentes quoque praedam nimiam et omne[a] illud quod Constans augustus a Roma abstulerat ornatum in aere et diversis speciebus; sicque Alexandriam reversi sunt.

14. Porro regis filiam[b], quam de Benevento obsidis[c] nomine sublatam diximus[4], Siciliam veniens, diem clausit extremum.

15. Hoc tempore tantae[5] pluviae[d] tantaque tonitrua fuerunt, quanta ante[e] nullus meminerat hominum, ita ut innumera hominum et animantium milia fulminibus essent

a) discooperiat A 6. b) eas esset *post corr.* excussisset F 1. c) in it. F 1. G 1. 2; per reno *corr.* terreno G 1. 2; tirreno G 3 *e corr.* G 5[c]. d) Regiam A 3. D 1[a]. 2. 3. *3[a]. 4. F *2. G 5[c]; regnum G 2; Civium C *1; Chium C 1. 2. I 1, *corr.* Regium D 1. e) Syragusa F 1. G 1. f) in suo F 1; in suo p. — Sardiniae intulit G. I 2; exercuit in I 3. g) Affr. A 3. D *3[a]. 3. F *2. 4. G. H 1. I 2. 3, *et ita postea.* h) uxorem G 1—4. i) filiis B 1, *corr.* filii D 1; filius G 3; filios G 1. 2. 4. 5. k) Sed — remaneret *des.* G *5. — et *post suppl.* F 1. l) similia A 3; chimilia H 1; cimelia D 4; ci(y)mbia C 1. I 1; cyboria C 2; communia A 6. — sacrarum A 3. m) e F 1. G 1. *3; *deest* G 2. 3. n) A 6 *hoc loco inserit c.* VI, 5. *et* V, 30. o) Syciliam F 1. p) indigcionem F 1. q) Constantem imperatorem C *1. r) Mececius B 1; Mecerius A *3; Metetius F 4. G 1. 2. *3. 4; Metentius F *2. I 3; Mecitius A *2; Mezentius A 2. D (1 *e corr.*). F 5. s) Si(y)ciliam F 1. G 1—3. t) miliae milites C 1; emiliae milites C 2; Italia ęmilię milites I 1; *inde fecit ed. Lind.* militiae milites. u) vehementer in S. irruerunt eumque C. D. I 1. — e. v. p. *des.* C 2. v) Multisque F. G. H 5; Multi — detruncati multique C. D. w) *hoc cap. post* 15. *collocat* A 6. x) *deest* B 1. — Sarracinorum F 1. G 1. *3. y) *deest* C. D. z) pervaserant A 1 *e corr.* G 3. 4. I 2. a) omnem F. G; illudquę *corr.* illum quem G 2, *et ita* G 5[a. c]. D 3. I 1; illum quod A 4. b) *ita* A 1—4. B 1. 1[a]. 2. F 1. G 3. 4; filia A 5. 6. C. D. F 4. G 1. 2. 5 *et e corr.* E 1. c) obsidem D 1. G 4. H 1; *in* A 1 *alia manu super* nomine *scriptum est* Gisa, *quod post* filia(m) *receperunt* A 5. C 1. 4. D 1 F *2. G 3. 4. H 1; D 1 *vero illo loco erasit* et *post* nomine *collocavit, et ita ceteri* D. d) pluvia A 2. e) antea A *3. 6. G; te C 1; *deest* A 6.

1) *Paulus G. pont. Adeod., quae exscribit, male intellexisse videtur, ubi legitur:* Mezezius, qui erat in Sicilia cum exercitu orientale, intartizavit et arripuit regnum. 2) simul et caput eiusdem intartae. *G. pont.* 3) *Haec quoque ex G. pont., sed pluribus additis vel mutatis.* 4) *c.* 8. 5) *Ex G. pont. l. l.; sed* innumera milia *Pauli sunt.*

perempta[a]. Eo anno legumina, quae propter pluvias colligi[b] nequiverunt, iterum renata et ad maturitatem usque perducta sunt[c].

16. At[d] vero rex Grimuald, ereptis Beneventanis et eorum[e] provinciis a Grecis, 663.
ad palatium suum aput[f] Ticinum repedare disponens, Transamundum[g], qui dudum Capuae comes fuerat et[h] ei ad[i] percipiendum regnum strenuissime paruerat, data ei[k] in matrimonium sua[l] filia, Romualdi altera sorore, eum post Attonem[m], de quo superius diximus[1], aput Spoletium ductorem effecit[n], indeque Ticinum reversus est.

17.[o] Siquidem, ut superius praemiseramus[1], Grasulfo[p] Foroiulanorum duce[q] defuncto, successor ei[r] in ducato[s] Ago datus[t], de cuius nomine usque hodie domus quaedam intra[u] Foroiuli[v] constituta domus Agonis appellatur. Quo Agone[w] mortuo, Foroiulanorum ductor Lupus efficitur. Hic Lupus in Grados[x] insulam, quae non longe ab Aquileia est, cum equestri exercitu per stratam quae antiquitus[y] per mare facta fuerat introivit, et depraedata ipsa civitate, Aquileiensis ecclesiae thesauros exinde auferens, reportavit. Huic Lupo, quando Grimuald[z] Beneventum perrexit, suum palatium commendavit.

18. Qui Lupus dum rege absente multa insolenter aput Ticinum egisset, quippe quem[a] reversurum non aestimaret: revertente rege, sciens, eidem[b] ea quae non recte gesserat displicere, Forumiuli[c] petens, contra eundem regem suae nequitiae conscius rebellavit.

19. Tum[d] Grimuald, nolens civile bellum inter Langobardos excitare, regi Avarum[e] cacano[f] mandavit, ut in Forumiuli[g] contra Lupum ducem cum exercitu veniret eumque bello[h] protereret. Quod et factum est. Nam veniente cacano cum magno exercitu, in loco qui Flovius[i] dicitur[2], sicut nobis retulerunt seniores viri qui in ipso bello fuerunt, per tres dies Lupus dux cum Foroiulanis adversus cacani exercitum[k] conflixit. Et prima[l] quidem die validum eius exercitum, paucis suis vulneratis, prostravit[m]. Secunda[n] vero die, iam aliquantis e suis vulneratis et mortuis, pari modo multos[o] ex Avaribus extinexit. Tertia vero die, iam pluribus ex suis sauciatis[p] sive peremptis, nihilominus magnum cacani exercitum delevit praedamque copiosam invasit. At vero die quarto tantam super se multitudinem conspexerunt venientem, ut vix per fugam evadere possint[q].

a) *hic desinit* I 3. b) collige A 1; colligere B 1. 2. C 1. 2. 4[b]. D 1 (*corr.* colligi). F. G. c) *in* A 6 *sequitur V*, 13, *tunc VI*, 4 *ex Beda interpolatum:* Tempore Constantini — reperitur. d) Ad A 1. C 1. F 1. G 3. e) horum G 4; relicorum C 1; Grecorum C 2. 3. I 1. f) ap. T. *des.* A 3. g) Trasam. A 2. G 4; Transem. F 1; Thras. C *1. h) et — paruerat *des.* G 5[c]. i) *post suppl.* F 1. k) enim A 1. l) suam filiam R. alteram sororem C *1. 1. 2. D 1 (*corr. ut ed.*); alteram sororem G 1—3. m) Adtonem B 1; Tatonem A 1. D 1[a]. F 1. 4. G 3. 4; Tattonem D 2. G 1. 4. *5. 5[c]; Catonem F *2. n) efficit A 3. F. G; effectus C 1; effectus est C *1; fecit C 4. — indeque — est *des.* C. D. o) *Sequentia* — quondam Gundiperga (*V*, 40) *des.* B 1, *quaternione deperdito.* p) Grasolfo Foroiulanum F 1; Foroiulanarum G 1. q) ducem F 1. G 1. 2. r) eius C. H. I 1, *corr.* ei D 1. s) *ita* A 1. 2. 4. 5. B 2. F 1. 4. G 1. 2. 4; ducatum F 5. G 5[a]. H 1; ducatu A 3. 6. C. D. G 3. t) d. est C 1; Agodacus G 4, *corr.* Agodictus A 6; Agodagus A 1. F 1. 4. G 1; Agoda...G 2; Adogadus A 2; Adgadus B 2. 3; Ago dux B 1[a]; Ago fuit *e corr.* D 1, *et ita ceteri* D. H 1; datur Ago G *5. 5[a]; Ago est constitutus F *2. u) *deest* G 2. v) Foroiulio A 2; Foroiulii G 3. w) Ago A 1. x) Gradus D 1. F 1. G 1. 3. L.; ingressus G 2. y) antecitus A 1. z) Grimualdo A 2. a) cum G 4; quia eum C D. I 1. b) *reliqua hujus cap. des., spatio dimidiae columnae vacuo relicto* E 1. c) *ita* A 1 *hoc loco*; Forusiuli A 2; Foroiuli *vel* Foroiulii A 3. F 1, *alii.* d) Tunc C. D. F. G. H. I. e) Avarorum C *1. 1. f) cacanum G 3, *corr.* cacano D 1[a]. G 4. g) Foroiuli F 1. h) bellum C 1; proterreret F 1; perterreret F 4. 5. G 1 - 4. *5. 5[a]; procuteret G 5[c]. i) *ita* A 1—5. F 1. G 4; Fluvius *corr.* Flovius G 1; Fluvius A 6. B. C. D. F 4. G 2. 3. H 1. I 1; Fluinus A *3. k) exercitu F 1. l) *deest* G 1. m) prostr. — vuln. *des.* I 1. 1[a]. a*. n) secundo v. iam G 1. 2; iam *deest* A 3. G *5. o) multis F 1. G 1. 2; *deest* G 3. p) saucitatis F 1. G 1. 2. — sive peremti sunt F 1. q) possit *eadem manu corr* possint A 1; possit A 4. G 1 - 4; possent *e corr.* D 1, *et ita ceteri* D, *alii.*

1) *IV*, 52. 2) *Fluvius Frigidus in valle Wippach provinciae Krain.* BE.

20. Ibi[a] itaque Lupo[b] duce perempto, reliqui qui remanserant sese per castella communiunt. Avares vero per omnes eorum fines discurrentes, cuncta rapinis invadunt vel subposito igni conburunt. Qui cum per aliquot[c] dies hoc facerent, a Grimualdo eis mandatum est, ut iam a[d] devastatione quiescerent. Qui legatos ad Grimualdum mittunt, dicentes, Foroiuli se[e] minime relicturos, quam armis propriis conquisissent.

21. Tunc Grimuald necessitate[f] conpulsus exercitum quoadunare[g] coepit, quatenus Avares de suis finibus exturbaret. In medio itaque campo sua castra et[h] Avarum hospitium[i] conponens, cum exercitus[k] partem exiguam haberet[l], eosdem ipsos quos habebat diverso habitu variisque instructos armis ante oculos legatorum per dies aliquot, quasi novus iugiter exercitus adventaret, frequenter transire fecit. Avarum vero legati dum eundem ipsum[m] exercitum aliis et[n] aliis modis praeterire[o] conspiciunt, immensam Langobardorum multitudinem[p] esse, crediderunt. Quibus Grimuald ita dixit: 'Cum omni hac[q] quam vidistis exercitus multitudine statim super cacanum inruam[r] et Avares[s], nisi de Foroiulanorum finibus velociter[t] exierint'. His visis et auditis legati Avarum cum haec suo regi nuntiassent[u], mox cum omni suo exercitu ad proprium reversus est regnum.

22. Denique Lupo[v] hoc modo ut praemisimus interempto, Arnefrit[w], eius filius, voluit in loco patris aput Foroiuli optinere ducatum. Sed metuens Grimualdi regis[x] vires, fugiit[y] ad Sclavorum gentem in Carnuntum, quod corrupte vocitant Carantanum[1]. Qui postea cum Sclavis adveniens, quasi ducatum[z] eorum viribus resumpturus, aput Nemas castrum[2], quod non longe a[a] Foroiuli distat, inruentibus super se Foroiulanis, extinctus est.

23. Deinde ordinatus est aput Foroiuli dux Wechtari[b], qui fuit oriundus de Vincentina[c] civitate, vir benignus et populum suaviter regens. Hunc[d] cum audisset Sclavorum gens Ticinum[e] profectum esse, congregata valida multitudine, voluerunt super Foroiulanum[f] castrum inruere; et venientes castrametati sunt in loco qui Broxas[g] dicitur[3], non longe a Foroiuli. Secundum divinam autem dispositionem[h] contigit, ut dux Wechtari superiori vespere a[i] Ticino reverteretur nescientibus Sclavis[k]. Cuius comites cum ad propria, ut adsolet fieri, remeassent, ipse hoc nuntium[l] de Sclavis

a) Abiit A 2. b) Lupone G 2. 3. 4. — ducem F 1. G 1. 2. c) aliquid F 1. d) *deest* A 3; ad devastationem A 2; devastacionem F 1. e) e F; neminem se r. quos (quas C *1) a. C *1. D 1. 2. 4. I 1. f) necessitatem A 2. F 1. g) *ita* A 1. 2. F 1. G 1—4; coadunari C 4[b]. D *3[a]. G 5[a]. — praecepit A 3. C. D. I 1. h) *deest* D 3. 8; e. inter sua c. et G 5[c]. — Habarum F 1. i) hostium conspiciens *e corr.* D 1, *et ita ceteri* D. H 1. k) exercitum F 1. l) habere F 1. G 1. 2; et cacanus legatos ad eum mitteret *add. ed. pr. Lind. cett.* m) per i. A *3. n) et a. *des.* C 1; aliisque A 3. o) preterito F 1. — venire F 4. G. p) multitudine F 1. q) *deest* C 1—3. I 1. — quem A 2. F 1. r) *deest* C 1, *ubi post* Avares *alia manu suppl.* inrumpimus. s) Avarum exercitum disperdam C. D. H 1. I 1. 2. t) *deest* G 2. u) nunciasset F 1. v) Luppo C 1; Lupone G 1—4. w) Arnefrid C 2. 5. F 4; Arnefried C 1; Arnefrit *corr.* Arnifret G 3; Anefrit A 2; Varnefrid G 1. 2; Warnefrit G *5. 5[c]; Warnefrid G 5[a]; Warnefridus D 2. 3. x) *deest* A 3. y) *ita* A 1. 2. 4. 5. B 2. F 1. 4. G 1—4. L 1; fugit C. D, *alii.* z) ad d. A 2. a) *deest* A 2. b) *ita* A 1. F 4. G 3. 4; Wecthari F 1. G 1. 2; Wectari A 4 5. C 1. D 1. G *5. 5[a]. I 1, *postea etiam* A 2. F 1 (*semel* Wectarit); Wectarit D 3; Wectarith D 4; Vectari B 2. E 1, *nonnumquam etiam* C 1. D 1; Wictari A 2. 3. C 2. H 1, *raro etiam* A 1. c) Vicentina A 2. 4. B 2. F 4. G 3. H 1; Vincentena C *1; Vincentia A 5. D 2. G 4. 5, *corr.* Vicentina E 1; Vicentia F 5. G 1. 2; Vincentana I 1. d) Hoc G. e) T. ad regem p. A *3. 3; et T. Wectari profectum esse G *5. 5[c]. f) Foroiulanos G 3. 4; Foroiul(i)anorum C. D. F 5. I 1. g) Proxas G *5. h) dispositione G 1. 2. i) *deest* G 3. 4. k) Sclabis F 1. G 1. l) nuncio G 3. 4. 5.

1) *Carnuntum vetus falso cum Sclavorum provincia Carantana conjunctum esse, vix est quod moneamus.* 2) *Nunc vicus Nimis.* BE. 3) *Bethmann de castello quodam Purgessimo prope pontem mox memoratum cogitavit; alii, quos affert, de Prosasco ad fontem Natisonis; alii de Borgo Bressana suburbio urbis Cividale.*

audiens, cum paucis viris, hoc est[a] viginti quinque, contra eos progressus est. Quem Sclavi[b] cum tam paucis venire conspicientes, inriserunt, dicentes, patriarcham[c] contra se cum clericis adventare[d]. Qui cum ad pontem[e] Natisionis[1] fluminis, qui ibidem est ubi Sclavi residebant[f], propinquasset[g], cassidem sibi de capite auferens, vultum suum Sclavis ostendit; erat enim calvo capite. Quem dum Sclavi, quia ipse esset Wechtari, cognovissent[h], mox perturbati, Wechtari adesse clamitant[i], Deoque eos exterrente[k], plus de[l] fuga quam de proelio[m] cogitant. Tunc super eos Wechtari cum paucis quos habebat inruens, tanta eos strage prostravit[n], ut ex quinque milibus viris vix pauci qui evaderent remanerent.

24. Post hunc Wechtari Landari[o] aput Foroiuli ducatum tenuit. Quo[p] defuncto, ei Rodoald[q] in ducato[r] successit.

25. Mortuo igitur, ut dixeramus[s], Lupo[t] duce, Grimualdus rex filiam eius nomine Theuderadam[u] suo filio Romualdo, qui Beneventum regebat, in matrimonium tradidit. Ex qua inde[v] tres filios, hoc est Grimualdum, Gisulfum[w] necnon et Arichis[x], genuit.

26. Rex quoque Grimuald de omnibus illis, qui eum, quando Beneventum profectus fuerat, deseruerunt[y], suas[z] iniurias ultus[a] est.

27. Sed et Forum Populi, Romanorum civitatem[b], cuius cives eidem adversa[c] quaedam intulerant[d] Beneventum proficiscenti missosque[e] illius euntes et redeuntes a Benevento saepius laeserant, hoc[f] modo delevit. Quadragesimorum[g] tempore per Alpem Bardonis[2] Tusciam[h] ingressus, nescientibus omnino Romanis, in ipso sacratissimo sabbato[i] paschali super eandem[k] civitatem, ea hora qua[l] baptismum[m] fiebat, inopinate inruit, tantamque[n] occisorum stragem fecit[o], ut etiam diaconos[p] ipsos[q], qui infantulos[r] baptizabant, in ipso sacro fonte perimeret[s]. Sicque eandem urbem deiecit[t], ut usque hodie paucissimi[u] in ea commaneant habitatores.

28. Erat quidem[v] Grimualdo contra Romanos non mediocre odium, pro eo quod[w] eius quondam germanos Tasonem[x] et Cacconem[y] in sua fide[z] decepissent[3]. Quam ob causam Opitergium civitatem, ubi ipsi extincti sunt, funditus destruxit eorumque qui ibi habitaverant[a] fines Foroiulanis Tarvisianisque[b] et Cenetensibus[c] divisit.

a) cum *add.* A 3. C. D. I 1. b) Sclavis F 1. G 1. c) patriarcha cumtra . . se F 1. d) adventaret F 1. e) ponte F 1. G 1—4. f) sedebant A *3. g) propinquassent A 2. 5. C *1. F 4. G 3. 4. 5a. h) cognovisset F 1. G 1. 2. i) clamitat G 1. 2. — Deoque *e corr.* G 1. 2. k) exterrentem F 1. l) de f. *e corr.* F 1. m) consilio C. D. I 1; de *deest* G 3. n) percussit F 2a. G; p. — milibus *des.* F 1, *post suppleta;* ex q. m. v. *des.* F 4. 5. G; viris *deest* C 1. 4b. o) Landri A 3; Laudari A 5. B 3. D 1. G 1. 2. *5. 5c; Laudarit D 3; Laudarith D 4; Laudaria D 2. p) Quod F 1. G 2. q) Rodoaldi? F 1; Rodoalt D 1; Roduald G 3; Romoald A 1; Romualdus D 2. r) *ita* A 2. B 2. F 1. G 1. 2. 4. I 2; ducatu A 1. 3. 4. 5; ducatum C. D. F 5. I 1. s) diximus A 3. 6. B. C. D. E 1. F 5. H. t) Lupone F 4. G. u) Theuderatam A 4. F 4. G 1. 2. 5a; Teuderatam G 3. 4; Teuderadam B 2; Theoderatam A 2. G *5; Theodoratam F 2. G 5c; Theoderadam A *3; Theoderam A 3. v) idem B 1a. 3. D 3; isdem D 1 *e corr., et ita alii* D; deinde G 5; *deletum* G 2; *deest* C. D 2. F 5. I 1. 2. w) et Gis. F. G. x) Arichi F 1. y) deseruarunt G 1. 2. z) sua F 1. a) *deest* D 1. b) civitate F 1; civitates G 1—4; R. cuius eiusdem civitatis cives D 2. c) adversam G 3. d) intulerunt A 1. B 2. C. D 1. F 4. G. I 1. 2. e) missoque F 1. f) modo eos A 3. g) quadragesimae B 1a. F 4. 5. G. I 1; quadragesimali A 6; quadragesimi D 2. h) Tusciae G 3. 4. i) *deest* G 2. k) eadem G 3. l) quo C 1. 2. G 3; quem G 4. m) baptismo G 3. 4; baptismus C 2. 3. F *2. G 5c. n) tantumque F 1. o) facit F 1. p) *deest* G 5c. q) ipso F 1. r) infantulo F 1; infantibus G 1. 3. 4. s) perimerent A 5. 6. D 1. G 3; peremeret F 1; peremerunt G 4. t) delevit A *3. u) paucissimis F 1. v) quidam A 1. 2. B 2. D 1. F 1. G 2; quida (quidā?) *Pal. Ass.; deest* E 1. w) q. e. *post suppl.* G 1. x) Tassonem C *1. 1. 2. D 2. G 1. 2. y) Caconem A 2. C 1; Caccanem G 2. z) fidem F 1. a) *ita Paulum scripsisse vel saltim scribere voluisse putarim;* hauerant A 1; auerant A 2; aderant A 3. C. D; erant A 4; aberant B 1a. 2; habuerant F. G. I 2, *corr.* habitaverant F 1. G 1. 2, *et ita* F 2. G 5c, *sed etiam* A 5; habitaverunt A *3. E 1. b) Tharv. F 1. G 2; Tarvisiensibus C 3; *deest* G 5c. c) Cenetenensibus C 1.

1) *Ponte de' Schiavi prope S. Pietrò de' Schiavi.* BE. 2) *Bardi prope Parmam.* 3) *V. supra IV,* 38.

29. Per haec tempora Vulgarum[a] dux Alzeco nomine, incertum quam ob causam[b], a sua gente digressus[c], Italiam pacifice introiens, cum omni sui ducatus exercitu[d] ad regem Grimuald venit[e], ei se serviturum atque in eius patria[f] habitaturum promittens. Quem ille ad Romualdum[g] filium[h] Beneventum dirigens, ut ei cum suo populo loca ad habitandum concedere deberet[i], praecepit[k]. Quos Romualdus dux[k] gratanter excipiens, eisdem spatiosa[l] ad habitandum loca, quae usque ad illud tempus deserta erant, contribuit, scilicet Sepinum[m. 2], Bovianum et Iserniam[n] et alias cum suis territoriis civitates, ipsumque Alzeconem, mutato dignitatis nomine, de[o] duce gastaldium vocitari praecepit. Qui usque hodie in his ut diximus locis habitantes, quamquam et Latine loquantur, linguae tamen[p] propriae usum[q] minime amiserunt.

30.[r] Igitur extincto, ut diximus[3], aput Siciliam Constante augusto, punitoque
668. qui ei[s] successerat Mezetio[t] tyranno, Romanorum regnum[u] Constantinus, Constantii[v] augusti filius, suscepit regendum, Romanisque principatus est annis decem et septem. Constanti[w] sane temporibus Theodorus[x] archiepiscopus et Adrianus abbas, vir aeque[y] doctissimus, a Vitaliano papa missi in Brittaniam, plurimas[z] ecclesias Anglorum[a] doctrinae ecclesiasticae fruge[b] foecundarunt. E quibus Theodorus archiepiscopus[c] peccantium iudicia, quantis[d] scilicet annis pro unoquoque peccato quis poenitere debeat, mirabili et discreta consideratione descripsit[e].

676? 31.[f] Insequenti post tempore mense[4] Augusto a parte orientis stella cometis[g] apparuit nimis fulgentibus radiis[h], quae post semet ipsam reversa[i] disparuit. Nec mora, gravis pestilentia ab eadem parte[k] orientis secuta, Romanum populum devastavit. His diebus Domnus[l] papa Romanae[5] ecclesiae locum qui Paradisus dicitur ante basilicam[m] beati apostoli Petri candidis et[n] magnis marmoribus mirifice stravit.

c. 675. 32. Hac tempestate Francorum regnum aput Gallias Dagipertus[o] regebat, cum

a) Walgarum F 2. G 3. 4; Bulgarum C *1. 2. 3; Bulgorum D 1. 2. — Alzegone A *3; Algeco A 3; Alzeo G 4. b) causa *Pal. Ass.* c) degressus *Pal. Ass.;* degessus *corr.* digressus G 3; digressus est Italiamque D *3a. 3; est *post add.* G 4. d) exercitus F. G. e) Grimo advenit, *post superscr.* ald F 1; Gr. advenit F 4. G 1. 2; Gr. advenisse serv. G 3. 4. f) patriam F 1. G 1. 2. g) Romoald F 1, *et ita infra.* h) suum *add.* C. D. H 1. I 1. i) debere G 1. 2. k) *deest* C. D. G 5a. I 1. l) speciosa G 1. 2. 4; preciosa F 1. m) Sepianuovianum F 1; Sepianum G. I 1. — Bevianum A *3; Ovianum G 3. 4; Hovianum G 1; Obvianum G 2. n) Hiserniam A 2; Isernia F 1. o) n. ducem egastaldium C 1. p) et t. G 1. 2. q) usu A 1. F 1. G *5; usi G 1—4. — minime *deest* B 2. r) *hoc cap. om.* A 6. s) eis A 1. t) *ita vel* Mezecio A 1—3. C 1. G; Mezotio C *1. F 1; Mec(z)entio D 2. 3, *alii.* u) *sequentia* — cui cum responsum esset (*c.* 33) *des.* G 1, *folio absciso.* v) Constantis D 3; Constantie G 3. 4. w) *ita* A 1. 2. *2. 4. F 1. G 2—4; Constantii A *4. I 1; Constantis A *3. 5. B 1a. C. D. H 1; Constanto B 2; Constantini A 3. F 5. — ante A *3. x) Theoderus A 3; Teodorus G 3; Teudorus G 4 *semel.* y) vireaque *corr.* vireque A 1; viri e(ae)que A 3. I 1; virique C 1; vereque G 2. 3. 5a; vere G 3. *5; veri G 5c. — doctissimis C 1; doctissimi G 2. I 1. z) plurima F 1. G 2. a) Angulorum A 1, *corr.* Anglorum C 1; Angularum F 1; Angelorum G 2. b) grege A 2. c) episcopus C. D. I 1. d) quanti F 1. e) describit F 4. G; consistit E 1. f) *hoc cap. antecedenti adjungit* G 5c. g) comates G 3; commetis C 1; cometes A 2. D 2. 3, *alii.* h) radii F 1. i) digressa F 4. G; diversa F 1. *2; *deest* F 5; *in Pal. Ass.* diue *legi videtur.* — disrapuit F 1. k) partem F 1. G 3. l) Domnus *corr.* Donus A 1. D 1. E 1; Donus A 2. 3. 5. D 3; Donnus B 2. C 4b; Dominus D 2; donum F 1; donis papae *corr.* Donus papa G 2; domnus Odo p. H 1. m) basilica F 1. n) et m. *des.* A 1? G; set *corr.* et magnis F 1. o) Dagibertus B 2. F 2. 5. G 2; Dagobertus A 3. B 1a. C. D. G 4. *5. 5a. H 1. I 1. 2.

1) *Theophanes a.* 671 *(Historia miscella) rem aliter narrat.* 2) *Sipicciano; Sergna; prope quas etiam Bovianum situm erat.* 3) *Supra V,* 6. *Quae sequuntur* — fecundarunt *ex Beda sumta.* 4) *Ex G. pont. Don.* Insequenti post tempore, cometis *et* Rom. pop. dev. *add. Paulus.* 5) Hic atrium b. Petri apostoli superiore, qui est ante ecclesia in quadriporticum, magnis marmoribus stravit. *G. pont.*

quo rex Grimuald pacis firmissimae foedus inierat[1]. Cuius Grimualdi vires Perctarit etiam aput Francorum patriam constitutus metuens, egressus e[a] Gallia, ad Brittaniam insulam Saxonumque regem properare disponit.

33. At vero Grimuald nono die[b] post flevotomum[c] in suo palatio constitutus, accepto arcu[d] cum[e] columbam[f] sagitta percutere nisus esset, eius brachii vena disrupta est. Cui, ut ferunt[g], medici venenata medicamina supponentes[h], cum ab[i] hac funditus privarunt luce. Hic in edicto, quod[k] Rothari rex conposuerat, aliqua[l] 671. capitula legis, quae ei utilia visa[m] sunt, adiecit[2]. Fuit autem corpore praevalidus, audacia primus[n], calvo capite, barba prominenti, non minus consilio quam viribus decoratus. Sepultum autem est corpus eius in basilica beati Ambrosii confessoris, quam dudum ipse intra Ticinensem[o] construxerat civitatem. Hic, post mortem Ariperti regis expleto iam anno uno[p] et mensibus tribus, Langobardorum regnum invasit, regnavitque ipse annis novem, relicto Garibald, filio suo, quem[q] ei Ariperti regis filia genuerat, rege adhuc puerilis aetatis. Igitur, ut dicere coeperamus, Perctarit egressus de Gallia, navem ascendit, ut ad Brittaniam[r] insulam ad regnum Saxonum[s] transmearet. Cumque iam aliquantum per[t] pelagus navigasset, vox a litore audita est inquirentis, utrum Perctarit in[u] eadem nave consisteret. Cui cum responsum esset, quod[v] Perctarit ibi esset[w], ille qui clamabat subiunxit: 'Dicite illi, revertatur in patriam suam, quia tertia die[x] est hodie, quod Grimualdus ab hac subtractus[y] est luce'. Quo[z] audito, Perctarit statim post se reversus est, veniensque ad litus, invenire personam non potuit[a], quae[b] ei de Grimualdi morte nuntiavit; unde arbitratus est, non hunc hominem, sed divinum nuntium fuisse. Exindeque[c] ad patriam tendens, cum ad claustra Italiae venisset, iam ibi omnia obsequia palatina omnemque[d] regiam dignitatem cum magna Langobardorum multitudine[e] praeparatam, se[f] repperit expectari[g]. Itaque Ticinum reversus, exturbato Garibaldo[h] puerulo a regno, ab universis Langobardis mense tertio post mortem Grimualdi in regnum levatus est. Erat autem vir pius, fide catholicus, iustitiae tenax 672. pauperumque largissimus nutritor. Qui statim Beneventum misit exindeque[i] Rodelindam[k] suam coniugem et Cuninepertum[l] filium suum[m] revocavit.

a) a G 2. *5. b) non hodie A 1. 2 (odie *superscr.* h). G 2 (*eraso* h *corr.* nono die); n. d. *des.* F 1. H 1. c) flevotum A 1. 4; fleotum A 3; fleutomum G 3, *corr.* fleotomum D 1, *et ita alii* D. F 1 *e corr.* I 2; fleotemum A *3. 5; fletumum G 2; fleutumum G 3; fletomiam G *5; fleotomium D 2; flebotomum A 6. C 4. 5. D 3. F *2. 4. H 1; fleubotomum C *1. 1. 2. I 1; flebotomiam *e corr.* G 5a. d) arcum G 2. e) *post suppl.* A 1, *et ita* G 2—4. I 1; *ante* nono *collocant* A 3. C. D. I 1 *et e corr.* F 1, *ante* accepto A *3; *deest* A 2—6. B 2. E 1. F. f) columba G 2. 3. g) fertur A 3. G 3; *deest* F 5. h) superp. F 1. G 2. i) *deest* G *5. I 1; ab ha F 1; hanc *corr.* hac G 2. k) que G 2. l) aliquaque A 1. B 2. E 1. F 1. G 2; aliquoque A 2; alia quoque A *4. D *3a. 3. G 3. 4. H; aliqua quoque A 4—6. C. D 1. 2. F 1. *2. I 1. 2; alia queque G 5a; aliaque F 5. G *5. m) vise A 1. n) prius *corr. eadem manu* primus A 1; pronus F 4. G. o) Ticinense contraxerat F 1. p) *deest* F 1. q) que F 1. r) Brittania F 1. s) Saxorum A 1 *saepius.* t) post F 1? G 1. — pelagum A 2. u) in — ibi *des.* A *3. v) *pergit* G 1. w) *sequentia hujus cap. om.* A 6. x) *ita* A 1. 2. F 1. G 1; dies *ceteri.* — est — reversus *des.* E 1. y) substractus A 2. z) Quod F 1. a) poterat A *3. b) qui F. G. c) que *deest* A 2. d) omneque G 1. 2. e) multitudinem C 1. 2. G 3. 4. f) esse C. H 5a. I 1. 2; *erasum* D 1; *deest* D 1a. 2. *3a. 3. 4. F 5. H 1. g) expectare A 2. D (1 *e corr.*); expertari F 1. 4; perctari G 3; r. Exinde Perctari(th) Ticinum C. I 1; Exinde itaque Bertaridus Tic. *ed. Lind. cett.* h) Grimbaldo F 1; exturbaldo p. G 2. — puero C *1. 1. G 1. i) que *deest* F. G. H. I 2; et exinde *e corr.* G 2, *et ita* G 5. k) Rodol. G 1. 2. — suam *deest* F. G 2. 3. l) *ita* A 1? F 1; Cunibertum D 3; Chunibertum D 2. m) *deest* A 2. *3.

1) *Hic Pauli locus Mabillonio in praefatione partis primae saeculi quarti Benedictini lucem praebuit ad investigandam Dagoberti II. restitutionem in Austrasiae regnum, ob quam scriptores ferme omnes rerum Francicarum maxime laborant. Negant alii Paulo fidem, et pro Dagoberto Clotharium III. vel Childericum reponunt, pluribus innixi argumentis.* BI. 2) *LL. IV, p.* 91.

34. Qui[a] ut regni iura suscepit, in loco illo qui a parte fluminis Ticini est[b], unde ipse olim fugerat, monasterium quod Novum appellatur Domino[c] et liberatori suo in honore[d] sanctae virginis et martyris[e] Agathae[f] construxit[1]. In quo multas virgines adgregavit rebusque et[g] diversis pariter eundem locum ornamentis ditavit. Regina vero[h] eius Rodelinda basilicam sanctae[i] Dei genitricis extra muros eiusdem civitatis Ticinensis, quae Ad perticas appellatur, opere mirabili condidit ornamentisque mirificis decoravit. Ad perticas autem[k] locus ipse[l] ideo dicitur, quia ibi olim perticae, id est trabes, erectae steterant, quae ob hanc causam iuxta morem Langobardorum poni solebant: si[m] quis enim in aliquam[n] partem aut in bello aut quomodocumque extinctus fuisset, consanguinei eius intra sepulchra[o] sua perticam figebant, in cuius summitate columbam ex ligno factam ponebant, quae illuc versa esset[p], ubi[q] illorum dilectus obisset, scilicet ut sciri possit[r], in quam[s] partem his qui defunctus fuerat quiesceret.

680. 35. Igitur Perctarit, cum solus per annos septem regnasset, octavo iam anno Cuninc-pert[t] filium suum in regno[u] consortem adscivit, cum[v] quo pariter per decem annos regnavit.

36. Cumque in magna pace degerent et ex omni parte in circuitu tranquillitatem haberent, surrexit contra eos filius iniquitatis Alahis[w] nomine, per quem in regno Langobardorum, perturbata pace[x], maximae populorum factae sunt strages. Hic dum dux[y] esset in Tredentina[z] civitate, cum comite Baioariorum[a], quem illi gravionem dicunt, qui Bauzanum[b] et reliqua castella regebat, conflixit eumque mirifice superavit. Qua de causa elatus, etiam contra regem suum Perctarit manum levavit atque se[c] intra Tredentinum[d] castellum rebellans communivit. Contra quem rex Perctarit progressus, cum eum[e] extrinsecus obsideret, inopinate subito Alahis cum suis civitate[f] egressus, regis castra protrivit regemque ipsum fugam petere[g] conpulit. Qui tamen postmodum, faciente[h] Cuninceperto, regis filio, qui eum iam olim diligebat, in regis Perctarit gratiam reversus est. Qui rex cum eum interficere aliquotiens vellet[i], Cuninceperti, eius filius, hoc fieri semper proibuit, reputans eum de reliquo fidelem existere; nec destitit[k] patrem optinere, quin etiam ei ducatum Brexiae[l] contribueret; reclamante saepius patre[m], quod in suam hoc Cuninceperti perniciem faceret, qui hosti suo ad regnandum vires praeberet. Brexiana denique[n] civitas magnam[o] semper nobilium Langobardorum multitudinem habuit, quorum auxilio metuebat Perctarit Alahis potentiorem fore[p]. His diebus rex Perctarit in civitate Ticinensi portam[q] contiguam palatio, quae et Palatiensis[r] dicitur, opere[s] mirifico construxit.

a) Que F 1. b) *deest* G 1. 2. c) *deest* G 3. d) honorem A 3. 5. C 1. F 1. G 1. 3. 4. — in — construxit *des.* A 4. e) martyrae A 1. C *1; Mariae C 1; virg. Mariae et m. A. G 5c. f) Agathis A *3. g) *deest* C. I 1. h) uxor *post add.* F 1. i) *deest* G. k) *deest* G 3. l) iste F 1. m) Si — ponebant *in marg. post suppl.* F 1, *des.* F 5. n) aliqua parte D 3. F 1 *in suppl.* o) sepulchrum A 1; sepulturam suam G 5. p) esse F 1. q) ubi — possit *des.* D 1a. r) posset B 1a. G 3—5. I 1. 2, *alii*; possent F *2. s) qua parte D 3. t) *ita* A 1. 3. F. G; Cunipert A 2; Cuninepertum C 1; *cf. p.* 141 *n.* q *et* t. u) regnum A 1. D 3. v) cum — regnavit *et sequens cap. om.* A *4. w) Halahis *hoc loco* A 1. F 1, *postea* Alahis; Halachis C 1. D 1. E 1; Halais A 2; Alais A 6; Alachis D 1. G 2, *alii plerumque.* x) *deest* A 1; *quae sequuntur* — tantorum beneficiorum (*c.* 38) *des.* G 1, *folio exciso.* y) *deest* C 1. z) *ita* A 1. 4. D 1. F 1. G 2. 4; Trad. A 2; Trid. *ceteri.* — civitatem G 2. a) com commite Baldariorum G 2. b) Pauzanum C. D; Baptizanum G 3. 4. c) intra se F 1. G 2. d) *ita* A 2. F 1. G 2. — castrum A *3. 3. e) eo G 3. 4. f) civitatem C 1. G *5. I 1 (*ubi* ingressus); de c. e. D 3. g) peteret A 1. h) *deest* G 2. i) voluisset I 1. k) desistit A 1. — apud patrem A 3, *e corr.* D 1. F 1, *et ita ceteri* D. G 5a. c. I 2; a patre o. A *3. l) apud Brexias ei d. A 3. m) patrem quę G 2. n) vero D 2. 3. o) magna A 1. G 3. I 2. p) forem F 1. q) *in cod.* G 2 *hoc loco folio desinente, sequens valde est mutilatum; post quod plura prorsus exciderunt usque ad VI*, 6; G 2a *haec exscripsit, priora vero* — exosos habebat (*V*, 38) *omisit.* r) Palatinensis C 1—3. D 1. 2. I 1; Patilensis D *3a. 3 (*in marg.*: vel Palatensis). 4; Platinensis F 2; Placiensis F *2; que ad Palatiensis A 2; q. ad Palanensis A 6. s) *deest* A 3.

1) *Ticinensium rerum scriptores ob eam causam s. virgini Agathae sacrum hoc templum a Bertarido constructum ferunt, quod nocte praecedente festum ejusdem s. virginis per civitatis moenia e regione amnis demissus Grimoaldi furorem declinaverit.* BI.

37. Qui cum decem et octo annos[a], et primum solus et post[b] cum filio[c], regnum tenuisset[1], ab hac luce subtractus est, corpusque illius iuxta basilicam domini Salvatoris, 688?
quam Aripert, eius[d] genitor, construxerat, sepultum est. Fuit autem statura[e] decens, corpore pleno, mitis per omnia et suavis. At vero Cunincpert rex Hermelinda[f] ex[g] Saxonum Anglorum genere duxit uxorem. Quae[h] cum in balneo Theodotem[i], puellam ex nobilissimo Romanorum genere ortam[k], eleganti corpore et[l] flavis prolixisque capillis pene usque[m] ad pedes decoratam vidisset, eius pulchritudinem suo[n] viro Cunincperto regi laudavit. Qui ab uxore[o] hoc libenter audire dissimulans, in magnum tamen puellae exarsit amorem[p]; nec mora, venatum[q] in silvam[r] quam Urbem[s] appellant perrexit secumque[t] suam coniugem[u] Hermelindam venire praecepit. Qui exinde noctu egrediens, Ticinum venit, et ad[v] se Theodotem puellam venire faciens, cum ea[w] concubuit. Quam tamen postea in monasterium, quod de[x] illius nomine intra[y] Ticinum appellatum est[2], misit.

38. Alahis vero iam dudum conceptam iniquitatem parturiens, adnitentibus Aldone et Grausone[z] Brexianis civibus, sed et aliis multis ex Langobardis, oblitus tantorum[a] beneficiorum quae in eum rex Cunincpert inpenderat, oblitus etiam iusiurandum quo[b] ei se fidelissimum esse spoponderat, cum Cunincpert abesset[c], regnum eius et palatium intra Ticinum positum invasit. Quod Cunincpert ubi erat audiens, statim[d] ad insulam, quae intra lacum Larium[e] non longe a Como[f] est, confugit ibique se[g] fortiter communivit. Facta est autem magna tribulatio omnibus qui eum diligebant, et maxime sacerdotibus et clericis, quos omnes Alahis[h] exosos habebat. Erat autem eo tempore Ticinensis ecclesiae episcopus vir Domini Damianus, sanctitate praecipuus, liberalibus artibus sufficienter instructus. Is cum Alahis palatium invasisse respiceret, ne[i] quid ab eo ipse vel sua[k] ecclesia adversi[l] perpeteretur[m], Thomam[n] diaconem suum[o], sapientem scilicet et religiosum virum, ad eum misit perque eum[p] eidem Alahis benedictionem[3] sanctae suae ecclesiae transmisit. Nuntiatum est Alahis, Thomam diaconem ante fores adstare[q] benedictionemque ab episcopo[r] detulisse[q]. Tunc Alahis, qui, ut diximus,

a) *ita* A 1; annis F 1, *ceteri.* b) postmodum A *3. c) f. suo D 2. 3. d) *deest* F 1 (*post* gen. *suppl.*). G 2. 3. e) staturam decem F 1. f) *ita* A 1; Ermelinda G 2; Hermelindam A 2. C. D. F. G 4; Hermilendam A 4; Ermelindam B 2; Hermelendam E 1; Hermizindam (*postea* Hermil.) A 3. g) et A 1; Sasonum C *1; exasonum Angulorum (*corr.* Anglorum) C 1. h) *reliqua usque ad finem libri om.* A *4. i) Theodotam C 1. 2. G 5c. I 1; Teudoten G 3; Teudotam G *5. k) orta G 2; ornatam C 1—3. I 1, *corr.* ortam D 1. — el. e. *des.* G 4; el. — vidisset *in marg. suppl.* D 1. l) *deest* F 1 (*post suppl.*). G 2. m) u. ad *des.* G 2. n) *deest* F 1. G 2—4. — viro *deest* G 4. o) uxorem C 1. — hoc *deest* G 3. p) amore G 2. q) *deest* A 3. r) silva A 3. G 2. 3. s) Urbam G *5. t) secumque — praecepit *des.* D. u) sua coniuge G 3. v) a G 2. w) h(a)ec F 1. G 2. 3. *5; hac G 4. x) q. illius nomen F 1; q. illius nomine G 2. y) i. T. *des.* G. z) Grasone A 1, *corr.* Grausone D 1; Gausone A 2; Grausonem F 1. a) tantorum — inpenderat *des.* G *5; *hoc loco pergit* G 1. b) quod A 2. 3. B 2. F. G. c) abesset — Quod *des.* C 1. d) *deest* C. D. e) Largium G 4. f) Quomo F 1; Cumo F 4. G 1—4. I 1. L 1; Cuma G 5a. c; Cumor G *5; Commacina D 3; domo H 1. g) f. se A *3. h) Alihis G 1; aliis *corr.* alii G 2. — e. habebant G 1. 2. i) nec A 1. 2. 4. 5. 6. F 1. 4. G 1. 3. 4; *quod in archetypo fuisse putarim.* — quod A 2. k) sue ecclesie A 2. l) *deest* G. m) perpetiretur A 2. 4. 5. F 1. *2; perpateretur A 6. G 1—3; perpetretur A 3. I 2; pateretur B. C. D. E 1. F 4. 5. G *5. L 1. n) Thomas . . . *corr.* Thomasum F 1. — autem *add.* G 1—4. o) suo G 3. 4. p) p. quem (que A 1?) eum A 1. 2. 4. B 2. E 1 (*post del.*). F 2; perque eum eum eidem A 3; per quem eidem C. D. F 1. G. H. I. — idem B 2. q) adstaret — detulisset F 1. G 1. 2. r) b. quam ab ep. acceperat C D. I 1.

1) *Non est sibi constans Paulus in Bertaridi regis annis enumerandis; antecedenti quippe cap.* 35. *decem et septem tribuit, hic decem et octo.* BI. 2) *Monasterium S. Mariae Theodotis, vulgo nunc della Posterla.* BI. 3) *Sive eulogiam, scilicet panem benedictum.* BE.

omnes clericos[a] odio habebat, ita inquit ad suos: 'Ite, dicite illi, si munda femoralia habet, intret; sin autem aliter, foris contineat pedem'. Thomas vero cum hos sermones audisset, ita respondit: 'Nuntiate ei, quia munda femoralia habeo, quippe qui ea[b] hodie lota indutus sum'. Cui Alahis ita[c] iterato mandavit: 'Ego non dico de[d] femoralibus, sed de his quae intra femoralia habentur[e]'. Ad haec Thomas ita respondit: 'Ite, dicite illi: Deus solus potest[f] in me in[g] his causis reprehensionem[h] invenire; nam ille nullatenus potest'. Cumque eundem diaconem Alahis ad se ingredi fecisset[i], aspere[k] satis et obiurgando[l] cum eo locutus est. Tunc omnes clericos et sacerdotes pavor et odium tyranni[m] invasit, aestimantium[n] se eius feritatem[o] tolerare omnino non posse. Coeperuntque tanto[p] amplius Cuninepertum desiderare, quanto pervasorem regni superbum execrationi[q] haberent. Sed non diutius feritas[r] et cruda barbaries pervasum regnum optinuit.

a) Theutperti A 3; Theuperti F 1; Theudeperti E 1; Neutperti C 1, *corr.* Teutperti D 1; Theuberti D 2; Theodeberti D 3; Teodiperti *corr.* G 1; Neuperti I 1. b) exularet F 1; exultaret *corr.* G 1. c) una F 1. d) tempore G 3. 4. e) Farwaldus G 5[c]. f) Ravennatium A *3. 3. I 1, *alii;* Rabennaticum C 1. g) *ita* A 1. 2. 4. C 1. D 1 (*corr.* eadem). E 1. F 1. 4. G 1; isdem B 2. C 2. G 2. I 1. 2; eisdem G 5[a]; eadem *plerique* D. G 4. 5[c]. H 1. h) filium suum Transamundum F 1. i) locumque G 2; ducatum C 1. 2; f. l. *des.* G 3. 4. k) *novum inc. cap.* (L) F 1. l) *ita* A 1. 4. D 1. E 1. F 1. G 3. 4; Theudo B 2. C 1. 2. D 2. 3. G 1. 2. 5. I 1; Theodo A 3. H 1; Theudepertus E 1. m) *ita* A 1. 2. E 1. F 4. G 1—4; gratia *ceteri.* n) Foroiulani A 1; Igitur a. F. G 2; igitur *deest* C 1. — sublato *deest* A 3. o) he D 1. G 2 (*post erasum*). p) Calixtus D 2. 3. G 3. q) Tarvisanae A 2; Tarbisiane F 1. r) Liutprandu principem F 1. — Aquileiensam C 1; Aquileinensam F 1; Aquileg. A 1? *alii;* Aquilig. G 1. 2. s) His F 1. G 2—4. t) eos iam *des.* C. D; iam *deest* A 3. u) iubenile — etate F 1. — perduxit G 1. 2. v) multitudine F 1. w) Laurina F. G; Aurina H 1. x) sibi F 1. y) partem G 3; ad partem G 4. z) Sigualdus A 2. C. F. G; Siguoldus E 1; Sigiwaldus G 5[c]; Siwaldus D 2. 3. a) *deest* F. G, *post suppl.* G 1—3. b) sed ex S. F 1. c) prohibentem (?) G 1. d) inveniri F 1. 2. G 1. 2. 4; invenire G 3. e) ei F 1. G 1; *deest* G 2. f) morte D 1. F 1. G 3. 4; *deest* G 2. — vindicavit F 1. G 1. — suscipiat G 3. 4. g) ut A *3. h) aliquid F 1. G 1. 2; aliquis G 3. 4; aliquos G 5[c]. i) perderent F 1. G 1—3; perirent G 4 *e corr.* k) *eorum quae sequuntur in* G 3 *pauca tantum legi possunt, neque* 3[a] *ea praebet.* l) ac m. *des.* C. D. I 1. m) Sarac. F 1 *jam saepius.* n) locum E 1; in loco *des.* A 3. o) septimus D 2—4. p) Hispaniam A *2. 3. 4. C 1. D. B 4. q) annis A 2. r) parvuli F 1. s) Aquitania F 1. G 1. t) Karolus *hoc loco* F 1. u) habebant G 1. 2. *3.

1) *Ex G. pont. Greg. II.* 2) *Cap.* 26. 3) *Ubi nunc vicus Spital prope Villach locum situm fuisse credunt.* 4) *Ceuta. Cf. G. pont. Greg. II.* 5) *Cf. Chron. Moiss. p.* 291.

Nam inruentes Franci super eos, trecenta[a] septuaginta quinque milia Sarracenorum interimerunt[b]; ex Francorum vero parte mille et[c] quingenti tantum ibi ceciderunt[1]. Eudo[d] quoque cum suis super eorum castra inruens, pari modo multos interficiens, omnia devastavit.

47. Hoc etiam tempore eadem Sarracenorum[2] gens cum inmenso exercitu[e] veniens, Constantinopolim circumdedit ac continuo per[f] triennium obsedit, donec, civibus multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame et frigore, bello pestilentiaque perirent, ac sic[g] pertaesi obsidionis abscederent. Qui inde egressi, Vulgarum[h] gentem, quae[i] est super Danubium, bello adgrediuntur; et ab hac quoque victi, ad suas naves refugiunt. Quibus, cum altum[k] peterent, inruente subita tempestate, plurimi[l] etiam mersi[m] sive contritis navibus perierunt. [Intra[n]] Constantinopolim[3] vero[o] trecenta milia hominum pestilentia interierunt.

48. Liutprand[2] quoque[p] audiens, quod Sarraceni, depopulata Sardinia, etiam loca illa, ubi ossa sancti Augustini[q] episcopi propter vastationem barbarorum olim translata[r] et honorifice fuerant condita, foedarent, misit, et dato magno pretio, accepit et transtulit ea[s] in urbem Ticinensem ibique cum debito tanto[t] patri honore recondidit. His[u] diebus Narnia[v. 3] civitas a Langobardis pervasa est.

49. Eoque[w] tempore rex[4] Liutprandus Ravennam[x] obsedit, Classem invasit atque destruxit. Tunc Paulus patricius ex Ravenna[y] misit qui pontificem interemerent; sed Langobardis pro defensione[z] pontificis repugnantibus, Spoletinis[a] in Salario ponte[b] et ex aliis partibus Langobardis Tuscis resistentibus, consilium Ravennantium dissipatum est. Hac[c] tempestate Leo imperator aput Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit Romanoque pontifici[d] similia facere, si imperialem gratiam habere vellet, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoque Ravennae exercitus vel Venetiarum talibus iussis[e] uno animo restiterunt, et nisi eos pontifex prohibuisset, imperatorem super se constituere[f] sunt adgressi. Rex[g] quoque Liutprand castra Emiliae, Feronianum[h] et Montembellium[i], Buxeta et[k] Persiceta, Bononiam[l] et Pentapolim Auxi-

a) tricenta F 1; tricenti G 1. 2; trecentos D 2. b) *ita* A 2. C 1. F 1. G 1. 2; interierunt A 3; interempta sunt E 1. c) *deest* A 2. d) Eodo A *3. e) exercitum F 1. f) *ita* A 1? 2? C 1; continuum per D 3; per continuum A *2. *3. 3. *4. B 2. E 1. F 1. G 5a. H 1; per continuo G 2; per contino G 1. *3. g) si A 2. E 1. F 4. G 3; sia A *2; si aperte sue o. B 2; sicpte o. C 1; per tempus I 1. h) Vulgarorum G 1. 2; Vulganorum G *3; Vulnorum G 4. i) qui F 1. G 1—4. k) alto F 1. l) plurimis F 4. G. H 1. I 2. m) *ita* A 2. *2. B 2. D 2, *quod proxime ad Bedam accedit, qui habet:* mersi sive confractis n. sunt necati; mersi — contrititis A 4; mersisibi A 1; mersisibi contriti n. F 1; mersis ibi contritisque F 4. G (constrictisque G 4); mersis sive contritis *plerique* D. I 1; versis sive contritis C 1. 2. 4b. D 1; versis sibi contritis E 1. n) *deest* A 1. F 1. o) *post add.* G 1. p) vero C. D. q) Augusti F 1; Agustini G 1. — sancti *deest* A3. r) translatam F 1. — et *deest* F. G. I 2. s) eam A 2. G 1. 2. *3. t) tanta A 1. *2. 2. F 1; tanti patris A *3. 3. 4. B 2. C 1. 2. D 2. H 1; tanti patre E 1. u) His — est *des.* A *2. B 4. v) Naria A 1. 2. B 1. C 1. 2. F 5, *corr.* Narnia D 1. F 1; Narnias E 1; Narua H 1; Narina F 4. G (*corr.* Papia G 4). I 2; Marina G 5c. w) Eo quoque C 1. 2. B 4. I 1; Eo A *2. B 2. D (hoc D 2). E. F. G (Eo tempotempore G 1); Eodem A 2. G 5. H 1. x) Ravenna G 1. 2. y) Ravennam F 1. G 1. 2. z) defensionem F 1. a) *ita hoc loco* A 1. G 1; Spolatinis F 1. G 2; Spolentis G 4; Spolitanis *vel* Spoletanis *alii*. b) pona F 1; ponam G 1; pomam G 2; positis G 5c; *erasum* G 4. c) Hoc F 1. G 1. 2. d) pontifice F 1. e) usis A 1 (*alia manu corr.* iussis). *2. 2. B 2. D 1. F 1. G; usi D 2; iusis G 1. F 2. G *3 *e corr.*; ausis D 3. f) constitueret F 1; constitueretur G 1. 2. *3. — sunt *deest* F. G (*post suppl.* G 1). g) *novum inc. cap.* F 1. h) Foron. I 1. i) Montemveltium A 2. *3; Montembellum A 3. k) et P. *des.* G 5c. l) Boniam G 1. 2.

1) *Ex G. pont. Greg. II; cui tamen Paulus plura adjecit. Ceterum ad pugnam a.* 731. *Pictaviensem haec referenda esse persuasum habeo; v. V. G. III, p.* 23 *n.* 2) *Ex Beda.* 3) *Ex G. pont. Greg. II.* 4) *Haec quoque omnia ex G. pont. excerpsit Paulus, nonnumquam verba mutans.*

mumque[a] invasit. Pari[b] quoque modo tunc et Sutrium[c] pervasit. Sed post aliquod[d] dies iterum Romanis redditum[e] est. Per[f] idem tempus Leo augustus ad peiora progressus est, ita ut conpelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, ut deponerent ubicumque haberentur imagines tam Salvatoris quamque eius sanctae genetricis vel omnium sanctorum, easque in medium[g] civitatis incendio concremari[h] fecit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri praepediebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii parte corporis multati sunt. Cuius[i] errori Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et eius in loco Anastasius[k] presbiter ordinatus est.

50.[1] Romoald[m] denique dux Beneventi uxorem[n] sortitus est Gumperga[o] nomine, quae fuit filia Auronae[p], Liutprandi regis[q] sororis. De qua filium genuit, quem nomine sui patris Gisulfum appellavit. Habuit rursum post hanc et aliam coniugem nomine Ranigundam[r], filiam Gaidualdi[s] Brexiani[t] ducis.

51.[u] Gravis sane per idem tempus inter Pemmonem[v] ducem et Calistum patriarcham[w] discordiae rixa[x] surrexit. Causa autem huius discordiae ista fuit. Adveniens[y] anteriore tempore Fidentius episcopus de castro Iuliensi[z. 1], cum voluntate superiorum ducum intra Foroiulani castri muros habitavit ibique sui[a] episcopatus sedem statuit. Quo[b] vita decidente[c], Amator in eius loco episcopus[d] ordinatus est. Usque ad eundem enim diem superiores patriarchae, quia in Aquileia[e] propter Romanorum incursionem habitare minime poterant, sedem non in[f] Foroiuli, sed in Cormones[g] habebant. Quod Calisto, qui erat nobilitate conspicuus, satis[h] displicuit, ut in eius[i] diocesi cum duce et Langobardis episcopus habitaret et ipse tantum vulgo sociatus vitam duceret. Quid[k] plura? Contra eundem Amatorem episcopum egit eumque de Foroiuli expulit atque in illius domo[l] sibi habitationem statuit. Hac[m] de causa Pemmo[n] dux contra eundem patriarcham cum multis nobilibus Langobardis consilium iniit adprehensumque eum ad castellum Potium[o], quod supra mare situm est, duxit indeque eum in mare praecipitare voluit, sed tamen Deo inhibente[p] minime fecit; intra carcerem tamen cum retentum pane tribulationis sustentavit. Quod rex Liutprand audiens, in magnam[q] iram exarsit, ducatumque Pemmoni auferens, Ratchis[r], eius filium, in eius loco ordinavit. Tunc Pemmo cum suis[s] disposuit, ut in Sclavorum patriam fugeret[t]; sed Ratchis[u], eius filius, a rege supplicavit[v] patremque in regis gratiam reduxit. Accepta itaque Pemmo fiducia,

a) Auximuque F 1; Auxsimumque G 1. b) Pari — pervasit *des.* G. c) futurum A 2; Sutriam F 1. d) aliquos F 4. G. e) reditum F 1. G 1; editum G 2. f) *novum inc. cap.* F 1. g) medio A *2. 3. 4. B 2. C 1. D 3. G 5a. I 2. h) concremare C 1. D 2. *3a. F 1. i) Cui G 1. — erroris F 1. k) *deest* G 5c. l) *hoc cap. om.* A *4. m) Rumuald G 1; Rumwald G 2; Rodoaldus H 1; Romoaldenique F 1. n) uxore G 1. 2. o) *ita* A 1. F 1. G 1. 2; Gumpergam A 2. *3. 3; Gunpergam G 4; Gunbergam C 1. D 2. 3. p) Aurumne A *3. q) regi soror C 1; sororis *deest* A 2. r) Ragundam D 2; Ramg. D 3; Ragimunda F 1. — filia F 1. G 1. 2. s) Gaidoaldi C. D. I 1. t) Brexani D 1. G 1. I 1; Bexani G 2; Brexini *corr.* Brexiani A 3. u) *hoc cap. om.* A *4. v) Pemonem F 1. G 1. 4; Poemonem G 2. w) patriarcha F 1. x) *deest* A 2. y) Audiens F 1; Adiens F 2; Audiens quod G 1—3; Audivit quod G 5c. z) Iuliensis (?) F 1; Iul. *corr.* Forouil. A *3. a) sedem s. e. (episcopus G 1. 2) sedem F 1. G 1. 2. b) Quod G 1. 2. c) *ita* A 2—4. B 2. E 1. F 1. 4. G 1; dicente G 2; dente C 1; decedente *ceteri.* d) *deest* A *3. 3. e) Aquilei G 1. 2. f) *deest* G 4. — Foroiulis G 1. 2. g) Comones F 1; Cermones G 5c. h) s. d. *des.* A 3. i) eus F 1; ea F 4. G 1—3. k) Qui F 1. l) domus ibi abitacione F 1. m) H(a)ec F 1. G 1—3. n) Pomo G 2. o) *ita vel* Pocium A 1. F. G 1. 2; Pucium *vel* Putium A *3. 3. 4. G 4; Nocium B 2. 4; Pontium *vel* Poncium C. D. E. — apprehensum eundem Calixtum Pontium situm duxit quod s. m. est indeque E 1. p) ad.. ente A 1; annuente E 1; inhibentem G 1. 2; inbibente C 1. q) magna ira G. r) Rathis C 1 (*sed postea* Ratchis *et* Rachis). s) *deest* G 1. 2. t) refugeret A 1; fugiret G 1. 2. u) Rachis F 1, *et ita postea.* v) supplicando obtinuit patri veniam eumque *ed. pr. Lind. cett.*

1) *Julia Carnica, nunc destructa.* BE.

quod nihil mali pateretur, ad regem[a] cum omnibus Langobardis, quibus[b] consilium habuerat, perrexit. Tunc rex in[c] iudicio residens, Pemmonem et eius duos filios Ratchait[d] et Aistulfum[e] Ratchis concedens, eos post suam sedem[f] consistere praecepit. Rex vero elevata voce omnes illos qui Pemmoni adhaeserant nominative conprehendere iussit. Tunc Aistulfum[g] dolorem non ferens, evaginato pene[h] gladio rege[i] percutere voluit, nisi eum Ratchis, suus germanus, cohibuisset. Hoc modo his Langobardis conprehensis, Herfemar[k], qui unus ex[l] eis fuerat, evaginato gladio, multis se insequentibus, ipse se[m] viriliter defensans[n], in basilica[o] beati Michahelis confugit[p], ac deinde regis indulgentia[q] solus inpunitatem promeruit, ceteris longo tempore in vinculis excruciatis.

52.[r] Ratchis denique aput Foroiuli dux, ut dixeramus, effectus, in Carniolam[s] c. 738. Sclavorum patriam cum suis ingressus, magnam[t] multitudinem Sclavorum interficiens, eorum omnia devastavit. Ubi cum Sclavi[u] super eum subito inruissent, et ipse adhuc lanceam suam ab armigero non abstulisset, eum qui primus ei occurrit clava[v], quam manu gestabat, percutiens, eius vitam[w] extinxit.

53. Circa haec tempora Carolus princeps Francorum Pipinum[x] suum filium ad Liutprandum direxit, ut eius iuxta morem capillum susciperet[y]. Qui eius caesariem incidens, ei pater effectus est multisque eum[z] ditatum regiis[a] muneribus genitori remisit.

54. Per idem tempus Sarracenorum exercitus rursum in Galliam introiens, multam[b] devastationem fecit. Contra quos Carolus non longe a Narbone[c] bellum com- 737. mittens, eos sicut et prius maxima caede prostravit[1]. Iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt[d], et capta Arelate, omnia circumquaque demoliti sunt[2]. Tunc Carolus legatos cum muneribus ad Liutprandum regem mittens, ab eo contra Sarracenos auxilium poposcit; qui[e] nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu[f] in eius adiutorium properavit. Quo conperto gens Sarracenorum mox ab illis[g] regionibus aufugit; Liutprandus[h] vero cum omni suo exercitu ad Italiam rediit. Multa idem regnator contra Romanos bella gessit, in quibus semper victor extitit, praeter[i] quod semel in Arimino eo absente eius exercitus caesus est, et alia vice, cum aput vicum Pilleum, rege[k] in Pentapoli[l] demorante, magna multitudo horum[m] qui regi munuscula vel exenia vel singularum ecclesiarum benedictiones[n] deferebant, a Romanis inruentibus caesa vel capta est. Rursus cum Ravennam[o] Hildeprandus[p], regis nepus[q], et Peredeo[r]

a) rege F 1; a rege A 3. b) cum quibus C. D. H 1. I 1. 2, *e corr.* G 1. c) ad F 1. d) Ratchit A 2; Ratthait A 3; Rathait I 1. e) Ahistulfum A 3. f) sede G 1; mortem G 2. g) *ita* A 1. 2. F 1. G 2; Adistulfum G 1; Ahistulf A 3; Aistulfus *cett.* — dolore F 1. G 1. 2. h) *deest* C 1. i) *ita* A 2. F 1; regem *cett.* k) Hersemar C. D. I 1; Hermefar G 5[c]. l) et effuerat F 1. m) *deest* G 1—3. n) defensas F 1. G 1—3. o) *ita* A 1. 2. B 2. E 1. F 1. 4. G 1. 2; basilicam *ceteri.* p) confuit F 1. q) indulgentiam A 3. r) *hoc et sequens cap. om.* C 4, *in fine sexti libri ponunt* C 1—3. D 1. I 1, *quod in* D 1 *ita in margine notatum est:* Parva quae hic desunt in fine huius libri require, post finem scilicet sexti libri et sic demum ad superiora recurre; C 3: Hic 2 cap. desunt quae in calce libri conscripta sunt. s) Carnoilam D 2. 3. t) magna multitudine F 1. G 1. u) Sclavis A 1. F 1. v) clavam D 1; eleva qua F 1. w) vita F 1. G 1. 2. x) Pippinum F 1. G 1, *alii.* y) D 1 *in marg.* succideret, *et ita alii* D. B 4. H 1; incideret G 5[a. c], *e corr.* F 1. z) *deest* A 3. a) regis F 1. *G. Neap.* b) multa F 1. G 1. 2. — devastatione F 1? G 1. 2. c) Narbona D 3. G 1. 2; l. in arbona G 4. d) *sequentia* — vitam servantes. Qui G. dum adhuc propter (*c.* 55) *des.* B 2. e) qui — properavit *des.* D. B 4. f) exercitum F 1. g) m. amabilis A 1. h) Liutprandum F 1; Liutprand G 1. i) propter F 1. G 1—3. k) regem F 1; regem — demorantem G 1. 2. l) Pentapolim D 2. E. F. G. H 1. m) orum F 1; eorum G. I 1. 2. n) benedictionem A 3[c]. F. G; dona C. D. B 4. o) Ravenna A 3. F 1. G 1—3. p) Childeprandus A 2; Hildebrandus C 1. D 2. G 2. I 1, *alii.* q) *ita* A 1—3. F 1. G 1. 2. r) Predeo F 1. G 1—3.

1) *Cf. Fred. cont. c.* 109; *Chron. Moiss. p.* 292. 2) *Franci rerum scriptores hac de re nihil tradiderunt, quare dubium videtur, an revera de nova Sarracenorum incursione cogitandum sit, quippe qui a.* 737. *provinciam Arelatensem occupassent.*

Vicentinus[a] dux optinerent, inruentibus subito Veneticis, Hildeprandus ab eis captus est, Peredeo[b] viriliter pugnans occubuit. Insequenti[1] quoque tempore Romani, elatione solita turgidi, congregati universaliter, habentes in capite Agathonem Perusinorum[c] ducem, venerunt ut[d] Bononiam conprehenderent, ubi tunc Walcari[e], Peredeo et Rotcari[f] morabantur in castris. Qui super Romanos inruentes, multam[g] de eis stragem fecerunt reliquosque fugam petere conpulerunt.

55. His diebus Transamundus[h] contra regem rebellavit. Super quem rex cum
738 39. exercitu[i] veniens, ipse Transamundus Romam fuga[k] petiit[2]. In cuius loco Hildericus[l] ordinatus est. Mortuo autem Romualdo iuniore Beneventanorum duce, qui viginti et
c. 731. sex ducatum tenuerat annis, Gisulfus, eius[m] filius adhuc parvolus, remansit. Contra quem aliqui insurgentes, eum moliti sunt extinguere; sed Beneventanorum populus, qui suis ductoribus semper fidelis extitit, eos perimerunt, sui ducis vitam[n] servantes[3]. Qui Gisulfus dum[o] adhuc propter[p] aetatem puerilem idoneus ad tantum[q] populum regendum[r] non esset, Liutprand rex Beneventum tunc veniens, eum exinde abstulit et aput Bene-
732. ventum suum nepotem Gregorium ducem ordinavit, cui[s] in matrimonio uxor sociata Giselperga[t] nomine fuit. Ita rex Liutprand rebus conpositis ad suum solium remeavit; Gisulfumque suum nepotem paterna pietate erudiens, ei Scaunipergam[u] nobili ortam progenie in matrimonium[v] iunxit. Ipse rex eo tempore in langorem[w] decidens, morti adproximavit[x]. Quem Langobardi vita[y] excedere existimantes, eius nepotem Hildeprandum[z] foras muros civitatis ad basilicam[a] sanctae Dei genetricis, quae ad Perticas
735. dicitur[b], regem levaverunt[4]. Cui dum contum, sicut moris est, traderent, in eius conti summitate cuculus[c] avis volitando veniens insedit. Tunc aliquibus prudentibus hoc portentu[d] visum est significari, eius principatum inutilem[e] fore. Rex autem Liutprand cum hoc cognovisset, non aequo animo accepit; tamen de infirmitate[f] convalescens, eum regni sui consortem habuit. Evolutis dehinc aliquod[g] annis, Transamundus, qui Romam
739. fugerat, Spoletium[h] rediens, Hildericum[i] extinxit rursumque contra regem rebellionis audaciam[k] sumpsit[l. 5].

a) Vicentius A 3; Vincentinus A 2. D 2. 3; Vincius G 5c. b) *desinit* C 3. c) Peros. G 4; Perusinosum G 1. 2. d) ad, *eraso* conpr. G 2. e) Walchari F 1. G; Waltari A 4. D 1. B 4. H 1; Waltarius D 2; Vulgari E 1. f) Rothcari A 3; Rotchari G 1. 2; Rotthari E 1. F 1; Rotharit A 4; Truotcari C 1. D 1. B 4. I 1; Truocari D *3a. 3. 4. 10; Truoccari C 2; Troutcarius D 2. g) multa — strage F 1. G 1. 2. h) Trasam. F 1. i) exercitum F 1. k) fugiens A *3. 3; fugire *e corr.* F 1; Tr. fugam G 1. 2. 5c. l) Childer. A 2. m) *deest* A 2. n) vita F 1. o) cum C. D. I 1. — adhuc *deest* C. D. E. B 4. H 1. I 1. p) per G 2. q) tantam A 1. 2. F 1. G 1. 2. r) gerendum A 2. F 1. G 1. 2; *deest* A *3. s) cum F 1. — in *deest* A 2. G 1. 2. t) Giselb. G 2. I 1; Gisemb. D 2; Giseb. C 1. D 3; Gisenperga F 1; Giselperba A *3; Giselbirta G 5c. u) eis cuniperga F 1; Scanipergam F 4; Scaviniiperga G 2; Scavinibergam G 5a. c; Avinipergam A *3; Caunipergam E 1; Cunipergam F 5 *et* G 1 *e corr.*; Chuuipergam F *2; Cunibergam H 1; Conibergam C. D. B 4. — nobilior est p. G 1. 2. v) matrimonio F *2. 4. G. w) *ita* C 1. F 1. G 1. x) *sequentia desunt, folio evulso* A 4. y) vitam F 1. G 1. — excederent ex. ei F 1. z) Ildepr. F 1. G 1; Ilpr. A *3. a) ad s. D. g. ecclesiam C. D. B 4; ad basilicam s. D. g. ecclesiam I 1. b) *deest* A 2. — regem *deest* C 1. c) gucculus A 3. d) *ita* A 1. B 2. E 1. F 1. G 1—4; portentum A 2. 3. F *2; portento D. I 1, *alii*; portendo C 1. e) inutile G 1. 2. f) infirmitatem F 1. g) *ita* B 2. F 1; aliquid C 1. G 1. 2. h) Spolietum G 2; Spoletum C. D. i) Ild. *hoc loco* F 1. k) audacia F 1. l) *desinunt* B 2. 2a; *hic addit:* per Christum, *ille:* Expl. liber VI. histhoriae Langobardorum.

1) *Praecedenti potius, ut ex mentione Peredei patet.* BE. 2) *Cf. G. pont. Greg. II. et Zachar.* 3) *Dux Adelais contra eum elevatus est; cf. Chron. S. Bened. Cass.; Hirsch p.* 36. 4) *Ex chartis praeceptisque constare, electionem Hildeprandi praecessisse Transamundi rebellioni, Paulum igitur hoc capite res gestas confuso temporum ordine tradidisse, monuit* BI. 5) *Fusius haec narrant G. pont. Zach.*

56. At vero Gregorius[a] dum aput Beneventum annis septem ducatum gessisset, vitam[b] exemptus est. Post cuius obitum Godescalcus dux effectus, annis tribus Beneven- 739.
tanis[c] praefuit; cui in coniugio uxor sociata[d] nomine Anna fuit. Rex[e] igitur Liutprand talia de Spoletio[f] sive Benevento audiens, rursum cum exercitu Spoletium petiit. Qui 740.
Pentapolim veniens, dum a Fano civitatem[g] Forum Simphronii[h. 1] pergeret, in silva, quae in medio est, Spoletini se cum Romanis sociantes, magna incommoda regis exercitui[i] intulerunt. Qui[k] rex in novissimo loco Ratchis[l] ducem et eius fratrem Aistulfum cum Foroiulanis constituit. Supra quos Spoletini[m] et Romani inruentes, aliquos[n] ex eis vulneraverunt. Sed tamen Ratchis cum suo germano et aliquibus viris fortissimis omne illud pugnae pondus sustinentes viriliterque certantes, multisque trucidatis, se suosque exinde, praeter ut dixi paucis[o] sauciatis, eximerunt. Ibi quidam Spoletinorum[p] fortissimus Berto[q] nomine nominative Ratchis adclamans, armis instructus super eum venit. Quem Ratchis subito percutiens, equo deiecit. Cumque eum eius socii perimere vellent, eum pietate solita[r] fugere[s] permisit. Qui manibus[t] pedibusque reptans, silvam ingressus evasit. Super Aistulfum vero in quodam ponte duo fortissimi Spoletini a tergo venientes, unum eorum aversa[u] cuspide feriens de eodem ponte deiecit, alterum vero, subito ad eum conversus, vita[v] privatum post socium mersit.

57.[w] At vero Liutprand Spoletium perveniens, Transamundum ducatum[x] expulit eumque clericum fecit[z]. Cuius in loco Agiprandum[y], suum nepotem, constituit. Cum 742.
vero Beneventum properaret, Gotscalcus[z], auditu[a] eius adventu, navem conscendere[b] atque in Greciam fugere[c] molitus est. Qui postquam uxorem et cuncta[d] supellectilem suam in navi inposuisset et novissime ipse[e] ascendere vellet, inruentibus Beneventanis[f], Gisulfi fidelibus, extinctus est. Uxor sane illius cum omnibus quae[g] habebat Constantinopolim perlata[h] est.

58.[i] Tunc rex Liutprandum[k] Beneventum perveniens, Gisulfum[l], suum nepotem, iterum in loco proprio ducem constituit[3]. Rebusque ita conpositis[m], ad suum palatium remeavit. Hic gloriosissimus rex multas in Christi honore[n] per singula loca ubi degere solebat basilicas construxit. Hic monasterium beati Petri[o], quod foras muros[p] Ticinensis civitatis[q] situm est et Coelum Aurcum appellatur, instituit[4]. In summa quoque Bardonis Alpe[5] monasterium quod Bercetum[r] dicitur aedificavit[6]. In Olonna[s] nihilo-

a) Gregoris F 1. b) *ita* A 1. 2. E 1. F 1. G 1—4; vita *cett.* c) Benevenis F 1. d) s. est n. A. f. F 1. G 1. 2. e) *novum inc. cap.* F 1. f) Spolic(t)io F 1. G 1—3. g) *ita* A 1. B 4. C 1. D 1. 6. F. G. H 1. I 1, *alii;* civitate A 2? 3. C 2. 3, *alii.* h) Simfronii F 1. G 1. 4. 5c; Simpronii A 3; Simphoronii A 2; Simphoriani C 4b. i) exercitu F 1. k) Qui — vulneraverunt *des.* G 5c. l) Rachis duce F 1. m) Spoletini se cum Romanis F 1. n) aliquod F 1. o) p. raucitatis G 1. p) Spolitanorum A 2. B 4. C. D. F 1. G. H 1; Spolitonorum E 1. q) Verto F 1. r) solitam F 1. G 1. 2. s) fugire E 1. F 1. G 1. 2. t) manus A 2. u) *ita* A 1. 2. B 4. D 3. F; adversa C. D 1. G. I 1, *alii.* v) vitam G 1. 2. — privavit F 1; privavit et F 4. G 1. 2. 5c. I 1; p. s. m. *des.* G 5a; et de ponte demersit F 1 *e corr.* w) *hoc caput praecedenti adjungunt* D 1. G 1. 2. 5a. c. *Numeris inde ab c.* 53 (= 47) *omissis, hoc* LVIIII *numerat* F 1. x) *ita* A 1. 2. E 1. F 1; ducato G 1. 2; ducatu *ceteri.* y) Agibrandum A 3. D; Aprandum F 1, *post corr.* Ansprandum, *et ita* F *2. 4. 5. G 1. 2. 5c; Ansbrandum G 5a. z) *ita hoc loco* A 1. F 1. G, *alii;* Gotstalcus A 2; Gotescalcus I 1; Godescalcus D 2. 3. a) *ita* A 1. 2. F 1. G 1. 2; audito *ceteri.* b) conscenderet F 1. G 1. 2. c) fugire G 1. 2. d) *ita* A 2. F 1. G 1. 2; cunctam *ceteri.* e) ille C. D. f) Benventani F 1. g) *deest* A 2. F. G 1. 2. h) prolatam G 1. i) *hoc cap. praecedenti adjungunt* A 2. 3. F *2. 4. G. k) *ita* A 1. F 1; Liutprandus *cett.* l) *deest* G 2. m) conposuit F 1. G 1. 2. n) honorem A 2. E 1. F. G. H 1. I 1. o) *deest* A 3. p) murum F 1. G 2. q) c. s. est *des.* G 1. r) Bercedum G 1. 4; Bercecum G 5c; Bertecetum H 5a; Borcetum A *3. s) *in* A 1 *legi nequit;* Olonnam G 2; Olomna A 3; Olonno C 4b; Ollana D 2; Ollanna D 3. B 4; Holonna F 2a. G 4; Holonia G 5c; Nolanna C 1; Nolana I 1.

1) *Fossombrone.* 2) *Cf. G. pont. Zach.* 3) *Quod c.* 742. *factum ex diplomatibus constat. Cf. Hirsch p.* 39. 4) *Cf. Ottonis III. dipl., Stumpf No.* 923, *et Mabillon, Ann. Ben. l. XX, c.* 53 *(II, p.* 66*).* 5) Barturberk *superscripsit Epit. Scletstadiensis.* 6) *Non conditorem,*

minus suo proastio[a] miro opere in honore sancti Anastasii martyris Christo[b] domicilium statuit, in quo et monasterium[c] fecit. Pari etiam modo multa per loca singula divina[d] templa instituit. Intra suum quoque palatium oraculum domini Salvatoris aedificavit[e], et quod nulli alii reges habuerant, sacerdotes et clericos instituit, qui ei cotidie divina officia decantarent. Huius regis[f] temporibus fuit in loco cui Forum[g] nomen est, iuxta fluvium Tanarum, vir mirae sanctitatis Baodolinus[h] nomine, qui multis miraculis, Christi gratia[i] suffragante, refulsit[k]. Qui saepe[l] futura praedixit, absentia quoque quasi praesentia nuntiavit[m]. Denique cum[n] rex Liutprand in Urbem silvam venatum isset, unus ex eius comitibus cervum[o] sagitta percutere[p] nisus, eiusdem regis nepotem, hoc est sororis eius filium, Aufusum[q] nomine, nolens sauciavit. Quod rex cernens — valde enim eundem puerum amabat — cum lacrimis eius incommodum[r] lamentari coepit statimque unum e suis equitem misit, qui ad virum Dei Baodolinum curreret eumque peteret, ut pro vita eiusdem pueri Christum supplicaret. Qui cum ad servum Dei pergeret, puer defunctus est[s]. Cui Christi famulus ad se pervenienti ita dixit: 'Scio, quam ob causam veneris; sed illud quod postulare missus es[t] iam fieri non potest, quia puer ille defunctus est'. Quod cum his[u] qui missus[v] fuerat regi quod a servo Dei audierat renuntiasset, rex, licet doluerit, quod effectum[w] supplicationis suae habere non potuit, tamen quia vir Domini Baodolinus prophetiae spiritum habuerit, aperte cognovit. Huic[x] quoque non dissimilis aput[y] Veronensem civitatem Teudelapius[z] nomine fuit, qui inter miranda[a] quae patrabat praesago etiam spiritu[b] multa quae erant ventura praedixit. Eo[c] quoque tempore floruit vita vel actibus Ticinensis ecclesiae episcopus Petrus[d], qui[e] quia regis erat consanguineus, ab[f] Ariperto quondam[g] rege aput Spoletium exilio fuerat retrusus. Huic beati martyris Savini[h] ecclesiam frequentanti isdem venerabilis martyr[i] praenuntiavit, quod episcopus aput Ticinum futurus esset. Qui[k] postea, cum factum fuisset, basilicam eidem beato[l] martyri Savino in solo proprio aput eandem[m] civitatem construxit[n]. Hic inter reliquas optimae vitae quas habuit virtutes etiam virginitatis flore decoratus enituit. Cuius[o] nos[p] aliquod miraculum[q], quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus. At[r] vero Liutprand[s], postquam triginta et uno[t] annis

a) prastitio C 1. 2. D 1. I 1; proastrio D 2; prolevamine G 5a. c; proprio *e corr.* F 1, *et ita* F 5. I 2. — suo *deest* A *3. b) Christi C 1. G 2. — domicilio G 1. c) monasterius G 1. d) divinita G 2; *vel hoc vocabulum vel* singula *deest* G 1. e) instituit G 1. 2. f) rei F 1. G 2. 3; regi G 1; temporis G 2. 3. g) Foro G 1. h) Baudolinus G 5a. c; Blandolius *corr.* Blandolinus G 1; Blandolinus G 4. i) graciam F 1. k) *reliqua in* G 1 *vix legi possunt.* l) semper F 1. m) pr. dicebat. *desinit* K 2, *addens:* Finis sex libri et ultimi. n) dum A 2. *3. 3; *deest* C. G 2; r. L. cum in D 3. o) servum A 2. C 1. F 1. p) percuteret F 1. q) Anfusum A *3. r) incommodu F 1; incommoda F 4. G. — eius *deest* C 1. — lamenta F 1; lamentare C 1. G 2. s) *reliqua in* A 1 *legi nequeunt.* t) est F 1. — postulas C. D. B 4. — iam *deest* C. D. I 1. u) *ita* A 2. C 1. F 1. G 2. 3. v) missi fuerant F 1. w) effectu G 2. x) *novum inc. cap.* F 1. y) ad (at G 2) F. G. — Beron. C 1. 2. F 1. z) Theud. G 2; Theod. C 1. D 2. 3. a) mirandam F 1. b) spiritum F 1. c) *novum inc. cap.* E 1. F 1. d) *desinit* G 1. e) *deest* F 1. f) *deest* G; et ab H 2; quia e. c. Ariberti quondam regis ap. G 5a. c. I 2? g) *desinit* G 2. h) Sabini A 2. F 1 (S. m.). i) vir C. D. I 1. k) Quod G 4. 5c; Qui p. cum episcopus factus fuisset D (1?). H. l) *deest* G 4; beati C 4b; eiusdem beati martiris Savini C 1—3. D. m) eadem *e corr.* F 1. n) *desinit* A *4. o) Cuius — ponemus *des.* I 2. p) *deest* C 1. q) *deest* A 2. r) *novum inc. cap.* A 4. E 1. F 1. 5. s) rex *add.* C. D. t) duo C 1.

sed auctorem monasterii Berceti in monte Bardonum Liutprandum regem ex gestis Moderamni episcopi Redonensis a Frodoardo narratis lib. I, cap. 20. *probat optime Mabillonius in annalibus tom. II, a.* 718 *(II, p.* 51*), illudque in honorem s. Abundii martyris antea constructum, postea in honorem s. Remigii, cujus reliquias e Remensi monasterio Moderamnus in Italiam contulerat, et miraculo monitus ibidem deposuerat, ita Liutprandus regia liberalitate per suum diploma bonis et aedificiis ditavit, ut a nostro conditoris loco habeatur.* BI.

septemque mensibus regnum[a] optenuit, iam aetate maturus huius vitae cursum explevit; 744.
corpusque eius in basilica beati Adriani martyris, ubi et eius genitor requiescit, sepultum est. Fuit autem vir multae sapientiae, consilio sagax, pius[b] admodum et pacis amator, belli[c] praepotens, delinquentibus clemens, castus, pudicus, orator pervigil, elemosinis largus, litterarum quidem ignarus, sed philosophis aequandus, nutritor gentis, legum augmentator. Hic initio regni sui Baioariorum plurima castra cepit, plus semper orationibus quam armis fidens, maxima semper cura Francorum Avarumque[d] pacem custodiens[1].

FINIT[e] LIBER SEXTUS[f].

a) principatum C. D. B 4. b) *deest* A 3. c) *reliqua in* B 3 *legi nequeunt.* d) *deest* G 5a. c; aliorumque F 3a. e) *ita* E 1. F 1; Explicit *ceteri.* f) de historia Longobardorum *add.* A 2, et ultimus historiae gentis (*deest* F 5) Langobardorum D 4. F 5, in historia Longobardorum edita a Paulo historiographo H, amen E 1; Hystoriae Langobardorum liber VI. explicit D 3; Explicit liber sextus Pauli de gestis Longobardorum D 5; Expliciunt gesta Longobardorum A 4. — *In* A 6 *legitur:* Ab adventu Longob. usque ad annum domni Grimoaldi sunt anni CCXLI. — *Codd.* C 1—3. D 1. I 1 *capita* 52. *et* 53. *supra omissa addunt.*

1) *Nostris diebus Liutprandi regis tumulus non in basilica d. Adriani martyris, ut Paulus hic scribit, sed in altera s. Petri in Coelo aureo. Scriptores Ticinenses inde translatum putant, immo iterum loco motum scribunt in eadem basilica sancti Petri: quippe olim ad ingressum confessionis columnis quatuor impositus conspiciebatur, nunc vero ex decreto sac. conc. Trident. humi stratus ante proximam aram s. Severino Boetio dicatam. Haec ibi legitur epigraphes:*

Flavius hoc tumulo Liutprandus conditur, olim
Langobardorum rex inclytus, acer in armis
Et bello victor; Sutrium atque Bononia firmant
Hoc et Ariminum, necnon invicta Spoleti
Moenia; namque sibi haec subiecit fortior armis.
Roma suas vires iam pridem hoc milite multo
Obsessa expavit; deinde[a] tremuere feroces
Usque Saraceni, quos dispulit impiger, ipso,
Cum premerent Gallos, Karolo poscente iuvari;
Ungarus, a solo hoc adiutus Francus et omnes
Vicini grata degebant pace per omnes.
Rege sub hoc fulsit, quod mirum est, sancta frequensque
Relligio, ut recolunt Alpes, ecclesia quarum
Hanc habuit vincente ipso, et praegrandia templa,
Quae vivens struxit, quibus et famosus in orbe
Semper et aeternus lustrabit saecula cuncta,
Praecipue Petro coelesti hac sede dicata[b]
Clavigero, statuit Coelo quam providus Aureo;
Augustinus ubi huc aliunde abductus eodem
Rege iacet, cuius doctrina ecclesia fulget. BI.

Editum est hoc epitaphium, multo post mortem ejus factum, etiam a Sigonio, De regno Italiae lib. III (ed. 1691*) p.* 71*, cujus ope quaedam emendavi, et Troya, Cod. dipl. Nr.* 564*, IV, p.* 135.

a) deinceps *S.* b) locata *S.*

APPENDIX.

I. CATALOGUS PROVINCIARUM ITALIAE.

In codice bibliothecae regiae Matritensis A 16, *saec. X, inter varia opera chronologica, geographica aliaque (Arch. VIII, p.* 768 *sq.) f.* 190. *brevis legitur Italiae descriptio, cujus exemplar in usus nostros fecit b. m. Knust. Ipse hanc ex Pauli Historia Langobardorum sumptam putavit; sed jam Bethmann vidit, Paulo vetustiorem eam esse, ab illo exscriptam, laudatam (II,* 20) *et additionibus ex Isidoro plerumque haustis auctam. Attamen Langobardorum tempore, monasterio Bobiensi fundato (*613*), composita est. Saeculo XI. Guido inter Varias historias (Arch. VII, p.* 537 *sq.) Bethmanno teste eam recepit (fol.* 7. *cod. Bruxellensis Nr.* 3897—3918*), nonnullis additis vel mutatis, quae nunc ad manus non fuerunt.* *G. W.*

Item de provinciis Italiae.

Prima provincia Venetia. Sunt[a] huius Venetiae infra Veronam et Vincentiam[b] Pataviumque et Mantuam civitates, seu et alias. Sed inter omnes Aquileia civitas extitit caput, pro qua modo nunc Foroiuli ita dictum est, quod Iulius Cesar forum negotationis ibi statuerat.

Secunda provincia Liguria; in qua est Mediolanum, Ticinum, quae alio nomine Papia appellatur. Haec usque ad Langobardorum fines protenditur. Inter hanc et Alamanorum patriam duc provincie sunt, id est Reptia prima et Reptia secunda, inter Alpes consistunt; in quibus proprie Reti habitare noscuntur.

Tertia provincia Alpes Cotiae dicuntur. Hanc a Liguria in eorum versus usque ad mare Tyrrenum extenditur et ab occiduo finibus Gallorum conputatur. In hac Aquis, ubi aquae calidae sunt, et civitates Dertona et monasterium Bovium, Genua et Saona habentur.

Quarta provincia Tuscia est. Haec habet intra se circium versus Aureliam, ab orientis parte Umbriam. In hac provincia Roma, quae aliquando totius mundi caput extitit, in Umbria Perusium et lacum Clitorius et Spoletium[c] consistunt.

Quinta provincia Campania ab urbe Roma usque ad Siler Lucanie fluvium extenditur. In qua opulentissime urbes Capua, Neapolim et Salernum constitute sunt.

Sexta provincia Lucana inchoat a fluvio Silere cum Oritia usque ad fretum Siculum per ora maris Tirreni, sicut et due superiores provinciae, dextrum Italie cornu tenens, pertingit. In qua posite sunt civitates, id est Pestus, Laynus, Cassanus, Cosentia, Malvitus et Regium.

Septima provincia in Apenninis Alpibus conputatur, quae inde originem capiunt, ubi Alpes Cotiae finiuntur. He Alpes Apenninae per mediam Italiam pertingentes, Tuscia ab Emilia et Umbria a Flamminea dividuntur. In qua sunt civitates Feronianum et Montebellium, Bovium et Orbinum necnon et oppidum quod Verona appellatur.

Octava provincia Emilia, incipiens a Liguria provincia, inter Alpes Apenninas et Padi fluenta, versus Ravennam pergit. Haec locupletibus urbibus habet, Plagentia, Regio, Boonia et Foro Cornelii, cuius castrum Imola appellatur.

Nona provincia Flaminea posita est inter Alpes Apenninas et mare Adriaticum. In

a) S; *cod.* b) unc. *c.* c) cl. exp. *c.*

qua sunt nobilissima urbium Ravenna et quinque aliae civitates consistunt, que Greco vocabulo Pentapolim appellantur[a].

Decima provincia Picęnum occurrit post Flamineam, ab austro habet Apenninos montes, ex altera parte Adriaticum mare. Haec pertendit usque ad fluvium Piscaria. In qua sunt civitates Firmus, Asculus et Pennis, ętiam vetustate consumptae [Hadriae][b].

Undecima provincia Valeria, cui Nursia est annexa, consistit inter Umbriam et Campaniam et Picenum, quae ab oriente Samnium regionem attingit. Hec habet urbes Tiburim, Carsiolis, Reate, Forconem et Amiternum et regiones Marsorum[c] et eorum lacus qui Focinus appellatur.

Duodecima provincia Samnium inter Campaniam et mare Adriaticum et Apuliam. Quae a Piscaria incipiens habetur. In hac sunt urbes Theate, Aufidianum, Hisernia et antiquitate consumpta Sampnium, a qua tota provincia nominatur[d], et ipsa harum provinciarum caput ditissima Beneventum.

Tertia decima provincia Apulia, consociata sibi Calabria. Hec habet urbes satis opulentas Luceriam, Sipontum, Canusium, Acerentiam, Brundisium, Tarentum et in sinistro Italie cornu, quod quinquaginta milibus distans, aptam mercimoniis Ydrontum.

Quarta decima provincia Sicilia insula computatur. In hac provincia sunt ditissime urbes, inter quas magna civitas est Siracusana.

Quinta decima provincia Corsica insula, quae multis est promunctoriis angulosa. Sexta decima provincia Sardinia insula. Quae utreque Tirrenis fluctibus ambiuntur. Haec[1] in Africa mari facie vestigii humani tam in horiente quam in occidente latior prominet, forme paribus lateribus, in meridie et septentrionem patet in longitudinem 140 milia, in latitudinem 40.

II. CARMEN DE SYNODO TICINENSI.

In codice Bobiensi, jam Ambrosiano E 147 *sup., qui continet concilium Chalcedonense litteris majusculis saeculo sexto rescriptum, Ulphilae aliisque fragmentis deletis, in paginis duabus post ejus concilii actionem primam vacuis relictis alia manus charactere minusculo saeculi septimi inseruit versus ad celebrandam synodum Papiensem c. a.* 698. *jubente Cunincperto rege compositos regique dedicatos a poeta anonymo, quem Flavianum fuisse conjecit Oltrocchi. [Sed litteris versuum initialibus* Stefanus mg. *(magister?) auctor indicari videtur, ut Holder-Egger monuit].*

In altero etiam codice Bobiensi inter Ambrosianos C 105 *infer., Hegesippum continente litteris majusculis exaratum, in calce libri quarti, ubi librarius in fine quaternionis spatium reliquerat paginae paulo plus unius, alia manus saeculi septimi exeuntis vel octavi ineuntis charactere minusculo hos ipsos versus descripsit.*

Invenit eos primusque edidit Oltrocchi, Eccl. Mediolanensis Historia, Med. 1795, *II,* 536. 625, *ex apographo C* 105, *quod totum aeri incidere fecit, variis codicis E* 147 *lectionibus in margine indicatis. Oltrocchium repetiit Joh. Bofisius, Conc. Papiensia,* 1852. 4°, *p.* 1. *[Troya, Cod. dipl. III. Nr.* 330. 353. 363. *Postea Reifferscheid carmen, ut videtur, ineditum ratus, typis, non sine mendis, mandari fecit, 'S. B. d. Wiener Akad.'* 1871, *p.* 473. *Praeterea impressum est in ephemeridibus 'L'archeografo Triestino, Nuova serie' I, p.* 85. *Fusius vero de hoc pretioso historiae monumento nuper egit Piper, 'Über den kirchengeschichtlichen Gewinn aus Inschriften' p.* 101 *sqq.] Nos eos iterum ex ipso codice E* 147 *accuratissime descripsimus, varias apographi C* 105 *lectiones sub contextu annotantes omnes; ex quibus satis patet, codicem C* 105 *non esse fontem codicis E* 147.

L. BETHMANN.

a) appellatur *c.* b) *ita ex Paulo supplevi.* c) Masorum *c.* d) nominantur *c.*

1) *Haec ex Isidor. Et. XIV,* 6, 39.

Sublimes[a] ortus in finibus Europe[b]
Langibardorum regale prosapia,
rex Haribertus[c] pius et catholicus
Arrianorum abolevit heresem[d]
et christianam fidem fecit crescere. +

Subolis item Berthari[e] in solium
regni suffectus, imitatus protinus
exempla patris, ad fidem convertere
Iudaeos[f] fecit baptizandos, credere
qui rennuerunt, gladium peremere. +

Tutor et rector, amator ecclesiae,
a fundamentis constructor coenubii[g],
ubi et Christi conlocavit famolas[h. 1],
sua praefecit germana egregia,
ipsas materno amore ut regeret. +

Tertius immo nepus[i] adque[k] filius
rex Cuningperctus[l] sublimatus tempore
moderno rector fortis et piissimus,
devotus fidem christianam colere,
ecclesiarum ditator et opifex. +

Elictus gente a Deo ut regeret
Langibardorum[m], rebelles conpescuit,
bello prostravit Alexo[2] nequissimo[n],
semidiruta nuncupata Motina
urbe[o] pristino decore restituit. +

Exorta scisma iam prisco de tempore
ab aquilone parte, unde pandere
malum in terra universum propheta
vaticinandum Isaias cecenet[p. 3],
ubi superbus thronum cadens elegit. +

Fontis labacro recepere simile[q],
nobiscum simul Trinitatem credere
Aquiligenses dissedentes[r] synodum
quinta[4], qui totus concordat cum quarta[s],
una tempnentes[t] rei facti omnium. +

Fides ut esset in tota Hesperia
coadunata, advocari praecepit[u]
Aquiligenses urbi ubi resedet,
Ticino dicta ab amne qui confluet,
proprium gerens Papia vocabolum. +

Aulam ingressi ortodoxi[v] pariter,
adversus prabos coeperunt[w] contendere,
libros legentes sancitos a patribus,
Pauli et Pyrri detegentes heresem,
Theodori, Hibae[x] simulque Theodoriti. +

Ast se iam victos cognoscentes, ilico
petunt a rege, ut iurent[y] catholici
melius quintam recepere synodum[z],
et se promittunt consensuros postea
ac iuraturos credendum[a] recepere. +

Namque ovantes ingressi ecclesia[b],
iureiurandum adfirmant concordiam
adque uniti karitatis vincolum[c],
ostias simul offerentes Dominum,
eucharistiam[d] concordis[e] participant. +

Nullus de tanto gaudio potuerat
se[f] temperare a fletu et lacrimis,
catholicique sive de scismaticis,
omnibus tanta supplevit conpunctio,
cernerent Christum ibi acsi patule. +

Utreque parti rex pius elegere
Cuninceperct iubet[g] legatos, diregere
sedem ad sanctam, ubi Christo presole
data potestas nectere et solvere
Petro piscanti caeli archeclavio[h]. +

Ubi resedens[i] papa pius Sergius,
suos qui iussit adesse episcopos,
gaudens recepit Thomam Christi ministrum[5],
Theodoaldo simul legum peritissimum;
aderant quoque Aquiligenses[k] pariter. +

a) Sublimis 2. b) Europae 2. c) Haribertus 2. d) heresim 2. e) Bertharith 2. f) Iudeos 2. g) coenobii 2. h) famulas 2. i) napus *Re.* k) atque 2. l) Cuninebertus 2. m) Langobardorum 2. n) Alex iniquissimo 2. o) urbi 2. p) cecenit 2. q) lavachrum r. similem 2. r) dissidentes 2. s) IIII 1. 2. t) temnentes 2. u) praecipit rex Cuninepertus urbi 2. v) orthod. 2. w) pravos ceperunt 2. x) Ibae 2. y) iorent 2 *teste Re.* z) sinodum 2. a) credendos 2. b) obantes i. ecclesiam 2. c) caritatis vinculum 2, *ubi* o. s.o. D. *desunt.* d) et e. 1 *teste Re.* e) concordes 2. f) se t. a fleto et l. *post* scism. *collocat* 2. g) iuvit 2. h) arceclavio 2. i) resedet 2. k) Aquilienses 2.

1) *Cf. Paul. V,* 34. 2) *Alachis dux; cf. Paul. V,* 38—41. 3) *De Jeremia* 4, 6. *cogitare videtur:* quia malum ego adduco ab aquilone. 4) *Cf. Paul. VI,* 14, *qui de synodo Ticinensi prorsus tacet. Neque Mansi neque etiam Hefele in ultima libri editione ejus mentionem faciunt.* 5) *Cujus titulum sepulchralem v. ap. Troya III, p.* 44, *ubi legitur:* Error[e] veteri diu Aquilegia caeca Diffusam caelitus rectam dum renueret fidem, Aspera viarum ninguidosque montium calles Calcans, indefessus glutinasti prudens scissos.

Sedenti pape ante ora omnium
scedula datur continens praeterita,
quae acta erant praedicto de scismate[a];
quam vir excellens Dammianus[b] pontifex[1]
pio direxit dictata effamine. +
Sergius papa regi est pollicitus
sua a Deo adempta[c] facinora;
illud prophetae[2], ubi inquid, recolet[d]:
'Qui peccatore ab errore convertet[e],
sua a morte liberavit anima'. +
Merito iuste pastor apostolicus
digni quod erant sectae pravae[f] codices,
quos antefati conscripserunt auctores,
iussit conburi, ultra ne pulluerent[g]
pravorum mentes, qui erant de scismate. +
Mihi ignosce, rex, quaesu, piissime,
tua qui iussa nequivi, ut condecet,
pangere ore styloque[h] contexere,
recte ut valent edissere medrici,
scripsi per prosa ut oratiunculam[i]. +
Gloria Regi regum in perpetuum
canamus omnes, oremus et pariter,
sua ut regem Cuninceperto dextera
protecat Christus hic multa per tempora,
vitam aeternam deinceps et tribuat! +

III. EPITAPHIUM ANSAE REGINAE.

In codice bibliothecae civitatis Lipsiensis I, 74 inter carmina Paulo diacono attributa epitaphium legitur Ansae reginae, uxoris Desiderii regis, quod historiae Langobardicae insigne monumentum a b. m. Hauptio editum ('Berichte der Sächs. Ges. d. Wiss.' 1850, p. 8) hoc loco praetermittere noluimus. Ansa cum marito in Franciam ducta[3] quo anno obierit non constat, neque quomodo factum, quod saltem mortua in patriam terram reduceretur, id quod hoc carmine docemur. Quod si Paulo recte hi versus tribuuntur, tempori adscribendi sunt, quo in aula Arichis ducis Beneventani, cujus uxori Adelpergae, Ansae filiae, familiaritate conjunctus erat, vel in vicino monasterio Casinensi degit, nondum Karolo regi addictus[4]. Huic quidem tempori conveniunt quae de filiabus ad Aufidum, Rhenum et Istrum, i. e. duci Beneventano, regi Francorum et duci Bajoariorum nuptis et de Adelgiso 'Bardorum spe maxima' leguntur, quae certe Paulus dicere non poterat, postquam in aulam Karoli venit, qui Desiderii natam repudiaverat neque Langobardis ullam spem regis ex genere Desiderii reliquerat. G. W.

SUPER SEPULCRUM DOMNAE ANSE REGINAE.

Lactea splendifico quae fulgit tumba metallo
Reddendum quandoque tenet laudabile corpus.
Hic namque Ausonii coniux pulcherrima regis
Ansa iacet, totum semper victura per orbem
Famosis meritis, dum stabunt templa Tonantis,
Dum flores e[k] terris, dum lumen ab aethere surgit.
Haec patriam bellis laceram iamiamque ruentem
Compare cum magno relevans stabilivit et auxit.
Protulit haec nobis, regni qui sceptra teneret,
Adelgis[l] magnum, formaque animoque potentem,

a) q. a. e. p. d. sc. *desunt* 2. b) Damianus 2. c) ademta 2. d) recolit 2. e) convertit 2. f) secte prave 2. g) polluerint 2. h) stiloque 2. i) oratiuncula 2. k) . . e *cod.* l) g *e corr. c.*

1) *Ticinensis; cf. Paul. VI,* 4. 2) *Epist. Jacobi* 5, 20. 3) *Ann. Nazar. Alam., SS. I, p.* 40. 4) *Cf. supra p.* 14.

In quo per Christum Bardis spes maxima mansit.
Fortia natarum thalamis sibi pectora iunxit,
Discissos nectens, rapidus quos Aufidus ambit,
Pacis amore ligans, cingunt quos[a] Renus et Hister.
Quin etiam aeterno mansit sua portio Regi,
Virgineo splendore micans, his dedita templis[1].
Cultibus Altithroni quantas fundaverit aedes,
Quasque frequentat egens, pandit bene rumor ubique.
Securus iam carpe viam, peregrinus ab oris
Occiduis quisquis venerandi culmina Petri
Garganiamque petis rupem venerabilis antri.
Huius ab auxilio tutus non tela latronis,
Frigora vel nimbos furva sub nocte timebis:
Ampla simul nam tecta tibi pastumque paravit.
Plura loqui invitam brevitas vetat inproba linguam;
Concludam paucis: quicquid pietate redundat,
Quicquid mente micat, gestorum aut luce coruscat,
In te cuncta simul, fulgens regina, manebat.

a) *ita emend. Haupt;* chorentis *c.*

1) *Anselbergam, abbatissam monasterii S. Salvatoris Brixiani a Desiderio et Ansa fundati, ut diploma a.* 769, *Mon. patr. XIII,* 70, *docet, intelligi, Haupt monuit.*

EPITOMAE
EX PAULI HISTORIA FACTAE.

Pauli historiam satis amplam in brevius redigendam plures susceperunt, tum qui excerpta libris alius consilii, Pauli historiae Romanae[1]*, chronicis universalibus, ut Ekkehardus Uraugiensis*[2] *alii*[3]*, commentario legum Langobardicarum*[4] *inseruerunt, tum qui breviorem rerum tantum Langobardicarum narrationem componendam sibi proposuerunt. Ex his supra inter Pauli codices retulimus, qui majorem libri partem et ipsa verba retinuerunt (A *2. *4. F 3. G *5. K 2. 102; quibus codex addendus est G *3, qui res Romanas et ecclesiasticas excerpsit)*[5]*. Jam ex iis, qui Pauli libro nisi, proprio marte qualemcumque Langobardorum historiam condere conati sunt*[6]*, duos exhibemus.*

1) *Liber XVII. vel XVIII. huic additur; de quo cf. Bethmann, Arch. X, p.* 310. 2) *Saepe cum Alexandri aliorumque populorum historiis descripta; cf. SS. VI, p.* 16*; ita etiam in cod. tertio Monacensi Nr.* 4643 *(Bened.* 143*; Cat. I,* 2*, p.* 186*) et in cod. Veneto (Valentinelli, Abh. d. Bair. Akad. IX,* 2*, p.* 380*). Exstat etiam in cod. Glasgowiensi, Mus. Hunteriani S.* 52*, s. XIV.* 3) *Jacobus de Voragine Legendae aureae breve chronicon adjecit, quod a historia Langobardorum incipit, his verbis:* Tempore huius primi Pelagii Longobardi in Ytaliam venerunt. Et quia multi huiusmodi hystoriam ignorare probantur, ideo eam hic inserendam decrevi, prout in hystoria Longobardorum, quam Paulus Longobardorum hystoriographus compilavit, et in diversis cronicis explanata habetur. Gens enim quedam erat Germanica plurimum populosa, que de litoribus occeani parte septemtrionali egressa, cum de insula Scandinaria (Scandularia *cod. Berol.*) per bellorum multa certamina diversarumque terrarum circuitus tandem in Pannoniam devenisset, ultra non audens procedere, sedem sibi in ea perpetue habitationis instituit. Hii primo *etc. Pauli narrationem non solum ut hoc loco mutavit, sed etiam fabulosa inseruit, quae infra historiae Florentinae subjicienda duxi. — Ista vero hic inseram:* Sed quia in festo [sanctorum] Gervasii et Prothasii facta est pax inter Romanos et Longobardos, ideo Gregorius in eodem die cantari instituit in officio misse: 'Loquetur Dominus pacem' etc. In nativitate quoque [sancti] Iohannis baptiste predictorum pax et conversio amplius confirmata fuit. Theodelina quoque in beatum Iohannem devocionem specialem habebat, cuius meritis gentis sue conversionem asscribens, predictum oratorium aput Modeciam fabricavit, eiusque gentis Iohannem patronum et defensorem esse cuidam viro sancto revelatum fuit. *Similem sed uberiorem et propius Pauli vestigia sequentem narrationem habes in chron. codicis Romani Casanatensis A III,* 10*, qua perlecta hoc unum notatu dignum inveni, quod Paul. IV,* 22. *Anglisaxones in* Frixones *sunt mutati. De Sicardo et chron. Regiensi cf. Dove, Doppelchronik p.* 29. 4) *Huc pertinet Epitome quam Albacrucius, legum Langobardicarum glossator, praefationi libri inseruit; v. Bethmann, Arch. X, p.* 367*, et infra.* 5) *Etiam cod. Londiniensis Musei Britann. Harl.* 3678 *huc referendus est; v. supra p.* 31. 6) *Talis etiam cod. Monacensi Lat. Nr.* 88*, fol. a.* 1482*. Ulme scripto, continetur:* Cronica de gente Longobardorum quam scripsit Paulus hysto-

I. Primum sibi vendicat locum brevissima epitome, primum a Fr. Christio, Origines Langobardicae (Halae 1728. 4°*) 'ex membrana pervetusta, quae videtur septingentis annis vix esse posterior' edita. Quae cum non ultra Arioaldi vel Rotharis tempora progrediatur, fuerunt qui hanc brevem regum seriem Paulo antiquiorem, quin Secundo illo Tridentino adscribendam putarent. Quod nullo modo stare posse, recte Bethmann (Arch. X, p.* 350. 366*) monuit. Nam omnia ad Paulum sunt referenda. Nominum propriorum formae nonnumquam cum cod. A* 3 *conveniunt; alibi tamen ab omnibus quos habemus libris manuscriptis recedunt (*Ildeoc, Feuba*). Auctor plane ignotus. Sed codices ad saec. IX. librum referunt.*

Omnium vetustissimus esse videtur:

1) *Cod. Cheltenhamensis (bibl. a Thom. Phillipps relictae), Nr.* 3075*, olim Mafei Volaterrani, membr. s. IX, qui continet: Ex libro constitutionum c. XXXVIII; Pauli historiam Romanam cum continuatione, libris XVII; Catalogum imperatorum; f.* 218—220. De regibus qui praefuerunt Winolis. *V. Cl. Pauli lectiones enotavit.*

2) *Lipsiensis bibl. senat. Rep. II,* 129[a] *(Naumann Cat. CCCCXXII), cui codici Annalium Fuldensium, olim Altahensi, s. X. scripto, folium s. XI. exaratum (jam* 49.*) assutum est. Ultima linea abscisa, ita ut finis vix legi possit*[1]*, quod mihi V. Cl. Arndt retulit, qui lectiones accuratissime enotavit. Hae prorsus cum J. Fr. Christii editione conveniunt; neque quin ex hoc libro sumta sit, dubitari potest*[2]*.*

3) *Parisiensis Nr.* 14639 *(S. Victoris* 289*), s. XIV; de quo v. supra p.* 34. *Inter Pauli historiam Romanam et Langobardorum inserta sunt: Catalogus imperatorum; Epitome nostra, titulo nullo insignita. Contulit Otto de Heinemann, jam bibliothecae Guelferbytanae praefectus.*

4) *Venetus inter Marcianos XIV,* 137*, ubi teste Joh. Merkel inter collectanea a De Rubeis conscripta habetur 'Copia del frammento di Secondo Trentino tratta da un originale che conservasi nella biblioteca imperiale d'Innspruck'. Ex* 2 *fluxisse videtur.*

Christii editio repetita est Archiv IV, p. 465. *et a Baudio di Vesme in Historiae patriae monumentis V, p.* 189.

II. Altera Pauli epitome, quae exstat in cod. Parisiensi Nr. 4931*, membr. s. XIII, f.* 56—58 *(de quo v. Huillard-Bréholles, Chron. Plac. p.* 4*; SS. XVIII, p.* 357*), certe recentioris est aetatis, fortasse ab ipso Johanne Caputagni (Codagnelli) confecta, qui s. XIII. compilationem historicam conscripsit, in codice illo superstitem*[3]*. Tota fere ex Paulo pendet*[4]*, haud raro vero res turbat, nomina praesertim corrumpit; id quod ex parte amanuensi tribuendum esse videtur, qui exemplar antiquius male legit nec verborum quae pingebat significationem assecutus est. Pauca addita sunt, quorum unum tantum ex traditione populari natum dignum est quod memoriae tradatur.*

Codicis duo apographa ad manus fuere, unum a V. Cl. A. Boretio factum, alterum a V. Cl. de Heinemann Bethmanno transmissum (2)*. Quae ubi, rarissime tamen, inter se differebant, prius secutus sum. Manifestos scribae errores emendavi; nomina*

riographus. Quia sanctus Gregorius sepe in dyalogo mencionem Longobardorum facit, qui sint, unde vel quomodo Italiam intraverunt, paucis perstringam. Septemtrionalis plaga *etc.* — Bardonis Alpe edificavit. *Sequitur provinciarum descriptio et locus* De Guntramo rege. *Auctor sequitur recensionem F (c.* 1 *legit:* Wandali querulosi Heruli). 1) *Christius ita: 'In fine membranae nostrae paucissima desunt verba'.* 2) *Si Bluhme, Arch. V, p.* 646*, se idem opus in bibliotheca universitatis Halensis reperisse, testatur, non tamen de Christii codice loquitur. V. Cl. Hartwig bibliothecae praefectus eum frustra ibi quaesivit.* 3) *Ita Huillard-Bréholles et Pertz l. l. Bethmann, Arch. X, p.* 367*, a Codagnelli chronico distinguit.* 4) *Cum historia Langobardorum fabulosa cod. Laurentiani certe haec codicis* 4931 *pars non convenit. Quae in eodem codice f.* 5. *de regina Gambara Italiam occupante leguntur eadem fere sunt quae Ariprandus et Albacrucius narraverunt; v. infra.*

vero propria pleraque mutare nolui, incertus quid auctori quidve amanuensi sit tribuendum.

Aliae Pauli epitomae, quas Bethmann, Arch. X, p. 366 sq., recenset, quae typis darentur dignae non fuerunt. Narrationes vero posterioris aevi fabulosas, quamvis carptim ex Paulo petitas, ad calcem voluminis rejeci. *G. W.*

I.

DE REGIBUS QUI PRAEFUERUNT WINOLIS ET STATIONE EORUM[a].

Hi praefuerunt genti Winolorum[b], hoc est Langobardorum[c], Ibor scilicet[d] et Agio, uterque[e] germani ex matre[f] Gambara editi. Qui egressi de Scandinavia, venerunt Scoringa[g], quae Wandalis contigua[h]. De qua egressi, venerunt in Mauringam. Inde applicuerunt in Golanda. Mortuis[i] igitur Ibor et Agione, primum[k] Agelmund, Agionis filius, per 33 annos eidem genti regnavit. Post Agelmundi funus Lamissio[l] secundus suscepit regnum. Post Lamissionem[m] tertius ad regni gubernacula per 40[n] annos Letus ascendit. Hoc defuncto, Ildeoc quartus, eius filius, quartus[o] suscepit regnum. Quo decedente, quintus Godeoc in[p] regnum est adeptus. His temporibus Odoacra[q] Italiam regebat. Godeoc mortuo, regni gubernacula suscepit eius filius sextus[r] Claffo. Ex supradicta regione Winoli egressi, venerunt in Rugilanda[s], quae Rugorum dicitur patria; quam Feletheus, qui et Feuba dictus est, rexerat; sed Odoacra[t] resistente, amisit cum vita patriam. Illic per aliquantos[u] Winoli commorati sunt annos. Claffone[v] defuncto, Tato septimus ascendit ad regnum. Winoli vero egressi de Rugilanda, venerunt in campis[w] qui sermone barbaro feld[x] appellantur. Tatone interfecto a Wachone, ipse aliquantisper gentis[y] suae dominatus[z] est. Qui ex sua[1] filia filium suscipiens, eum Waltari appellavit. Ipse Waltari post Wachonem octavus per septem annos obtinuit regnum. Post quem[a] Audoin nonus adeptus est in[b] regnum, qui Langobardos in Pannonia[c] deduxit. Audoin mortuo, iam decimus eius filius[d] Alboin ad patriam est regendam electus. Quique per Narsetem[e] e[f] Pannonia vocatus, in qua per 42[g] annos deguerat, in Italiam universa cum multitudine gratanter[h] ingreditur ad eandem[i] optinendam. Hic autem, insidiante Rosmunda[k] sua coniuge, ab Helmechiso[l] suo milite, Peredeo operante, interfectus est. Cuius post necem Cleb nobilissimus ad regni fastigium erectus est; sed post annum et sex menses a suo puero interfectus est. Post hoc[m] Langobardi sub ducibus per 10 fuerunt annos. Sed communi consilio Autharim[n], Cleffonis[o] filium, in regnum praeficiunt. Qui, ut tradunt, veneno accepto est mortuus[p]. Huic[q] successit Agilulf[r], qui per suam coniugem Teudelindam[s], Gregorio papa monente, statuit cum Romanis pacem. Is postquam 25[t] annos regnaverat, diem clausit extremam[u]. Adaloald post patri successit, decem cum matre annis regnavit. Hunc[v] regno eiecerunt Langobardi; eius[w] in loco Arioald electus est in regno[x]. Hic post 12 annos, quibus regnaverat, defunctus est. Rothari[y] in regno adeptus est[z].

---

a) *ita* 1; *deest titulus* 2—4. b) Winilorum 2 *semper*. c) Longob. 2 *semper*. d) *deest* 3. e) utreque 2; utrique 3. f) matra 1. g) Sciringa 2. h) c. est 2. 3. i) Mortuus *corr.* Mortuis 2. k) primus 3. l) Lamisio 2. 3. m) Lamisionem 1. 3. n) LX 2. o) unicus 3. p) *deest* 2. 3. q) Odovacer 2. 3. r) *deest* 2. s) Rugilandam 3. t) Odofacra 2; Odoacer 3. u) aliquantus *eadem manu corr.* aliquantos 2. v) Clafone 1. w) campos 2. 3. x) fletil appellatur 1. y) genti 2. 3. z) dominandus 2. a) quam 2. b) *deest* 2. 3. c) Pannoniam 2. 3. — duxit 2. d) Al f. 1. e) Narsetam 2. 3? f) et Pannoniam 2. g) LXII 2. h) gratantur 2. i) eandam *corr.* eandem 2. k) s. R. c. 1. l) Elm. 3; Helmichiso 2. m) hec 2. 3. n) Anth. 2. o) Claffonis 2. 3. p) m. e. 2. 3. q) Hic 1. r) Agilulff 2. s) Teudelinquam 2. t) *numerus deest* 3; annos *deest* 2. u) extremum 2. 3. v) Sed hunc 2. 3. w) et eius 2. 3. x) regnum 2. y) R. in r. a. e. *in* 2 *magnam partem abscisa sunt, om. etiam* 4. z) amen *addit* 3.

1) *Nota singularem scriptoris errorem.*

II.

ISTORIA LONGOBARDORUM.

Gens Giramilorum, hoc est Longobardorum, a Germanie finibus originem ducens, Ibor et Agionem, qui germani erant, duces eorum constituerunt in Italiam; qui per aliquot annos ibi consederunt. Mortuis autem Ibor et Agion ducibus in Italia, qui Longobardis preerant, noluerunt postea esse Longobardi sub ducibus, sed levaverunt super se regem Agelmondum, filium Aionis. Sciendum autem est, Longobardos ab intacte ferro barbe longitudine, cum in primis Guimuli dicti fuerunt, ita postmodum appellati sunt Longobardi a longis barbis. Nam iuxta illorum linguam langeth, id est longam, bardozab[a], id est barbam, significat; et ideo a longis barbis et capillis, quibus utebantur more feminarum, usque in presentem diem dicti sunt Longobardi. Verum quia Lombardi dimiserunt barbam longam et capillos more feminarum, ipsam quoque ferro incidere facientes, dicti sunt solummodo Lombardi, cum ante dicti fuissent Longobardi.

Qui Agelmondus regni gubernacula rexit per treginta tres annos.

Post Agelmondum Lamisio regnavit 22 annis.

Post Lamisionem Lecheth regnavit quadraginta annis.

Postea Gildoeth, filius Lothoth, regnavit viginti quatuor annis.

Post Gildeoth regnavit Geldeoth sedecim annis.

Postea Graffo, filius Geldeoth, regnavit viginti octo annis.

Postea Valter regnavit septem annis.

Postea Andehic[1] regnavit viginti uno anno.

Post Andohic regnavit Alboin in Verona. Hic Alboin regnavit, cum iam Domini incarnatione anni quingenti septuaginta septem essent evoluti. Hic civitatem Ticinensem obsedit. Ac vero Ticinensis civitas, cum Mediolanum fuisset a Longobardis subito captum, per quatuor annos aliquot menses in obsidione . . . .[b] se Alboin et Longobardi eam obsidentibus tradidit, Teodorico in ipsa civitate regnante. Qui Alboin civitatem ingressus, in sua promissione permansit. Voverat autem, universum populum ipsius civitatis gladio perverti propter obprobrium quod ei in pradensi fecerant campaneam. Tunc ad eum omnes populi in palacium quod Theodoricus rex construxerat concurrens, post tantam irascentiam de spe diffisus, veniam ab eo postulaverunt. Qui votum dirumpens, indulgentiam eis dedit. In honesta enim vota a quolibet viro prudenti sunt infringenda[c] et non observanda. Qui rex postquam in Italia spatio trium annorum regnaret[d], insidiis suae coniugis est interemptus.

Post Alboin Longobardi apud Italiam omnes communi conscilio celebrato nobilissimum virum Ligurie provincie regem statuerunt et fecerunt, et regnavit annis duobus et sex mensibus. Post cuius mortem Longobardi per annos decem sub iudicibus fuerunt.

At vero Longobardi cum per annos decem sub potestate ducum fuissent, Atharum sibi regem fecerunt; qui regnavit per septem annos.

Post hunc Aginulfus, qui et Ago dicitur, rex Longobardorum apud Mediolanum levatus est. Uxor eius Theodolinda ecclesiam beati Iohannis baptiste in Modoecia construxit.

Hic Aginulfus egressus Mediolanum cum magno exercitu mense Iulii, Cremonam obsedit et duodecimo Kal. Septembris eam cepit et usque ad solum[e] destruxit. Panoniam vero expugnavit et cepit Mantuam. Post hunc Adoloaldus, filius eius, rex levatus est apud Mediolanum, presente patre suo. Qui cum regnasset decem annis, de regno eius eiectus est, quoniam eversa mente. Pater autem suus Aginulfus viginti quinque annis regnavit.

Post hunc Alamgolutus[2] constitutus rex regnavit duodecim annis.

a) *vel* bardosab *c.* b) *lacuna in c.* c) infrigenda *c.* d) in Italia *iterum add. c.* e) solium *c.*

1) *i. e. Audoin.* 2) *i. e. Arioaldus.*

Postea Arotharus[1] rex fuit Longobardorum, regnavit duodecim annis; sed Arrianus[a] fuit. Huius autem temporibus[b] fere in omnes civitates duo[c] episcopi erant, unus catholicus et alter Arrianus[d]. In civitate Ticinensi apud basilicam sancti Eusebii Anastasius episcopus[e] sedit; sed postea ad fidem catholicam conversus est; et tunc alter episcopus catholicus levatus fuit.

Post hunc Rodoab regnavit viginti annis; uxor eius Gondiberto intra Ticinensem civitatem basilicam beati Iohannis baptiste construxit et ibi tumulata est. Fuit autem filia regine Theodolinde.

Post Rodoab Ariporth. Hic condidit monasterium sancti Salvatoris extra portam Maregam et ornamentis variis decoravit. Et cum regnasset novem annis, duobus filiis suis Pertharit[f] [et[g]] Guidelbertus regnum regendum reliquit. Guidelbertus apud Ticinum sedit; alter, scilicet Pertharit[f], apud Mediolanum. Inter quos facientibus malignis hominibus discordie et hodiorum fomes[h] surrexit; tandem Pertharith[i] expulit eum de regno et tenuit regnum.

Post Guidelbertum Roboald[k.2] apud Ticinum regnavit annis novem.

Post hunc regnavit Gambad, filius eius, decem annis.

Pertharith[l] rex Mediolani exturbavit eum a regno, et levatus est Pertharith[m] rex super omnes Lombardos.

Post hunc regnavit Conipereth[n], filius eius.

Post hunc Liuperth, filius eius, regnum Lombardorum obtinuit.

Post hunc Luprandus regnum obtinuit Lombardorum. Qui[3] cum equitaret per districtum Mediolani, homines illarum partium ad eius presentiam accedentes, conquerebantur ei, quod non habebant mensuram, et quod unus alterum in mensura concupiebat. Qui posuit pedem suum super quendam lapidem magnum et spaciosum, volens[o] in eo signum fieri ad modum pedis sui; ad quod emere et vendere deberent. Sed Dei potentia signum pedis eius in ipso lapide fuit scultum et signatum, quod usque in presentem diem ibi aparet, et dicitur pes Liprandus; ad cuius mensuram usque in hodiernum diem vendunt et emunt.

a) annanus *c.* b) Hii(Hu) a. quibus *c.* c) dn̄i *c.* d) ananus *c.* e) rex *c.* f) Perthant *c.* g) *deest c.* h) fames *c.* i) Perthanth *c.* k) Roboad 2. l) Pertharth *vel* Perthurth *c.* m) Perthaunth *c.* n) Comperreth *c.* o) polens *c.* (?).

1) *Rothari genere Arodus.* 2) *Nomina et ordo regum turbata. Inter Aripertum et Pertharidum solus Grimoaldus rex inserendus erat. Hic sub nomine Gambad, filius Romoald dux Beneventanus fortasse sub nomine Roboald latere censendi sunt.* 3) *Similem narrationem videsis ex chron. Regiensi Muratori SS. VII, p.* 374. *Cf. Dove, Doppelchronik p.* 29.

PAULI CONTINUATIONES.

CONTINUATIO CASINENSIS.

Brevis regum Langobardorum Liutprandi, Hildeprandi, Ratchis et Desiderii historia, maximam partem ex Gestis pontificum Romanorum excerpta, paucis tantum additis notitiis, quae originem produnt Casinensem, quamvis nunc cum nullo Pauli codice juncta, ad ejus tamen historiam supplendam et continuandam scripta esse videtur. Cf. quae Bethmann, Arch. X, p. 373 sqq., exposuit.

1) *In cod. Vaticano Nr.* 5001 *Erchemperti librum praecedit f.* 105′ *(cf. Arch. X, p.* 371*) ideoque a compluribus huic attributa est, quod cum ipsius praefatione pugnare, recte jam Pertz (SS. III, p.* 242*) monuit, huc eam seponendam esse judicans. Codicem cum textu qualem Bethmann constituit comparavi, signo* 1[a] *primam,* 1[b] *correctoris manum indicans. Adhibuit ille praeterea*

2) *cod. Cavensem legum Langobardorum, ubi seriei regum haec inserta est narratio (v. Arch. V, p.* 255*; X, p.* 359*; LL. IV, p. XXXIII).*

Praeterea ad verbum fere descripta est in chronico Vulturnensi lib. III (Muratori SS. I, 2*, p.* 401*) cum aliis conjuncta quae ex Paulo et Erchemperto manarunt. Etiam Leonem Ostiensem ea usum esse, Bethmann monuit.*

Edita est cum Erchemperto a Carracciolo, Peregrinio, Muratorio aliis (v. infra).

G. W.

1. Liutprand[a] rex vicesimus sextus[b] cum per 32 annos felicius regnaret in Italia, inter cetera quae gessit magnifica etiam omnes urbes et oppida[c] iuxta maris ora Tirreni sita[d] a Tuscia et usque ad Arelatensem[e] urbem preliis cepit et suo regno copulavit.

2. Post cuius obitum Eilprant[f], nepus[g] Liutprandi[h] regis, prefuit Langibardis[i] mens.[k] 7, qui iam cum Liutprando 8[l] regnaverat annos.

G. pont. Zach.

3. Post hunc Ratchis[m] regnavit ann. 4 et[n] menses 9. Huius temporibus Carlomagnus[o], filius Karli[p] regis Francorum, pro amore celestis regni terrenum relinquens regnum, Romam adiit[q] et a Zacharia papa monachus factus est, et post aliquantum temporis ad beati Benedicti[r], quod Aquinensium finibus situm est, profectus est monasterium. Ratchis vero ad capiendam Perusinam urbem sicut cetera Pentapoleos oppida vehementi profectus est cum indignatione, quam et circumdans fortiter expugnabat. Cui occurrit Zacharias papa, et datis multis[s] muneribus multaque cum prece ab obsessione[t] ipsius civitatis eum ammovit[u].

a) Litpran 1[b]; Luiprand 2. b) xvi 1[b]; regnavit anni xxvii 2. c) oppidas iusta horas maris 2. d) scita 1 *const.* e) Arelanensem 2; Arelatensensensem 1[a]. f) Hilpran 1[b]; Elprand 2. g) u *e corr. hic et postea* 1[a]. h) Litpr. 1[b] *const.;* Liuprandi 2. i) Longib. 1. 2. k) mense 2; mensibus *e corr.* 1[b]. l) per v 1[b]. m) Rachis 2 *const.* n) *deest* 2, *ubi* mense. o) Carlomannus 2. p) Carli 2 *constanter.* q) habiit 2. r) B. cenobii quod in castrum Casinum Aq. 2. s) *deest* 2. t) obsessionem 2. u) amovit 1[b].

Non multum[a] post idem Ratchis divino instinctu regalem relinquens dignitatem, devote cum uxore et filiis ad beati Petri principis apostolorum coniunxit[b] limina, clericusque effectus est[c], monastico[d] indutus est scemate cum uxore et filiis. Et[e] ille quidem cum filiis ad beati Benedicti cenobium profectus est, ubi sub artissima vitae districtione[f] vitam finivit[g]. Uxor vero eius Tasia nomine cum Rattruda prole sua similiter mutato habitu[h], ex propriis sumptibus monasterium puellarum in Plumbariola struxerunt[i], multisque dotatum[k] opibus, ibique sub magna districtione vitam ducentes, diem clauserunt[l] extremum[l]. G. pont. Zach.

4. Astulfus[m], frater Ratchis superioris regis, regnavit ann. 7 et[n] mens. 5. Hic multas et gravissimas persecutiones[n] populo excitavit Romano, ita ut Urbem niteretur invadere obsessione circumdatam[o], et ex omni populo per unumquemque singulos aureos expetebat. Pro qua scilicet persecutione Stephanus secundus papa abbates[p] Sanctorum Benedicti et Vincentii[2] ad eundem regem destinavit, obsecrando, ut a cepta persecutione cessaret. Qui nichil proficientes[3], per aliud iter ad propria remissi[q] sunt monasteria. His[r] autem papa et missos Pipini regis Francorum et legatos imperiales misit ad eundem regem pro ablatis urbibus, et dum nil proficeret, cum supradictis[s] Francorum missis per Papiam ad Galliam profectus est, et in sancti Dionisii monasterium Pipinus cum duobus filiis suis[4] reges sunt uncti. Pipinus autem cum exercitu super Papiam advenit et obsedit, ac[t] sacramentis a Langibardis[u] acceptis pro[v] reddendis urbibus ablatis, Galliam repedavit. Post haec Astulfus[w], sacramento dirrupto[x], nichil de rebus[y] statutis adimplere voluit. Cum[z] enim supradictus papa in[a] Galliam degeret, Astulfus Karlomagnum[b], germanum Pipini, quem superius monachum memoratus sum[c], ad Galliam[d] misit adversari[e] partis[f] rei puplicae. Qui retentus illuc a fratre vitam finivit. Cuius corpus in locello aureo gemmato ab eodem germano cum aliis muneribus ad beati Benedicti monasterium in Casino remissum[g.5]. Astulfus autem deinde omnes urbes Ravennatium[h] et[i] Pentapoleos dominio rei puplicae auferens, etiam urbem Romanam[k] undique circumdans, fortiter obsedit. Tunc marino[l] itinere nuntiatum est Pipino regi Francorum; qui sine mora veniens Ticinum, obsedit eam, donec daret hisdem[m] Astulfus missos suos cum missis[n] Pipini, qui redderent[o] universas urbes beati Petri vicario; quod et factum est. Pipinus vero via qua venerat rediit. Astulfus autem post haec in venatione sagitta percussus mortuus est. G. pont. Steph.

5. Desiderius cum Adelgiso filio regnavit[p] ann. 18.[6] Hic cum[7] diversas persecutiones faceret rei puplicae et nollet Romano populo ablatas urbes reddere[q] et iusticiam[r] facere,

a) multo 2. b) pervenit 1[b]. c) cum 2. d) monachico 2. e) Et — filiis *des.* 2. f) districtionem 2. g) vinivit 2. h) habito 1. i) *ita* 1[a]. 2; construxerunt 1[b]. k) dotarunt 1[b]. l) clauxerunt 1; claserunt 2. m) Aistophus 2. n) *deest* 2. o) circumdata 1[b]. 2. p) abbate 2. q) reversi 1[b]. r) *ita* 2; Hiis 1? is *Vult.* s) regis *addit* 2. t) hac 2. u) Longib. 1; Langob. 2. v) post reddentis 2; redendis 1. w) Aistolfus 2 *plerumque*, *semel* Aistulfus. x) disrupto *Vult.* y) habuis *add. sed del.* 1. z) Cum — deinde *non habet Vult.* a) *deest* 2. b) Carlomannum 2. c) est 2. d) Gallias 2. e) adversare 1[b]. 2. f) parti 1[b]; partem 2. g) remissus 2; est *add.* 1[b]. 2. h) Ravennantium 2. *Vult.* i) et — Romanam *des.* 1. — a d. *Vult.* k) Romam secundo *Vult.* l) Romano 2. m) idem 1. *Vult.* n) missi 2; missos *Vult.* o) rederent 1. p) regnaverunt 2. — XVIIII 1. q) redere 1. r) iusticias 2.

1) *Haec ex nostro excepit Leo Ostiensis I,* 8. BE. 2) Attonem abbatem monasterii beatissimi Vincentii et Optatum monasterii sanctissimi Benedicti in Casino. *Vult.* 3) Sed cum pervenissent ad eum nuncii et ea quae in mandatis acceperant detulissent, honorifice quidem suscepti sunt, sed nihil ab eo de prolatis negotiis pro parte pontificis obtinere potuerunt. Quin immo per aliud iter ad propria remissi sunt monasteria. *Ita Vult. ampliavit narrationem.* 4) Carolo et Carlomagno *addit Vult.* 5) *Hoc quoque excepit Leo I,* 7. BE. 6) annis 18, mensibus 2 et diebus 10. *Vult.* 7) Hic licet bello fuerit austerus, tamen pluribus locis ecclesias construxit, ornavit atque ditavit rebus ac possessionibus multis. *Vult., quod, narrata monasterii s. Petri in Valle Tritana fundatione, pergit:* Tamen, quia, ut dictum est, praedictus rex bello austerus erat et populo Romano diversas p. inferebat.

G. pont. Steph. vel quia filios Karlimagni[a], fratris Karli, cum matre illorum ad se fugientes[b] suscepit, super Papiam Karlus rex advenit tempore Adriani papae[1]. Si quis autem hoc pleniter[c] nosse desiderat, legat episcopale Romanum[d]; illic discere poterit[e].

CONTINUATIO ROMANA.

In codice Pauli F 4 (Vaticano-Palatino Nr. 927) brevis addita est continuatio, ex vetustiori procul dubio exemplari descripta. Et ipsa praesertim ex Gestis pontificum hausta primum de regibus Ratchiso, Aistulfo, Desiderio agit, postea Annalium induens formam et talibus usa, quales ex Laureshamensibus et Laurissensibus majoribus conflati in codice Vaticano reginae Christinae Nr. 213 exstant[2], maxime ea tradit quae ad res Italicas spectant. Nonnulla habet peculiaria, res praesertim Romanas a. 823. 824. illustrantia, quae fortasse ex Vita Eugenii deperdita sumta sunt[3]. Ideo cum Bethmanno (Arch. X, p. 377) auctorem continuatorem Romanum appellamus, neque est cur dubitemus, quin eidem utraque pars tribuenda sit, cum Gesta pontificum ubique exscripta videamus.

Priorem partem primus edidit J. Gruter, SS. Hist. augustae (1611 fol.), p. 1191, Paulo tamquam c. 59—61. libri VI. eam subjiciens, quamvis de auctore dubius[4]; post eum Lindenbrogius (edit. a. 1611); integram Freher (Corp. hist. Franc. p. 178), quem secuti sunt Duchesne II, p. 206; Bibl. max. patrum XIII, p. 322; Muratori I, 2, p. 183; Bouquet V, p. 190; VI, p. 173. Codicem ipse Romae cum editis comparavi.

G. W.

1. Igitur Hildeprandus, quem prefatus rex consortem regni fecerat, hunc ipsi qui ei sub iureiurando fidem dederant a regno pellentes, Ratchisum, qui [dux[f]] fuerat, sibi Lan-
G. pont. Zach. gobardi elegerunt in regem. Hic igitur in processu temporis cum perplura Romanorum opida devastando decurreret[g], Perusinam civitatem circumdans fortiter expugnabat. Atque sanctissimus Zacharias papa, spe divina fretus, ad eandem civitatem perrexit; impensisque eidem regi plurimis muneribus, opitulante Domino, ab oppressione ipsius civitatis eum ammovit[h]. Quem et salutifere predicans, Deo auctore valuit animum eius spiritali studio inclinare. Post aliquantos vero dies isdem Ratchis rex relinquens regalem dignitatem, devote

a) Carlimagni 2; Caroli fratris magni Caroli *Vult.* b) confugientes susceperat 2. *Vult.* c) plenius 1[b]; pl. hoc 2. d) Romanorum 2. e) potuit 2. f) *deest c., ubi* qui *e corr.* g) decurret *corr.* decurreret. h) adm. *corr.* amm. *c.*

1) *Vult. pergit:* mense Iunio. Quam undique districtius obsidens, coartabat cum Francis, Alemannis, Burgundionibus, Saxonibus aliarumque gentium multitudine, cepitque eam cum rege atque multitudine nobilium Langobardorum. Praedictum vero regem et eius coniugem in Franciam postmodum asportavit. Cuius filiam idem Carolus in coniugem sociavit. Et veniens Romam, reddidit omnia quae pater eius Pipinus dederat beato Petro, civitates et territoria per designata confinia a Lunis *etc. ex G. pont.* 2) *Annales hos initio ad Ann. Laureshamenses, post ad Laurissenses majores qui dicuntur accedere, recte monuit Simson, Jahrb. Ludwig d. Fr. I, p. 230 n. 2. Ab a. 786. vero presso pede textum sequuntur quem ex codice supra laudato edidit Duchesne; neque tamen hic habet quae a. 787. cum Lauresham. 786. conveniunt:* monasterium S. Benedicti adiit. *Ideo simile neque tamen idem Annalium exemplar ad manus habuisse noster dicendus est. Semel quae tradit cum Annalibus Maximinianis convenire, idem Simson observavit.* 3) *Simson l. l.* 4) *Adn. p. 177: 'adpendici isti tantum quisque tribuat, quantum licet adfirmationi testis unius'.*

cum uxore et filiis ad beati Petri principis apostolorum limina venit, acceptaque a prefato sanctissimo papa oratione clericusque effectus, cum uxore et filiis monachico indutus est habitu. G. pont. Zach.

2. Post hunc vero Langobardi germanum eius Aistulfum ad regni gubernacula levaverunt. Is[1] dum quasdam civitates ad iura beati Petri apostoli pertinentes, quas ipse invaserat, reddere noluisset, ad hunc Stefanus papa una cum imperialibus et Francorum missis Papiam per se veniens, nullis ab eo precibus, ut iuri Romanae ecclesiae redderentur, valuit obtinere. Hic cum ad Gallias pervenisset, a Pippino Francorum rege et eius filiis Carolo et Carlomanno, utpote vicarius beati Petri apostoli, honorifice est susceptus. Qui prefatus rex iterum ad eundem Aistulfum suos missos dirigens; qui et ipsi nihil inpetrantes, ad suum dominum sunt reversi. Ac per hoc cum validissima Francorum manu ad Italiam super eum veniens, in Papia per aliquos dies clausum obsedit; et tunc quod sponte reddere noluit, invitus dimisit. 749. G. pont. Steph.

3. Pippinus vero ad Gallias est reversus, et Aistulfus post aliqua annorum curricula, dum in quodam loco venandi operam daret, divino ictu percussus interiit.

4. Tunc[2] Desiderius quidam dux Langobardorum, qui ab eodem Aistulfo Tusciae in partes erat directus, audiens prefatum obisse Aistulfum, illico aggregans ipsius Tusciae universam exercitus multitudinem, regni Langobardorum arripere nisus est fastigium. 754.

5. Huius personam despectui habens Ratchis, dudum rex et postmodum monachus, germanus prefati Aistulfi, sed et alii plures Langobardorum optimates eundem Desiderium spernentes, plura Transalpium vel cetera Langobardorum exercituum multitudinem congregantes, ad dimicandum contra eum profecti sunt. Interea dum universorum consensu Desiderii[a] regnum firmatum est, Ratchis palatium gubernabat. Tunc suffragante papa Stefano ita omnipotens Deus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione antefatus Desiderius per iam dicti quoangelici concursum[b] eandem quam ambiebat regalem adsumeret dignitatem.

6. Hic vero, confirmato regno, cum iam per annos plures regnasset, immitator factus Aistulfi, abstulit civitatem Faventinam et ducatum Ferrariae seu Comachium de exarcato Ravennate. Ad quem Adrianus papa sepius suos missos direxit et obsecratorias litteras misit, deprecans eum, ut a tantis malis resipisceret et eas quas abstulerat ad sedem apostolicam redderet civitates; sed nequaquam eius cor lapideum potuit emmoliri. G. pont. Hadr.

7. Et dum in magna angustia ac tribulatione consisteret, necessitate compulsus, direxit suos missos marino itinere cum apostolicis litteris ad Carolum regem Francorum, deprecans eius excellentiam, ut, sicut genitor eius, ita et ipse sanctae Romanae ecclesiae subveniret. Qui confestim isdem mitissimus Karolus Francorum rex direxit eidem Desiderio suos missos, deprecans, ut easdem beato Petro apostolo quas abstulerat pacifice redderet civitates, promittens insuper ei dare quattuordecim milia solidorum. Sed neque deprecationibus neque muneribus eius ferocissimum cor flectere valuit; sed magis cum omni apparatu Langobardorum ad resistendum ei armatus occurrit. At vero Carolus cum Alpes transiens Italiam ingredi cepisset, Langobardi cum rege suo, dimissis propriis tentoriis, fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripiunt. Ipse vero Desiderius velociori cursu fugiens, Papiam se muniens clausit. Quem Carolus persecutus, eandem civitatem ex omni parte circumdans vallavit, positisque custodibus, ad persequendum Adelgisum, Desiderii filium, Veronam venit. Qui tanti regis adventum metuens, post aliquos dies clam fugiens, in portu Pisano navalem iter arripiens, Constantinopolim non reversurus migravit[3]. Carolus igitur Papiam reversus, cum iam per sex mensium spatia ibidem moraretur, relicta ibi exercitus multitudine, ipse magnum habens desiderium, orationis voto Romam ad limina beati

a) Derii *corr.* Desiderii *c.* b) iam dicte quo angelice cursum *c.*

1) *Haec ex Gestis sumta sunt, sed in brevius contracta aliisque verbis plerumque expressa.* 2) *Jam presso pede Gesta sequitur.* 3) *Haec dubia esse, Abel monuit, Jahrb. Karl d. Gr. I, p. 124. Adelgisum Constantinopolim fugisse, Ann. tradunt Laur. min.*

G. pont. Hadr. Petri apostoli devotissimus venit; reversusque Papiam, ipsamque obsidens fortiterque debellans, eandem civitatem, simulque et Desiderium Langobardorum regem atque cunctos qui cum eo erant comprehendit sueque potestati subiugavit, dominans Italiam, anno dominice incarnationis 773. Prefatum vero Desiderium et eius coniugem ad Franciam misit. Finitumque est regnum Langobardorum, quod[a] mansit per annos 206, postquam ipsi Italiam intraverunt.

A. Laureſh. Anno 776. Rotchaus dux Foroiuliensis rebellis occiditur.

Anno 781. Carolus rex Romam veniens; ibique baptizatus est filius eius, qui vocabatur Carlomannus; quem Adrianus papa mutato nomine vocavit Pippinum, et unxit regem super Italiam fratremque eius Lodowicum[b] super Equitaniam.

Anno 786. Hoc anno multa signa apparuisse dicitur. Signum etiam crucis in vestimentis hominum apparuit; et sanguinem e terra atque de celo profluere, multorum affirmatione innotuit.

786. Anno 787. Carolus rex Romam veniens, in terram Beneventi profectus est; monasterium sancti Benedicti adiit.

Anno 788. idem rex Tassilonem Baioariae ducem de principatu eiecit.

Anno 794. in Galliis in loco qui Frankinisfurth dicitur adversum Elifandum Hispaniarum Tolletane sedis episcopum et Felicem eius socium magna synodus congregata est. Hii asserebant, Dei filium adoptivum, non proprium esse; quam heresim viri sanctissimi Paulinus Aquilegensis patriarcha et Petrus Mediolanensis archiepiscopus seu Alchuinus[c] insule Brittanniae archidiaconus[1], cum ceteris episcopis, divinarum scripturarum adsertionibus destruentes, proprium eum et non adoptivum dici sanxerunt.

Contra quam heresim Leo tertius papa congregata Romae synodo, multis eam euangeliorum et sanctorum patrum testimoniis in perpetuum dampnavit[2]. Nam et Paulinus, vir mire scientie, patriarcha adversum hanc nefandissimam heresim tres libros luculento sermone composuit.

cf. A. Laureſh. Anno 796. Hunnorum gens, que erat ultra Danubium, per Pippinum, Caroli regis filium, Francorum potestati subiecta, deleta est.

G. pont. Leon. Anno 799. Leo apostolicus cum more solito in letania, quae maior appellatur, procederet, Pascalis primicerius cum Campolo saccellario et aliis Romanis ferino more eum comprehendentes, in terram proiecerunt, expoliantesque eum, crudeliter eius oculos evellere et ipsum penitus cecare conati sunt. Nam et lingua eius precisa, et ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, cecum eum et mutum in media platea dimiserunt. Qui postea cum ab ipsis carnificibus[d] in monasterium sancti Erasmi in custodiam mitteretur, a fidelibus sanctae Dei ecclesiae

A. Laur. mai. noctu per murum civitatis dimissus est, et ad legatos Caroli Magni regis, qui tunc apud ecclesiam beati Petri apostoli erant, Wirundum scilicet abbatem et Winigisum Spoletinum ducem, veniens primo Spoletium, deinde ad Franciam est deductus, atque a prefato rege venerabiliter susceptus et honorifice Romam remissus est.

G. pont. Leon. Anno 800. Carolus sepe nominatus rex Romam veniens, et Leo apostolicus in ecclesia beati Petri apostoli coram omnibus amplectens sancta Christi quattuor euwangelia, ascendens in ambonem contra nefanda crimina, que ei a Romanis obiecta fuerant, sub iureiurando clara voce dixit: 'Quia de falsis criminibus istis, quibus super me imposuerunt Romani, scientiam non habeo, nec talia egisse me cognosco'.

A. Laur. mai. Anno 801. idem Carolus rex cum ipsa die natalis ad missam ante confessionem beati Petri apostoli ab oratione surgeret, Leo papa coronam capiti eius imposuit, et a cuncto Romano populo acclamatum est: 'Karolo augusto, a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romanorum, vita et victoria'.

a) qui *corr.* quod *c.* b) Lodowicus *corr.* Lodowicum *c.* c) seu ual chuinus *c.* d) carnifinificibus *c.*

1) *Etiam Ann. Maximiniani Alcuinum praesentem dicunt.* 2) *Cf. Mansi XIII, p.* 1029, *ubi actorum fragmenta edita sunt.*

Anno 814. Carolus imperator moritur 5. Kal. Feb., eodemque anno Lodowicus, filius eius, in eius loco augustus est appellatus.

Anno 818. Lodowicus augustus Lotharium filium suum consortem regni fecit. Ber- 817.
nardus vero rex, regis Pipini filius, rebellis effectus, captus, ad Franciam ductus, moritur.

Anno 823. Lotharius imperator primo ad Italiam venit et diem sanctum pascae Romae fecit. Pascalis quoque apostolicus potestatem, quam prisci imperatores habuerunt, ei super populum Romanum concessit.

Anno 825. Lotharius imperator iterum ad Italiam veniens, missam sancti Martini 824.
Romae celebravit. Et hoc est iuramentum, quod Romano clero et populo ipse et Eugenius papa facere imperavit:

'Promitto ego ille per Deum omnipotentem et per ista sacra quattuor ewangelia et per hanc crucem domini nostri Ihesu Christi et per corpus beatissimi Petri principis apostolorum, quod ab hac die in futurum fidelis ero dominis nostris imperatoribus Hludowico et Lothario diebus vite mee, iuxta vires et intellectum meum, sine fraude atque malo ingenio, salva fide, quam repromisi domino apostolico; et quod non consentiam, ut aliter in hac sede Romana fiat electio pontificis nisi canonice et iuste, secundum vires et intellectum meum; et ille, qui electus fuerit, me consentiente consecratus pontifex non fiat, priusquam tale sacramentum faciat in presentia missi domni imperatoris et populi, cum iuramento, quale domnus Eugenius papa sponte pro conservatione omnium factum habet per scriptum'.

CONTINUATIO TERTIA.

Etiam tertium Pauli historia continuatorem nacta est, qui septimum librum adjiciendum eoque res Langobardicas ad Karoli Magni usque tempora enarrandas sumsit; quibus Pauli exemplum secutus etiam alia inseruit ad historiam Constantinopolitanam et Francicam spectantia. Quae tamen ita elegit, ut praesertim res ad pontificum Romanorum historiam spectantes traderet, quibus deditissimum animum semper et ubique ostendit. Pleraque etiam ex ipsis Romanorum pontificum Gestis sumsit, eorum verba non raro exornans et ampliori fastu reddens. Praeterea vero Anastasii historia ecclesiastica, Annalibus Laurissensibus majoribus, Einhardi Vita Karoli Magni, necnon libris s. XII. et XIII. demum confectis, Sigeberti Gemblacensis[1] *chronico, Historia ecclesiastica Hugonis Floriacensis, Jacobi de Voragine Legenda aurea usus est. Haec subsidia auctorem cisalpinum indicare videntur, et verba nonnulla quibus utitur,* requesta, attediatus, pariformiter, *huic sententiae suffragantur. Sunt quidem quae ut eum ad Italiam referamus suadere possint. Quae de sanctorum reliquiis, clave s. Petri, reliquiis s. Caeciliae a Desiderio rege Romae frustra quaesitis, corpore s. Bartholomaei Beneventum translato, tradit, necnon Adriani papae epitaphium eo spectant. Etiam codex unicus qui exstat (Pauli* C 5*), quamvis nunc in bibliotheca S. Audomari asservatus, originem Italam prodit: quippe qui praeter Paulum 'stationes ecclesie Romane in adventu' et catalogum episcoporum Florentinorum usque ad a.* 1411. *deductum contineat (Arch. X, p.* 377*). Vix tamen Italus quisquam compertum habere potuit, sub Nanthario abbate Childericum Francorum regem in monasterium Sithiense esse missum; quod Folcuini testimonio confirmatur. Quo tempore auctor vixerit, ipse nusquam indicat. Certe a tempore, in cuius historia versatur, longe fuit remotus, quippe qui s. XII. XIII. libros adhibuerit; si ea quae de Paulo diacono refert, ex Durandi libro sumserit, non prius quam saec. XIII. XIV. inc. scripsisse censendus est*[2]. *Ideo si haec compilatio,*

1) *Quae c.* 59. *de pseudo-privilegio Hadriani papae leguntur, non ex Auctario Sigeberti Aquicinctino sumta esse possunt; ideo ipsius decreti exemplum auctor habuisse videtur.* 2) *Quod*

vix et ne vix quidem quae Paulo subjiceretur digna, in tenebris, quibus hucusque obruta erat, latuisset, vix dolendum esset. Ne quid tamen huic rerum Langobardicarum collectioni deesset, ex opere, quod Bethmann invenit et ut describeretur desideravit, ea saltem typis exprimenda duxi, quae vel propriis verbis de excidio regni Langobardici auctor enarravit vel ex fontibus minus notis libro inseruit, apographo usus, quod anno praeterito V. Cl. Heller in bibliotheca Audomarensi confecit.

G. W.

INCIPIUNT CAPITULA SEPTIMI LIBRI LANGOBARDORUM REGUM.

1. Quid intendat actor in hoc libro describere.
2. Quibus temporibus Langobardi Italiam venerunt.
3. De primo rege eorundem, mortuis ducibus.
4. Brevis revolutio subsequentium regum.
5. Epilogus aliorum regum cum determinatione regiminis eorum.
6. De miraculo circa clavem auream sancti Petri.
7. Compendiosa ceterorum regum narratio.
8. Quod cum in honore essent, spreverunt Romanum imperium.
9. Quod sanctus Germanus patriarcha Constantinopolitanus restitit viriliter erroribus Leonis imperatoris.
10. Quid fides catholica sentiat circa reliquias.
11. Quid intendere debeamus venerando sanctorum sanctarumve reliquias, aut de sanctis festis agendis.
12. Sanctus Germanus Leoni imperatori pro sua impietate aversus, a sede episcopali deiectus est.
13. Anastasius hereticus vice sancti Germani fungitur episcopio, favore interveniente imperatoris.
14. Liutprandus rex de iure Romane ecclesie iura tulit.
15. Leone imperatore mortuo, Constantinus, filius eius, nequam plus iusto imperat.
16. De calamitatibus civitatis Constantinopolitane.
17. Marophili in Persida steterunt et Turchane gentes.
18. Anastasius episcopus indignus pessime moritur.
19. Hilprando reprobato, Ratchis super Langobardos regnat.
20. Zacharie summo pontifici reconciliatur Ratchis ablata restituendo.
21. Karlomannus, frater Pippini regis Francorum, fit monachus apud Cassinum montem.
22. Ratchis Langobardorum rex seculari pompa abrenuntians, fugit ad vestes monachales.
23. Haystulphus super Langobardos regnat.
24. Constantinus pseudopatriarcha Constantinopolitanus morte turpissima condemnatur.
25. Niceta Constantino episcopo substitutus, adversus ymagines insurgit.
26. Crudelitas pretoris Tracentii exarsit in catholicos, volens placere imperatoris impietati.
27. Cassinensis congregatio mittit Karlomannum monachum cum litteris ad Francos.
28. Exemplar epistole misse per Zachariam papam ad episcopos Francorum pro corpore sancti Benedicti.
29. Nil valent episcoporum conamina, orantibus monacis Floriacensibus et miraculis ostensis.
30. Hildericus rex Francorum in monachum tonsoratur edicto Francigenarum.
31. Pippinus decreto apostolico rex Francorum attollitur[a] et per sanctum Bonefatium consecratur.

a) attolitur *c.*

chronicon s. XIII. rebus Langobardicis etiam notitias de ss. Medardo et Gylardo, de translatione s. Benedicti et pseudo-privilegio Adriani inseruit, ut continuationem hanc ejus fontem habeamus, suadere nequit. Noster etiam illud exscripsisse videtur.

32. Langobardorum rex Stephano pape graves intulit calumnias.
33. Conatur Francos Langobardus rex Haistulphus divellere ab auxilio Romani pontificis.
34. Reverentia regis et Francorum exhibita pape venienti in Galliam.
35. Spopondit rex Pippinus, se defensurum ius Romane ecclesie adversus perfidum regem.
36. Pippinus rex expeditionem movet in Italiam.
37. Vincuntur Langobardi, vincentibus Francis.
38. Rex Francorum Papiam obsidet.
39. Langobardorum rex Haistulphus Papia egreditur et sacramento fidei astringitur ad reddendum.
40. Haistulphus perfidus Romam obsidet contraveniens suo iuramento.
41. Rex Pippinus secundario Italiam intrat adversus Langobardum regem.
42. Ablata a Langobardis restituuntur Romane rei publice, agente Francorum auxilio.
43. Rex Haistulphus adversarius ecclesie Romane infeliciter moritur.
44. Regnum Langobardorum, interveniente Romano pontifice, Desiderius obtinuit.
45. Desiderius rex Romane ecclesie promissas civitates restituit.
46. Paulus pontifex Stephano fratri succedit in sede Petri, et de moribus eius.
47. Stephanus tercius, Paulo defuncto, sedem apostolicam tenuit et synodum convocavit.
48. Desiderius Langobardorum rex ecclesiam Romanam et Ravennatem[a] infestat.
49. Desiderius rex dolosus reperitur et induratus Romanos molestat.
50. Adrianus papa urbem munivit adversus Langobardos et anathematis scripsit epistolam.
51. Legationem mittens Carolus rex Francorum Desiderio regi, rogat ea que pacis sunt ecclesie.
52. Exercitum movet Carolus rex et Langobardos comprimit.
53. Commisso prelio, vincuntur Langobardi, et rex eorum Desiderius fugam iniit.
54. Post obsidionem Papiensem Karolus rex Francorum Romam vadit ad limina sanctorum apostolorum.
55. Capitur Papia a Francis et Desiderius rex cum uxore et filia.
56. Desiderius rex Langobardorum perpetuo damnatur exilio, sicque defecit regnum Langobardorum.
57. Filius Desiderii quondam regis Constantinopolim fugit.
58. Carolus Magnus Romam vadens, reddidit ecclesie et Romanis ea que perdiderant.
59. Adrianus papa synodum congregavit et regem Carolum muneravit.
60. Feliciana heresis refellitur et damnatur.
61. Vigilantia[b] Adriani pape demonstratur, et epithaphium eius.
62. Reversus rex Carolus in Franciam bellum parat adversus Beneventanos.
63. Rotgaudum Langobardum Carolus vincit et civitates eius Francis tradidit.
64. Moritur impius Constantinus imperator.
65. Leo, filius Constantini, imperat.
66. Dux Spoleti Carolo Magno regi se subdit.
67. Adalgisus, Desiderii filius, veniens Francis rebellare nititur et ab eis perimitur.
68. Italiam denuo petens Carolus rex, rebelles punit, ceteris timorem incutiens.
69. Dux Foriiulii Karolum regem consuluit muneribus.
70. Et de moribus ipsius regis Caroli.
71. De translatione corporis sancti Bartolomei apostoli apud Beneventum.
72. Paulus Cassinensis monacus venit in Galliam.

a) Raveñ *c.* b) Vigilanta *c.*

1. Propositum quidem huius superadditi septimi libri est priora comatice recensere, nonnulla omissa retexere et trium subsequentium Langobardorum regum nomina et tempora necnon gesta secundum traditiones patrum subnotare.

2. Legimus sub gestis Romanorum pontificum, quod tempore primi Pelagii, successoris Vigilii pape, Langobardi in Italiam venerunt[1]. Gens erat Germanica Winilorum plurimum populosa, que de littoribus occeani parte septentrionali[a] egressa, cum de insula Scandinavia per bellorum multa certamina diversorumque circuitus tandem Pannoniam devenisset, ultra non audens procedere, sedem sibi in ea perpetue mansionis instituit. Hi igitur in Scandinavia Scithie insula — libertatemque suam defendere conabantur [*ex Sigeb. p.* 301].

Iac. de Vor.

3. Porro Agion et Ibor mortuis — est extinctus [*ib.*]. Per idem fere tempus floruerunt fratres uterini sancti Medardus et Gildardus una die nati, una die episcopi consecrati, una die mortui atque una die a Cristo assumpti.

Iac. de Vor.

4. Lamissio — eorum consequentia [*Sig. a.* 479].

5. Sub Guldeoch — Waltarich successorem regni reliquit [*ib.*]. Qui regnavit annis septem et mortuus est. Post hunc Audoin septemdecim annis. Alboin, filius eius, annis triginta uno, scilicet viginti et quinque[2] in Pannonia et sex in Italia. Cleb annis decem, postquam[b] duobus fuerant sub ducibus. Post hec Autharim regem statuerunt, quem ob dignitatem Flavium nuncupaverunt, a quo deinceps omnium Langobardorum reges Flavii nominati sunt. Huic anni sex annotantur.

Sig. 586.

Greg. Reg. VII, 26.

6. De clave sancti Petri apostoli sub eodem rege hoc refertur gestum miraculum[3]. Dum illam auream clavem quidam Langobardus civitatem ingressus in Transpadanis partibus invenisset, quia sancti Petri clavis esset, despiciens, sed pro eo quod eam auream vidit, facere sibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum, ut eam incideret. Qui mox cultellum, cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per malignum spiritum, sibi in gutture defixit, eademque hora defunctus cecidit. Et illic rex Langobardorum Autharith atque alii multi eius homines cum adessent, et ille qui se ipsum percusserat seorsum mortuus, clavis vero seorsum iaceret in terra, factus[c] est omnibus vehementissimus timor, ut eandem clavem de terra levare nullus auderet. Tunc quidam Langobardus catholicus, qui sciebatur orationi et elemosinis deditus, Mimilphus nomine, vocatur, qui hanc de terra levavit. Autharith vero pro eodem

a) *e corr. c.* b) *fortasse:* post quem . . fuerunt *legendum est. Annos* 2 *regi Cleb,* 10 *ducibus tribuit Sigebertus.* c) factum *c.*

1) *Cf. Jacobi de Voragine leg. auream, ubi in fine chronicon a historia Langobardorum incipiens legitur (v. supra p.* 19*), quocum auctor ad verbum convenit.* 2) 24 *Sigeb.* 3) *Ipsa Gregorii verba exscribere juvat:* Praeterea benedictionem sancti Petri apostoli clavem a sacratissimo eius corpore transmisi, de qua videlicet clavi hoc est gestum quod narro miraculum. Dum eam quidam Langobardus civitatem ingressus in Transpadanis partibus invenisset, quia sancti Petri clavis esset, despiciens, sed pro eo quod eam auream vidit, facere sibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum, ut eam incideret. Qui mox cultellum, cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per spiritum, sibi in gutture defixit, eademque hora exstinctus cecidit. Et dum illic rex Langobardorum Autharith atque alii multi eius homines adessent, et is qui se percusserat seorsum mortuus, clavis vero haec seorsum iaceret in terra, factus est omnibus vehementissimus timor, ut eamdem clavem de terra levare nullus praesumeret. Tunc quidam Langobardus catholicus, qui sciebatur orationi et eleemosynis deditus, Minulfus nomine, vocatus est, atque ipse hanc levavit de terra. Autharith vero pro eodem miraculo aliam clavem auream fecit atque cum ea pariter ad sanctae memoriae decessorem meum transmisit, indicans, quale per eam miraculum contigisset. Ipsam ergo vestrae excellentiae transmittere studui *etc.*

miraculo aliam clavem auream fecit atque cum ea pariter ad dominum papam transmisit, indicans, quale per eam miraculum contigisset. Greg.

7. Porro post Atharith regnavit Agilulphus annis viginti et quinque, et Agilulpho successit Adaloaldus, filius eius, annis quinque[1]. Quo de regno electo, Arioaldus succedit annis duodecim. Arioaldo vero successit Rotharis annis sexdecim cum mensibus quatuor. Post eum regnavit Rodoaldus, filius eius, annis quinque et diebus septem. Illo propter adulterium interempto, regnavit in Italia Aripertus annis novem. Huius filii de regno contenderunt anno unico. Quorum Godebertum Grimoaldus dux Thaurinatium dolo peremit eiusque regnum arripuit et sororem eius duxit uxorem, regnans annis novem. Post hunc Bertaridus, filius Ariperti, annis decem et septem. Cui successit in Italia Cunibertus, filius eius, annis duodecim. Illi succedit Liuthbertus, filius eius adhuc puer, habens pro tutore Ansprandum. Quem dux Ragimbertus superavit, invadens regnum tenuit anno vix uno. Quo mortuo, Aripertus successit annis novem. Cum quo filius Ansprandi[a] conflixit, eoque fugiente et in fluvium dimerso, regnum recepit. Sed eo evoluto trimestri mortuo, Liutprandus, filius eius, regnavit annis triginta et uno, septem adiectis mensibus. P. IV, 41. cf. IV, 42. IV, 47. IV, 49. IV, 51. Sig. 661. P. V, 35. Sig. 687. 699. 700. cf. P. VI, 19. Sig. 710.

8. Nunc iam ad gentis Langobardorum prosequendam historiam debet se noster vertere stilus. Gens quippe hec[b] affluens terrenis opibus, sui cognitionem dereliquit et imperium Romanum avitum et sublime plurimum cepit infestare, oblita promissionis sue, licet antea christianismum receperat.

9. Leo augustus Romano potitus imperio, anno incarnationis domini nostri Iesu Cristi septingentesimo octavo, ipsius regnatoris octavo anno omnes sanctas ymagines, ut in superioribus posuimus[2], destrui precepit. Maximo enim odio eas abhominabatur — — illicitum esse confitemur [*ex Hug. Flor.*]. cf. Hugo Fl.

12. Consequenti tempore Leo tercius imperator semper sui generis vilitatem demonstrare studuit, in omnium oculis factus fabula et improperium[c] iuxta legislatoris prolata: 'Eris', inquiens, 'perditus in proverbium et fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit Dominus'. Ideo multos qui sanctas ymagines — — honorifice recondidit [*ex Hugone.*]. Deut, 28, 37.

14. Interea Constantinopolim — populus multus [*ex Hugone*]. Liutprandus rex Ravennam obsidens, capit civitatem Classe Ravennantium. Et de iure Romani pontificis Gregorii urbes multas et castella tulit, pro refugio Trasmundi ducis Spoletani. Sig. 722. 732. 739.

15. Mortuo tandem impio Leone augusto anime simul et corporis morte, fit imperii impietatis eius successor Constantinus filius annis triginta quinque, cum esset annus a conditione mundi iuxta Romanos millesimus sextus et ducentesimus quadragesimus octavus. Sed secundum computationem Egiptiorum et Alexandrinorum 6 millesimus tricesimus secundus[3]. Constantinus igitur, quintus persecutor legum a patribus traditarum, imperium sumens anno incarnationis divine 741, omni tempore — — et repleverunt Hispanias usque in presens tempus[4] [*ex Hugone*]. Hugo. Anast.

18. Anastasius pseudopatriarcha passione nimia fatigatus — — seculi putarent [*ex Hugone*].

19. Hilprandum, nepotem Liutprandi olim regis, quem ipse in ultimis suis diebus regem Langobardis designaverat, a Langobardis reprobatur. Et Ratheis dux prefatus regnat pro eo septem annis. Sig. 742.

20. Ab hac luce subtracto Romano pontifice tercio Gregorio, Zacharias Grecus genere papa Urbis efficitur. Qui in principio sui pontificatus Italie regionem invenit valde turbatam G. pont. Zach.

a) Arnsprandi *c.* b) hac *c.* c) improp̄m̄.

1) 12 *Sigeb., qui Arioaldum praetermisit.* 2) *Paulus VI,* 49. 3) *Haec ex Anastasio derivata, quamvis in Rottendorfii editione Hugonis non legantur, huic fortasse debentur.* 4) *Haec etiam Hugonis sunt verba ex Anastasio repetita.*

G. pont. Zach. et presertim civitatem Romanam, agentibus persecutionibus, quas Langobardorum gens Romanis inferebat, quia duci Spoletanorum Trasemundo favebant ipsumque intra Urbis[a] claustra tuebantur. Quam ob rem Langobardus rex cum gente sua Romam obsedit multasque urbes, que temporibus istis dominio Urbis subiecte[b] erant, obsessas cepit, captasque a Romano dominio abstulit. Sed non post multum temporis ad requestam et admonitionem huius almi pontificis, qui ad illum super hoc facto, ut scilicet civitates illas iuri Romanorum restitueret, nuncios suos miserat, ipsas civitates restituere promisit. Sed cum iuxta promissionem restituere differret, Zacharias memorabilis papa non erubuit[c] personaliter ad dictum regem Langobardorum accedere. Veniens itaque ad civitatem Interamnis, ubi tunc dictus rex cum suis exercitibus erat, cum rex audiret eius adventum, omnes duces exercituum suorum maiores usque ad octo miliaria misit obviam illi. Sed et ipse rex usque ad medium miliare processit obviam Zacharie summo pontifice, illumque cum gaudio magno et summa reverentia intra civitatem suscepit. Cumque in ecclesia beati Valentini ambo consedissent, divina perfusus gratia papa adeo regem dulcibus verbis emollivit et sermonibus placidis, ut omnia quecumque ab eo peteret statim impetraret. Suasit enim regi, ab hostili commotione primum quiescere, ab effusione humani sanguinis abstinere et ea que ad pacem spectant semper sectari. Huius autem sanctis persuasionibus compunctus rex Langobardus, ad mandatum pontificis civitates, quas Romanis abstulerat[d], restituit. Silicet et Sabinense patrimonium, quod a iure Romane ecclesie Langobardorum reges abstulerant atque per annos iam triginta possederant; insuper Narniam, Assisium[1], Anchonam et Cumanam[2] beato pontifici restituit atque pacem cum Romanis in triginta annos pepigit. Omnesque captivos ex diversis provinciis Romanorum, quos ipse et sui predecessores in diversis locis ceperant per totam Italiam, pape donavit. Itaque pastor sollicitus, cum omnia que voluit obtinuisset, Romam revertitur.

Einh. V. Kar. c. 2. 21. Eo tempore quo reversus est ad urbem Zacharias, Karlomannus, frater Pipini regis Francorum et incliti principis Caroli Martelli filius, amore contemplative vite succensus, operosa temporalis regni administratione attediatus, Romam se in ocium contulit, Hugo Flor. ibidemque per manus summi pontificis Zacharie habitu mutato atque monachus factus, in Sirapti Einh. monte apud Sanctum Silvestrum constructo monasterio, cum viris religiosis, qui una secum a Francia venerant, optata quiete aliquanto tempore usus est. Sed cum ex Francia multi nobilium Romam ob devotionem venientium, velut dominum quondam suum, nollent preterire, ocium, de quo maxime delectabatur, interrumpentes[e], crebra visitatione et salutatione locum mutare compellunt. Quare relicto monte Serapti, ad monasterium sancti Benedicti in monte Cassino secessit, in quo loco residuum vite religiose complevit.

G. pont. 22. Illis diebus cum Ratchis regnum Langobardorum regendum suscepisset, cum magna suorum multitudine ad occupandam Perusinam civitatem venit, quam undique circumvallans viriliter expugnabat. Quod audiens summus pontifex, fretus divino adiutorio, ad ipsam civitatem quam citius accessit atque regem ipsum suis precibus commonitum ab eius impugnatione removit. Cum quo postea aliquibus diebus moratus, adeo illum suis sanctis exhortationibus ad bona opera induxit, ut post dies paucos idem Ratchis Langobardorum rex regalem dignitatem et mundi fastum relinquens, devote cum uxore et filiis ad limina apostolorum visitanda simulque sanctum pontificem videndum adiret. Et peracta oratione, seculi pompa derelicta, per manus pontificis una cum filiis suis habitum sancte religionis suscepit, monachus effectus.

23. Monachi scemate cooperto Rathcis rege, frater eius Haistulphus, Pemmonis filius, super Langobardos in regem elevatur circa annum Domini G. pont. nostri septingentesimum quinquagesimum. Qui eciam adversus Romanos adeo exarsit, Sigeb. 752. ut tributum exigeret ab uniuscuiusque capite. Hic cuiusdam Anselmi viri prepotentis sororem

a) urbem *c.* b) subicite *c.* c) inerubuit *c.* d) abstulerant *c.* e) interrumpēs *c.*

1) Auximanum *G. pont.* 2) Humanatum *ib.*

connubio sibi iunxit. Qui quidem Anselmus vir illuster cenobium Nonantulam fundavit, quo transtulit corpus sancti Silvestri pape. Sig. 752.

24. Interea Constantinus Constantinopoleos falsi nominis patriarcha — — voluntates meas et cetera [*ex Hugone*].

27. Interea monachi de monte Cassino — Gallia tam sanctis ossibus viduari [*ex Hugone*].

30. Fuit hic Pipinus, Karoli Martelli filius, vir animosus et prudens et in regimine sibi commisso valde sollicitus. Hic igitur primum domus regie maior considerans Hilderici sui regis inertiam, ad memoratum papam Zachariam sollemnes misit nuncios ipsumque consuluit, quis potius rex esse deberet et dici, an qui omnes regni labores assumeret, an qui ocio et luxurie deditus solo regio nomine tegeretur. Cui summus pontifex remandasse fertur: illum merito debere regnare, qui rem publicam strennue gubernare sciret et posset. Hec autem postquam nuncii Francorum primoribus retulerunt, convocato principum et prelatorum consilio, de communi consensu et voluntate omnium Hildericum solo nomine regem a regni fastigio deponunt, et monastico illum habitu induentes, in monasterio sancti Petri quod Sithiu dicitur includunt sub patre Nanthario[1], Pipinum autem super Francos regnare faciunt, omnibus volentibus et gaudentibus. Sicque defecit linea regum Meroveorum, que a Meroveo rege Francorum primo[a] originem traxit, ex qua 23 reges successive regnaverunt annis trecentis et 24. cf. Hugo.

31. Igitur Pipinus[b] decreto optimatum et principum electus et acceptus in regem, auctoritate apostolica a sancto Bonifacio archiepiscopo Maguntine civitatis inungitur et consecratur anno Domini nostri septingentesimo quinquagesimo. Cuius insignis posteritas postea per tempora multa regnum obtinuit Francorum. Sig.

32. Eodem tempore post Zachariam sedit collocatus in sede Petri Stephanus II. Hic tercio mense sui pontificatus cum prefatus rex Langobardorum Aistulphus magnas persecutiones inferret civitati Romane multasque civitates et castra ad ius illius pertinencia abstulisset, idem memorabilis papa Paulum diaconum, germanum suum, virum sanctissimum, atque Ambrosium primicerium plurimis cum muneribus misit ad eundem Aistulphum regem ad pacis federa adinvenienda. At idem protervus rex antiqui hostis invasus versutia ac pacis federa spernens multasque sanctissimo viro Stephano pape ac populo Romano inferens molestias, Urbem cum patria adiacente suo imperio conabatur subicere. Ob quam causam papa regis Francie Pipini auxilium conatus est petere. Unde in Franciam cum suis clericis cogitur venire. Cui in veniendo in una noctium apparuit magnum signum in celo, globus scilicet igneus a parte australi declinans a Gallie finibus ad partes Langobardorum. G. pont. Steph.

33. Quod Aystulphus rex audiens, modicum timuit, estimans, quod, si regis Franci auxilio papa Urbis potiretur, ipse non posset de facili Romam cum finitima regione obtinere. Unde ad hoc impediendum Karlomannum monachum Cassinensem, de quo premiseramus, ad Pipinum premittendum deputavit, ut ipse summum pontificem preveniens id cum Pipino fratre ageret, ne Romano populo et summo pontifici contra eum auxilium prestaret[c].

34. Porro Pipinus, ut audivit, summum pontificem ad regnum suum venisse, immenso gaudio repletus, cum optimatibus suis usque ad regni fines processit. Sed cum illum appropinquare cerneret per trium miliarium spatium, ex equo desiliens, cum magna humilitate pedes obviam illi[d] cum uxore sua et liberis usque ad ipsum pervenit. Quo[e] cum pervenisset, ad terram prostratus, eius sacros pedes venerabiliter osculatus est. Exinde vice stratoris usque ad palatium deduxit. At cum intra oratorium ambo consedissent, post multos sermones disseminatos ipse summus pontifex regem Francorum lachrimabiliter deprecatus est, ut per pacis federa causam beati Petri et rei publice Romanorum tanquam ecclesie

a) p̊mo *c.* b) Pupinus *c.* c) prāret. d) o. i. obviam *c.* e) Cum quo *c.*

1) *Cf. Ann. S. Bertini SS. I, p.* 138 *n.; Folcuini G. Sith. c.* 34, *ed. Guérard p.* 55.

G. pont. Steph. brachium ipse defenderet. Sed Karlomannus, qui illuc aderat, iuxta quod ab iniquo rege Haistulpho fuerat informatus, nitebatur omnimodo et vehementer decertabat sancte Romane ecclesie causam subvertere.

35. Propiciante autem Altissimo, non valuit ipse Karlomannus monachus germani sui Pippini regis Francorum cristianissimi animum a sancto proposito declinare, quin promitteret et iuramento suo firmaret, causam ecclesie pro posse suo defensurum. Deinde legatos ad suggestionem summi pontificis ad Aistulphum regem destinavit rogans, ut ea que ad ius Romane ecclesie et Romane rei publice, que vel ipse vel predecessores sui reges Langobardorum abstulerant, eis restitueret. Et hoc non solum semel et bis, sed et tercio ad suggestionem pontificis actum est. At Aistulphus rex in sua[a] perfidia permanens, ut alter Pharao, omnimodo restituere noluit.

36. Pippinus autem rex, postquam illum sic obstinatum in sua pertinacia vidit, contra illum exercitum congregavit. Et cum iam medium itineris confecisset, denuo pius pastor ecclesie, ne causa effusionis christiani sanguinis esse videretur, obsecratorias et admonitorias illi direxit litteras, per quas per omnia divina misteria et futuri diem[b] examinis eundem impiissimum regem adiuravit, ut pacifice et absque humani sanguinis effusione ea que ad sanctam Romanam ecclesiam et Romanam rem publicam pertinebant, restitueret. Sed in sua nequitia obstinatus, non tantum desistere noluit, sed sancto viro comminatus est et Francis. Quare confisus in Dei omnipotentis misericordia Pippinus, cum suo exercitu intravit Italiam.

37. Aystulfus autem de sua confisus multitudine, illi non dubitavit occurrere, sed divina potencia fractus, a Francis superatus, usque ad internitionem suorum est contritus exercitus. Sicque iustus iudex suis militibus victoriam dedit. Haistulphus autem fugiens, apud Ticinum civitatem se recepit.

38. Ad Papiam munitissimam urbem Pipinus rex cum summo pontifice veniens, undique illam obsidione vallavit; cumque iam obsessi fame deficerent nec amplius impugnantibus Francis resistere valerent, ad Stephanum summum sacerdotem et regem Pipinum miserunt deditionis legatos. Tunc ad illorum adventum pius pontifex regem deprecatus est, ut ad pacem inclinari deberet, ne amplius christianorum sanguis effunderetur. Quare rex inclitus ad preces pontificis adnuit.

39. Exiens ergo de civitate Haistulphus, ante omnia obsides regi Francorum tradidit, deinde cum cunctis suis nobilibus et iudicibus sub terribili ac fortissimo iuramento promisit et per scriptam paginam confirmavit, se illico redditurum civitatem Ravennam cum omnibus pertinenciis, insuper et quicquid ipse et sui predecessores a iure sancte Romane ecclesie abstulissent. Que cum omnia hec rite essent completa, dictus rex inclitus cum exercitu suo ad partes suas se recepit, et pariformiter[c] apostolicus papa Romam reversus est.

40. Sed adversarius et sue anime inimicus Haistulphus, dolore tactus intrinsecus, et damna que a Francorum rege receperat animo revolvens, ea que iuramento promiserat minime adimplevit. Insuper cum universo regni sui populo Romam properans, ipsam undique per tres menses obsidione vallavit, omnia que extra urbis menia erant igne et ferro consumens. Insuper et multorum sanctorum corpora effodiens, illorum cimiteria subvertit. Venerabilis Cecilie martiris corpus ut inveniret desideranter quesivit, sed domini nostri Iesu Christi et beatissime matris eius opitulante gratia invenire non potuit.

41. Audiens itaque rex Pipinus hec omnia, magno affectus dolore, denuo, ut ecclesie subveniret, exercitum movit, atque Italiam intrans, more fluminis omnia demolliens, expugnatis aliquibus civitatibus, Papiam iterum obsidet. Cum eam obsideret, legati Constantini imperatoris ad sua castra venerunt, ex parte dicti[d] principis deprecantes atque imperialia dona multa promittentes, si civitatem Ravennam vel ceteras eiusdem exarchatus civitates et castra imperiali restitueret iurisdictioni. Sed nequaquam christianissimus rex animum suum ad

a) i. s. *bis scripta.* b) divini *c.?* c) piformiter *c.* d) regis la *corr.* dicti *c.*

eorum munera et promissiones inclinavit, asserens, nulla ratione easdem civitates, que de iure beati Petri et Romane essent ecclesie, alterius se velle subiugare dominio; et quod nulla sibi thesaurorum copia persuadere posset, ut, quod semel beato Petro suo labore de manibus Langobardorum recuperaverat, auferret. Quibus auditis, imperiales nuntii ad propria redierunt. G. pont. Steph.

42. Cum igitur rex Francorum Papiam acriter impugnaret, et iam obsessi fame et labore confecti essent nec ultra resistere valerent, Haistulphus suos ad regem legatos misit, qui ex persona sua veniam peterent. Deinde quas in pactorum prius federe promiserat, nunc modis omnibus professus est easdem se velle reddere Romane ecclesie civitates et castra. Cui petitioni rex annuens, nuntios suos, ut dictas civitates nomine Romani pontificis reciperent, misit. Quibus receptis, claves illarum Romam ad papam misit. Subscriptas igitur urbes, quas Haistulphus a iure Romane ecclesie abstulerat reddidit, scilicet primo Ravennam, Arriminum, Pesaurum, Fanum, Sesenas, Sinigaliam, Hesium, Forum Populi[a], Forum Livii[b] cum castro Sasibium, Montem Feltri, Accerragium[c], Montem Locari[d], Serram, castrum sancti Martini, Urbinum, Callis, Leuciolis[e], Egubium, Chomachium, necnon et civitatem Narniensem. Rex igitur inclitus Pippinus, Romane ecclesie defensor, postquam omnia pro quibus tot labores sustinuerat ad ius sancti Petri restituit, in Franciam regreditur.

43. Haistulphus autem, dum venationi die quadam insisteret, divino nutu percussus, subito defunctus est, cum septem annis regnum Langobardorum infeliciter tenuisset.

44. Desiderius, qui ex Langobardorum principibus ab Haistulpho rege olim directus erat in Tusciam, audita ipsius Haystulphi morte, multitudinem suorum congregans, se regem Langobardorum constituit. Quod ceteri Langobardorum principes qui trans Alpes erant audientes, indignati, infinitas suorum copias adunantes, contra illum ad dimicandum profecti sunt. Videns ergo Desiderius, se non posse retinere quod ceperat, nisi Romanorum et Francorum favore uteretur seu iuvaretur, suos nuncios ad summum direxit pontificem, iureiurando promittens, omnem se semper adimplere pontificis voluntatem, ac pro Romano populo et Romana ecclesia pugnaturum, si illorum favore quod ceperat regnum posset Langobardorum retinere. Tunc prudens ecclesie pastor nuncios ad Langobardorum principes direxit, rogans et obtestans, ut a civilis effusione sanguinis abstinerent. Cuius verbis emolliti Langobardi, ad sua quique redierunt. Et sic omnipotens Deus disposuit, ut sine ulla armorum concussione prefatus Desiderius regalem obtineret dignitatem.

45. Qui, Deo ita disponente, promotus ad eandem, statim eidem summo pontifici civitates quas promiserat reddidit, videlicet Ferrariam cum suo ducatu et Faventiam cum castro Tyberiaco, id est Bagna Cavallum.

46. Demum Stephanus papa post multa bona opera que fecerat, dilatato ecclesie statu, quievit in pace. Post quem Paulus, eius germanus frater, pontificatum Romane ecclesie regendum suscepit, vir natura mitissimus et erga pauperes valde misericors, adeo ut cum paucis sibi familiaribus noctis silentio per domos infirmorum discurreret, illis misteria ministrando. Fuit insuper orthodoxe fidei fortissimus defensor; unde sepius, sui predecessoris secutus vestigia, nuntios cum epistolis admonitoriis misit ad Constantinum imperatorem pro restituendis sanctis ymaginibus in pristinum statum. Sed augustus in sua duritia perseverans, audire eum noluit. Egre enim ferens sanctorum gloriam miraculis divina virtute choruscantium, etiam lipsana eorundem ubique iubet effodi et in profundum iactari, spernens comminationes Romani pontificis. ib. Paul.

47. Deposito et degradato Constantino, qui sibi per tyrannidem usurpaverat papatum post Pauli pape transitum, coram omni clero et populo eligitur in ecclesia Lateranensi Stephanus tercius, natione Siculus, qui in summo pontificatu permansit. Hic in exordio ordinationis sue, congregatis tam ex Italia quam ex Gallia episcopis, generale concilium Rome celebravit in G. pont. Steph. III.

a) Foris pplm̄ *c.* b) Fornōlivii *c.* c) Acceuagium *c.* d) Locati *c.* e) Leuooctis Segubium *c.*

G. pont. Steph. predicta Lateranensi ecclesia, in quo sub anathematis vinculo sancitum est, nullum ad episcopalem dignitatem ascendere nisi per distinctos gradus. Et omnia que Constantinus pseudopapa circa divinum cultum egerat omnia irrita sunt preter baptismum et crisma. Firmatum est etiam ibidem, sacras ymagines domini nostri Iesu Christi ac beate Marie et omnium sanctorum ab omnibus debere venerari et honorari, damnantes et anathematisantes synodum pridem in partibus Grecie cogente Constantino imperatore celebratam, que decreverat dictas ymagines deponendas.

ib. Hadr. 48. Brevi tempore post hec evoluto, Desiderius rex Langobardorum fidefragus Faventiam urbem, que ad ius ecclesie Romane pertinebat, abstulit, dehinc Comatium[a] cum toto exarchatu Ravenne in suam transtulit potestatem. Postmodum civitatem ipsam Ravennam undique infestans, predia ac casalia auferens, nichil, unde in dicta civitate homines vivere[b] ac sustentari possent, dimisit. Unde coactus archiepiscopus civitatis Leo nomine super his malis nuntios Romam ad Adrianum papam, Stephani successorem, direxit. Quo audito, sicut verus ovium Christi pastor, ex corde compatiens, statim suos ad eundem regem Desiderium mittit, rogans et humiliter obsecrans, ut civitates et castra, quas ipse a iure beati Petri abstulerat, redderet. Ad quem rex ille protervus rescripsit, quod, nisi prius ipse summus pontifex ad ipsum personaliter accederet et secum super hiis colloquium haberet, nullatenus easdem redderet civitates. Affectabat enim dolosus rex pontificis adventum, videlicet ut Karlomanni filios, qui una cum matre Bertrada post patris Pippini decessum, relicta Gallia, ad se venerant, in reges inungeret, cupiens in regno Francorum disseminare discordias et ipsum sanctum pontificem a dilectione Karoli Magni regis Francorum separare, ut hoc facto facilius ipsam Romanam civitatem cum tota Ytalia suo dominio subiugaret. Sed nulla arte ad hoc sapientissimum pontificem adducere potuit.

49. Videns ergo rex Desiderius, quod nullo pacto posset dominum papam, ut ad se veniret, inclinare, ira magna succensus, missa militum copiosa multitudine, occupavit Sinigalliam, Hesim et Montem Feltri, Urbinum et Eugubium[c], in quarum expugnatione civitatum multi gladio perierunt. Deinde generali congregato exercitu, versus urbem Romam aggreditur[d] iter atque in ipso itinere Utriculum castrum et Bleram urbem expugnavit. Quo comperto, summus presul suis filiis ex corde compatiens, abbatem Sabinensem, virum utique sapientissimum, cum decem ex senioribus suis monachis ad eundem regem misit. Qui ad illum accedentes ac ante pedes eius provoluti, ex parte Dei omnipotentis et eiusdem summi presulis deprecati sunt cum lachrimis, ut a tantis resipisceret malis et prefatas quas beato Petro abstulerat civitates restitueret. Sed nequaquam eius ferreum pectus et durissimam mentem emollire[e] potuerunt. Unde sine effectu ad summum pontificem sunt reversi. Cumque secundo et tercio idem pontifex suos nuncios ad illum pro hoc negotio direxisset nihilque proficeret, necessitate compulsus ad Carolum Magnum inclitum Francorum regem sollemnes nuncios misit, obsecrans, ut, sicut pie memorie pater eius Pipinus quondam fecerat, sic et ipse Romane ecclesie contra Langobardorum tyrannidem subveniret.

50. Desiderius autem cum nulla ratione posset pontificem inducere ad se venire, ut antefatos Karlomanni filios inungeret, egressus a suo palatio cum magno et copioso exercitu, sine scitu pontificis Romani versus Romam iter aggressus est, secum ducens predictos pueros una cum prenominata matre. Cuius adventum cum appropinquasse cognosceret presul, primo civitatem Romanam optime munivit. Deinde anathematis scripsit epistolam, monens illum et adiurans per omnia divina misteria, ut nullo modo fines Romanorum ingrederetur. Cum Desiderius rex superbissimus eam recepisset cum magna reverentia, ad propria est reversus nec ultra progredi ausus.

51. Post hoc illustrissimi regis Francorum Karoli legati Romam ad papam venerunt, inquirentes, si Desiderius rex Langobardorum civitates Romane ecclesie ablatas restituisset. Nam falso in Francia litteras spargi fecerat asserentes, omnes civitates Romane ecclesie reddi-

a) *lege:* Comaclum. b) vincere *c.?* c) Cugubium *c.?* d) *e corr. c.* e) emolliri *c.*

disse summo pontifici Adriano. Sed rex[a] Karolus, veritate comperta, quod non restituisset G. pont. Hadr.
dictas civitates, mox Desiderio regi ipse nuncios suos misit, per quos deprecatus est Desiderium, ut civitates ipsas ablatas redderet beato Petro et Adriano pontifici, pacifice promittens illi dari quatuordecim milia solidorum. Sed cum nec precibus nec muneribus eius ferocitatem valeret flectere, congregata sui regni multitudine pugnatorum, contra Desiderium regem movit exercitum.

52. Cum autem Carolus rex ad fines Italie pervenisset, cupiens, si valeret, beati Petri causam ad effectum iusticie sine sanguinis effusione deducere, iterum per religiosos viros Desiderium requiri fecit, ut iura beati Petri restitueret. Sed cum nullatenus malignam eius mentem posset inflectere, sed ad resistendum potentissime se armaret et munito Alpium transitu Francis transitum prohiberet, adeo ut videretur humanis viribus Francorum regem ad plana Ytalie cum suis copiis ullo modo non posse descendere: Deus autem, qui semper superbis resistit et humilibus dat graciam, eius superbiam contumacem dextera sue virtutis humiliavit. Nam cum Karolus ipse cum suis se posse montes pertransire desperaret ac ad propria sequenti die ad reditum disponeret, subito Langobardi divino timore percussi nocte eadem, relictis munitionibus, que humana manu nullatenus expugnari potuissent, nullo persequente iuxta propheticum dictum fugerunt Ier. 46, 5.
atque se in suis civitatibus munire ceperunt.

53. Karolus autem, mane facto, cum vidisset munitiones desertas a Langobardis, collecto exercitu, ad plana descendit Ytalie sine ulla contradictione. Cui Desiderius rex cum suis Langobardis non formidavit occurrere, sed, volente Deo, commisso prelio vincuntur Langobardi, adversarii ecclesie, vincentibus Francis[1]. Desiderius rex fugam petiit. Karolus Magnus victoria potitus ipsumque Desiderium insequtus, Papie civitatem, quam Desiderius fuerat ingressus fugiens, undique obsidione vallavit. Sed audiens, quod regis Desiderii filius Adalgisus se cum uxore Carlomanni et filiis Veronam recepisset, ipse cum sui exercitus robore illuc statim properavit. Qui cum venisset ad locum, dicta mulier, olim scilicet uxor Karlomanni, cum filiis suis propria voluntate illico ad regem venit, simul et Autharius Francus ibidem latens se cum eis regi dedit. Quos benigne suscipiens, Papiam ad obsidionem reversus est. Quibus diebus omnes civitates que ultra Padum erant in suam redegit potestatem.

54. Igitur cum per sex menses Ticinum obsedisset, desiderio visitandi apostolorum limina, relicto exercitu, Carolus Romam profectus est. Cum autem sabbato sancto Urbi appropinquasset, ob reverentiam apostolorum et aliorum sanctorum, qui Rome requiescunt, ex equo descendens, per unum miliare pedes cum multa devotione ingreditur. Et cum ad gradus ecclesie beati Petri venisset, omnes gradus dicte ecclesie sicut ascendebat cum multis lachrimis deosculans, ad Adrianum papam, qui illum cum clero suo in atrio dicte ecclesie expectabat, pervenit. A quo cum multa sollemnitate receptus, ambo pariter ecclesiam intraverunt. Cum autem aliquibus diebus Rome resedisset, visitatis apostolorum liminibus et aliorum sanctorum, ad exercitum suum reversus est.

55. Decimo demum mense cum Franci foris urbem vehementer urgerent, intus vero fames et pestilentia crassarentur, civitas Papiensium capitur, et Desiderius Langobardorum rex cum uxore et filiis comprehenditur cum cunctis eciam qui aderant regni sui principibus.

56. Qui Caroli Magni regis ordinatione in Galliam deportantur. Desiderius vero rex Sig. 774.
perpetuo exilio Agilfredo Leodiensium episcopo ad Gallias dirigitur. Sicque regnum Langobardorum in Italia terminatum est post annos ducentos quatuor, ex quo Langobardi in Italia regnare ceperunt. Taliter Langobardi victi regnare destiterunt ob rebellionem diuturnam factam ecclesie.

a) cum rex *c.*

1) *Haec fabulosa sunt; cf. V. Amelii et Amici.*

Sig. 774. 57. Agisulphus[1] autem, Desiderii quondam regis filius, qui Verone tunc erat, audiens patrem captum, de cetero desperans Caroli gentibus posse resistere in Italiis, cum paucis familiaribus suis Constantinopolim ad Grecos confugit.

58. Denique omni Italia subiugata, Karolus Magnus Romam rediit[2], ibique omnia, que Langobardorum reges sive ab ecclesia seu a Romanorum iure abstulerant, restituit in integrum, adiunctis ducatu Spoletino et Beneventano.

Ps. decr. Hadriani. 59. Pontifex summus militantis ecclesie exhinc beneficiorum nolens esse ingratus, pro impensis, convocato centum et quinquaginta episcoporum concilio, tantorum recompensatione laborum, consentiente universa illa synodo, eidem regi Francorum et Langobardorum, inclito Carolo Magno, ius eligendi pontificem et ordinandi apostolicam sedem, dignitatem etiam patriciatus eidem tribuit apud patriarchium Lateranense in ecclesia sancti Salvatoris. Insuper archiepiscopos et episcopos per singulas provincias ab eo investituram beneficii accipere diffinivit, et ut, nisi a rege investiatur episcopus, a nemine consecretur. Et quicumque contra hoc decretum faceret, anathematis vinculo innodavit, et nisi resipisceret, bona eius publicavit[2].

60. Sub isto Adriano papa Feliciana heresis — et adoptivi [*ex Sig.* 793].

61. Hic eciam ad reprimendam — solidavit [*ib.* 772]. Defuncto autem eo, tale ipsi datum est epitaphium:

Hic pater ecclesie, Rome decus, inclitus auctor,
Adrianus requiem papa beatus habet.
Vir, cui vita Deus, pietas lex gloria Christus,
Pastor apostolicus, promptus ad omne bonum.
Nobilis ex magna genitus iam gente parentum,
Sed sacris longe nobilior meritis.
Exornare studens devoto pectore pastor
Semper ubique suo templa sacrata Deo;
Ecclesias donis, populos et dogmate sancto
Imbuit et cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus
Et pro plebe sacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Urbs caput orbis honor, inclita Roma, tuas.
Mors cui nil nocuit, Christi que morte perempta est,
Ianua sed vite mors melioris erat.

62. Post hoc rex Carolus, subiugatis Narbonensibus[3], in Franciam est reversus.
786. Et non post multum tempus ad Capuam Campanie urbem per Italiam perrexit. Et inde
A. Laur. m. (Bert.). rediens, Beneventanis bellum indixit. Sed dux provincie Aralgisus nomine, regis ferocitatem ferre non prevalens, filios suos Romoaldum et Grimoaldum cum muneribus misit ad eum, postulans, ne infra ducatum Beneventanorum introiret. Sed cum esset iste Aralgisus suspecte fidei, gloriosus rex Beneventum proficiscitur. Ad cuius adventum idem dux Aralgisus, relicto Benevento, Salerno[a] se reclusit. Metuensque videre faciem regis, duos filios suos prenominatos obsides dedit, quos adhuc secum retinebat, cum maximis muneribus. Sed obsidibus receptis, pius rex Karolus ad Gallias revertitur.

776 ib. 775/76. 63. Rex preterea, audito, quod Rothaudus Langobardus in perfidiam versus esset, denuo Italiam repetiit, septingentesimo septuagesimo sexto anno incarnationis dominice. Occiso quoque Rothgaudo, Foroiulium, Tharvisium atque alias civitates in sua ditione recipiens, Francis eas ad custodiam permisit.

a) Falerno *c.*?

1) *Qui supra recte Adalgisus vocatur.* 2) *Haec ex pseudo-decreto Hadriani sumpta videntur; quo sequenti c.* 59. *usus est; quod v. Forschungen XV, p.* 634. 3) *Haec unda sumta sint, nescio.*

64. Preterea nequissimus imperator Constantinus plaga pessimi incendii divinitus est percussus, et clamans dum adhuc viveret: 'Igni sum inextinguibili traditus', elephantino morbo miserabiliter moritur, cum imperasset cum patre annos triginta quatuor. Anast.

65. Secutus est eum Leo IIII, paterne impietatis heres, qui diadema regum[a] e templo a Mauricio olim augusto Deo dicatum [abstulit[b]], ob quod sacrilegium subsecuta est illi febris intentissima, ex qua mortuus est.

66. Huius Leonis temporibus Hildebrandus dux Spoletanorum Carolo Magno regi se subdit eiusque graciam multis muneribus redemit. Et interiecto tempore Greci cum Langobardis pugnam ineunt, et etiam cum Avaris et Francis, qui in Italia commanebant, sed in omnibus victoria fuit penes Francos. Sig. 779. Sig. 788.

67. Adalgisus autem, filius Desiderii olim regis Langobardorum, qui victo patre suo ad Grecos, ut diximus, confugerat, animatus auxilio Grecorum ad Italiam venit, aut ad repetendum regnum aut ad inferendam Francis ultionem. Qui cum [cum[b]] Francis inisset bellum, tentus ab eis, amara morte peremptus est. Sui pene cuncti preliantes aut capti sunt aut occisi. Sig. 789.

68. Primo anno Leonis imperatoris quibusdam rebellionem in Italia meditantibus, Italiam repetit rex potens Karolus Magnus, urbem Forumiulii cepit et ducem eius Heiroliandum[1] rebellionis incentorem decollari mandavit, ceteris autem maiestate sui nominis timorem incussit. Sig. 776.

69. Henricus dehinc Foroiulianorum dux, expoliato in Pannonia Avarorum principe Hyringo, inestimabilem thesaurum eius regi misit Carolo. Sig. 797.

70. Fuit hic serenissimus imperator Carolus corpore amplo atque robusto — — surgendo interrumperet [*ex Hug.*]. Ecclesias Dei honorabat et ornabat sacris vasis ac vestibus, mandans, ut nec ianitoribus quidem liceret communi habitu in ecclesia ministrare. Circa pauperes — ut christianis sub eis degentibus esset relevamentum [*ex Hug.*].

71. Anno[2] autem sexto imperii Karoli, qui fuit ab incarnatione Domini octingentesimus sextus, facta est translatio corporis beati Bartholomei apostoli de insula Lipparitana ad Beneventanam urbem per hunc modum. Supervenientes enim Sarraceni in dictam insulam, ipsam depopulati sunt. Et accedentes ad sepulchrum beati Bartholomei, quod ibi erat in magna veneratione, illud effringentes, ossa eius disperserunt hinc inde. Illis autem recedentibus, apparuit beatus apostolus cuidam[c] monacho Greco, qui fuerat illius ecclesie custos, dicens: 'Surge, collige ossa mea'. Cui ille: 'Quare ossa tua colligere aut aliquem honorem impendere tibi debeamus, cum tu permiseris nos et sepulchrum tuum deleri a paganis?' At Bartholomeus apostolus subiungens intulit: 'Per longa annorum curricula meis precibus nunc usque locus securus consistit. Sed quoniam multiplicata sunt adeo peccata illius, pro eo amplius obtinere precibus omnimodo [non[b]] potui. Tu tamen surgens fac que dixi'. 'Quomodo', inquit monachus, 'hoc facere potero, cum ubi dispersa sunt nescio?' Ad quem apostolus: 'Nocte vade ad colligendum ea, et que videris resplendere ut ignem, hec leva, quia illa vere sunt ossa mea'. Qui statim diligenter iussa complens, recondidit ea in loculo et abiit, relicto socio suo. Cumque pro exquirendis Sarracenis illuc Langobardorum applicarent navigia, Dei nutu inventum ibi monachum et sanctum Dei apostoli corpus tulerunt et abierunt. Quod olim loculo plumbeo iniectum et in mari demersum a paganis, illud non ferentibus propter nimiam signorum evidentiam ab hominibus honorari, ab India usque ad hanc insulam ultro delatum fuerat. Supervenientes autem Sarraceni, circumdederunt navim illam, in qua erat sanctum corpus, ita ut evadere non possent. Sed superveniente miraculo, illico densissime tenebre facte sunt ante Sarracenorum naves, ita ut nescirent quo pergerent.

a) regni *corr.* regum. b) *deest c.* c) cui *c.*

1) *Rothgaudum. Auctor haec ex alio fonte supra c.* 63. *esse tradita non intellexit.* 2) *Similia Acta SS. Aug.* 25, *p.* 58 *sqq. ex cod. Mediceo aliisve exhibuerunt. Cf. antiquiorem Benedicti anrrationem c.* 13, *SS. III, p.* 701.

Sicque invisi ab eis liberati sunt. Exeuntes autem ad terram in partibus eiusdem regionis, Beneventum posuerunt sanctum corpus in altario condientes vicesima quinta mensis Octobris 809[1].

Hugo. 72. Claruit etiam sub his temporibus Paulus gentis sue, id est Langobardorum, historie
Durand. scriptor, de quo in libris supra memoratis habetur, Romane ecclesie diaconus et
Hugo. Cassinensis monacus. Qui de monasterio montis Cassini venit in Galliam attractus amore
Durand. et opinione prefati principis Caroli precellentissimi imperatoris. Hic dum die quadam vellet pascalem cereum consecrare, rauce facte sunt fauces eius, cum prius vocales essent. Ut ergo vox sibi restitueretur, edidit in honorem beati baptiste Iohannis hunc hymnum: 'Ut queant laxis resonare fibris'. In cuius exordio petit sibi dari vocis restitutionem, quam optinuit. Sicut et merito eiusdem sancti Iohannis apertum est os Zacharie et restaurata vox
Sig. 807. prophete Domini. Per huius Pauli diaconi manum gloriosus Carolus rex Francorum et Langobardorum ac patricius Romanorum, decerpens optima queque de dictis catholicorum patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes per anni circulum in sancta ecclesia legendas fecit compilari. Hymnos etiam ad laudes beati patris Benedicti compilavit.

CONTINUATIO LOMBARDA.

Inter continuationes etiam brevem rerum Langobardicarum historiam usque ad Karoli Magni tempora deductam referre licet, quae non ipsi Pauli libro, sed excerptis ex hoc factis[2] *ea subjunxit quae ad ultimos Langobardorum reges spectant. Quae cum et ipsi Paulo attribuantur, scriptor codicem habuisse videtur jam continuatione auctum. Quae de civitatibus Lombardis Karolo subjectis tradit hujus regionis indigenam indicare videntur. Quo tempore vixerit, non constat. Cum vero Romualdi Salernitani chronicon exscriptum videamus*[3] *et descriptio Italiae his excerptis adjuncta ad magistri Johannis Beleth summam provocet, certe saec. XII. demum exeunte haec compilatio facta esse potest. Res etiam hic maximam partem ex Gestis pontificum Romanorum sumtae sunt; nomina depravata; pauca notatu digna eaque dubiae fidei addita.*

Codex Venetus, Marc. Nr. 402, *s. XV. (cf. Arch. IV,* 143*; X, p.* 367*), fol.* 67, *haec servavit. Ex eo descriptus videtur Romanus Barberin. Nr.* 1707, *chart. s. XVI. XVII. Hujus apographum a Bethmanno confectum, iis partim omissis quae ex Gestis pontificum ad verbum exscripta sunt, V. Cl. Heller cum Veneto contulit.*

Aritheis[4] 29[us] rex. Aritheis 29[us] Lombardorum rex regnavit annis 3, mensibus 9; cepit regnare anno Domini predicto[5]. Hic Aritheis filius fuit Pemmonis ducis Foroiuliani. Frater vero Aritheis fuit Astulphus, qui ei in ducatu successit, vir fortissimus et animosus.

G. pont. Zach. Cum hoc rege Aritheis sanctissimus papa Zacharias in viginti annos pacem fecit. Postea vero Aritheis anno quarto regni sui, congregato infinito Lombardorum exercitu, dum per plurimas civitates Romanorum discurrendo devastaret, Perusium civitatem in giro circumdans fortiter expugnabat, ita ut obsessi omni auxilio frustrati de vita desperarent.

1) *In a.* 838. *haec collocant Ann. S. Sophiae Benev., SS. III, p.* 173*; cf. Chron. Salern. c.* 72, *p.* 504. 2) Reges Lombardorum, qui fuerunt 31 et de origine eorum. Imperante Leone primo imperatore augusto, qui incepit imperare anno Domini 459, pontificatus beati Leonis pape anno 15, et imperavit annis 16. De quorum Lombardorum origine et gestis sequens Paulum diaconum ipsorum istoricum aliqua hic dicam. Langobardi primo Winili vocati de Scandinavia insula aquilonis primo prodierunt —— Anno 5. imperii Constantini, anno Domini 748. Liutprandus rex Lombardorum etate maturus anno regni sui 32. defunctus est Papie, cuius corpus in ecclesia beati Adriani martiris sepultus est. 3) *Quae in fine de Paulo diacono refert, ex hoc sumta sunt. Alia vero Romualdi vestigia invenire haud potui.* 4) *i. e.* Rachis. 5) *V. not.* 2.

Quo audito, domnus papa Zacharias cum pluribus ex[a] clero et populo Romano, divina spe animatus, ad ipsum regem Perusium venit, datisque regi pluribus muneribus, eum ab obsidione ammovit. G. pont. Zach.

Quem et salutifera predicatione in tantum ad spiritualia studia inclinavit, quod paucis diebus elapsis ipse rex Aritheis relinquens regalem dignitatem, cum uxore et filiis Romam venit ad limina apostolorum Petri et Pauli, ubi a papa Zacharia honorifice susceptus, seculo funditus renuntians, accepta a summo pontifice oratione, tonsoratus est in clericum, et cum uxore et filiis monachico habitu indutus, residuo vite sue tempore ieiuniis, vigiliis et ceteris operibus pietatis insistens, prompta mente Domino deservivit. Fuit autem rex Aritheis vir fortissimus, pius et largus.

Astulfus 30. rex Lombardorum. Astulphus 30[us] rex Lombardorum regnavit annis 4. Hic frater fuit Aritheis regis predicti, vir fortissimus et animo ferus, moribus crudelis et barbarus; sub cuius tyranide Romana ecclesia multas calamitates sustinuit.

Cepit regnare anno 755. Nam dum Astulphus ipse cum infinito Lombar- 749.
dorum exercitu civitates Romane ecclesie hostiliter invadens, idem papa Ste- G. pont. Steph.
phanus Paulum diaconum cardinalem, fratrem suum, et Ambrosium primicerium aliosque viros honoratos cum pontificalibus muneribus misit ad regem Astulfum, ut cum Romanis pacem componerent. Qui venientes ad regem, in 40 annorum tempus pacem confirmaverunt. At vero ipsius rex quarto mense a compositione predicta pacem fregit et collecto exercitu — — — pluresque alias civitates obtulit beato Petro et Romane ecclesie, et privilegia ex hoc fieri iussit et Romam summo pontifici destinavit, mittens litteras anulo suo sigillatas, ut omnes predictas civitates redderentur Romane ecclesie.

Rex vero Pipinus tunc ab obsidione motus, reversus est in Franciam. Quem 754.
summus pontifex et populus Romanus in memoriam beneficiorum receptorum ab ipso Pipino, eum regem patricium Romanorum instituerunt[1].

De Desiderio rege 31. Lombardorum et ultimo, quem Deus cum alio predecessore maledicat in secula seculorum.

Desiderius 31[us] Lombardorum rex, eorum ultimus, regnavit primo solus annis 10, deinde cum Adelgiso, filio suo, annis 18[2]. Cepit regnare eodem anno, quo Astulfus 757.
mortuus est, videlicet anno Domini 754. Hic Desiderius erat dux Lombardorum in partes G. pont. Steph.
Tuscie ab Astulpho directus. Hic congregato infinito exercitu Tuscorum, ex quibus erat oriundus, regni Lombardorum arripuit fastigium.

Aritheis condam rex Lombardorum, factus monacus per papam Zachariam, in monte Cassino constitutus, frater condam Astulfi, habens despectui hunc Desiderium, et alii plures optimates Lombardorum Desiderium spernentes, Transalpinum exercitum et aliam Lombardorum multitudinem congregantes, ad preliandum contra Desiderium processerunt. Tunc Desiderius valde timens accessit ad papam Stephanum, affectuose eum deprecans, ut ei foret in auxilium, ita ut regnare valeret, promittens pape iureiurando, se ipsius pontificis per omnia voluntatem sequi; promisit etiam, se rei publice reddere civitates, quas Astulfus adhuc non redderat, et se beato Petro apostolo infinita donaria largiturum.

Tunc papa, habito ab eo terribili sacramento et solempni stipulatione firmato, scripsit litteras apostolicas Aritheis prèdicto, et ei legatum misit cardinalem, rogans et monens, ut recordatus perfectionis monastice ipse Aritheis cum Lombardis ab incepto desisteret. Quod ille benigne fecit et ad propriu m monasterium est reversus. Pontifex vero ita corda omnium Lombardorum inclinavit, quod omnes se voluntati Desiderii subdiderunt. Et sic Desiderius regalem digni-

a) et *c.*

1) *Quod jam antea, dum Stephanus papa in Gallia moraretur, factum constat.* 2) *Quod falsum esse, satis constat. Computat ab a.* 754—782, *nescio quem posterioris aevi chronographum secutus.*

G. pont. Steph. tatem, sicut desideraverat, obtinuit. Desiderius vero rex civitates quas promiserat sedi apostolice reddidit.

Post modicum tempus mortuus est Stephanus papa; cui successit in papatu Paulus dia-
757. conus, eius frater.

Qualiter autem Desiderius rex de bonis ad mala conversus sit et Romanam ecclesiam afflixerit, dicetur.

Anno Constantini 31, sed ex quo imperium cepit administrare cum Leone filio
767. suo 21, anno Domini 764[a*], Paulus papa Romanus, qui Stephano pape secundo, fratri
G. pont. Paul. suo, [successerat[a]], migravit ad Dominum, vir omni bonitate et mansuetudine repletus, qui sepius misit Constantino et Leoni augustis, ut sacras imagines restaurarent; quod illi facere
Steph. noluerunt. Mortuo papa Paulo, cessavit papatus anno uno, mense uno. Constantinus quidam laicus sedem apostolicam invasit, et fecit se papam absque consensu cardinalium. Hoc videns Christoforus — — — papatum obtinuit.

Stephanus III. creatus est papa anno Domini 766, imperii Constantini et Leonis anno 23.

ib. Post paucos dies Graciosus et quidam alii fautores predicti Cristofori cum exercitu Tuscie et Campanie venientes, extraxerunt de quodam monasterio Constantinum predictum, qui se papam fecerat, et excecaverunt; et similiter fecerunt de Waldiperto presbitero cardinali, qui papam fecerat Philippum presbiterum predictum.

772. Defuncto Stephano papa huius nominis tercio anno Domini 770, imperii Constantini et Leonis 27, statim Adrianus huius nominis primus, vir sanctissimus et doctissimus, papa Romanus efficitur.

ib. Hadr. Cui in initio pontificatus Desiderius rex Lombardorum misit solemnes nuntios, dicens, se cum papa et Romanis pacem et colligantiam perpetuam facere velle. Adrianus autem, cum esset vir cautissimus — — — extinxerunt.

Ipse vero Desiderius cum iudicibus suis velociter fugiens, Papiam intravit, ubi ad resistendum Karolo se fortiter communivit. Adelgisus vero rex, Desiderii filius, sumens secum Autcharium Francum et uxorem ac filios Karolimani, Veronam civitatem intravit, ubi se communivit. Erat enim fortissima et inexpugnabilis pre omnibus civitatibus Lombardie. Tunc Spolitini et Reatini multique alii Lombardi ad mandata summi pontificis venerunt. Quibus papa constituit ducem nomine Ildeprandum; et sic primo[b] Romana ecclesia ducatum Spolitinum obtinuit. Denique Karolus cum ingenti exercitu Papiam potenter obsedit, et hedificavit munitiones in giro, et in tantum ipsam coangustavit, ut nullus egrediendi aditus[c] pateret[d] obsessis.

Cum autem cognovisset, Adelgisum regem, filium Desiderii, cum filiis Karolimanni, olim fratris sui, ivisse Veronam et se ad resistendum preparasse, relicto robore sui exercitus ad obsidionem Papie, ipse rex Karolus cum aliqua parte sui exercitus concito cursu venit Veronam. Et dum eam obsideret, uxor et filii condam regis Karoli similiter cum Autchario, tutore suo, regi Karolo civitatem tradiderunt, et ad eum exeuntes, benigne recepti sunt. Cives vero Veronenses, videntes quod Franci civitatem habebant, ad obediendum regi Karolo unanimiter consenserunt.

Adelgisus vero hec videns, clam fugit, et mare transiens, venit ad imperatorem Leonem Constantinopolim; a quo gratanter et honorifice susceptus est.

Karolus ergo rex omnes fere Lombardorum civitates obtinuit; nam ceteri Lombardi, videntes Veronam inter alias inexpugnabilem[e], timore ducti ad eius venere mandatum.

Rex ergo Karolus, plurimis civitatibus in deditionem acceptis, Papiam rediit et in obsidione eius per sex menses stetit continuos.

Cum autem sacratissima pascalis festivitas appropinquaret, Karolus rex habens desiderium

a*) 774. *c.* a) *deest c.* b) p̊ *c.* c) additus *c.* d) pateret^{5} *c.* e) inexpugnabiles *c.*

apostolorum Petri et Pauli limina visitare, venit Romam cum plurimis episcopis[a] et abbatibus et cetera parte sui exercitus. Robur vero exercitus et universos duces, principes ac bellatores ad obsidendum Papiam reliquit. Et dum venisset Karolus Romam, a papa Adriano et omni populo tanquam Romanorum patricius honorifice receptus est. Cunctisque Romane urbis lustratis ecclesiis et solemnibus orationibus persolutis, diem festum pasce cum papa gratulanter explevit. His actis, rex Karolus Papiam reversus, ipsam fortissime debellavit eamque cepit et obtinuit cum Desiderio rege et omnibus Lombardis qui cum eo erant; et sic totam Italiam sue dominationi subegit anno Domini 782, imperii Leonis anno ultimo. G. pont. Hadr. 774.

Cui eodem anno Constantinus et Herene imperio successerunt, pontificatus beati Adriani pape anno 13. Karolus igitur rex, subacta Italia, deinceps vocatus est rex Francorum et Lombardorum et patricius Romanorum. Qui Karolus Desiderium regem cum uxore et filiis in Franciam ad exilium perpetuum misit, ubi et mortui sunt. Desiderius vero Aquisgrani sepultus iacet[1]*. In quo finit successio regni Lombardorum, quod steterat in Italia a rege ipsorum decimo Albuyno usque ad prefatum annum Domini per annos 225, et circuit per reges 31, ab anno Domini 568. usque ad annum Domini 782[2]. Et sic finitur annotacio gentis Langobardorum, scripta per Paulum diaconum hystoricum. Quem Paulum ad se vocatum rex Karolus rogavit, ut secum maneret, quia magnis eum prosequeretur honoribus, et Desiderii domini sui oblivisceretur; alioquin in exilium mitteretur. Qui potius elegit[b] pati exilium[3]. Rom. Salern.

*) *Post haec Barberin. addit:* Qui papa Desiderius Papie secum habebat egregium virum Girardum de nobilibus de Parma, in armis strenuissimum — — in cuius ore numquam inventum est mendacium, qui sepe hec verba dicebat: 'Toto ore' suo *etc.*

a) epibȝ *c.* b) ellegit *c.* c) ere? *c.*

1) *Haec unde sumserit, an sibi finxerit, nescio.* 2) *Cf. supra p.* 217 *n.* 1. 3) *Romualdi locum, quamvis ad Chronici Salernitani narrationem recedere videatur (Bethmann, Arch. X, p.* 251*), in editione SS. XVIII. omissum, aegre desideres. Quare hic eum exhibendum duxi (Muratori VII, p.* 150*):* Paulus vero diaconus, qui Longobardorum scripsit historiam, postquam a Carolo rege bis ac tertio per se suosque rogatus, ut eum diligeret et Desiderium nuper regem oblivisceretur — honorabiliter enim circa se precipua familiaritate ac dilectione illum habere cupiebat — eiusque monitis nullo modo acquiesceret: magis exilium elegit perpeti, quam cum eo esse, qui amicum suum et dominum in captione tenebat. Dicebat enim, se mutari non posse. Fuerat quippe pernimium regi Desiderio carus. Qui cum in insula quadam iussione regis exulasset, tandem Arechis Beneventanorum dux, qui alteram filiam Desiderii regis, nomine Aldeperga, habebat uxorem, fecit illum ad se venire, sibique honorabiliter cum omni diligentia quoadusque viveret adesse precepit.

ANDREAE BERGOMATIS HISTORIA.

Quae posterioris aevi scriptores Pauli narrationi addenda habuerunt longe superat liber exeunte saec. IX. ab Andrea presbytero scriptus, quem recte Bergomatem b. m. Pertz agnovit[1]. *Brevi Langobardorum historia ex Paulo sumta praemissa*[2], *'in quantum per seriem litterarum seu per antiquos homines potuit veraciter scire', ea narravit, quae postea ad sua usque tempora in Italia gesta sunt. Fontibus antiquioribus plane destitutus, de extremis Langobardorum temporibus nihil fere compertum habuit, de Pippino et Karolo pauca tantum ex populi ore accepta retulit, post medium vero saeculum nonum satis accurata rerum cognitione excellit. Ultima, quae ipse expertus calamo commisit, magnam sibi fidem conciliasse, Pertz recte judicavit. Funeri Ludovici II. imperatoris adfuit et corpus ejus feretro impositum inde a fluvio Olio usque ad Adduam, id est per fines dioeceseos Bergomensis, portavit (c.* 18). *Quo tam tempus quam patria auctoris indicantur. Sermone usus est barbaro, qualem omnia fere hujus temporis monumenta Itala praebent*[3].

Codex bibliothecae civitatis Sangallensis (1), *membr. s. IX, novem folia aliis*[4] *adsuta. Liber pluribus manibus exaratus, idem esse videtur, quem auctor confecit,*

1) *Menckenius eundem putat fuisse qui et Agnellus vocatus est et eodem saeculo Gesta Ravennatium archiepiscoporum scripsit. Quam sententiam Pertz rejecit.* 2) *Hanc operis partem 'adbreviationem' dicit; c.* 1 *in.,* 2; *neque hunc titulum, ut Wattenbach opinatur, G.-Q. I, p.* 226, *toti operi inscribendum esse putarim.* 3) *Cf. Bethmann, Arch. IX, p.* 659 *sqq.* 4) *Haec sunt, V. Cl. Greithio referente:*

'1. *Admonitiones S. Basilii ep. de virtutibus animae characteribus scriptae Carolinis minusculis saec. X, quibus ad finem adjunguntur veteres aliquot hymni in Epiphaniam, s. Laurentium mart. et s. Gallum confessorem una cum neumis musicalibus. Sequitur*

2. *Vita s. Findani confessoris, ab H. Canisio publici juris facta, in qua linguae Iricae antiquae scrutatoribus commemorandi sunt aliquot loci ex libro* 2. *de miraculis S. Findani, e. g. c.* 1*:*

Findanus cum recludi voluisset et instantibus precibus pro hoc Domini voluntatem scire laboraret, vox hujuscemodi ad eum delapsa est: isket *licet* clui *tibi* o *a deo* dia anathes *tre* et *in abbatiam* in dabdane; *et cap.* 4*:*

Tale oraculum aure percepit propria lingua prolatum:

obsecra xpm et patricium nom. civitatis.
Ataich crist ocus patrię artmache. Farna feiltâm nakîsel teilcbruchir tart doit teilco il farkŷsel. et ex hoc edacitatis vitium minime sensit.

3. *Fragmentum ex actibus apostolorum,* 321 *folia integra continens saec. X.*

4. *Admonitio s. Pauli qualiter demonstraverat ei Dominus videre bonum et malum. Quae nonnisi est visio de gaudiis beatorum et de poenis inferni, characteribus scripta Carolinis majusculis saec. X,* 13 *continens folia.*

5. *Liber magni Aurelii Cassiodori Senatoris de anima, a capite* 5—18. *mancus.*'

sive integram historiam sive partem librariis in calamum dederit. Quaedam post suppleta, alia erasa, nonnulla etiam postea, ut videtur, emendata. Quarta manus, paucis lineis scriptis, in ima pagina in media sententia desinit; ita ut plura deperdita esse videantur[1]. *Primum quoque folium abscisum. Sed in codice monasterii Sangallensis Nr.* 620 (2), *qui Pauli historiam continet, manus s. XII. Andreae opus margini intulit, ita tamen, ut sermonem quantum posset emendaret. Ex quo initium suppleri potest, sed, ultima Pauli parte deperdita, etiam hic libri finis desideratur.*

'Juvenis doctissimus, qui se non alio quam Hermanni Philomusi nomine appellari passus est' librum Menckenio edendum praebuit (SS. I, p. 89), *quem postea Muratorius Antiquitatibus medii aevi Ital. T. I, p.* 37. *inseruit; excerpta Bouquet VII, p.* 204. *dedit. Codice a viro reverendissimo C. Greithio diligentius exscripto, novam editionem Pertz (SS. III, p.* 231) *paravit. Initium ex cod.* 620 *Bethmann typis dedit (Arch. X, p.* 369). *Post quos iterum utrumque codicem accuratissime cum editis contuli, ita ut nunc denique sanus integerque liber prodeat. Capitum divisionem a Pertzio institutam codicem secutus mutavi, sed in margine illam adjeci; annotationibus ejus quaedam addidi.* *G. W.*

[1. Longobardorum gesta, unum volumen, sex tamen libros, a Paulo viro philosopho contesta[2] et per ordinem narrata invenimus. Exinde pauca de multis in hac adbreviatione contexere nisi sumus, et sub eadem hystoriola in quantum Deo auxiliante summatimque sermonem exinde adtrahere conati sumus scribere.

In septentrionali plaga Europae in finibus Germanie fere insula est nomine Scatinavia. Paul. In qua propter multitudinem populorum legimus populum illum in tres partes esse sorte divisum; et pars tercia, cui sors cecidit, Winoli vocati sunt. Positis super se ducibus Hibor et Agio germanis cum matre Gambara. Egressi de Scatinavia, venerunt in regionem quae appellatur Scoringa. Ubi per aliquot annos consederunt. Erant ipsi Winoli iuvenili etate, barba florida, et pro quod plures videntibus estimarentur, etiam eorum feminae crine solutae erga faciem ad similitudinem barbae composuerunt. Unde post hoc Longobardi dicti sunt. Ubi super Wandalos primam victoriam ceperunt. Pro famis labore de Scoringa egredientes, in Mauringam ingressi sunt. Deinde in Gotholanda venerunt, ubi aliquantum temporis commorati sunt. Mortuis interea Ibor et Agione, constituerunt super se Longobardi primum regem Agilmund nomine. Hic rexit Longobardos annos 33. Deinde venerunt ad quoddam flumen, ubi Lamisio cum una Amazone pugnavit et vicit. Transierunt eundem flumen. Cum ad ulteriores terras pervenissent, ubi quasi fidentes per neglientiam resoluti, noctu, dum cuncta quiescerent, super eos Bulgares irruentes, plures ex eis occiderunt, etiam regem Agilmund interimunt. Congregati qui remanserunt Lamisionem super se regem constituunt et super Bulgares vindicta ulcisci cupiebant. Sicut et fecerunt. Ex illo iam tempore Longobardi audatiores effecti sunt. Defuncto Lamisione, regnavit pro eo Lethu annis 40. Eidem mortuo, reliquit regnum Hildeoc, filio suo. Hoc quoque defuncto, Godioc regnum suscepit. Venerunt exinde in Rugulanda, et ibi aliquanti temporis commorati sunt, quia fertilis erat. Mortuo Godioc, successit Claffo, filius suus. Eo defuncto, Tato, eius filius, ascendit ad regnum. Egressi de Rugulanda habitaverunt in campis patentibus per annos tres. Ubi pugnaverunt contra Herulos, victoria patrata. Et sic omnis Herulorum virtus concidit, ut ex illo tempore ultra super se regem omnino non haberent. Mortuo Tatone, Wacho regnavit[a]. Qui super Suabos irruit eosque suo dominio subiugavit. Defuncto igitur Wachone, Walthari, suo filio, regnum reliquit. Hoc quoque defuncto, regnavit pro eo Audoin. Hic habebat filium Alboin nomine. Qui, cum Gepidi super Longobardos irruerent, magna eos strage stravit. Mortuo

a) regn. Qui *post add.* 2.

1) *Ita jam Bethmann p.* 368. *Minus recte 'Philomusos': 'In codice', inquit, 'authentico nihil profecto erasum est vel abscissum mutilatumve' (ap. Mencken. p.* 101 *n.* x). 2) *i. e.* contexta.

Paul. Audoin, Alboin, filius suus, in regno successit. Qui sibi in coniugio sociavit Clodisindam, filiam Lotharii regis Francorum. Et cum Avaris perpetuam pacem fecit, et Cunimund regem Gepidorum superavit; et tantam adepti sunt predam, ut iam ad amplissimas pervenirent divitias. Gepidi vero a Longobardis subiecti sunt. Lombardi vero in Pannonia habitaverunt, et longe lateque nomen eorum percrebuit. Narsis, qui tunc preerat Rome Italieque, bellum adversus Totilam regem Gothorum preparans, legatos ad Alboin dirigit, ut ei contra Gothos auxilium ministraret. Tunc Alboin electam manum per mare Adriaticum dirigit. Qui in Italiam transvecti, sociati Romanis, pugnam inierunt cum Gothis. Quibus ad internitionem pariter cum Totila rege suo deletis, Longobardi honorati multis muneribus victores ad propria remearunt. Omni tempore quo Longobardi in Pannonia residerunt Romanis adiutores fuerunt.]

(1) Narsis[a*] patritius Romanorum bella sustinuit[a] et eos semper defendit. Invidia Romani contra eum pertulit, ad Iustinianum[b] imperatorem acusaverunt; qui et ipse augustus et Sophia, uxor eius, mandans ei, quia eunuchus erat, ut ad se veniret et lanas in genitio per pensione dividere. Narsis vero patritius sic ei mandans, non tantum[c] ei lana dividere, sed etiam talem telam orditurum, quale ipsa dum viveret deponere non possit. Legatos Narsis ad Langobardos mittens et pommorum genera, vel reliqua dignitate[d] transmittens, ut animos eorum amabilis facerent, quatenus in Italia[e] venirent et plena eas absque pugna perciperent. Langobardi mox ut audiunt, gavisi sunt gaudio. Panonia vero amicis suis Avarorum gens comendaverunt; que[f] possessas habebant per ann. 42; cum uxoribus et natis et omnia quae habebant exientes de Panonia mense Aprile, per indictione prima, alium die post pasca Domini, qui fuit Kalend. April., cum iam Domini incarnatione ann. quingenti sexaginta octo essent evoluti. Igitur Langobardi introierunt Italia per Foroiulanorum terminum. Alboin nepoti sui Gisolfi Foroiuli concessit et reliquis nobiles Langobardi. His diebus Langobardi Italia invaserunt, Vincentiam Veronamque et reliquas Venetiarum civitates cepit et per tres ann. Ticino possedit[1]. Interim Alboin invasit omnia usque ad Tuscia preter Romam et Ravennam. Ticinensis vero per tres ann. se continentes, per obsides quas dederunt[2], iam videntes suorum fortia circa se subiugata, Langubardi se tradiderunt. Pauca vero de multa dicam. Rex Alboin postquam in Italia tres ann. et sex menses regnavit, insidiae suae coniuge interemptus est. Langobardi ex comuni consilio Cleb nobilissimum in urbe Ticinenssium sibi regem constituerunt. Regnavit ann. uno, mensibus sex; a puero de suo obsequio gladio iugulatus est. Post cuius mortem Langobardi per ann. 10 regem non habuerunt, sed sub[g] potestatem ducibus fuerunt. Post autem ann. 10 elegerunt Autari, Clefoni filius. Autari vero duxit uxorem Teudelinda nomine[g*], filia Garibaldi Baioariorum rex, sancta et nobilissima ipsa edificavit aecclesia sancti Iohanni sita Moditia. Rex Autari aput Ticinum, venenum ut tradunt accepto, moritur, postquam sex regnaverat annos. Langobardi ex comuni consilio suae regine Teudelindae licentiam tribuerunt, quali[h] ipsa suo sotiare voluisset coniugio, tali[i] et illi regem constituisset. Quid multa? Accepit Agilulf[k] ducem Taurinensium; et regnavit ann. 25[l], et mortuus est; et regnavit pro eo filio suo Adalovald ann. 10, de regno eiectus est. Eius regnum suscepit[m] Arioald, et regnavit ann. 12, et mortuus est. Regnavit[n] pro eo Rothari, qui edictum Langubardorum conposuit; reliqua eius dignitatem et fortia et bella quas gessit, nonne hec scripta sunt in coronica Langubardorum ut supra? Regnavit Rotari ann. 16, et mortuus est; Rodoaldi, filio suo, regnum reliquid. Rodoald vero dum uxore cuiusdam stuprasset, ab eodem interfectus est, postquam 5 regnaverat ann. septemque diebus. Huic successit in regno Aripert; regnavit ann. novem, et mortuus est. Reliquid regnum duobus

a*) *incipit* 1. a) sustituit 1. b) Iustitianum *corr.* Iustinianum 1; Iustinum 2. c) tam̄ 1. d) digniora 2. e) ita *eadem manu corr.* Italia 1. f) q̄ *e corr.* 1. g) su 1. g*) nom̄. 1 *semper fere.* h) qualis (?) *corr.* quali 1. i) talis *corr.* tali 1. k) Agiluf *eadem manu corr.* Agilulf 1. l) XXVII *corr.* XXV 1. m) successit *corr.* suscepit 1. n) R. pro eo *bis scriptum* 1.

1) *i. e.* obsedit. 2) *loco* obsidentibus *apud Paulum II,* 27. *Andreas perperam* obsidibus *legisse videtur.* P.

filii sui, Pertarit et Gudiperti. Inter ipsis fratres malis hominibus discordia facientes in tantum, Paul.
ut alterium regnum invaderent, Grimoald Beneventanorum suorum ducem per fraudulenter missum eorum mandatum veniens, Gudiperto gladio interemit, expleto ann. post mortem patris et sex menses. Pertarit fuga aripuit, Grimoald regnum accepit. Multa quidem eius storiole continet, sed pauca in hac adbreviationem conscribam. Hic in aedicto Langubardorum novem conposuit capitula; regnavit ann. nove, et mortuus est. Reliquid regnum Garibaldi, filio suo. Pertarit vero, unde iam diximus, qui fuga lapsus erat, egressus de Galia, navem ascendit, a[a] Britaniam insolam ad regnum Saxonum transmeare; et dum pelago navigasset, divinus nuntius eidem ad ripam clamans, et dixit: 'Revertere, Pertarit, in terra tua, quia tertia die est hodie, quod Grimoald defunctus est'. Quid plura? Reversus est et gratanter ad Langubardis susceptus, et ad regna gubernacula eum constituerunt mense tertio post mortem Grimoaldi. Regnavit Pertarit ann. decem et septem[b], et mortuus est. Cuniperti, suum filium, regnum reliquid. Multa quidem eius storiole scripta invenimus. Contra Halahis tirrannum fatigatione sustentus; sed Cunipert triumphum victoriae cum exultatione Dei, Italia regnavit post mortem patris ann. 12. In campo Coronate, ubi bellum contra Alahis gessit, in honore beati Georgii martyris monasterium[c] construxit. Reliquid regnum Liutperti, filio suo. Surrexit contra eum Aripert, et vivum conprehendit, non post multos dies in balneo vita privavit. Regnavit Aripert ann. 12, in flumen Ticinum ab aquis negatus est. Ansprand eius regnum aripuit; regnavit menses tres. Reliquid regnum Liutprandi, filio suo. Fuit autem Liutprand multe sapientiae, clemens, pudicus, orator, pervigil, elemosinis largus; legem quidem Langubardorum ampliavit[1] et in edicti corpore conscribere iussit. Regnavit ann. treginta et uno septemque mensibus, et mortuus est. Haec autem superscripta summationem cui incredibile aparet, relegat[d] tota (2)
historia Langubardorum; omnia hec ibi veraciter invenit, in quantum hic scripta sunt; et plures multa illuc invenitur, nobilitatem eorum vel victoriae et bella[e] quas gesserunt.

2. Haec autem adbreviationem superscripta, in quantum potui, exerpsi ego[f] Andreas, licet indignus presbiter, de historiae Langubardorum. Et quorum hic supter continet, eorum historiae minime ad nostram pervenit notitiam; sed in quantum per seriem litterarum seu per antiquos homines potui veraciter scire, hic scrivere delectatus sum.

3. Defuncto itaque Liutprand, Ratchis electus a Langubardis rex elevatus est; (3) 744.
regnavit annos 4[g], et[h] posuit in edicto capituli octo. Hoc quoque defuncto, Aistolfi, 749.
germano suo, regnum reliquid. Eorumque factis retinere non possumus; sed quantum audivimus, audaces uterque fuerunt, et suorum tempore Langubardi a nulla gens terruerunt. Regnavit annos octo[i], et posuit in edicto capitula 13, et mortuus est. Desiderii 756.
regnum reliquid. Qui cum regnasset ann. tres, suus filius, Adelchis[k] nomine, ex consensu Langubardorum sub se regem constituit; sub quorum tempore in aliquantum pax fuit. Quidam et etiam filiam suam, [Berterad[l]] nomine[2], Karoli, Pipini filius, Fran- 770.
corum rex, coniugio sotiavit; alia vero filia, Liuperga nomine, sotiavit Taxiloni Baiariorum rex; et pax firmissima ex utraque partis firmaverunt, sed minime conservaverunt. Causa[m] autem discordiae ista fuit. Habebat Carolus suus germanus maior se Karlemannus nomine, ferebundus[n] et pessimus; contra Carolus iracundus surrexit, eum

a) ad *corr.* a 1. b) *e corr.* 1. c) monasteriom *corr.* monasterium 1. d) relega 1. e) balla *corr.* bella 1. f) ego Andr. licet *in loco raso; inceperat scribere* de...., *ita ut post demum nomen inseruisse videatur.* g) IIII *post corr.* v. 1. h) et — octo *post add.* 1. i) octo *e corr.*; et p. in e. cap. 13 *post add.* 1, *ubi* posuit *e corr.* k) s *e corr.* 1; Adilgis 2. l) Berterad *e corr. alio atramento et alia* (3)*manu. Nomen prius scriptum littera* g *incipere videtur; etiam circa finem litterae* g *vestigia exstant* 1; *cf. p.* 224 *n.* a; Berterat 2. m) Causa — habebat *in loco raso* 1. n) furibundum 2.

1) legum augmentator *Paulus.* 2) *Num cum hoc Andreae testimonio locus Vitae Adalhardi, SS. II, p.* 525*:* cum idem imperator Desideratam *(vel:* desideratam*)* Desiderii regis Italorum filiam repudiasset, *stare possit, a multis disputatum est. Certe Abel, Jahrb. Karl d. Gr. I, p.* 66 *n., minus recte dicit, Berthae nomen nullo fontium testimonio niti.*

771. iurare fecit, ut ipsa [Berterad[a]] ultra non haberet coniuge. Quid multa? Remisit eam Ticino, unde dudum eam duxerat. Mater vero eorum haec separatio audiens, Carlemanni, filii sui, blasphemiam intulit; oculorum cecitate perculsus est, cum periculo vita
(4) 753. finivit[1].

4. His temporibus aecclesiae Romane Leo[2] papa regebat et oppressiones a Langubardis multa patiebat; ex sede propria exiens Francia, repetavit cum multis sapientissimis ars litterarum, maxime cantores. Francorum gens haec audiens, magno gavisi sunt gaudio. Karolus[3] cum suis obviam eius adventum pedibus venerunt, ei obtimum consedere locum fecerunt civitatem qui dicitur Metics. Qui ibidem per annos tres resedentes, tanta quidem dignitatem cantores ibi fecerunt, ut per totam Franciam Italiamque pene multe civitates ornamentum aecclesie usque hodie consonant. Papa vero, probata gens Francorum astuti et nobiles, consilium eorum dedit, ut super Langubardos venirent,
(5) 773. Italiam possiderent; ipse vero ad suam sede Romane eclesie[b] remeavit. Karulus siquidem vero, adnitentibus suis, oblitus est tantorum benignitatis, quod ei Desiderius rex tribuit. Congregata multorum Francorum exercitum, ex iussu apostolici sacramenta irrita[c] facta sunt; Italia contra Langobardos veniens, divino iudicio terror in Langubardus inruit, absque grave pugna Italiam invasit, anno Desiderii octavo decimo et Adelchis 15, indictione 12, cum iam 205 anni essent evoluti, postquam Langubardi Italia
774. ingressi sunt. Desiderio vero eodem tempore mortuus est. Adelchis, eius filium, navium preparans, ultra mare egressus est; tantaque tribulatio fuit in Italia; alii gladio interempti, alii fame perculsi, aliis bestiis occisi, ut vix pauci remanerent in vicos vel in
(6) civitates. Foroiulanorum dux tunc[d] temporis Rotcausus preerat, et in Vincentia Gaidus. Qui, auditu Francorum devastatione et eius adventum quod in Foroiuli properaret, congregatisque ut poterant, obviam eorum ad ponte qui dicitur Liquentia[4] exierunt, et ibidem magna strages de Francis fecerunt. Karolus vero haec audiens, mandans eorum fidelitatis fidem suscepturos et honoraturos, Rotcausus et Gaidus ducibus cum nobilis Foroiulanorum consilio inito, ut se viriliter contenisset[e]. Erat quidam ex ipsis, cui iam munera Caroli excecaverat cor, tale dedit consilio: 'Quid faciemus? Quomodo eorum resistere[f] possumus? Capud non habemus. Regem confortationis nostrae iam devictus est. Eamus, eorum fidelitate bene nobis erit'. Quid dicam? Ut obtabat, fecerunt. Et tamen eorum Carolus servavit honorem[5].

(7) 781. 5. Igitur subiugata et ordinata Italia, ad Romam perrexit; ibidem palatium construxit. Deinde terra[g] pacificata et sacramenta data, Pipinus, suus filius, regendum Italia concessit; ipse vero Karolus post aliquantum tempus Francia reversus est, obsides[h] quoque ducentes secum, quicquid Italia maiores nati et nobiliores erant. Post non multum tempus ab eodem Carolus meruerunt, et honorati sunt ab ipso, ad suam reversi sunt
810. patria. Pipinus vero vivente patre defunctus est. Reliquid filium Bernardum[i] nomine, cui Karolus Italia concessit. Qui cum esset penuriae famis Italiae preucupata, subito ut Bernardo regnum accepit, dignitatem ubertatemque advenit, et sic fuit dum ipse regnavit. Karolus autem, qui cum sex[k] annos in Frantia, et postquam in Italia ingressus
814. est 41 ann. regnasset, defunctus est in pace senesque aetatis et plenum dierum, qui

a) *e corr. eodem atramento quo p.* 223 *n.* 1 (3); Gerberga *fuisse videtur,* ga *certo legi potest* 1; Bertharad 2. b) *post add.* 1. c) *eadem manu post add.* 1. d) tenc *eadem manu corr.* tunc 1. — temp. *plerumque pro omnibus casibus.* e) *ita e corr.* 1. f) restere *corr. eadem manu* resistere 1. g) *post eadem manu add.* 1. h) obsedes *corr.* obsides 1. i) Bernardo *eadem manu corr.* Bernardum 1. k) *e corr.* 1.

1) *Haec fabulosa esse videntur; cf. tamen Einh. Vita c.* 18, *qui discordiam tunc inter Karolum et matrem ortam esse narrat.* 2) *Stephanus III. De sequentibus cf. Pauli Gesta episcoporum Mettensium, SS. II, p.* 268; *et monachum Sangallensem I,* 10, *ib. II, p.* 735; *Ademar. II,* 8, *IV, p.* 117. 3) *Pippinus.* 4) *Livenza.* 5) *Si Ann. Einh. a.* 776, *p.* 155, *fides, Karolus ipsum Foroiulensibus ducem dederat.*

per eum nomen Francorum longe lateque percrebuit, sicut est nunc usque ad hodiernum diem. Reliquid sedem suam in Francia Hludowici, filio suo. Iste incipit vocare imperator ex Francorum genus.

6. Coniux vero eiusdem Hludowici Hermengarda nomine inimicitia contra Ber- (8)
nardo Langubardorum regem orta est, mandans ei, quasi pacis gratia ad se venire. Ille ab ipsis nobiles legatarii sacramenta fidem suscepit, Francia iturus est. Qui mox ut illa potuit, sicut audivimus, nesciente imperatore, oculi Bernardi evulsit. Ab ipso dolore defunctus est, postquam quinque regnaverat annos, duo sub Carolo, tres sub 818
Hludowicus[1]. Erat[a] quidam Hludowicus imperator multae sapientiae, consilio prudens, (9)
misericors et pacis amator; habebat tranquillitas magna ex omniumque parte pacis gratia. Diligebat lectores, cantores et cunctis servientibus Deo ministrantibus aecclesiae. Habuit filios tres, id est Lothario et[b] Hludowicus de Ermengarda, et Carolus de Iulitta[c], que post morte Ermengardi in coniugio suscepit. Quidam[d] predicto imperator Hludowicus suum filium Lothario sub se[e] sedem imperialis constituit, vivente patre. Habuit Lotha- (10) 817.
rius filius Hludowicus nomine, cui avius suus Hludowicus Italiam concessit, Hludowici, filii sui, Baioaria, Caroli Aquittania. Honor autem maior, id est imperialis, crescebat cottidię Lotharii. Cui inimici homines consilium dederunt, quatenus Iulitta[f], nuvercam suam, genitori suo tollerent et in Italia adducerent; sicuti fecerunt. In civitate Darto- 833.
nensis in custodia miserunt. Quis potest[g] dicere furore, quam vehementer pater eius iratus fuisset? Sed totam fortia Lotharius ad se retentam habebat. Igitur non[h] post (11)
multos dies dum se recognoscens[i] Lotharius, quod malum aegisset consilium, nubercam 834.
suam remittens genitori suo[2], et ira inflamatus contra illos qui ei tam pravum[k] consilium dederunt, alios occidit, alios in[l] exilio misit.

7. Tunc temporis aecclesie Mediolanensis Angelbertus archiepiscopus regebat. Volebat imperator dicere, quod ille in ipso consilium fuisset, et venientes nobiles eum in gratia miserunt. Sed dum ante imperatore ducerent, ille vero tantum caput inclinavit et verba salutatoria dixit; ad pedes vero noluit venire propter reverentiae honorem aecclesiarum. Tunc imperator dixit: 'Sic contenis te, quasi sanctus Ambrosius sis'! Archiepiscopus respondit: 'Nec ego sanctus Ambrosius, nec tu dominus Deus'. Imperator vero subiunxit ei: 'Itae[m] ad genitorem meum, cuius odium me[n] fecistis habere; reducite me ad pristinam gratiam'! Ille autem haec audiens, perrexit in Frantiam. Hludowicus[o] imperator honorifice cum suscepit. Dum ad mensam uterque reficerent, causa exurgens imperator, et dixit: 'Bonę archiepiscope, quid debet facere homo de inimicum suum'? Ille respondit: 'Dominus dixit in euangelio: "Diligite inimicos vestros, et benefacite his Matth. 5, 44.
qui vos oderunt". Imperator dixit: 'Et si haec non fecero'? Archiepiscopus respondit: 'Si non feceris, non habebis vitam aeternam, si[p] in ipso odio mortuus fueris'. Imperator vero iratus dixit: 'Si me vindicabo de adversario meo, non habebo vitam aeternam'? Et statim subiunxit: 'Vide Angelbertus, quomodo haec verba defendas'! Et constituto posito usque in mane. Mane autem facto, coligit imperator sapientes, prout si subito poterant, conflictum habentes de hac verba contra archiepiscopus. Archiepiscopus eorum

a) *hinc alia manus, charactere crassiore quidem majoreque praecedentibus, a qua correcturae quaedam* 1. b) *post eadem manu add.* 1. c) Iuditha *e corr. alius (tertiae) manus* 1. d) Q. p. imp. *in loco raso eadem manu* 1. e) *vocabulum additum sederasum videtur* 1. f) *corr.* Iuditha *manu tertia, quae etiam litteras* nu *fortasse evanescente atramento minus perspicuas scripsit* 1. g) post *eadem manu corr.* potest 1. h) n. p. m. d. *post add. eadem manu* 1. i) ecog. *eadem manu corr.* recogn. 1. k) provum *corr. eadem manu* pravum 1. l) in e. m. *eadem manu in loco raso* 1. m) *ita* 1 *pro* ite. n) *in margine eadem manu suppl.* 1. o) Hlod. *eadem manu corr.* Hlud. 1. p) si — imperator *in loco raso eadem manu* 1.

1) *De hac narratione ex ore populi nata cf. Simson, Jahrb. Ludwig d. Fr. I, p.* 125.
2) *Haec a vero recedunt; cf. Simson l. l. II, p.* 101.

presentia dixit: 'Scitis, quia sumus omnes fratres in Christo'? Illi autem respondentes dixerunt: 'Scimus, quia unum Patrem vocamus in caelis'. Ille autem dixit: 'Ergo si scitis, quod fratres sumus, sive liber et servus, sive pater et filius: apostolus Iohannes
Ep. I. 3, 15. dixit: "Qui odit fratrem suum, omicida est, et omnis omicidam non habet vitam eternam in se manentem". Si ergo odiosus[a] omicida reputabitur, quomodo vitam eternam possessurus erit'? Illi[b] autem convicti, ad haec verba consenserunt. Imperator vero manum in terra ponens, veniam petivit, et gratiam filii sui[c] reddidit. — Imperavit ipse tam solus
840. quam simul cum filio ann. 27, et ipso Lothario sub eodem patre ann. 21. Ind. tertia sic fuit sol obscuratum in hoc mundo, et stellas in celo parebant, 3. Nonas Magias, ora nona, in laetanias[d] Domini, quasi media ora. Facta est tribulatio magna. Cumque hoc populus intenderent, multi extimabant, quod iam amplius hoc seculum non staret. Sed dum haec angustia contemplarent, refulsit sol, et quasi tremidus in antea umbraculam fugire cepit. Ipsa vero nocte sequenti prope matutino facta est lux quasi in die. Haec signa in celo conperta, doctores in suorum monitiones dixerunt: 'Estote, fratres, parati;
Luc. 21, 31. quia adimpletum est quod in euangelio Dominus dixit: "Cum haec signa videritis, sci-
Iun. 20. tote, quia prope est dies Domini magnus et manifestus"! Sequenti autem mense Iunio
(12) Hludowicus imperator defunctus est, suosque dies finivit in pace. — Post cuius mortem discordia inter ipsis tres germanis surrexit, Hludowicus et Carolus ex una parte, Lotharius ex altera. Cumque nulla parte dantes locum, iungentes se ubi nuncupatur Funta-
841. nense, acies hinc et inde ex utraque partis constructe, facta est strages magna, maxime nobiles Aquitanorum; tantique[1] ibi viri fortes per contentiones malum et inprovidentia debellati sunt, quanti potuissent per bonam concordiam et salubrae consilium multa milia sternere contra dictorum paganorum. Unde [usque[e] hodie] sic discipata est nobilitas Aquitanorum, quae etiam Nortemanni eorum possedant terrae, nec est eorum fortia qui resistat; [sed[f] etiam tributa reddunt]. Imperavit Lotharius post mortem patri sui tam solus quam simul cum Hludowicus, filio suo, ann. 15[g], et mortuus est[2]. Reliquid tres
855. filios, id est iam dicto Hludowico, qui[h] sub eo imperavit ann. sex in Italia, Lothario in Francia, Karolus Provintia. Sed Carolus non post multos dies defunctus est. Lotharius
863. ex sede propria exiens, in Italia veniens pacis gratiae videndum germanum suum, ubi cum ipso locutus est finibus Beneventana[i] pago Venosiana. Sed dum iret et reverteret, multa devastantes pauperorum domibus, blasphemia multa incurrit. Revertenti autem in itinere via egrotare cepit subito, in civitate Placentina defunctus est, et ibi corpus
869. eius conditum; suisque hominibus a multis simili modo contingerunt.

(13) 8. Pauca quidem sane dum per gestis filiorum regum seriem apices conponam, animus meus ad reliquis factis percurrit. Multa fatigatio Langobardi et opressio a Sclavorum gens sustinuit, usque dum imperator Foroiulanorum fines Ebherardo principem constituit. Eo defuncto, Unhroch, filio suo, principatum suscepit.

9. De Burgundia vero surrexit quidam dictus Hupert nomine[k. 3], qui aliquanto tempore domno imperatori Hludowici se fidelissimo esse dicebat; postmodum cum Bur-

a) *e corr. eadem manu* 1. b) *e corr.* 1. c) *eadem manu post add.* 1. d) latanias 1. e) *erasa* 1. f) *haec erasa* 1. g) *e corr.* 1. h) q. s. e. imp. an. 6. *post add.* 1, *uno vocabulo eraso.* i) *e corr. in loco raso* 1. k) *alio nigriore atramento in novo folio pergit* 1.

1) Tantique — sternere *verba sunt Pauli VI*, 24. 2) *Hoc loco subjicere licet locum ex Transl. S. Habundii, Mabillon Acta III*, 1, *p.* 521*:* Contigit eundem abbatem *(Tiberium* monasterii S. Berceti, quod est situm in cacumine montis cui nomen est Bardo) ad sedem regiam ire, quae est urbs Papia, ubi tunc ab omni Italia piissimus imperator Lotharius iusserat episcoporum comitumque magnum convenire conventum; inter quos et Fulgineae civitatis episcopus Dominicus adfuit, qui reverentissimo Tiberio dudum familiaritate coniunctus erat. *Ad conventum Ticinensem sive a.* 850. *sive a.* 855. *imperatoris Ludovici II. referendum esse videtur.* 3) *Comes et abbas. De cujus interitu cf. Ann. Bert.* 864*; Dümmler, Ostfr. R. I, p.* 551.

gondionibus adiunctus, suorum fines rebellare disponebat, oblitus est tantorum beneficiorum, quod ei imperator tribuit, et sacramenta quas dederat irrita fecit. Domnus Hludovicus haec audiens, Cunrath cum reliquis fidelibus suis direxit, et eodem Hupert in campo conprehendit et occidit; et multi quidem da eius pars interempti sunt. 864.

10. Igitur antequam haec rebellatio facta fuisset, tanta quidem nivem Italia cecidit, ut per centum dies in planis locis teneret; fuit gelus gravissimus, multa semina mortua fuerunt, vitae[1] pene omnibus in planis locis siccaverunt, et vinum intra vascula glaciavit, quae actiam per foramen spinarum nihil exiebat, donec rumperetur ipsa glatia cum fuste ab ante ipsa spina. Hoc fuit tempus domni Hludowici imperatori anno 10, ind. octava. 859.

11. His itaque sub brivitate[a] rei veritas transcurris, adventum primi ordinis, sicut 860. cepimus, exsequamur.

12. At vero domnus Hludowicus augustus multa quidem opressionem a Sarracinorum gens in finibus Beneventanis sustinuit, et eorum semper resistit; Amelmasser 850. eorum princeps cum multi Sarracini ibi consistentibus occidit[2]. Reliqui in castro qui dicitur Bari se fortiter munierunt, ubi domnus imperator per 5 ann. eas cum Franci et Langobardi et ceteris nacionum suorum fidelium possidens, simul etiam cum sua iuge[3] Angelberga nomine et multi eorum[b] similiter.

13. Circa haec tempora in Vulgarorum gens divina aspiracio accensa est, quatenus christiani fierent et Christum dominum colerent, quoniam[c] tanto[d] amor caritatis in eorum regem pervenit, ut[e] per se ipse[4] ad aecclesia beati Petri Roma veniens, et ibi 866. dona obtulit, et a[f] domno papa Nicholaus catholica[g] fide monitus, Divinitatis scientiae instructus, baptizatus et fide[h] sancta confirmatus, recepit doctores ab eodem domno apostolico[i], suam reversus est patriam.

14. Igitur dum domnus Hludowicus cus[k] suis Bari custodirent, nuncii venerunt (14) 870. de finibus Calabriae dicentes: 'Domine imperator, vestri[k*] esse volumus et per vestram defensionem salvi fore confidimus. Gens Sarracinorum venerunt, terra nostra dissipaverunt, civitates desolaverunt, aecclesias suffuderunt; tantum ad vos petimus, ut des nos caput confortacionis, qui nos adiuvent et confortent. Sacramenta vobis damus, tributa solvimus'. Tunc domnus imperator misericordia motus, non gaudens cupiditatis eorum[l] promissa, sed de illorum dolens malitia[5], elegit strenuis et nobilissimis viris, Hotone de finibus Bergomensis, Oschis et Gariardus episcopis, et confortavit eos domnus imperator et dixit: 'Ite in pace, fideles Christi, angelus[m] Domini bonus commitetur vobiscum, ut et ego videam vos et labores quam[n] vobis inpono merear'! Tunc simul cum ipsis missis perrexerunt, et unde[o] egerunt firmitatis sacramenta receperunt, et adunantes secum magis ac magis fideles populus. Cumque venerunt in quedam valle, ubi ipsis Sarracini fidentes absque ullo timore annonam[p] metentes, simul cum captivi quas habebant, tunc christiani inruentes super illos, et Sarracini quanti ibi invenerunt occiderunt, captivi liberaverunt. Ut haec audivit eorum principe Cincimo nomine, de civitate Amantea[q. 6] obviam eorum exiit, preparatus viriliter; et exinde Franci conperti sunt, et iungentes se hii ex una parte[q] et illi ex altera, facta est strages magna Sarracinorum, qui fuga petiens, christiani vero post eos, interficientes usque ad portam civitatis. Oto vero et predicti episcopi et suorum secutores triumphatores reversi sunt ad domno imperatore.

a) britate *corr. eadem manu* brivitate 1. b) *eadem manu post add.* 1. c) *e corr.* 1. d) tantum *corr.* tanto 1. e) qualiter *corr.* ut 1. f) a *et* papa *eadem manu post add.* 1. g) ca *in loco raso* 1. h) e *post add.* 1. i) ap'toco 1. k) *ita pro* cum 1; castrum B. 2. k*) *e corr.* 1. l) sed *ante* eorum *erasum* 1. m) ante gelus *corr.* angelus 1. n) quas *corr.* quam 1. o) *eadem manu post add.* 1. p) anonam *corr.* annonam 1. q) *eadem manu post add.* 1.

1) *i. e.* vites. 2) *Cf. infra Chron. S. Bened. Cas. c.* 12, *et quae ibi attuli.* 3) *i. e.* coniuge. 4) *Non rex, sed regis legati Romam venerunt; cf. G. Rom. pont. Nicol.; Ann. Bert.* 866, *p.* 174; *Dümmler I, p.* 630. 5) *i. e.* malo, miseria. 6) *in Calabria.*

(15) Imperator vero magnum gavisus est gaudium, honorem dignitatis eorum tribuit[1]. Cincimo vero de suis et patrie sue adiutorium colligentes, multitudo Sarracini iter pergentes Bari, secum euntes multa dispendia adiutorium soldani. Erat eorum nunciatum, quod christiani celebrarent magnum diem festum, sicut erat, hoc est nativitas domini nostri Ihesu Christi, dicentes: 'Deum suum colunt die illa; neque pugnaturi neque arma levatori sunt. Eamus super illos, conprehendamus eos omnes in simplicitate sua'! Hoc consilium domno imperatori nunciatum est. Tunc moniti, ut gallotinnio[2] matutinis et[a] summo diluculo episcopis et sacerdotibus missarum sollemnia celebrarent et populus communionem vel benedictionem acciperent, sicuti et fecerunt. Et exierunt querentes Sarracini, et illis querentes Franci iuncti sunt in loco . . . .[b] Factum est sonitus magnus clangore bucine, innita[3] equorum, strepidus[4] populorum. Cumque prope se coniungerent, fideles Christi oraverunt, dicentes: 'Domine Ihesu Christe, tu dixisti: "Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eum"; ergo si tu nobiscum, quid contra nos'? Statim commissum est prelium. Cumque forti intencione pugnantes, arma celestis confortavit christianos. Pagani vero terga vertentes fugire ceperunt. Christiani autem post eos cedentes non cessabant, donec multitudo paganorum interficerent, et stipendia quicquid soldani pergebat tullerunt. Soldanus hec audiens, metus magnus tristare cepit. Sequenti mense Febroar.[5], quinto expleto ann. quod Bari possessas habebat domnus imperator, conprehendit soldanus et reliqui Sarracini ibi consistentibus interemit, ann. 21, indict. 4.

Ev. Ioh. 6, 17.

871. Febr.

15. Sarracini vero in suorum terra haec audiens, elegentes se fortissimi viri, sicut audivimus, viginti milia hominum, dicentes: 'Grandis ignominiam de occisorum nostrorum consonant; eamus illuc'! Cumque navigio prepararent, ascenderunt et navigaverunt et exierunt in finibus Beneventana. Tunc dixerunt per suorum audatiae elationis: 'Quid nobis fiducie habere debemus in navibus nostris? Dissipemus eas, quia Franci adversum nos nihil possunt; et sic prevaluerint adversum nos, sine ullo metu in regnum nostrum pergere possunt'! Et dictis factis, Franci querere ceperunt. Nunciatum id est domno imperatori, quoniam statim mittens principibus suis, id est Hunroch, Agefrid[c] et Boso, cum electa manus Francorum et Langobardorum vel ceterorum[d] nationes. Iungentes se loco [ad[e] Sancto Martino, ad strada scilicę prope Capua ad Vulturno] acies hinc et inde utraque partis forti intenciones pugnantes, Dei adiuvante misericordia Sarracini devicti et debellati sunt multitudo innumerabiles[f]; quia quod gladius non interemit, in fluvio Vulturno negati sunt, reliqui fuga vis[6] evaderunt[7]. Sic Dei iudicio conplacuit; qui venerant exaltati, facti sunt humiliati.

871.

(16) 16. Ad haec victoria patrata[8], domnus imperator in Beneventi palatio sedebat. Tunc Adelchis principatum Beneventanorum regebat, cui imperator se omnia credebat, et dilectione caritatis inter se diliebant. Anticus hostis, qui semper contra dilectionem inimicitiam querit, exurgentes per malos homines, inter se occulte dicentes: 'Quid grabati sumus sub potestatem Francorum taliter'? Beneventani per fraudem uno consilio ingerunt, ut rederent malum pro bonum[g]; quatenus ubicumque fidelissimi imperatori invenissent, ibi custodirent et ad imperatore non dimisissent redirent[9]. Erant enim Franci separati per castellas vel civitates, fidentes absque ullo terrore, credentes fide

a) *eadem manu post add.* 1. b) *lacuna in* 1. c) fred *corr.* frid 1. d) ce *eadem manu post add.* 1. e) *post in loco vacuo relicto add.* 1. f) *vocabulum* (Sarracinis?) *erasum* 1. g) bnum 1.

1) *Cf. epist. Ludovici, Chron. Salern. c.* 107, *SS. III, p.* 521. 2) *i. e.* gallicinio. 3) *i. e.* hinnitus. 4) *i. e.* strepitus. 5) 4. *Non. Febr. Johann. Chron. Ven. p.* 19. 6) *i. e.* vix. 7) *Cf. Joh. chron. Ven. p.* 19; *Erchemp. c.* 35. *et quae Amari attulit I, p.* 385 *sqq.* 8) *Erchemperto teste c.* 35, *imperatore capto et dimisso, victoria de Saracenis Salernum obsidentibus reportata est.* 9) *Cf. carmen populare ex mente imperatoris hac de re confectum, ap. Murator. Antiq. II, p.* 711 *(Duméril, Poesies populaires p.* 264*).*

Beneventanorum. Fuit enim iste contrarius discessionis dies 35[a.1], id est Id. Agust. 871.
usque quintodecimo Kalend. Octobr., indict. 5. Sed Deus, qui domno imperatore ad Aug. 13. – Sept. 17.
regni gubernacula imperialis ordinaverat, cum ipso erat, sicut legitur: 'Cor regis in Prov. 21, 1.
manu Dei est'. Et taliter fideles suos ad eum venire fecit. Caelestis timor super Bene-
ventanos inruit; vix illorum fuit, ut pacifice potuissent illos dimiterent; qui letabundi[b]
a domno imperatore reversi[c] sunt.

17. Eodem anno evoluto, multa signa monstrata sunt. Vinum quomodo vinde-
miatum et intra vascula[d] misso, statim turbulentus, qui dicitur versio, fuit. In ipsa
pascha Domini per arbores vel reliqua folia et loca parebat quasi terra pluvisset. 872.
Sequenti autem 4. Non. Magi[e] proina caecidit, multe vites in planis locis seu in val-
libus palmites cum uva siccaverunt, similiter et silves tenerrimum cum sua folia aride[f]
facte sunt. Sequenti autem mense Agust. multarum locustarum[g] advenit de Vicentina
partibus in finibus Bresiana[2], deinde in Cremonensis finibus; inde vero perrexerunt in
Laudensis partibus, sive etiam in Mediolanensis. Erant enim[h] unates pergentibus, sicut
Salomon dixit: 'Locustas regem non habent, set per turmas ascendunt'. Devastaverunt Prov. 30, 27.
enim multas granas minutas, id est milio vel panico. Completi ann. centisimo ex eo
Francorum gens[i] Italia ingressi sunt, ann. domni[k] Hludovici imperatori 23. et mensis 4,
ind. 6. finita. Ingrediente 7. ind., hoc est ann.[l] incarnatione domini nostri Ihesu Christi 873.
octogenti 73 transacti.

18. Imperator[m] vero veniens de finibus Beneventana post multa victoria super
Sarracini facta. Igitur post ann., hoc est in indict. octava, stella commetis in caelo (18) 875 Iun.
comparuit, similitudo radientibus longinque caude per totum mense Iun., mane et vespere.
Deinde in mense Iul. Sarracini venerunt et civitate Cummaclo[3] igne cremaverunt.
Sequenti autem mense August. Hludowicus imperator defunctus est, pridie Idus Agust., Aug. 12.
in finibus Bresiana. Antonius vero Bresiane episcopus tulit corpus eius et posuit eum
in sepulchro in aecclesia sanctae Mariae, ubi corpus sancti Filastrici requiescit. Anspertus
Mediolanensis archiepiscopus mandans ei per archidiaconum suum, ut reddat corpus illud;
ille autem noluit. Tunc mandans Garibaldi Bergomensis episcopus et Benedicti Cremo-
nensis episcopus cum suorum sacerdotes[n] et cunctum clero venire, sicut ipse archiepiscopus
faciebat. Episcopis vero ita fecerunt et illuc perrexerunt. Trahentes eum a terra et
mirifice condientes dies quinto post transitum, in pharetro posuerunt, cum omni honore,
hymnis Deo psalentibus, in Mediolanum perduxerunt. Veritatem in Christo loquor: ibi
fui et partem aliquam portavi et cum portantibus ambulavi[o] a flumen qui dicitur Oleo
usque ad flumen Adua[4]. Adductus igitur in civitate cum magno honore et lacrimabili 875.
fletu, in aeclesia beati Ambrosii confessoris sepelierunt die septimane suae. Qui impe-
ravit annos 26 [id[p] est vivente[q] patre ann. 6, post mortem patris ann. 20].

19. Post cuius obitum magna tribulatio in Italia advenit. Colligentes se maiores (18)
nati in civitate Ticino simul cum Angelberga suorum regina [mense[r] Septembr., ind.
nona], et pravum agentes consilium, quatenus ad duo mandarent regi, id est Karoli
in Frantia et Hlodovici in Baioaria[s]; sicut et fecerunt. Tunc Karolus veniens, nesciens
de Hlodovico. Hlodovicus nesciebat, quod Karolus venisset, misit filium suum Karolus
nomine, propter distantiam ceperunt homines Karoleto nominare. Karolo rex veniens in

a) *e corr. ut videtur* 1. b) in *ante* letab *erasum* 1. c) r. s. *e corr.* 1. d) uescula 1. e) Māgi 1. f) arride *corr.* aride 1. g) locustaram 1. h) *e corr.* 1. i) gns . k) dom̄. *post add. eadem manu* 1. l) an̄. 1. m) *alia, ut videtur prima, manu pergit* 1. n) sorcer-dotes 1. o) ambula *corr.* ambulavi 1. p) id — xx. *alia manu post, partim in margine addita sunt* 1. q) vivate? 1. r) *post eadem ut videtur manu add.* 1. s) *desinit* 2, *reliqua Pauli codicis parte deperdita.*

1) *Cf. Erchemp. c.* 34, *qui* 40 *numerat dies.* 2) *i. e.* Brixianis. 3) *Comacchio.*
4) *Scilicet per fines episcopatus Bergomensis.* P.

875. Papia, Karlito in finibus Mediolanensis. Cumque de[a] patruum suum conpertum fuisset, quod esset in Papia, ceperunt homines qui[b] se ad Carlito coniunxerunt multa malitia facere, hoc est Beringherio[c] cum reliquis multitudo, statim venerunt in finibus Bergomensis, resedente in monasterio Fara per aedomada una, domibus devastantes, adulteria vel incendia fatientes. Tunc multi Bergomensis relinquentes domos suas plena vino et anona, tantum cum uxuribus et paramentum in civitate vel in montibus perrexerunt. Karolus rex haec audiens, statim post ipsis malefactores[d] cum multitudo[e] populum perrexit, de finibus Bergomensis in Bresiana, inde in Verona, inde vero in Mantua. Karlito perrexit in Baioaria. Tunc Karleman, germanus eius, oviam veniens Karoli rex, barbani[1] sui, ad fluvio qui dicitur Brenta, et pacificis verbis se ad invice salutaverunt et pactum usque in mense Madio firmaverunt. Carlemanus ivit in Baioria. Karolus rex
Dec. 25. perrexit ad Romam, et ad ecclesiam beati Petri dona obtulit, ab apostolico Iohanne unctus
876. et ab honore imperii[f] coronatus, in Papia reversus est, mense Ianuar. in[g] suprascripta ind. nona.

(19) 20. Cumque[h] idem Karolus imperator de Roma reversus in Papia sederet, audivit,
877. quod Karlomannus, Hludowici filius, contra eum veniret. Cumque exercitum suum adunare vellet et cum eo bellum gerere, quidam de suis, in quorum fidelitatem maxime confidebat, ab eo defecti, ad Carlemannum se coniungebat. Quod ille videns, fugam iniit
Oct. 6. et Galliam repedavit statimque in ipso itinere mortuus est. Carlomannus vero regnum Italie disponens, post non multum tempus ad patrem[2] in Baioariam reversus est. Inter
Dec. haec Hludovicus rex . . . .

a) *post add. eadem manu* 1. b) qu 1. c) *littera* h *superscripta* 1. d) perre *erasum* 1. e) multido 1. f) ab imperio *corr.* ab honore imperii 1. g) ind. *corr.* in 1. h) *hinc manus quarta* 1.

1) *i. e.* patrui. 2) *Pater jam a.* 876. *mortuus erat.*

ERCHEMPERTI HISTORIA LANGOBARDORUM BENEVENTANORUM.

POST G. H. PERTZ ITERUM ED. G. WAITZ.

Leo Ostiensis: 'Adelgarius', inquit[1], *'quidam nobilis de Teano obtulit beato Benedicto cum oblationibus Herchempertum*[2] *filium suum, docilis utique ingenii puerum'. Quem genus e Beneventanis ducibus sumsisse, posterioris aevi scriptores*[3] *sibi excogitasse videntur; neque video, qua fide abavum Radoaldum, patruum Radolphum vocaverint. De vita sua ipse refert, a.* 881, *si codicis lectio vera*[4], *se, Pilano castro a Pandonulfo Capuano Neapolitanorum auxilio expugnato, captum et omnibus bonis a pueritia acquisitis exutum, exulem Capuam venisse. Simile damnum aliquot annis post a Graecis Neapolitani ducis auxiliariis passus est*[5], *qui eum cum praeceptore et sociis Capuam pergentem juxta Anglenam ceperunt, equis et bonis spoliarunt; quae ipse frustra Neapoli recipere tentavit. Inde Graecos vehementi ira persecutus est, 'vocabulo christianos, sed moribus tristiores Agarenis'*[6] *eos appellans. Coenobio S. Benedicti his annis a Saracenis destructo, abbas et monachi Teani degebant*[7]*; Erchempertus vero, ut videtur, Capuae, ubi monasterium bona possedit. Quibus ab Atenolfo comite ablatis, ab Adelgario abbate Romam papae auxilium imploraturus missus est idque effecit, ut Stephanus episcopus S. Benedicti privilegia confirmaret et Atenolfum ad reddenda bona illa permoveret. Quae vero ipsius erant minime nactus est, quin cellam ab abbate traditam perdidit*[8]*. Neque tamen, monasterio post annum* 886. *reaedificato, mox eo reversus esse videtur. Sed paulo post, fortasse adhuc Capuae constitutus*[9]*, ipse, Langobardus genere, Langobardorum Beneventi degentium*[10] *historiam, 'a compluribus compulsus',*

1) *I,* 47, *p.* 613. *Quod Leonem, primo libri ordine mutato, falso in Ragemprandi abbatis temporibus collocasse, Wattenbach monuit. Annum ne divinare quidem licet.* 2) *Ita semper Leo et Petrus; 'Erchenpertus' in cod. Matritensi scribitur, infra 'Erempertus' vel 'Herempertus' vel 'Herchempertus' in codd. recentioris temporis.* 3) *J. B. Marus ad Petrum diaconum, Fabricius Bibl. eccl. p.* 173. *In cod. Neapol. Branc.* 3. *D* 7 *legitur:* Copia historiarum Heremperti viri ill. ex prosapia principum Longobardorum. 4) *c.* 44*; ubi cf. notam.* 5) *c.* 61. *Ordine chronologico turbato (cf. n. ad c.* 44*), eandem rem bis esse narratam, quis sibi persuadere posset. Fortasse totum c.* 61. *post additum est.* 6) *c.* 81. 7) *Leo Ost. I,* 44. 8) *c.* 69. 9) *Ita Peregrinius recte statuisse mihi videtur.* 10) *Ita ipse quid sibi proposuerit indicat. Liber in codicibus titulo destitutus est. Leo Ost. I,* 8, *p.* 586. *laudat 'historiam quam de Langobardorum gente post Paulum diaconum composuit'. Petrus diac. vero scribit:* de destructione et renovatione

scribendam suscepit, 'ad posteritatis exemplum', non ut facta gloriosa celebraret, sed eorum miseriam, excidium et perniciem, ut ipsius verbis utar, exponeret. Non tantum quae ipse viderit, etiam quae ab aliis acceperit, se tradere velle, professus est. Pauli historiam Langobardorum continuatione illa auctam Casinensi nactus, incipit ab Arigisi ducis tempore; accuratius vero ea prosequitur, quae post medium saeculum IX. sub Adelgiso duce ejusque successoribus facta sunt. Neque uno calamo haec scripsisse videtur. Cum initio lugeat, se non triumphum sed perniciem Langobardorum, 'non quomodo alios superaverint sed quomodo superati ab aliis ac devicti fuerint', narraturum esse, postea victoriam ab Atenolfo Capuano de Athanasio Neapolitano reportatam celebrat[1]. *Quaedam fortasse post inserta sunt*[2]. *Certe cum res a.* 889. *incipiente gestas tradat, operis continuandi consilium prodit*[3]. *Quod tamen effectu caruisse videtur. Nam neque codex qui exstat unicus ultra progreditur, neque apud eos qui ipsius opus exscripserunt continuationis deprehendes vestigia*[4]. *Erchempertum vero morte impeditum esse*[5], *haud crediderim. Certe vix juveniles annos tunc excessit*[6]. *Exstat vero opus aliud chronologicum viginti fere annis post in monasterio Casinensi confectum*[7], *quod cur alii adscribamus auctori non habemus. Idem codex versus continet martyrologio metrice scripto adjectos, quorum auctor Erchenpertus laudatur*[8]. *Et jam historiae nonnumquam versus inseruit, necnon antea, ut ipse refert*[9], *Landulfi episcopi Capuani facta versibus castigavit. Ceterum magis Sacrae Scripturae libros — versione Latina usus a vulgata diversa — quam antiquitatis auctores imitatus est*[10] *eorumque locos non paucos data occasione exscripsit. Vivide praesertim ea exposuit, quae ipse vidit, quaeque animum gentis propriae amantissimum movebant; neque mediocri, qua callebat, Latinae linguae cognitione se impediri passus est: sermonis puritatem, quin grammaticae regulas, ut ejus temporis scriptores tantum non omnes, parum curans.*

Ita ut statuamus, tam codex qui exstat unicus, quam scriptores qui per medium aevum Erchemperti librum exscripserunt, auctor Chronici Salernitani, Johannes Vulturnensis, Leo Ostiensis, cogunt.

Codex Vaticanus Nr. 5001, *membr.* 4, *c. a.* 1300. *scriptus, qui preciosissima antiquitatis monumenta nobis servavit (de quo cf. Arch. V, p.* 131 *sqq.; X, p.* 374*), multis quidem mendis laborat. Littera Beneventana* (1) *satis negligenter scriptus, ex illo fortasse sumtus quem Desiderius Casinensis scribi iusserat*[11], *manu recentiori* (2)[12] *radendo et*

Casinensis coenobii necnon de Ismaelitarum incursione historiam necessariam satis composuit; *quibus verbis certo certius non alia Herchemperti scripta indicantur. Quod addit:* Fuit vero tempore Ludovici imperatoris, *aetatem ejus minus accurate indicat.* 1) *c.* 73. *Cf. quae b. m. Pertz monuit: 'Licet autem nec alia Atenolfi facta approbaret, sed dominandi habendique cupiditatem et severum ejus in filios sancti Benedicti imperium abhorreret, tantus tamen patriae et gentis amor Erchempertum tenuit, ut victoriam ad Sanctum Cartium ab Atenolfo de Graecis reportatum, qua Bardorum imperium stabilitum est, celebrandam sibi sumeret'. Minus recte Peregrinius hanc victoriam libro scribendo ansam dedisse statuere mihi videtur.* 2) *V. quae c.* 61. *monui.* 3) *c.* 82. 4) *Salernitanus jam in c.* 80. *desinit.* 5) *Quod Peregrinius et Pertz alii statuerunt; Pratillus vero impugnavit.* 6) *Anno* 886. *cum praeceptore profectus est.* 7) *In cod. Matrit. A* 16, *de quo v. Knust, Arch. VIII, p.* 768*; qui verba affert:* anni Domini sunt in praesenti a. 904. *Minus recte p.* 187. *a.* 912. *indicat.* 8) Incipit martyrologium presbiteri Bede heroico compositum metro, et adverte, prudens lector, quia hi versus, quos obelo et chrimone (?) in capite prenotatos invenis, ab Erchenperto monacho monasterii S. Benedicti de castro Casino editi sunt. *Computum, quem b. m. Knust descripsisse dicitur, haud inveni.* 9) *c.* 31. *Acta translationis s. Matthaei apostoli sine causa ipsi tributa esse, monet Marus ad Petrum diac. p.* 173. *Neque continuatio Pauli Casinensis ipsi tribuenda est; v. supra p.* 198. 10) *Cf. quae c.* 1. *de evangelistarum Marci et Lucae imitatione dicit.* 11) *Petrus diaconus c.* 63, *SS. VII, p.* 746. *Cf. Bethmann, Arch. VII, p.* 372 *sq.* 12) *De ea haec monuit Peregrinius: 'Vulgo ab eodem Freccia (qui*

corrigendo ita foedatus est, ut genuinam lectionem eruendi interdum haud parvam difficultatem praebeat. Qua a V. Cl. Pertzio jam ante plus 50 annos plerumque feliciter superata, hoc anno Romae praesens iterum quam accuratissime librum examinavi et saltem non contemnendum spicilegium assecutus esse mihi videor. Paucis tamen locis ita prior codicis lectio deleta est, ut eam perspicere haud liceat. Neque recentioris temporis exemplis, qualia plura in bibliothecis Italis exstant, adjuvamur, quippe quae manus 2. *correcturas tantum non omnes praebeant. Inter quae primum locum obtinere videtur* 3) *Codex Romanus Casanatensis D. III.* 36, *ita inscriptus: 'Exemplata est haec historia Heremperti fideliter et cum omni qua potuit correctione in hac dulcissima Stabiense urbe die* 16. *Octobris* 1560. *Mercodi. Deo gratias'. Alia manu additur: 'Marie de Vipera archidiaconi Beneventani codex f'. Notae marginales cod.* 1 *desunt. Nonnumquam scriba proprio marte codicis lacunas explere conatus est. Ex hoc plerique alii descripti videntur qui eandem praebent inscriptionem, Romani Vallicell. C.* 30. *et G.* 49[1]; *Neapolitanus Branc.* 3 *D.* 7. *Alia apographa quae vidi sunt Roman. Barberin. XXXIII,* 16 *('Volumen hoc Antonii de Aquino archiepiscopi Tarentini') et Vaticanum Nr.* 5000. *Nr.* 7137 *vero fragmenta tantum continet. Aliud in bibl. V. Cl. Emanuelis Cicogna, chart. s. XVI, quod a.* 1703. *Matriti fuerat, vidit Joh. Merkel. Cod. marchionis Gineri Florentini catalogum regum Langobardorum et Chronicon Salernitanum eodem teste continet. 'Hercemperti historia' vero in cod. Thomae Phillipps, nunc Cheltenhamensi, Nr.* 6456, *Arch. IX, p.* 501, *affertur.*

Itaque ad unum illum codicem s. XIII. et scriptores, qui jam antea Erchemperti libro usi erant, recurrendum est, cum genuinam ejus formam restituere conemur. Salernitanus eodem codice 5001. *continetur et iisdem maculis infectus est; attamen quotiescumque bis eadem verba reperies, ea genuina credere fas est. Chronici S. Vincentii Vulturnensis vero codex exstat ab ipso Johanne auctore exaratus in bibliotheca Barberina (Arch. XII, p.* 386), *cujus lectiones a Bethmanno enotatae ad confirmandum vel emendandum Erchemperti textum magni faciendae sunt. Quibus subsidiis fultus, a praedecessore meritissimo eo potissimum dissentio, quod primae manus lectionem, ubicumque non aperta depravationis indicia ostendat, retinendam duxi. Verborum scribendorum rationem nonnumquam ad posterioris temporis usum esse mutatam, non nego (constanter fere* e *pro* ae *et* oe; nichil *pro* nihil; c *pro* t: eciam, gencium, repugnancium, racio, flagitacio, persecucio *et alia ejusmodi;* ct *pro* tt: mictere, lictere; ct *et* tt *pro* t: factus, fattus = fatus, substrattus; c *post* n *omittitur:* cunti, defuntus, procintu; dd *pro* d: reddire; sc *pro* s: scitus, abscente, *et* s *pro* sc: selus, septrum, sema; s *pro* ss: possesuros; n *omittitur:* iucti; sposio, quinquagita, expugnatem, *false inseritur:* Spolencium, magnantes, secrencius; l *pro* r: glaviter, *et* r *pro* l: fructibus = fluctibus; a *pro* au: agustus, aribus; u *pro* o: constructus = constructos; r *locum mutat:* stripitus, frebis; *falso inseritur:* apropriare, prostribulo*). Neque haec omnia librario imputaverim. Quam plurima vero quae primo aspectu offendunt aliis hujus temporis monumentis ita sunt communia*[2], *ut Erchemperto quoque abjudicari nequeant (*h *omittitur:* aut = haud, ausi, alitus, exalaverat, traens, esitare, yems, ystoriola*; additur:* hac = ac, habiit, his = is, hedificare; b *et* v, s *et* x, i *et* g *commutantur; scribitur:* animavertat, aiuvandum, quemamodum; ammisit; dirruens, peramplicuit *alia). Quae recipere non haesitavi, neque quae contra grammaticae regulas peccantur (e. gr. accusativus pro nomina-*

codicem a. 1560. *describendum curavit) exarata creduntur; sed ipsamet illa, me judice, Salernitanum civem probant habuisse auctorem, Freccia sane integro ad minus saeculo antiquiorem'.* 1) *Quod Ang. Mai, Nova Coll. IX, p. XII, dicit, amplius Erchemperti exemplum in codice Stabiensi exstare, ad Chronicon Salernitanum referendum est, quod in hoc codice Erchemperti nomine inscriptum est. Neque cod. Vallic., quem Spicil. V, p.* 243. *laudat, aliud quidquam continet.* 2) *Cf. quae Bethmann, Arch. IX, p.* 659 *sqq. collegit et quae N. Arch. I, p.* 538 *sqq. de Pauli codicibus exposui.*

tivo, infinitivi in —et; *participium pro activo) emendanda esse duxi. Quae cum ita sint, non possum quin sermone satis rudi Erchempertum usum esse judicem; verba saepe male juncta, nonnumquam difficilia intellectu deprehendes*[1]. — *Opus genuinum quin nobis traditum sit, non est cur dubitemus*[2]. *Quae editores ex Leone Ostiensi inserere voluerunt (c. 2), erronee Erchemperto tribui, ex illius autographo constat*[3]. *Ab anonymo Salernitano sine causa interpolatum dixit Pratillus*[4]; *neque rectius Leo Ostiensis et alii illius opus Erchemperto tribuerunt*[5].

Primus Erchemperti librum mancum edidit Carracciolus inter Antiquos chronologos quatuor, Neapoli a. 1626 *(a Muratorio SS. V, p.* 15. *et in 'Raccolta di varie croniche appartenente alla storia del regno di Napoli' II, p.* 26. *repetita) ex cod. Vaticano recentioris aetatis (fortasse nunc Nr.* 5000)[6]; *integrum vero Cam. Peregrinius, Historia principum Langobardorum, T. I, Neap.* 1643, *qui duobus recentioris temporis apographis ex cod. Frecciano (ducis Frisae et principis Montis Marani) usus est et praecipuas codicis Vaticani lectiones a L. Holstenio sibi communicatas adjecit. Quem secutae sunt editiones in Graevii et Burmanni Thesauro antiquit. et hist. Italiae T. IX, p.* 1; *Eccardi Corp. hist. I, p.* 49; *Muratorii SS. II, p.* 237; *necnon excerpta in Bouqueti SS. Rer. Gall. et Franc. V,* 324; *VI,* 205; *VII,* 155. *Neque Pratillus in nova Peregrinii editione T. I, Neapoli* 1749, *ab eo recessit, quamvis nonnumquam emendationes proposuerit et ad codicem quoque Bolviti provocet, jam Carraciolo notum (Mur. V, p.* 31), *quem non possumus quin a recentioris temporis viro erudito emendatum habeamus*[7]. *Praeterea uberiori commentario Erchempertum instruxit, ex quo ea tantum retinenda duxi quae ad locorum situm definiendum faciunt. Pauca b. m. Pertz de suo adjecit, neque ego in annotationibus longior esse volui, id tantum agens ut praecipuos aliorum scriptorum locos afferrem et ad librum V. Cl. Amari, qui res ab Arabibus in Italia gestas egregie illustravit, lectorem remitterem. Capitum distinctionem a codice alienam (cap.* 44. *tantum continuam scripturam interrumpit), quam Peregrinius instituit satis aptam, retinui.* *G. W.*

f. 106′. 1. Langobardorum[a] seriem, egressum situmque regni, hoc est originem eorum, vel quomodo de Scandanavia[b] insula egressi ad Pannoniam, iterum a Pannonia Italiam transmigraverint regnumque susceperint, Paulus, vir valde peritus, compendiosa[c] licet brevitate set prudenti composuit ratione, extendens nihilominus a Gammara et duobus liberis eius ystoriam Ratchis pene usque regnum. In his autem non frustra exclusit aetas[c*] loquendi, quoniam in eis Langobardorum desiit regnum. Mos etenim ystoriographi doctoris est, maxime de sua stirpe disputantis, ea tantummodo retexere quae ad laudis cumulum pertinere noscuntur. Ultimo autem compulsus[d] a compluribus ego Erchempert, quasi ab[8] ortum[e], praecipueque ab Adelgiso[f], insigni sagacique virum,

a) Longobardorum *plerumque codex.* b) Scandana uia, *del.* uia *c.* c) conped. *c.* c*) metas? d) sum *add.* 2. e) abortum (?) 1; um *erasit* 2; abortivus *Car.;* ab ortu *Per.* f) Algelgiso *c.*

1) *Wattenbach, G.-Q. I, p.* 226, *nimia eum efferre laude videtur.* 2) *Ita etiam Tosti, Storia di Monte Cassino I, p.* 138. 3) *SS. VII, p.* 586 *n.* 47. 4) *p.* 38. 5) *I,* 20; *SS. VII, p.* 595, *ubi v. n.* 7. *Ita Carracciolus Erchemperti opus epitomen Chronici Salernitani habuit. Similis est Angeli Maii error; v. p.* 233 *n.* 1. 6) *Antiquius exemplar tabularii Salernitanae ecclesiae (jam Vatic.* 5001) *ultra Alpes portatum censet.* 7) *Notatu dignus unus praesertim locus esset (c.* 39), *ubi Johannis Vulturnensis lectionem codice Bolvit. confirmatam dicit Pratillus; ipse c.* 63. *'ad emendatos codices' provocat; sed ipse fortasse emendavit. Cf. de mala ejus fide Köpke, Arch. IX, p.* 224 *sqq.* 8) *Sequentia interpretes vexarunt. Peregrinius et Pratillus intelligunt, Erchempertum ab 'Algelgiso' Langobardo, quem eundem fortasse qui c.* 68. *occurrit fuisse credunt, excitatum historiam scripsisse; sed tunc quid voces* quasi ab ortum *significent*

ystoriolam condere Langobardorum Beneventum degentium, de quibus quia his diebus nil dignum ac laudabile repperitur, quod veraci valeat stilo exarari, idcirco non regimen[a] eorum set excidium, non felicitatem set miseriam, non triumphum[b] set perniciem, non quemamodum profecerint set qualiter defecerint[c], non quomodo alios superaverint set quomodo superati ab aliis ac devicti fuerint, ex intimo corde ducens alta suspiria, ad posteritatis exemplum, succincto licet et inerti prosequar calamo[d]. Hac quoque flagitatione devictus, non tantum ea quae oculis, set magis quae auribus[e] ausi narrare me fateor, imitatus ex parte dumtaxat Marci Lucaeque euangelistarum preconiis[f], qui auditus potius quam visus euangelia descripserunt[1].

2. Igitur capta ac subiugata Carlo Italia, Pipinum filium suum illuc[g] regem constituit cumque illo[h], stipatus innumerabili exercituum agmine, crebrius Beneventum adiit capessendam. Quo tempore Arichis, gener iam fati[2] Desiderii, vir christianissimus et valde illustris atque in rebus bellicis strenuissimus, Beneventum ducatum regebat. Qui audiens eos super se adventare, Neapolitibus[i], qui a Langobardis diutina oppressione fatigati erant, pacem cessit[3] eisque diaria[k] in Liguria[l.4] et Cimiterio[5] per incolas sancitam[m] dispensione misericordiae vice distribuit, titubans, ut conici valet, ne ab eorum versutiis Franci aditum introeundi Beneventum repperirent. Super Beneventum autem Gallico exercitu [perveniente[n]], predictus Arichis viribus quibus valuit primo fortiter restitit, postremo autem, acriter preliantibus, universa ad instar locustarum radice tenus corrodentibus, magis civium saluti quam liberorum affectibus consulens, geminam sobolem vice pigneris iam dicto tradidit cesari, hoc est Grimoaldum et Adelchisam, simulque cunctum thesaurum suum. Ex quibus Adelchisa multa cum prece proprio restituta suum[o] genitori, Grimoaldum vero secum remeans detulit Aquis[p], collata Arichis pace sub foedere pensionis. 774. 781. 787.

3. Nanctus itaque hanc occasionem, et ut ita dicam Francorum territus metum[q], inter Lucaniam[6] et Nuceriam[7] urbem munitissimam ac precelsam in modum tutissimi castri idem Arichis opere mirifico exstruxit[8], quod[r] propter mare conticuum[9], quod

a) regemen *corr. ut videtur* regnum *c.* b) triumplum *c.* c) deferint 1. d) calomo *c.* e) aribus *corr.* auribus *c.* f) preconia *e corr. c.* g) *ita aut* illis 1 *habere videtur;* illic 2. h) ille 3, *quod fortasse et* 1 *praebet.* i) *ita* 1 *scripsisse videtur;* Neapolitanis 3. k) dietas *Bolv., ap. Prat.* l) d. illiguria 1, *qui constanter* Liguria *scribit; quod corrigere nolui, cum etiam cod. Chronici Salernitani c.* 134. *hanc servet formam; et in Pacto n.* 2. *allato nonnumquam* Liguria *et* Leguria *scribatur.* m) *ita* 1; sancita 2. n) *deest* 1; *add.* 2. o) *ita* 1; um *eras.* 2. p) a quo *c.* q) metu 2. r) *ita* 1 *scripsisse videtur*; m. munivit et nova frabica reparavit, que civitas 2.

haud video. Igitur alia ratione explicanda sunt; Erchempertus dicit, se a compluribus compulsum esse, ut historiam Langobardorum in ducatu Beneventi degentium inde ab ortu principatus, praecipueque ab Adelgiso principe, scriberet. Quod ita esse, opus ipsum indicat; incipit enim ab Arichis duce et inde ab Adelgiso ampliori sermone (c. 20*) procedit.* P. 1) *Ita Gregor. M. Dial. prol.* 2) *Ad continuationem Pauli Casinensem Erchemperti libro praemissam haec referenda sunt; cf. Bethmann, Arch. XII, p.* 373, *et quae supra p.* 198. *monui.* 3) *Cf. Pactum inter Arichim principem Beneventanum et Johannem 'judicem' Neapolitanum, ab hoc, ut Peregrinius opinatur, p.* 317, *diversum, LL. IV, p.* 213; *et epitaphium Caesarii Neapol., ap. Peregrinium p.* 326:

Sic blandus Bardis [fu]eras, ut foedera Grais
Servares sapiens inviolata tamen ....
Nutritus obses Arichis moderamine sancti,
Salvasti patriam, permemorande, tuam.

4) *Leburia, terra di Lavoro.* 5) *Ager Nolanus.* 6) *Lucaniae urbs Paestum.* 7) *Nocera.* 8) *Arichis Salernum jam ante adventum Karoli munierat; cf. Ann. Laur. min. et mai. SS. I,* 118. 168. — Urbem munitissimam antiquitus conditam Salernum restauravit, *Chron. Vult.* 9) *i. e.* contiguum.

salum appellatur, et ob rivum, qui dicitur Lirinus[1], ex duobus corruptum[a], Salernum appellabatur[b], esset scilicet futurum presidium principibus superadventante exercitu Beneventum. Infra Beneventi autem moeniam templum Domino opulentissimum ac decentissimum condidit, quod Greco vocabulo Agian Sophian, id est sanctam sapientiam, nominavit; dotatumque amplissimis prediis et variis opibus sanctimoniale[c] coenobium statuens, idque sub iure beati Benedicti in perpetuum tradidit permanendum[2]. Pari etiam modo in territorio Alifano[d] Deo amabili viro ecclesiam in honorem domini Salvatoris construxit et monasterium puellarum[e] instituit atque ditioni sanctissimi Vincentii martiris subdidit[3].

4. Defuncto dehinc Arichiso, consilio abito, Beneventanorum magnates[f] legatos ad Karlum destinarunt, multis eum flagitantes precibus, ut iam fatum Grimoaldum, quem a genitore obsidem iam pridie[g] susceperat, sibi preesset concedere dignaretur. Quorum petitionibus rex annuens, illic continuo predictum contulit virum, simulque ius regendi principatus largitus est. Set prius cum sacramento huiusmodi vinxit, ut Langobardorum mentum tonderi faceret, cartas vero nummosque sui nominis caracteribus superscribi semper iuberet[h]. Accepta denique licentia repedandi, a Beneventi civibus magno cum gaudio exceptus est. In suos[i] aureos eiusque nomine aliquamdiu figurari placuit. Scedas vero similiter aliquanto iussit exarari tempore. Reliqua autem pro nihilo duxit observanda; mox rebellionis iurgium initiavit.

5. Hac etiam tempestate idem Grimoalt neptem augusti Achivorum[k] in coniugium sumpsit nomine Wantiam[l]; set nescitur, quam ob rem ad fructum minime pervenit. In tantum enim odium primus eorum avidus prorupit amor, ut, sumpta occasione Francorum circumquaque se repugnantium[m], more Hebreico sponte eam a se sequestraret; dato ei libello[n] repudii, ad proprios lares eam vi transvexit. Hoc quidem callide licet egerit, efferitatem[o] tamen supradictarum barbararum gentium[4] sedare minime quivit. Nam tellures Teatensium et urbes a dominio[p] Beneventanorum tunc subtractae sunt usque in presens, necnon et Nuceriae urbs tunc capta est, set celeriter a fato Grimoaldo acquisita est, apprehenso in ea Guinichiso duce Spolitensium cum omnibus bellatoribus
302. inibi repertis.

6. Frequenter autem Karlus cum cunctis liberis, quos iam reges constituerat, et cum immenso bellatorum agmine Beneventum preliaturus aggreditur; set Deo decertante pro nobis, sub cuius adhuc regimine fovebamur, innumerabilibus de suis peste perditis, cum paucis nonnumquam inglorius revertebatur. Unde factum est, ut, Pipino regnante in Ticino et Grimoaldo presidente in Benevento, frequentissimum bellum vexaret Beneventanos, ita ut nec ad momentum pax interfuerit illis viventibus. Erat enim uterque iuvenili aetate nitentes et ad commotiones[q] et bella declivi. Pipinus autem fultus presidio bellatorum, iugi continuoque prelio exagitabat eum; Grimoalt vero et civitatibus munitis et primoribus quam plurimis constipatus, parvipendens ac despectui ducens illius persecutionem, in nullo cedebat ei. Agebat[5] itaque per legatos suos Pipinus: 'Volo quidem et ita potenter disponere conor, ut, sicuti Arichis genitor illius

a) corructum 1; corructis 2. b) *ita* 1?; appellatum, quam civitatem sic idem princeps fortificavit ut 2. c) sanctimonialium *Leo;* puellare *Vult.* d) ....Alifano 1; predicto Alfano 2; Aliphano *Leo, Vult.* e) puellare *Leo*; sanctimonialium *Vult.* f) magnantes *c.* g) pridem *correxit P.; sed cf. c.* 30. h) iuberet, muros Salerni Acherentiae et Consiae funditus everteret. Accepta *edd. ex Chr. Sal.* i) suo *c.* k) Acivorum 1; Agiv. 2; *sed cf. c.* 81. l) irriantiam 3. m) repugnacium *c.* n) *e corr. c.* o) ..ferit. *c.* p) *ita* 2; dominis 1? q) commutiones *c.*

1) *Ab occidente Salerni.* 2) *Cf. Leon. Ost. I, 6, p.* 584, *qui a Gisulfo duce inchoatum dicit.* 3) ubi etiam alias multas hereditates et possessiones contulit tam in planis quam in montanis *add. Chr. Vult.* 4) *i. e.* Francorum. 5) *i. e.* Aiebat.

subiectus fuit quondam Desiderio regi[a] Italiae, ita sit mihi et Grimoalt'! Quibus econtra Grimoalt asserebat:

'Liber et ingenuus sum natus utroque parente;
Semper ero liber, credo, tuente Deo!'

7. Et hoc quidem ita de hac luce subtracto, Grimoalt alter suscepit iura Bene- 807.
venti tuenda, thesaurarius[b] videlicet divae memoriae Grimoaldi prioris, vir quoque sat mitis et adeo suavis, ut non solum cum Gallis, verum etiam cum universis circumquaque gentibus constitutis pacis inierit foedus, et Neapolitis supra memoratis gratiam pacemque 808.
donavit. Set quia antiquus hostis semper invidet pacatis et piis viris atque bella et discordiae semina in eis serere molitur, Dauferium quendam virum spectabilem suae artis maliciae ignivit et cum nonnullis filiis Belial horrendum fecit inire consilium adversus principem fatum hoc modo. Depositis[c] quippe in itinere insidiis, ut, dum per pontem proficisceretur Veterrimae urbis[1] ad predictam urbem Salernum properans, impulsus a membris Satanae, profundum fluctibus[d] marinis immergeretur, esset veluis[2] in pastum. Set revelante sibi occultorum cognitore Deo, suis ad se accersitis, iam dictum incolumis pertransiit pontem. Eos autem qui suae salutis hostis fuerant cepit et vinculis iniecit. Dauferius vero, quia tunc non aderat illic, hoc agnito, fugam arri- 816.
puit et Neapolitis susceptus est.

8. Quo comperto, Grimoalt non segniter egit, set confestim iter Neapolim agreditur exercitumque post se accelerare iubet. At ubi iuxta memoratam peramplicuit urbem, ... iuventutis[e] populus eiusdem civitatis armis evectus, obvius illi audacter eminus exivit in prelium. Quod ille ut intellexit, protinus itinera eorum revertendi prius irretire molitus est, et ita demum in eos insurgere voluit. Tantam denique hostium stragem coepto bello mari terraque fecit, ut fretum adiacens vix per septem et eo amplius dies cruore occisorum purgaretur; in terra vero tumuli nunc usque interfectorum conspiciuntur cadaverum. Et ut ab eisdem incolis referentibus compertus sum, quinque milia fere hominum eadem tunc in acie occubuere. Idem enim Dauferius una cum magistro militum, qui tunc inibi regnabat, soli elapsi, fugibundi moenia illius urbis tandem ingressi, nec ibi siquidem requiem capiunt. Nam egressae coniuges virorum peremptorum gladiis insequebantur illos, dicentes: 'Reddite nobis, o caduci viri, proprii tori[f], quos nequiter interfecistis'! 'Quare', inquiunt, 'adversus eos prelium insurgere conati estis, quem pro certo invictum scitis'? Grimoalt vero acrius eos insecutus est usque ad portam quae dicitur Capuana, ita ut proprio conto eam percuteret; nec erat quispiam qui resisteret; clausis tantum obseratisque foribus, qui remanserant infra muros se tutaverunt. Reverso igitur Grimoaldo ad castra cum suo exercitu incolume, altera die pro fatigio sumpto et pro interemptis affinibus iam dictus perfuga dux[3] dedit in exenium octo milia aureos supradicto principi et memoratum Dauferium ad pristinam reduxit gratiam. Statim denique ob solitam misericordiam predicto viro donationem de rebus suis precepto firmavit, gratiam vero familiaritatemque primam non denegavit. — Interea Radechis comes Consinus, Sico Agerentinus castaldeus, quem Grimoalt dudum proselitum[4] rece-

a) regis 1. b) thesarius *c.* c) Dispositis *Pr. ex Bolv.* d) fructibus *c.* e) .....te iuv. 1; u. continuo multe i. 2. f) proprii tori *pro* proprio toro *scriptum puto;* proditori = proditores *corr. P.*; p̄pitori *c.*

1) *Vietri prope Salernum.* 2) *i. e. belluis.* 3) *sc. Neapolitanus.* 4) *i. e. advenam seu hospitem.* PR. *Cf. Johannis G. Neap. c.* 51, *et Siconis epitaphium, Peregrin. p.* 239*:*

Natus in Ausoniae praestanti corpore terra,
Francorum postquam caede subacta fuit,
Quem mater cernens eleganti luce nitentem,
Esse datum credit caelitus alma sibi,
Quae cum sensisset Domini iam munere plenum,
Ad loca se rapuit nocitura pio.

perat honoribus plurimis deferens, sub dolo insurgentes in eum, cum iam extremum
817. spiritum traheret, gladio eum peremerunt[1].

9. Interfecto igitur eo innocenter, predictus Radechis Siconem loco illius principem subrogavit. Ipse vero non multum post cuncta viriliter mundana[a] metu gehennae abdicans, ad beati se contulit Benedicti suffragia, catenaque cervice tenus vinctus, eius coenobium Christo militaturus adiit, se reum quoque clamitans et impium, se male agisse ac crudeliter vociferans, sicque monachicum scema[b] sumens, in tanta se districtione corporis animique coram oculis internis arbitris in eodem monasterio coartivit, ut nulli scrupulum adsit, omnium facinorum suorum veniam adipisci meruisse. Circuibat ille saepe diabolus girans septa sacri monasterii et voce perspicua, multis audientibus, clamitabat, inquiens:

'Heu, Benedicte, mihi! Cur me undique rodis? Inique,
Me prius hinc pulso, nunc mea membra lucras!'

818. 10. Suscepto itaque Sico principatu, foedus cum Francis innovavit, Beneventanos bestiali efferitate persequitur[2], atque se superstite filium suum Sicardum nomine heredem principatu effecit, virum satis lubricum, inquietum et petulante animique elatione tumidum. Per idem tempus Neapolitis, quorum superius mentionem feci, bellum a Sicone[c]
821. creberrimum motum est, et civitate valide obsessa tellure pontoque ac fortiter iaculis et scorpionibus oppugnata, pene capta esset, si defuisset ingenium. Nam iuxta ora maris murum[d] arietibus et machinis funditus eliso, iam cum catervatim populus ingredi urbem niteretur, dux iam dictae civitatis, data mox obside genitrice sua ac duobus propriis liberis, magnopere eum callida arte exflagitans, per nuncios ait[e] ita: 'Tua est urbs cum universis quae infra se retinet; placeat ergo pietati tuae, ne inter predam detur; crastina autem die cum trofeo victoriae gloriosissime ingredere, possessurus[f] nos omniaque nostra'! His ergo suggestionibus fidem accommodans, diem sustinuit venturum; subsequenti vero nocte interrupta urbs muro firmissimo solida est, et crepusculo, quo se suamque tradere pollicitus est civitatem, arma bellica suscipiens, contra eum se erexit ingenti certamine[3]. — Oppressi igitur durius a genitore et filio per sedecim continuos

a) munda 1. b) sema *c.* c) Sicione *c.* d) *ita vel* muros 1; muro 2. e) sit 1; misit 2. f) possesuros 1.

1) *Longe aliter epitaphium Siconi blandiens:*

Mox Arichis princeps arcana in mente puellum
Collocat et spondet prolis habere loco;
Adhibuit curam nutriendi maximus heros,
Quem successorem sperat habere pium.
Nec minus et Grimoald natus de principe princeps
Sublatum erudiit, iura tenendo patris.

2) *Epitaphium:*

Defendit patriam Francorum gentis ab ira,
Quae quondam multo caesa mucrone fuit.
Regibus ille magis dilectus, luce parata,
Francorum . . .

3) *Ibidem:*

Obsidione quatit Romanas saepe catervas
Urbis Parthenope falsidicosve viros,
Qui dominis solita Samnitum fraude rebelles
Pellere Bardorum fortia iussa volunt.
Quos Sico perdomitos congressu fortis in omni
Servitia impellit solvere quaeque iubet.
Ariete propulsat muros virtute suorum,
Donec victa cadat pars inimica sibi.
Qua victi pugna, servitia digna reposcunt,
Quae Beneventanus solvere gaudet hians.

annos[1], cives prefatae urbis, cum iam ad estremitatem maximam pervenisset, ad Francorum se contulere presidium. Hiis denique diebus preerat illis cesar Lodoguicus cognomento Almus, filius Karli superioris augusti, qui Lutharium natum suum consortem dum regni asciret, ab eo una cum socia sua captus ac custodiae[a] mancipatus est, set ab obtimatibus[b] suis ereptus, ad pristinam sublimatus est gloriam. Quibus annitentibus, 831. obsessio ab illis aliquamdiu sublevata est.

11. Circa haec tempora gens Agarenorum a Babilonia et Africa ad instar examen apum manu cum valida egrediens, Siciliam properavit, omnia circumquaque devastans; tandem civitatem insignem Panormum nomine captam, nunc usque commoratur, plurimas- 832. que in eadem insulam urbes et oppida dirruens, iam pene tota illarum gentium ditioni substrata[c] congemescit. Inter haec moritur Lodoguicus, qui secundus in Gallia augustali[d] 840. preerat imperio; Lutharius supradictus illius regni heres[e] effectus est, atque ab hoc Francorum divisum est regnum, quoniam Lutharius Aquensem et Italicum, Lodoguicus autem Baioarium, Karlus[f] vero, ex alia ortus genitrice, Aquitaneum regebant imperium.

12. Set ut retro vertam sermonem, mortuo Sicone, Sicardus monarchiam solum 832. optinuit, qui iam cum patre saepius memorato per aliquot feliciter imperaverat annos; coepitque populum sibi commissum ex levitate animi beluina voracitate insequi ac crudeliter laniare. Inter haec, ut Asuerus Aman, ita iste pretulit ceteris Rofridum quendam, filium Dauferii cognomento Prophetae, cuius consilii subversione multa sacrilega ac blasmia[g] patrabat. Fuit autem idem vir in mundanis rebus prudens et nimium versutus et ultra quam credi potest callidus. Adeo enim circumvenit prestigiis suis fallacibus supradictum[h] virum, ut illo absente[i] et dissentiente nil umquam[k] exercere vel ad momentum[l] auderet[m]. Sicque ab eo deceptus et inlaqueatus est, ut germanum 834. suum Siconolfum nomine gratis perpetuo dampnaret exilio cunctosque Beneventanae gentis proceres aut custodiis aut morti indiderit; ad hoc nimirum tendens, ut, dum relictus[n] ac destitutus[o] solacio esset optimatium, citra suam suorumque sanguinis effusionem facillime interimeretur[p]. Quam ob rem et Maionem cognatum suum tonderi iussit et monasterium retrudi, Alfanum[2] denique, quo nemo fidelior illo tempore fuit, virum illustrem et fortissimum robore, laqueo suspendi fecit. Tuncque factum est ingens periurium in Benevento, ex quo conicitur, iram Dei primum fore provocatam ad perdendam terram.

13. Talia eo tractante, divina actum est dispensatione, ut, dum alium innocenter conaretur extinguere, prevenientem interim langorem, ipse caelitus spiritu pariter et carne perculsus interiit. Prius enim quam obiret, ut cumulus suae perditionis iustius augeretur, pro amore pecuniae spectabilem et Deo dignum virum, sanctitate conspicuum, Deusdedit nomine, beatissimi Benedicti vicarium[3], a pastorali[q] monasterio monachorum seculari[r] magis potentia quam congrua ratione deposuit ac custodiae mancipavit. Cuius- 834. que nunc usque cineres, quo[s] recubat humatus, nonnullos febre retentos[t] variisque langoribus oppressos ex fide poscentes creberrime curare noscuntur. Quid enim dicam de huius viri nequitiis, quando quidem, distractis ecclesiarum coenobiorumque prediis, nobilibus ac mediocrium rebus violenter ablatis, secundum subputationem dierum anni embolismi[4] curtis opulentissimas aggregavit? Hoc quoque misero ita obeunte, paulo post a filii vel[u] Adelferio[v] nomine Sicardus supradictus princeps gladio perimitur; Deo 839.

a) acustodie *c.* b) s. abtimatibus 1. c) substratta *c.* d) au *e corr. c.* e) heredes 1. f) Karlū *c.* g) *ita* 1; blasma 2; blasima *P. corr., quod Henschel in novam Ducangii editionem I, p.* 700. *recepit. Sed* blasmia *ex* blasphemia *contractum videtur.* h) supraditum *c.* i) abscente *c.* k) inquam 1? l) monumentum 1. m) afferre *add.* 2. n) relictum 1. o) destitus *c.* p) interrim. *c.* q) apostorali *c.* r) secularis 1. s) quos *c.* t) detento *Leo.* u) *haec corrupta putarim et scribere ausim:* a filio Belial. v) Adelferio noie nomine *c.*

1) *Siconis epitaphium l. l.:* Ter quinos annos dominatus ductor herilis. 2) *abbatem.* 3) *i. e. abbatem Montis Casini.* 4) *anni embolismalis,* 380 *dies excedentis.* P.

839. iuste retribuente, qui plerumque reddit iniquitatem patris in filios, carnem solummodo feriens ulciscitur; ut quia Sico, genitor suus, Grimoaldum seniorem suum indebite occideret, ulciscente Deo, filius illius a subditis interficeretur. Et isto hoc modo decedente, percussor non diu laetatus est; nam parvo post tempore a Sicone notho cognomento Albo predictus homicida extinctus est, silicet ut iuxta verbum Domini, qui gladio cor-
Cf. Gen. 9, 6. pus proximi transverberaverit, iusto valde iudicio talionem, hoc est similem ultionem[a], in se ipso expertus sit[a*].

14. Decedente itaque Sikardo ab hac luce corporea, Radelgisus principatus regimen
840. suscepit, thesaurarius[b] prefati viri, in cuius electione omnis, ut ita dicam, Beneventi provincia consensit, vir autem blandus ac bonis moribus pollens. At ubi idem primatum promeruit, Siconolfus, quem superius[1] exulem premisi, a custodia carceris elapsus fugae[c] latibulum cepit, et ab Urso comite Consino cognatoque suo aliquamdiu latuit occultatus. Quo etiam tempore liberi Dauferii Balvi[2], videlicet Romoalt, Arichis et Grimoalt, necnon et Guaiferius, Beneventi moenia relinquentes, Salernum invasere Siconolfumque quo latebram fovebat repertum seniorem sibi unanimiter constituerunt; factaque tunc talis dissensio, qualis numquam fuit in Beneventum ex eo quo Langobardi in ea ingressi sunt. Ante adventum itaque Siconolfi in Salernum missus est Adelmarius a supradicto Radelgiso principe, ut filios Dauferii ad suam fidelitatem converteret; qui illuc abiens, astu doloso principe deseruit et se illis sociavit[d] eosque ignivit deterius.

15. Eodem quoque tempore Landolfus iam Capuae preerat gastaldeus, vir quippe ad bella promtissimus debellator. Hic autem vetustam exercens inimicitiam[e] cum quibusdam de genere Seductorum, animo et gente crudelibus viperis, interfici fecit ex primis eorum septem viros, uni eorumque manibus abscidi; reliqui presidium fugae sumentes, Benevento adeunt Radelgisum, adfinem suum. Landulfus autem Sicopolim[3] ingressus, a Radelgisi dominatione se subducens, Siconolfo sociatus est, ac primum cum Neapolitis pacis coniunxit foedera. Fretus itaque Siconolfus huius ac liberorum eius auxilio, totam Calabriam suo subdidit famulatui maximamque partem Apuliae; dein adversus Beneventum preliis insurgere nititur, plurimasque urbes et nonnulla oppida ab eius dominio auferens, suoque iuris subiecit. Et quia erat vir bellicosissimus, partimque metu pene cunctum populum eum ambiens sequebatur. Prius enim quam Siconolfus Salernum optineret, a predicto Adelmario[f] Radelgisus invitatus et a suis stratoribus
842. fraude suasus, Salernum quasi capturus adventavit. Quo dum pervenisset, castrametari grandi cum audacia placuit; set subito velud turbae civitate isdem vir cum fatis Dauferii filiis egressus, eos inaudita caede mactaverunt, bonaque eorum cuncta diripientes, ditati sunt; et Radelgisus vix cum paucis inglorius fugiens evasit, nec ultra ausus est Salerni metas gressibus attingere.

16. Hiis quoque diebus Pando quidem[g] Barim regebat, qui iussis optemperans Radelgisi, Saracenorum phalangas in adiutorium accitas iuxta murum urbis et ora maris locavit commorandas. Hii autem, ut sunt natura callidi et prudentiores aliis in malum, subtilius contemplantes munitionem loci, intempesta noctis, christicolis quiescentibus, per abdita loca penetrant urbem, populumque insontem partim gladiis trucidarunt, partim captivitati[h] indiderunt; supradictum vero proditorem gentis et patriae, variis multisque suppliciis dibachantes, postremo, ut vere dignum fuit, marinis sugillarunt gurgitibus. Quo comperto, Radelgis, quia eos urbe nullatenus evellere quibat, coepit tamen quasi familiares amicos excolere et ad suum adiutorium sensim provocare[4]. Ac primum

a) ulcicionem *c.* a*) expertulit *c.* b) thesausararius *c.* c) fugere *corr. ut videtur* fuge *c.* d) illisociavit *c.* e) inimiciam 1. f) Aldemario *c.; cf. c.* 14. g) *corr.* quidam *c.* h) captu *ceteris erasis c.*

1) *C.* 12. 2) *i. e.* Balbi. 3) *Trans Vulturnam et Triflisci rivum supra collem qui Trifliscus etiam dicebatur, nunc vulgo Palombara, exstructa erat. Rudera dicuntur adhuc 'il castello vecchio di Palombara'.* PR. 4) *Cf. Chron. S. Bened. Casin. c.* 5.

castrum Cananense[1] una cum Urso filio suo illis destinavit oppugnandum. Confestim 848.
igitur intimatur hoc Siconolfo; perstatim mora seposita eos debellaturus properavit, atque super eos audacter irruens, cunctos qui fugere nequiverant armis stravit, tantoque victoriae potitus est tropheo, ut ex innumerabili[a] acie paganorum vix pauci elapsi essent, qui urbem residuis casu pereuntium explicarent. Rex vero eorum Calfo[2] nomine solus cum dedecore fugiens, equo in itinere iam fesso ammisso, tandem valde lassus plantis propriis urbem introgressus est.

17. Interea Siconolfus Beneventum crebris preliis graviter affligebat, atque, ut dici solet, 'mala arbor, modo malus infigendus est cuneus', contra Agarenos Radelgisi Libicos Hismaelitas Hispanos accivit, hisque invicem intestino et extero altercantibus bello, ultramarina loca captivis nostrae gentis diversi[b] sexus et aetatis fulciebantur. 843.
Quadam vero die convenere utraeque acies in Furculas Caudinas[c], commissumque est belli certamen, ac primo impetu Radelgisi pars victrix existens, Siconolfi exercitum totum in fugam vertit. Siconolfus autem in loco tutissimo tunc constitutus, cum paucis suorum mox super Beneventanos triumphantes ac suos[d] insequentes[e] virili irruit animo et non minima caede prostravit; patrataque victoria, plurimos eorum gladiis extinexit, nonnullos cepit, reliquos vero in fugam compulit. Fretus itaque frequentissimis victoriis, omnes urbes et castella a Radelgisi abstraens iure, excepto Siponto, Beneventum circumdedit oppugnandum. Cumque telis et lue famis non mediocriter coartaretur, mandatum ilico est Guidoni, ut properaret urbem. Erat autem idem Guido dux Spolitensium, Siconolfi cognatus, pro cupiditate tamen pecuniarum, quibus maxime Francorum subicitur genus, postposito[f] vinculo parentali, in adiutorium ilico profectus est Radelgisi, atque per nuncios suggessit Siconolfo obsidente urbem, ut obsessione[g] relicta ad propria remearet, adiciens inter cetera: 'Permitte[h] me loqui cum Radelgiso, quia tuae magis parti favebo'. Recessit igitur Siconolfus a loco illo; Guido interim applicuit, et accepta a Radelgiso unam sellam pro septuaginta milibus nummis aureis, dirrupit quodcumque pollicitus fuerat suo cognato, et alienatus ab eo, via qua venerat rediit.

18. Post haec predictus Guido suasit Siconolfo, ut datis quinquaginta milia nummis aureis pro adunatione provinciae Beneventanae: 'Et optinere te', inquid, 'faciam eam hinc et inde, quasi palmo metiaris eam'! Cuius tunc consilio consentiens[i], Romam adiit, aureos tribuit, sacramenta dedit, iusiurandum suscepit, nihil proficiens inanis abscessit. Erat autem adhuc inter Siconolfum et Radelgisum frequentissima pugnae concertatio et cotidiana litium seditio, unde et ex diversa parte quibus via iustitiae displicebat alternatim ab uno in alterum confugiebant, fiebantque crebra par[k] rapinae incestaeque fornicationes. Erant siquidem universi erranei et ad malum prompti, quasi bestiae sine pastore oberrantes in saltum. Set cum iugiter civili bello invicem inter se lacerarentur essetque omnium pernicies et, ut ita dicam, animae et cordis extrema perditio, maxime quia Saraceni Benevento degentes, quorum rex erat Massari, intra[l] extraque omnia funditus devastavit, ita ut etiam optimates illius pro nihilo ducerent atque ut ineptos servulos taureis duriter flagellarent[m].

19. His quoque diebus mortuo iam dicto Luthario, regnum Gallicum pentifarie[n] 855.
divisum est, quoniam Lodoguicus et Karlus, germani eius, Baioariam et Aquitaniam regebant, primogenitus eius filius Lodoguicus nomine Italiam, secundus Lutharius Aquis, tertius Carlictus Provinciam tuebantur. Huic ergo Lodoguico augusto suppliciter relatum

a) numerabili *c.* b) diversis 1. c) ferculas caudina *c.*; *in marg.* al. in forculas Gaudinas. d) suo *c.* e) tes *e corr. c.* f) posp. *c.* g) obsessione *c.* h) permicte *c.* i) consencient *c.* k) pariter? l) *ita Prat.*; infra *c.* m) flagarent *c.* n) pentifari *c.*

1) *In margine manu saec. XV. vel XVI. scriptum est:* civitas fuit, set nunc est destructa, prope Barolum et hodie locus dicitur prior (?) ad Canne. *Pratillus de urbe Canusense (Canossa) cogitat.* 2) *Khalfûn; v. Amari I, p.* 360.

est per Landonem[a] comitem Capuanum, filium[b] Landolfi supradicti viri, et per Ademarium iam fatum virum; qui licet erat admodum parvuli, pro Dei tamen zelo eorum humilibus precibus aures accommodans, etiam consensum[c] prebuit; et celeriter veniens, universos prophanae gentis hostes[d] ab urbe vi distrai hac framea necari fecit[1]; et pre-
851? sentibus omnibus Langobardis, inter duos predictos viros totam provinciam Beneven- 5
tanam aequitatis discrimine sub iureiurando dispertivit[2]. Hoc autem facto, non diu supervixit Siconolfus, set debitum mortis munus exolvens, filium suum adhuc lactantem ministerii sui reliquid heredem. Cui superstes parum qui[e] extitit Radelgis[3]. Quo migrato, Radelgarius, filius eius, in principatum loco eius electus est, vir plane fortis viribus et animo pius ac corpore cunctis gratus. 10

20. Per idem tempus Agareni Varim[f] incolentes coeperunt devastantes stirpitus depredare totam Apuliam Calabriamque ac pedetentim[g] Salernum ac Beneventum depopulare initiarunt[h]. Tunc iterum sugestum est lamentabili supplicatione iam saepe dicto piissimo augusto per Bassacium[i] venerabilem virum, beati Benedicti vicarium, et
852 per Iacobum, Sancti Vincentii abbatem, ut properare quantocius dignaretur et suo adventu 15
eriperet, quos ante iam misericorditer redemerat. 'Et simus', inquiunt, 'fidissimi famulis illius, constituatque nos subesse cuilibet ultimo suorum'! Qui sine mora veniens, cum incredibili multitudine Varim perrexit[4]. Set pro omnibus obliti Capuani suam ultroneam sponsionem[k], urbibus se recondentes, Landulfum tantum antistitem vice sua illuc destinarunt. Videns autem supradictus cesar et illorum fallaciam[l] et se nil proficere, sine 20
emolumento[m] recedens abiit; concesso principato[n] Salernitano Ademario, fortissimo et
854 illustre[o] viro, Siconolfi filium exulem fecit. Interea[5] obiit Radelgarius Benevento; cui successit germanus eius nomine Adelchis, vir quippe mitissimus et amabilis cunctis tantaque mansuetudinis, ut etiam ab exteris diligeretur. Set, quod peius, provincia in multis divisa ad exitium magis quam ad salutem de die in diem a dominatoribus[p] 25
ducebatur.

843 21. Subtracto vero ex hac luce Landulfo Capuano comite, ut post tergum[q] redeam, quatuor reliquid liberos, Landonem videlicet iam fatum virum, Pandonem, Landonolfum et Landolfum, futurum pontificem, viros singularis prudentia virtutisque[r] efficatia valde compotes[s]; ex quibus Lando Capuam, Pando marepahissatum[t], Landonolfus Teanum 30
regebat, Landulfus vero adhuc adolescens[u] palatinis[v] excubabat obsequiis. Hic autem novissimus, ut[w] post in patulo claruit, cum adhuc viscere gestaretur genitricis, eadem

a) est. Pandonem *c.*; *cf. c.* 21. b) filii *c.* c) consensensum *c.* d) hoste *c.* e) parumque? f) *ita Vult. semper, Sal. saepius, cod. c.* 37, *quod restituendum duxi.* g) pededentim *c.* h) *ita Vult.*; intiarunt 1. i) Bassicium *c.* k) sposionem *c.* l) *e corr.* 2? m) emollumento 1. 35
n) *ita* 1? principatu 2. o) illustro? 1. p) a malis d. *Vult.* q) postergum *c.* r) viros tutisque *c.* s) compotens *c.* t) mare pahissatum *c.*; marepahis Suram *edd.* u) *ita emendavi* indolis *c.*; tenerae indolis *edd.*; iuvenis *P.* v) palatis 1. w) et *c.*

1) *Cf. Chron. S. Bened. Cas. c.* 12. 2) *Cf. chartam divisionis LL. IV, p.* 221. 3) *Cf. epitaphium ap. Peregr. p.* 241: 40

Undenis lapsis, duodenus coeperat annus,
Bardorum princeps noscitur esse quibus.

4) *Cf. Chron. S. Bened. Cas. c.* 12. 5) Quarto igitur principatus sui anno *Vult., qui hoc cap. exscripsit. Cf. epitaphium ap. Peregr. p.* 243: 45

Fortia Francorum sedavit regna suosque
Confines vinxit undique pacis ope.
Bis tria post lustra annumque unum carnea claustra
Deseruit, iussu, Christe tremende, tuo.
At, Benevente, tibi [bis] binis praefuit annis,
Quo tua regnante gloria pulchra fuit. 50

mater, cum se quadam die sopori iuxta viri dorsum dedisset, facem igneam peperisse visum experta est. Quae fax cum humi solo cecidisset, in maximum ignis globum aucta est, visaque est totius Beneventi confinium concremare, sicque cum sompno pariter et visio[a] elapsa est. Quae nimium perterrita, proprio mox coniugi moesta curavit indicare[b]. Cuius visionis finem genitor ut audivit, in paucis[c] sillabarum dictionibus futura eius dira opera complexus est, dicens:

'Heu me, dulcis amans, quae nos tunc fata[d] secuntur;
Augurium saevum monstrat tua visio dira!
Hac tuus hic ortus[e] tegitur qui clausus in alvo,
Diliget aut[1] ullum[f] spernetque sanguine caros,
Postremo cives viperino devoret[g] ore,
Ac velud ignis edax rectorum pectora buret[2]'.

Quod ille in extasi mentis licet predixerit, nos quoque propriis intuiti sumus optutibus, qui innumerabiles insontes homines illius facto conspeximus pro igne gladiis corruisse. Ignis itaque ille ipsum humani[h] generis sanguinem, qui postea eo operante fundendus erat, sub quadam ymaginis specie portendebat. Quod ne cui incredibile hoc aut ymaginarie forte confictum videatur, tot mihi testes sunt quot pene homines versantur in urbe. Huius enim actio finisque exitus in subsequenti propalabitur.

22. Horum denique genitor cum iam diei ultimae appropinquaret, ut a referentibus audivi, vocatis liberis suis, hoc in edictum illis tradidit, ne umquam, quantum ad se pertineret[i], sinerent Beneventum cum Salerno pacisci: 'quia non erit', inquid, 'vobis profuturum'[k]. Cuius monitum filii audientes, opere pariter patrarunt atque suis heredibus in ius perpetuum sicut a patre susceperant reliquerunt. Magnum sane[l] hereditarium suae reliquerunt soboli, adversus divinum dumtaxat preceptum gerentes, quod ait Iesus discipulis suis: 'Pacem meam do vobis, pacem relinquo[m] vobis'. Accepto itaque iure Joh. 14, 27.
regnandi, [nullo[n]]modo Siconolfo obsecuntur, parvipendunt imperiis eius; set pre omnibus Landonolfus contrarius illi semper et ingratus extitit, adeo ut etiam filio illius natam suam necessitate ductus arraret. Hoc autem tempore Paulinus, Deo dignus et carus vir, Capuae presul, ab hac carnea subtractus est faece, atque Landone supradicto viro viriliter decertante, Landolfum, fratrem suum, episcopum ordinavit; set incongruam vicissitudinem filiis eius post patris intulit obitum, quos velud durissimos hostes vario ac perpetuo multavit exilio.

23. Mortuo itaque Siconolfo, ut unusquisque quod sibi habile videretur ageret, 851.
filium eius adhuc anno carente loco eius subrogarunt[o]. Tunc coeperunt predicti fratres concives suos, partim ambitu partim metu agitati, ferina persequi ingluvie et custodiis mancipari[p]. Quam ob rem et a Pandulfo consanguineo suo Suessulam ingenio auferentes, suae ambitioni nexerunt, ipsum et liberos illius extorres fecerunt, de quibus dehinc unum gladium[q], alium igne perdiderunt, duosque superstites iugi continuoque dampnarunt exilio. Suessulam autem postea a Landolfo, Landonis filio, captam, annitente sibi Sergio magistro militum, quia socer erat illius, nunc usque retinet eam.

24. Hac tempestate, casu an iudicio superno actum sit, tota urbs Sicopolis igne 856
cremata est, ita ut ne una domus remaneret inusta preter episcopalis aula; qua reperta occasione, Landulfus presul et Landonolfus, germanus eius, consilio inierunt, ut, deserta angusti montis cohabitatione, ad plana et preclara canpestria descenderent ad commanendum. 'Non sumus', inquiunt, 'caprearum hovile, ut in saxorum cavernis tueamur, ad

a) viso *c.* b) indagare *c.* c) *ita P.;* in pacis 1; in facis 2; infatis *edd.* d) fatta *c.* e) orcus *c.* f) illum sp. qui *c.* g) *ita* 2; duret 1. h) humanum 1. i) pertinerent *c.* k) profurum 1. l) sanum *c.;* consilium? *P.;* M. sane hereditarium scelus s. *edd.* m) reliquo *c.* n) *deest c.* o) subrogarent *c.* p) m *e corr.* 1. q) gladio 2.

1) *i. e.* haud. 2) *i. e.* comburet. PR.

856. humiliaque denique descendamus, ut altos nos et inhumiles circumspicientibus prebeamus'! Quibus tunc adsensum Lando minime prebuit, quia delirum ac fribolum erat, inter tot procellas urbem munitissimam deserentes, ut suillo coeno locarent.

25. Hiis invicem ita altercantibus, duo predicti viri coeperunt hedificare murum supra pontem qui vulgo Casilinum dicitur[1]; quorum opera ut perspexit Lando, inchoavit ac mirifice perfecit hedificandam urbem. Ut autem munita est et habitari coepta, super-
858. venit Guido iam dicto[2] cum universis Tuscis et obsedit eam hinc et inde graviterque angustiavit, quia nolebant[3] subici Ademario iam fato[4] viro ob improvitatem Landolfi presulis et Landonolfi, quoniam illum pre ceteris affectu favebat fraterno, aliis quasi exteris spretis. Dum enim valide intus affligerentur cotidiana pugna et foris sata delerentur, tandem robore et violentia devicti, colla subdiderunt famulatui, excepto Landonolfus; quam ob rem Suram, cuncta oppida confinia a Landonolfo domino[a*] subtracta et Guidoni sunt tradita, sicut promissum fuerat. Quo facto, in tantam animi tristitiam corruit predictus vir, ut in proximo spiritum exalaverit.

26. Per idem tempus veterem inimicitiam vindicare volens Ademarius, filium[a] Marini Malfitani, cognatum videlicet Pandonis, dolo cepit et Sergio magistrum[b] militum, cum quo foedus inierat, exulem tradidit; qua pro causa ab eodem Sergio etiam Marinus fraude captus est. Hinc etenim aeternum iurgium[c] inter Ademarium et Pandonem ortum est. Unde factum est, ut, inscio Landone, Landulfus episcopus et Pando suaserint Guaiferio, filio Dauferii Balvi[d], et fecerunt apprehendere Ademarium principem, et
861. Guaiferium sponte[e] sibi seniorem elegerunt, iurantes ei gravi sacramento; set ocius ad consueta vitia defluentes, et huic statim post excessum Landonis, soceri illius, mentiti.

859. 27. Mortuo denique Landonolfo, non multum post Landonem dira paralisi percutitur, lectum per annum integrum fessus detinebatur. Hoc agnito, Sergius magister militum presidiis illectus Ademarii, ut priora replicem, dirrupit iuramentum, quod cum
Mai 8. Landone pactum fuerat, et adversus filium illius bellum excitavit. Nam octavo Ydus Maias, quo beati Michahelis archangeli sollempnia nos sollempniter celebramus, quo etiam die priscis temporibus a Beneventanorum populis Neapolites fortiter caesos legimus[5], hac ergo die, nullum honorem dans Deo, misit duos liberos suos, Gregorium magistrum militum et Cesarium, necnon et Landulfum, generum suum, Suessulanum, cum quibus Neapolitum et Malfitanorum exercitum tam pedestrem quam et equitum pene ad septem milia viros misit, dans ei in preceptum, ut Capuam obsideret. Quibus audacter occurrit[f] ceu leo fervidus Lando iunior, repperitque eos transvadatos pontem Teodemundi[6], suos acriter expugnantes; totis viris super eos irruit, atque cuneum eorum scindens, gladiis ventilavit, captumque Cesarium et ferme octingentos alios, reliquos in fugam vertit; sicque triumphans reversus est; Pando autem, illius avunculus[7], Ademarii metuens adventum, ad monumentum quondam Trasarici[8] interim observabat excubias. Post haec Pando, erepto Marino vinculis, Cesarium cum universis libertati[g] restituit.

860. 28. Hiis quoque diebus Lando senior, crescente interim langore, ad extrema perductus est, vocatisque duobus fratribus suis, Pando scilicet et Landolfo antistite[h], Landonem, filium suum, eis supplici prece commendare studuit atque in manus eorum tradidit, dicens: 'Teste Deo sanctaque eius ecclesia vobis eum commendo, ut eodem in iudicio futuro iudicemini, quo eo in presenti abusi fueritis'! Sicque humanum faciens

a*) *fortasse:* Landonolfi dominio. a) filius 1? b) magistro 2. c) gurgium *c.* d) ualbi *c.* e) spontem *c.* f) occurit 1. g) libetatis 1. h) antiste *c.*

1) *scilicet Capuam recentem.* 2) *C.* 17. 18. 3) *Locus intelligendus videtur:* quia nolebat subici Ademarius. 4) *C.* 20. 5) *De pugna a Grimoaldo contra Graecos commissa, quam Paulus IV,* 45. *narrat, cogitare videtur. Cf. quae in libro de Appar. s. Michaelis et Vita s. Laurentii Sipont. narrantur infra.* 6) *De cujus situ nihil constat.* 7) *Rectius patruus.* PR. 8) *Illius ne leve quidem in chartis aut chronologis verbum.* PR.

obiit. Quo migrato, non diu ad iuramentum perstitit fraternum. Nam subdole pro cupi- 880.
ditate castaldatus et Landonem et ceteros fratres urbe repulerunt, et a Guaiferio alienati sunt, cui sacramenta recentia dederant, precipue Landolfus per euangelia missarumque sollempnia[a] necnon et per manus sacratas suas ille non semel iuraverat. Hoc facto[b], Lando Caiazie ingressus est, capto in ea Aioaldo, qui a predictis viris eam ad custodiendum fuerat directus. Eodem igitur tempore Landolfus[c], frater Landonis, Casam Irtam[1] cepit; set superveniens Pando, cepit eum cum 40 primoribus; quibus redditis, castrum Caiazie recepit; et receptis filiis Landonis a Guaiferio et Landolfo, fratre eorum, in Suessulam[2]. Quibus exterminatis[d.3], minime quievit eorum rabies, set coeperunt eos persequi iugiter, etiam terminos Suessulam expugnantes. Hos siquidem Guaiferius princeps non segniter[e] adiuvabat, et multociens locum cedebat eis, nolens frustra[f] christicolum fundere cruorem. Set Landolfus presul non hoc religionis gratia set imbecillitati deputans, vi suum germanum contra christum Domini pugnare cogebat. Fretus ergo filiorum trium, Maionis et Maienolfi necnon et Radelgisi, filii Adelgisi Beneventani principis, eum adversum iam dictum principem suum misit; set iusto Dei iudicio, a quo omnis potestas et ordinatio consistit, ipse primus occubuit; nonnullis ex eis capti, reliqui autem fugati sunt.

29. Inter haec Saugdan[g.4] nequissimus ac sceleratissimus rex Hismahelitum totam 860?
terram Beneventanam igne, gladiis et captivitate crudeliter devastabat, ita ut non remaneret in ea alitus. Quam ob rem et Gallorum exercitus crebrius adveniens eorum efferitatem opprimendam, set nil proficiens, via qua venerat repedabat. Unde factum est, ut Adelgisum Beneventi principem, coactata pensione et obsidibus, pacem eo[h] firmaret. Quo tempore Maielpotus[i] Telesinus et Guandelepert Bovianensis[k] castaldei multa cum prece conduxerunt Lambertum[l] ducem Spolitensium et Garardum comitem[5], et obviantes eidem Saugdan, cum de Capuae depopulatione reverteretur, in Arvium tellure irruerunt[m] super eum; set exurgens iam dictus vir, et super Beneventanos et Francos fortiter se iniecit, ac dirructis[n] cuneis, plurimos eorum interemit, nonnullos cepit et crudeliter extinxit. Garardus vero comes, Maielpotus et Guandelpertus, supra dicti viri, eadem in acie tunc occubuere. Qua de re audaciam ex illo die potiorem sumens, Beneventum eiusque confinia funditus delevit, ita ut nullus locus preter urbes precipuas eius efferitati[o] evaderet. Quibus diebus et castrum Benafranum[p] cepit[6] et coenobium sancti Vincentii martiris depredavit et pro hedificiis non combustis tres milia aureos accepit. Hoc facto, et a vicario beati Benedicti totidem nummos accepit[7].

30. Mortuo denique Pandone, Landolfus episcopus solus superstes remansit; qui 862.
Pandonolfum, nepotem suum, vice patris sui Pandonis comitem in Capuam constituit, qui vulneratus ex prelio pro genitor occubuerat semivivus evaserat. Hic autem in familiaritate sua habebat Dauferium, cognatum[q] Maionis; cuius versutias metuens Lan-

a) sollepnia *c.* b) fatto *c.* c) Landonlfus *c.* d) ex tminatis *c.* e) signiter *c.* f) fustra *c.* g) Saugolan *c.*, *sed mox* Saugdan; *et ita Vult.* h) cum eo *Vult.* i) Magelpotus *Vult.* k) Bovi-ansis 1. l) Landb. *Vult.* m) irrueruerunt *c.* n) *ita c.*; disruptis *Vult.* o) feritatem *Vult.* p) Bn̄franum *c.* q) c. suum M. *c.*

1) *Caserta.* 2) *Castello di Sessola.* 3) *i. e. eiectis.* 4) *Non nomen proprium, sed titulus (sultan) esse videtur; cf. Amari I, p.* 360. 372, *qui Mofareg-ibn-Sâlem intelligit. De hoc bello cf. Chron. S. Bened. Cas. c.* 14. 5) G. comitem Marsorum *Chron. Vult.* 6) *Venafro.* — Telesiam, Aliphas, Sepinium, Bovianum et Hiserniam, castrum quoque Benafranum cepit funditusque delevit. Monasterium vero pretiosi martyris Vincentii, quod quidem a piissimo augusto Hludovico, filio videlicet augusti Caroli, miro amore, precipuo labore pulchroque decore cum sanctissimo Deoque dignissimo eiusdem abbate Iosue maximis aedificiis renovatum, precipuis quoque tunc Italiae monasteriis precellebat, ab eodem nequissimo Saugdan omnino depredatum est *etc. Chron. Vult.* 7) *Cf. Chron. S. Bened. Cas. c.* 16.

862. dulfus presul, monuit Pandonulfum, ut, dato ei adiutorio, alibi eum[1] ad commanendum destinaret; qui nolens illius consilio acquiescere, clam egressi tres germani ex urbe Potensi[2] cum eodem Dauferio castella invasere; nam Pandonulfus Suessulam, Landulfus autem Casam Irtam, Landonulfus Caiazie[a], ab illius genitore castrum iam dudum quassatum, intraverunt, et coeperunt depredare omnia in circuitu. Quos Landulfus ingenio decepit simulque Guaiferium et Adelgisum principes delusit, necnon et Landonis filios, nepotes suos, quos iam pridie extorres[b] fecerat a solo proprio, dolo evocavit, fratrumque suorum confinia depredare fecitque succendi; dumque cotidie Capuae ruina excresceret, hortatus est idem vir filios Pandonis: cum filiis Landonis[c] nexo foedere, utrique urbem introierunt[d] ad commanendum. At illi[e] ex diverso in unum coeuntes, sacramento iuncti sunt adieruntque urbem; quos statim[f] predictus vir arte sua fefellit et periurare fecit, illisque divisis, mentitus est. Qua pro causa etiam Pandonulfus ad imperialem celsitudinem misit; epistolis ac iussionibus ablatis, in urbe memorata non est ingressus, quousque veniret Lodoguicus piissimus augustus, a multis per varia tempora invitatus.

31. Fuit autem idem Landolfus, ut pollicitus[3] inseram, ex natura prudens, set ex consuetudine callidus, lubricus nimium et petulans, ambitiosior omni homine, elatus supra quam credi potest, monachorum quoque infestor[4] et predator[g], de quibus in tribunal tumidus sedens solitus erat dicere circumstantibus: 'Quociens monachum visu cerno, semper mihi futura dies auspicia tristia[h] subministrat'. Iusto valde iudicio Dei, ut ab hiis incommoda tolleraret, quos velud nefandissimos hostes execrabat et persequebatur, a quibus etiam in futuro torquendus erat. Principis sui quoque derisor et periurus nepotumque suorum perosor, quippe qui neminem dilexit preter suae carnis incentiva, pacem numquam, nec in die obitus sui, amplexatus est; sic ubi foederata sensit, totus se strenue iniciens, zizaniorum semina sevit. Quod si cui incredibile videtur, animavertat, quot[i] vicibus Guaiferium fefellit, cui per ter iuravit ipsumque ipse sibi principem instituit. Multo enim libentius cupiebat captivari animas hominum innocentium, quam vel
1. Petr. 2, 13. 14. parem eum abere, non dico seniorem; contra preceptum apostoli gerens, qui ait: 'Subditi', inquid, 'estote omni dicioni[k.5], sive regi tanquam precellenti, sive ducibus tanquam
Rom. 13, 2. ab eo missis'; et alibi: 'Non preest[l] potestas nisi a Deo, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit'. His[m] igitur, postpositas[n] ecclesiastica dogmata iuraque episcopalia, semiviros[6] solummodum dilexit eosque cunctis pretulit, implevit nihilominus pro-
Is. 3, 4. phetia Ysayae dicentis: 'Effeminati dominabuntur eis'. Huius enim ego facta viri minuatim explicare si voluero, facilius, ut reor, tempus absumitur[o], quam fandi sermo terminetur; tamen si quis medullitus nosse desiderat, versus a memet constructos[p] requirat. Ante diem vero exitus sui Capuam trium fratrum suorum filiis ita divisit, ut omni tempore inter eos gladius rixae numquam omnimodo abesset; ut fateor, si quis corde non percipit, oculis videat.

866. 32. Invitatus itaque Lodoguicus cesar, ut predixi[q], in commune a Beneventanis, Capuanis cunctisque cummarcanis ad tuitionem perditae[r] patriae — a Guaiferio minime hoc, quia pro Ademari[s] captione[7] execrabatur[t] —, Beneventi fines per Suram[u] ingreditur atque prius monasterio Benedicti beati applicuit[8]; quo ad eum legati de diversis urbibus venerunt; inter quos Landulfus iam dictus et nepotes sui ex diverso venerunt. Susceptis igitur augustis, hoc est vir et coniux, a Berthario venerabili abbate officiosissime,

a) ocaiazie 1. b) extorrens *c.* c) *ita Peregr.;* Pandonis *c.* d) introirent *ed.* e) ille *c.* f) quo statim *c.* g) p̄dor 1. h) tristicia *c.* i) quod 1. k) diccioni *c.* l) *e corr. c.* m) *i. e.* Is; Hiis *c.* n) postpositas *corr.* postpositis *c.* o) assumitur *c.* p) constructus *c.* q) predixit 1. r) predictae *Vult.* s) Ademario 1. t) execrebatur *c.* u) Soram *Vult.*

1) *Dauferium.* 2) *Potenza?* 3) *C.* 21. 4) *i. e.* infestator. 5) humanae creaturae *Epist. Petri.* 6) *i. e. eunuchos.* 7) *V. c.* 26. 8) *Cf. Chron. S. Bened. Cas. c.* 4.

Landulfus ad solitam[a] vergens fallaciam, Capuanos, quos cesari presentaverat, fugere 866.
compulit; ipse solus cum eo remansit, quasi satisfaciens, se nil culpabile penes eum gessisse. Predictus itaque augustus Landulfum[b] tunc pro nihilo ducens, Capuam adiit obsessamque tribus hinc inde [mensibus[c]] funditus[d] delevit; et cum civibus illius quodcumque placitum dare nollet, Lamberto, comiti illius, se tradiderunt; putantes se facere rectius, pessime corruerunt. Unde postea pro nihilo ducti, omni fere mense diversis iudicibus dabantur in predam. Hoc quoque ita peracto[e], Guaiferio omni sine sponsione prius Salernum, et sic demum ab Adelchiso Beneventum exceptus est.

33. Sequenti autem anno multis fultus auxiliatoribus Varim perrexit, atque cum 867.
saepe dicto Saugdane[f] augustalis exercitus pugnam commisit; a quibus et superatus aufugiit, ammissa non modica parte bellatorum; dehinc omnia eorum circumquaque sata comburens, Materiam[g] adiit, quam et sine mora igne cepit. Tunc venit Venusiam, castrametatusque in ea[h] coepitque renovare, et Varim hinc et inde graviter expugnans, demolitus est; positoque presidio pugnatorum in Canusia, vicissim eos cornibus ventilabat; quo terrore perculsi[i], multi ad augustalem confugientes clementiam, dari sibi petebant dextras; quibus tunc solitam misericordiam [non[k]] denegat. Post haec itum est Oeream[l.i] urbem, sicque itidem reversus est Beneventum, atque annitente[m] sibi dextera superna, cum iam ad extremitatem maximam pervenissent Saraceni, misso exercitu Varim cepit, capto in ea Saugdan effero rege cum aliis nonnullis satellitibus suis[2]; deinde 871. Febr.
Tarantum[n] obsidere iussit.

34. Quibus ita patratis[o], ut superius promissa promam[p], videns diabolus suos eliminari Christoque uniuersa restaurari[q], principia recolens et dampna inferni dolens, suo instincto coeperunt Galli graviter Beneventanos persequi ac crudeliter vexare; qua de re et Adelgisus princeps adversus Lodoguicum augustum erectus cum suis, Beneventi infra moenia degentem ac secure quiescentem astu[r] doloso[s] sanctissimum virum, salvatorem scilicet Beneventanae provintiae, cepit et custodiis mancipavit[3], bonaque eius diripiens, ditatus est, cunctosque viros exercitales spoliavit et fugere compulit et de exuviis[t] eorum onustatus est. Impletusque est sermo Domini ex prophetia sumptus[u]: 'Percute', Zach. 13,7.
inquid, 'pastorem, et dispergentur oves gregis'. Consistente itaque augusto in custodia[v], excitavit Deus spiritum Hismaelitum eosque ab Africa regione protinus evexit, ut ulciscerentur[w] augusti obprobrium, sicuti Filii Dei passionem Vespasianus et Titus ulti sunt. Set defensio Domini dilatata est in annos 42, iuxta prophetiam Elisei, qui 42 pueros, 2. Chron. 2.
a quibus illusus est, duobus ursis dedit in commestionem; huius autem contemptum nec in 40 distulit dies. Ex quo datur intelligi, qualis quantusve vir iste fuerit, qui tam cito defensus est.

35. Absolutus[x] autem, Domino iubente, cesar insons[y], statim Saraceni[z] Salernum applicuerunt quasi 30 milia[4]; quam graviter obsidentes, hinc et inde cuncta forinsecus[a]

a) solita — fallacia *Vult.* b) Landulfus *c.* c) *deest in c., sed restituendum ex Leone* (I, c. 36) *et Chr. Vult.* (*p.* 402). d) fundi 1. e) *ita Vult.;* pacto *c.* f) Saudagne *c.* g) Materem *Vult.* h) eam coepit *Vult.* i) proculsi *c.* k) *deest c.;* non negavit *Vult.* l) Orietanam u. *Vult.* m) annuente *Vult.* n) *ita Vult. semper et cod. c.* 80, *quod ubique restituendum duxi. Cf. Chron. S. Bened. c.* 11. o) paratis *c.* p) pronam *c.* q) restauri *c.* r) actum 1; actu 3. *Vult.* s) *ita in loco raso* 2, *Vult.* t) *ita Vult.;* ex.....*loco vacuo relicto c.;* de bonis 3. u) suptus *c.* v) custodiam *Vult.* w) ulscisc. *c.* x) *ita Vult.;* A solo *c.;* Iubente ergo Domino cesaris ultore *corr.* 3. y) magnificus *Vult.* z) Sarraceni *c. hoc loco et deinceps.* a) n *et* e *fort. e corr. c.*

1) *Uria, Orea.* 2) *Cf. Andr. Berg. c.* 14, *supra p.* 228. 3) *Cf. Andr. c.* 16.
4) *Cf. Carmen populare ap. Muratori, Antiq. II, p.* 771 *(Duméril, Poesies populaires p.* 266*):*

Magnus dominus Iesus Christus iudicavit iudicium:
Multa gens paganorum exit in Calabria,
Super Salerno pervenerunt possidere (= obsidere) civitas.

871. stirpitus[a] deleverunt[b], occisis in ea innumerabilibus colonis; et depopulati sunt ex parte Neapolim, Beneventum et Capuam. Quo tempore ambo Lamberti comites augusti furorem metuentes, Beneventum recesserunt, et ab Adelgiso honorifice suscepti sunt. Quorum auxilio fretus, super Saracenorum scaram[c] irruit et viriliter stravit, occisis ex eis pene tribus milibus viris; quibus etiam diebus Capuani iuxta Suessulam mille ex eis
872. peremerunt[1]. Cumque in hac obsidione prope terminaretur annus, misso exercitu iam dictus augustus per sugestionem Landulfi presulis — hoc enim solummodo memorabile bonum gessit a die ortus sui — et perdidit[d] ex prophanis in Capua ferme novem milia
873. viros; post haec per semet ipsum dignatus est adveniret[e] Capuam. Cuius advento cognito, Saraceni Salernum relinquentes, Calabriam adeunt eamque intra[f] se divisam[g] repperientes, funditus depopularunt, ita ut deserta sit veluti in diluvio. Prius enim quam fugam arriperet nefanda gens, huiusmodi signum de caelo Dominus[h] multis ostendit: faculam igneam permaximam prepete[i] cursu in medio navium iecit, quam mox secuta est tempestas, quae cunctas liburnas frustatim dirrupit. Guaiferius vero pro sua obsessione primum Petrum, cognatum suum, et Guaimarium, filium suum, legatos ad iam fatum augustum misit; quos ille consilio Landulfi retinuit et exilio destinavit; cuius etiam postea duos filios obsides suscepit et Langobardiam misit.

36. Per idem tempus iam dictus cesar Landulfum in familiaritatem alliciens[k], tertium in regno suo constituit; qua elatione innexus[l], archiepiscopatum totius Beneventi omni aviditate, et ut Capua metropolis fieret, quaesivit; set non Domino sinente, ad profectum minime pervenit. Lodoguicus[m] autem volens Beneventum acquirere, set minime valuit, ad propria recessit, coniugem natamque suam Capuam relinquens. Qua
874. occasione reperta, idem Landulfus Guaiferium principem, cui noviter iuraverat, apprehendi fecit et in custodia detrudi[n]; set quia non ea contigit illis quae putabant, dimissus est, et filios Landonis, Landonem scilicet et Landonulfum[o], cognatos suos, pro se obsides dedit. Quos secum remeans augusta detulit, Ravennam exilio reliquit[p]; proles autem ipsius augustae Capuae remansit, illaque abeunte, non multum post genitor illius
875. divae memoriae Lodoguicus diem clausit extremum[2], sicque filii Guaiferi et Landonis[q] absoluti sunt. Qui dum ad proprium solum repedassent[r], filios Pandonis extra urbem suam exules invenerunt, sociatique sunt illis, quorum nexione[s] Landulfus ut intellexit, doluit, Guaiferium principem mox evocavit ad solatium suum; qui sine mora veniens, utrosque fratres subdidit famulatui illius.

37. Cur autem iam dicto augusto supradictum[t] opprobrium Domino permittente Beneventani inferre quiverint, de multis duo inferam: primum quia veniens quodam tempore Romam, ut duos episcopos condempnatos ad pristinam reduceret dignitatem, et dum nollet ei consentiret Nicolaus papa, vir Deo plenus, secundum antiquum morem obvium ei venit candidatum sacerdotalem agmen; at ille, spreto timore Dei, fustibus clerum caedi fecit, cruces vero omniaque sacrata ministeria pedibus calcari[u], Romamque pene miliari spatio depredatus[v] est vicariumque beati Petri quasi vile mancipium ab officio sui ministerii[w], nisi Dominus restitisset, privare voluit; secundo quia, capta Vari et Saugdan, omnium hominum flagitiosissimo[x], non iuxta[y] voluntatem Domini eum pro-

a) *ita* 2. *Vult., edd.* stirpatus 1; stirpatim *Sal. c.* 111. b) delauerunt *c.* c) sacram *c.* d) peremit *Vult.* e) advenire Capua *Vult.* f) inter *Vult.* g) diusam *c.* h) do^{9} *c.* i) *ita Sal. c.* 118; p̄bē *c.* k) *ita* 3. *edd.;* alcicens *c.;* asciscens *P.* l) innectus *c.;* electione illectus *edd.* m) Lad. 1. n) retrudi *Sal.* o) Landolfum *Sal.* p) quit *e corr.* 1. q) filii Landonis et princeps Guaiferius *Sal.* r) repedasset *c.* s) nescione *c.;* noxionem *Sal. cod.* t) supraditum 1. u) calciari *c.* v) depredata *c.* w) misterii *c.* x) flagissimo 1. y) iuxta ī *c.*

1) *Cf. Andr. c.* 15, *p.* 228. 2) *Chron. Vult. addit:* Cuius mortis indicio stella sicut facula ardere visa est post septentrionem septimo die Iunii mensis. Et tunc idem imperator defunctus est 13. die mensis Augusti.

tinus, ut dignum erat, crudeliter interfici fecerit[1]; oblitus videlicet, quid Samuel coram 875.
Saule de Agath pinguissimo rege Amalechitarum egerit, quomodo eum in frusta discerpi 1. Reg. 15.
fecerit. Quemammodum etiam quidam propheta Samaria regi de quodam scelerato viro
dixerit: 'Quia dimisisti', inquid, 'virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius'. 1. Chron. 20, 42.

38. Dimisso igitur Adelgis Lodoguico cesare, thesaurum omne retinuit et Saugdan et Annosum necnon et Abdelbachi[2]. Receptis[a] etenim viribus, Saraceni in Tarantum, quos pene captos reliquerat augustum, coeperunt pedetemptim Varim et Canense[b] territorium depredare. Quibus ter occurrit Adelgis in finibus Apuliae; quibus nil prevalens, invictus et intriumphator abscessit. Quo tempore Utmagnus[c. 3], qui a[d] Saugdan 876.
exul fuerat, ab Africa cum Annoso veniens, Tarantum intravit, rex effectus est, egressusque Beneventum graviter depredavit et Talesam et Alipham; tantaque victoria adeptus est, ut Saugdanem iam saepe dictum potestatem ab Adelgiso recolligeret; nam Annosum et Abadelbach[e] ante apocrisarios[f] miserat[4]. Hoc audientes qui Varim residebant, Gregorium baiulum imperiale Grecorum, qui tunc in Odronto[g. 5] degebat, cum multis
exercitibus asciverunt et Varim introduxerunt ob Saracenorum metum. Qui statim apprehensum gastaldeum illiusque primores Constantinopolim misit, ut quibus[h] iureiurandum fidem dederat.

39. Interea ipsi Greci crebrius legatos cum scedis[i] Benevento, Salerno et Capua[k] dirigebant, ut ab his auxiliarentur contra Saracenos; set hi[l] uno animo eorum sperne-
bant flagitationes. Tunc Salernum, Neapolim, Gaietam et Amalfim pacem habentes cum Saracenis, navalibus Romam graviter angustiabant depopulatio[m. 6]; set cum Carlus, filius Iudittae, sceptrum[n] insigne Romam suscepisset, Lambertum ducem et Guidonem, 875.
germanum illi, Iohannis papae in adiutorium dedit, cum quibus Capuam et Neapolim 876.
profectus est; Guaiferius in cunctis obtemperans[7], et foedus dirrupit et multos ex eis[8]
peremit. Sergius vero magister militum, consilio Adelgisi et Lamberti deceptus, noluit 877.
se ab illis alienare[9]; qui statim anathematizatus est, et cum Guaiferio belliierare coepit. Unde contigit, ut ipso octavo die anathematis 25[o] Neapolites milites apprehensos decollari fecit; sic enim monuerat papa. Quo[p] etiam anathemate multatus idem Sergius, non multo post a proprio germano captus est[10], et Romam mittitur suffossis[q] oculis ibique
miserabiliter vitam finivit; ipse autem frater eius[11] in loco illius se ipsum principem instituit. Adelgis vero dum castrum Trebentensem[r. 12] obsidem[s] caperet, ad propriam remeans urbem, a generibus[13], nepotibus et amicis[t] extinctus est[14], et in loco eius Gai- 878.
deris, filius Radelgarii[u], nepos extincti, ordinatus est; eiectusque[v] est Cailo et Dauferius,

a) *ita Sal.;* reptis *c.* b) Cannense *Vult.* c) Atmanus *Sal.;* Ahtmannus *Vult.* d) *ita Vult.;* quia 1. *edd.* e) Abdelbahc *Vult.* f) antea pocrisarios *c.* g) Idronto *Sal.;* Ydronto *Vult.* h) prius *Prat. cum cod. Bolvit. proposuit.* i) sedis *c.* k) Capue *Vult.* l) in 1. m) pacem habentes. cum Sarracenis navalibus. Romam g. a. depopulacio *c.;* pacem habentes cum Saracenis, navalibus Romam gravi angustiabant depopulacio *Sal.;* pacem h. cum Saracenis navalibus, Romam gravis coangustabat depopulatio *Vult.;* Romam navalibus depraedationibus angustabant *Leo.* n) septrum *c.* o) *ita Sal. Vult.;* XXII. *c.* p) *ita Sal.;* quod *c.* q) suffosis 1. r) Triventensem *Vult.* s) obsidē *c.;* in obsidem *Vult.;* obsidens *edd.* t) non longe ab urbe *in cod. Bolvit. addi Prat. contendit; cf. n.* 14. gari.. *c.* v) electusque *c. Sal.*

1) *Cf. Johann. chron. Venetum, SS. VII, p.* 20. 2) *i. e. Abd-el-Hakk, teste Amari I, p.* 436. 3) *Othman.* 4) *sc. Adelgis, qui eos 'retinuit'. Hic Annosus igitur ab illo diversus qui cum Utmagno ex Africa venit.* 5) *Otranto.* 6) *Cf. Amari I, p.* 444. 7) *Cf. Johannis epistolam, Jaffé, Reg. Nr.* 2279, *alias.* 8) *i. e. Saracenis.* 9) *Cf. Gesta epp. Neap. c.* 66. *et V. Athanasii infra edenda; Johann. papae epist., Jaffé Nr.* 2318 *sqq.* 2325. 2334. 10) *V. Johannis VIII. epist. Nr.* 2345. 2346. 11) Athanasius *add. Vult.* 12) *In margine codicis legitur:* civitas est et vocatur Triventum et de novo hodie est ei . . . coïcatum. *Ad locum Chron. Sal. c.* 123. *vero additur:* Hodie est comitatus in Regno in terra Laboris. — *Triventi supra Aesernam.* PR. 13) *i. e. generis.* 14) in via non longe ab urbe interfectus est anno principatus sui mediante vicesimo quinto *Chron. Vult.*

generi[a] illius. Hic etiam principare voluit, cuius cupiditate socerum suum peremit. Hic quoque susceptus est ab Athanasio episcopo et magistro militum.

879. 40. Hiis quoque diebus Landulfus iam fatus presul percussus interiit; qua die suae correctionis ab omnibus presbiteris Sancti Benedicti cavallos expectabat, ut in baratrum non absque equis rueret. Videntes autem nepotes illius depositionem, in unum collati diviserant inter se sub iureiurando Capuam aequa distributione. Pandonulfus urbem Tianensem et Casam Irtam, Lando Berelais[1] et Suessam, alter Lando Calinum et Caiazie, Atenolfus coepit hedificare castrum in Calvo, Landulfum autem adolescentulum, Landoni filium, alii sacramento, nonnulli assensu unanimiter[b] pontificem constituerunt; set segnitie proprii genitoris, qua naturaliter torpet, detentus, non est mox sacratus. Sacramentum autem fraternum non diu extitit illaesum; nam a 4. Ydus Martii usque 7. Ydus Madii vix perduravit. Cupiditate etenim extorti[c], filii Pandonis Landenulfum et Atenulfum, fratres[2] suos, filios videlicet Landonulfi, dolo ceperunt et custodiae indiderunt, rapto ab eis Caiazie castro, quod eis sacramento sponte ipsi in sorte cesserunt[c*].

41. Set, ut coepta breviter persequar, filii Landonulfi iuncti cum filiis Landonis, ad auxilium Guaiferii principis se contulerunt, a quo aliquando et tutati sunt. Similiter Pandonulfus ad eundem Guaiferium legatos cum chirographis variis misit; set ab eo minime receptus est, favens supradictis[d] fratribus. Cernens autem predictus vir omnino se destitutum, Gaiderisum principem et Gregorium augustorum baiulum, qui tunc cum dicto Guaiferio Nola ad colloquendum in unum convenerant, ad Beneventum properabant, legatis invitabat[e], ut qua[e*] via primum venirent eum ad aiuvandum, et esset illis[f] subditus. Quibus ex diverso sine mora per Caiaziam Sicopolimque adventantibus, ab occasu iuxta urbem Capuanam resederunt. Guaiferius autem econtra ab ortu solis adveniens, Berelais, hoc est amphiteatrum, peramplicuit cum suis, et vallata est civitas hostibus.

42. Inter haec Pandonulfus rennuit subdi Gaideriso, sicut promiserat, renitente maxime Landone, filio Landonolfi, cognato eiusdem Gaideris. Qua de re et dictus baiolus et idem Gaideris alienati sunt ab eo; mox alii per urbem Capuanam, nonnulli lintris[f*] fluvium[g] transierunt parte ad alteram, Guaiferio sociati sunt, et recollectis Landonulfo et Atenolfo fratribus iunctis[h], volentes Pandonulfum subdere Guaiferio; set non quiverunt, eo quod nolebat fratrueles suos recipere infra urbem; idcirco Guaiferio respuebatur. Cognoscentes autem supradicti[i] viri versutias Pandonolfi, reversi sunt ad propria. Guaiferius autem tunc remansit Capua urbe[3]. Hac quippe tempestate pene omnes Capuani illustres et omne vulgus cum uxoribus et liberis omnique[k] cum supellectili[l] urbe egredientes, alii filii Landonis, nonnulli autem ex eis filii Landonulfi adeserunt[4], factaque est inter eos valida concertatio et pessima desolatio. Nam Guaiferius hostiliter iuxta murum urbis residens, obsidebat eam; ultra fluvium vero cum Francis Lamberti comitis Landonem constituit.

880. 43. Alio quoque anno superveniens iam fatus Guaiferius princeps cum Amelfitanis tempore messionis, et obsedit dictam[m] urbem undique; factaque pace inter se fratres sub sacramento, ita dumtaxat, ut neuter eorum triticum de agris prius recolligeret in urbibus suis, quam ab apostolica auctoritate[n] anathema mitteretur super eos; ut ingressis dictam in urbem, nullus eorum super alios auderet insurgere. Guaiferio igitur reverso ad solum proprium, ilico Pandonulfus sacramento oblitus, periurus effectus est; nam Romam, ut spoponderat, missos minime destinavit, et contra animam suam agens, triti-

a) gener *Sal.* b) unamiter *c.* c) exorti *Sal. cod* c*) cessarunt *c.* d) supradict' *c.* e) *ita Sal.;* legatos invitabant *c.* e*) qui uia *c.;* qu: *Sal. cod.* f) *ita Sal.;* veniret — illi *c.* f*) luntris *c.;* linaris *Sal. cod.* g) fluvi' *c.* h) uinct^{9} *c.* i) supradi *c.* k) omnique cum omni s. *c.* l) suplectili *c.* m) dictum *c.* n) aut. *c.*

1) *Regionem Capuae veteris.* 2) *fratrueles.* 3) *i. e. prope Capuam urbem, ut mox dicitur:* iuxta murum urbis, *quam obsidebat.* 4) *i. e.* adhaeserunt.

cum omne recepit; quem statim ultio divina subsecuta est; nam caelitus ignis immissus est et pene media funditus consumpsit memoratam civitatem.

44. Per idem tempus Athanasius presul Neapolim militum magister preerat; qui, ut premisimus, exulato fratre proprio, cum Saracenis pacem iniens[1] ac primum infra portum aequoreum[a] et urbis murum collocans, omnem terram Beneventanam simulque Romanam necnon et partem Spoletii dirruentes, cunctaque monasteria et ecclesias omnesque urbes et oppida, vicos, montes et colles insulasque depredarunt; a quibus etiam sanctissimi Benedicti coenobia decentissima[2], toto orbe veneranda, et sancti Vincentii martiris monasterium[3] igne exusta sunt, aliaque innume- 883.

a) portus equoreos *Vult.*

1) *Cf. Johannis VIII. papae epist., Jaffé Nr.* 2565. 2568. 2) *Cf. c.* 61, *ubi haec in a.* 884. *collocantur; qui ex nostra computatione annus* 883. *habendus est; v. notam ad Leon. Ost. I,* 44, *p.* 610. *Rerum ordinem Erchempertus hoc loco valde turbasse videtur, nisi postea a.* 881. *falso indicatum putes. De Casini eversione cf. quae in Chron. Vult. (n.* 3) *leguntur. Quae Vita Bertharii, Bibl. Casin. I, Fioril. p.* 67 *sqq., narrat, dubiae sunt fidei. Vita enim illa ab Ignatio Pragensi c. a.* 1200. *demum scripta videtur; cf. Muratori II,* 1, *p.* 272 *n.* 3) *Longiorem hujus rei narrationem exhibet Johannes, Chron. Vult., quam, collato codice autographo, hic exhibendam duximus:*

Anno incarnationis dominicae 882, indictione 15, residente in sede apostolica centesimo octavo ab apostolorum principe Petro papa Iohanne, apud Constantinopolim imperante Basilio quadragesimo septimo post Constantinum, Italiae vero Ludovico, filio Lotharii, regni iura tuente, monasterium pretiosi martyris Christi Vincentii et beatissimi confessoris Benedicti apud Casinum, in quibus plurimorum fratrum sancta congregatio cum venerandis patribus Maione et Berthario in omnipotentis Dei servitio permanebat, ab Agarenis depredata et ignibus combusta sunt, et paucis vix evadentibus, plurima turba fratrum cum predictis patribus gladiis necati sunt. Quod qualiter actum sit operae pretium enarrare existimantes, non ab re esse arbitror, si aliquantulum excedentes, a superioribus exordium sumamus, id est ex quo reges Francorum sumpserunt imperium Romanorum; et tam veridicas sequentes narrationes historiographorum, quam ex relatione patrum religiosorum quae didicimus adicientes, posteris nostris pietatis exemplo sanctorum patrum nostrorum pro Christo occisorum memoriam relinquamus. *(Sequuntur Erchemperti excerpta).*

Tunc, heu, proh dolor! profana gens in ultionem peccatorum divino iudicio debachans, sanctuaria divinis cultibus consecrata sine aliquo metu conculcantes, pro nihilo ducebant. Omnis aetas, omnis sexus sine aliqua miseratione continue necabantur, nec erat qui posset eripere pereuntes vel aliquod prebere solamen. Quoniam, sicut scriptum est, 'gladius vindex Domini manducabat carnes'. Qualis tunc miseria et tribulatio christianorum populos obtinuerat, quis considerare valeat? Videres urbes desertas, ecclesias subversas omnemque terram christianorum sanguine conspersam. Nec erat fugae latibulum, quoniam montes et colles simile versabat excidium. Putabant homines iam tunc mundi finem appropinquasse, nisi quod signa quaedam ex euangelio predicta adhuc minime videbant. Tamen mundi finis in his iam decurrebat. Etenim ea scribimus, quae in antiquis invenimus voluminibus et veterum probata ratio tradidit seniorum.

Cum nefanda gens Agarenorum ceteras terrarum partes depredantes, incendentes ac subvertentes consumarent, tum de profana turba impiorum, cuius manus sunt contra omnes, necdum humano sanguine satiata, omnibus bestiis atrociores, ad pretiosi martyris Vincentii sacrum cenobium furibunda procedit. Moris tunc erat monachorum utriusque cenobii beatissimi Vincentii et sanctissimi Benedicti caritatis gratia se invicem sedule visitare. Cum igitur die quadam ad predictum cenobium fratres quidam monasterii Casinensis de more abissent et de suo ad invicem ordine loquerentur, repente illuc Saugdan sevissimus cum suis satellitibus supervenit. Cuius monachi rumore comperto qui advenerant, ad castellum ipsius monasterii proximum maturato cursu, nimis licet pavidi, incolumes tamen, aufugerunt. Quod ubi a Dei servis auditum est in monasterio, ilico omnem ecclesiae thesaurum absconderunt. Ipsi vero non timore territi, sed constantes atque intrepidi, invicem se cohortantes, paucis tamen relictis

rabilia, excepta Suessula, quam veraciter christianorum fraude miserabiliter suffossa est.

senioribus aetate et vita venerabilibus, ad ecclesiae munimina, reliqui omnes cum subiectis sibi famulis obviam procedunt venientibus ethnicis. In locum igitur iuxta pontem qui Marmoreus dicitur pariter convenerunt, captantes iter, quo ad monasterium pervenirent. Illis ergo ex una parte et istis ex altera consistentibus, validior pugna inter utrosque coepit, dum adversae partis hostes invalidi redderentur. Etenim non erat illis leve transitum habere per istos. Lapidibus quippe vel quibuslibet armis ad manum inventis, pellebant procul tyrannos; condensa silva et artae rupes nostrorum sublevare lacertos.

Non gelidus sanguis oppletos strinxerat thoros.
Nam valida pugna die abbreviant ultra
Quam hiis necesse vel illis fuerat ferre.
Vibrantur enses, iaciuntur spicula, vectes,
Et duris dumis herebant spolia furis.
Quid diu moror referre crimina dira,
Plebeia manus quae gessit fronte iniqua?

Quidam enim ex servis sacri monasterii videntes, se immenso certamine fatigari, et quia divina gratia protegente nulla dabatur facultas transeundi hostibus, magisque tyrannorum acies acrius prosternebantur, dominos suos deserentes, clam se subduxerunt; illisque in acie derelictis, Saracenorum regem adierunt, et libertatem cum vita ab eo postulantes, maioris lucri victoriaeque potioris eventum se posse ferre dixerunt. Mox ille gavisus, servorum animos donis aureis et mortiferis suasionibus oblectans, incitat explere promissa. Sponsione ergo accepta et inito foedere, mali malorum duces effecti, dominis illorum nescientibus, verso itinere pars maxima pugnatorum subito exadverso super sacrum monasterium irruerunt, eumque undique circumdantes, ignibus combusserunt, sanctos etiam seniores, quos ibidem invenerunt, gladiis necaverunt. Extat igitur sanctorum sanguis monachorum pro Christo effusus, evidentia indicia hodieque demonstrans, illitis vel aspersis eiusdem ecclesiae parietum et pavimentorum saxis ac lapidibus. Nec mora, post haec flammarum globis alta astrorum sidera rutilantibus, qui bello affusi prolixo diei spatio legitimo certamine desudaverant, ut conspexerunt, agnoscunt se proditos fore, moxque istorum acie hinc redeuntium a tergo opperiuntur. Quibus versa facie dum resistere vellent, inter medias acies sunt simul admixti, gravisque contra istos pugnae iactura decurrit. At ubi concito gradu illis insequentibus et istis contraire nitentibus, telluris locum aliquanto spatio planitiem obtendunt, quem ex detruncatis ibi corporibus hactenus incolae vocant: omnium tela contra istos vertuntur; et concurrentibus cunctis, iam fessis artubus non amplius resistere possunt. Ruunt inter carnificum ictus. Et quamvis ex ethnicis plurimi sint prostrati, tamen ex istis pauci superstites remanserunt. Sed melius fuit occisis gladio quam in captivitate ductis. Denique peracta caede, cum in unum convenissent, servorum indicio fodientes hinc atque illinc, universum ecclesiae thesaurum receperunt, quem illorum pavore servi Dei iam pridem absconderant; et illum sibi in predam dividentes, cuncta vastaverunt, plurima fregerunt, frumenta et legumina in fluvium, qui secus effluit, disperserunt. Et cum iam post laborem et triumphum exultantes discumberent, bibebat ille nefandissimus Saugdan in sacris calicibus, et cum thuribulis aureis sibi thurificari iubebat. Facta est haec caedes beatorum monachorum decimo die mensis Octobris, feria tertia. Ab aedificatione vero ipsius monasterii iam iverat annus centesimus sexagesimus quintus .....

Omnibus ergo consumptis, predictos aliquantos fratres, qui remanserant, vinculorum nexibus adstrictos, nudos totius corporis indumentis, sui itineris sub custodia pervenire loca fecerunt. O quam crudele spectaculum dies illa prestiterat istis, cum extremo agmine inter confertissimos milites obvium quisque detruncat, cum nobile tellus felici cruore resudat, quos uno in loco sic constat esse necatos! Nempe non dissimiles fuere ab illa beata Thebeorum legione, cum pro testamento Dei et institutis sanctae legis divinae gratiae sorte illis annumerati in supernis additi sunt. Quorum sacra turba monachorum, ut in veteribus libris invenimus et saepe a nostris audivimus senioribus, nongentorum exstitit numerus Deo devotorum, quos nimirum ex diversis sibi subiectis monasteriis vel cellis in eodem loco congregatos fuisse non ambigimus.

Huic[1] igitur sociatus est Pandonulfus; cuius amminiculo fretus, acrius coepit persequi

Sed quoniam rursum in aliquibus libris scriptum reperi, quingentorum tantum fuisse numerum decollatorum, illi soli et numerum committimus et nomina, qui illis dedit cum triumpho martyrii capere victoriam. Haec beatorum corpora post a quibusdam collecta aliisque coniuncta, qui in eadem ecclesia occubuerant, dignissime ibidem recondita venerantur. Simul quoque cum eis passus venerandus recubat Maio . . . . . .

Preterea impiorum turba sacrilega, postquam consummato sacri monasterii excidio, vesaniam suae crudelitatis exsaturarunt, vicinia desolatae telluris linquentes, Marsorum provinciam ocius petierunt, cunctis moesti cordis luctum mugitumque dirae calamitatis et miseriae prolixis clamoribus imponentes. Ipsius deinde provinciae quaecumque invenerunt consummantes, monasterium sanctae Dei genetricis Mariae in loco Apinianici, quod vir catholicus atque clarissimus Hildeprand ditatum magnis rebus et possessionibus predicto monasterio Christi martyris Vincentii contulerat, omnino depredarunt, igneque combustum, occisis ibi quam plurimis fratribus, cunctis lamentabile reliquerunt. In quibus omnibus ipsos quos secum captivos ducebant fratres iniquis semper vexabant cruciatibus. Tunc atrox calamitas pectora moerore pulsabat, et longos gemitus prolixa suspiria dabant. Non tegmen his neque victus; caro laesa, dolet cor nimis afflictum; furent hostes, tremunt montes, gemunt fortes, quaerunt sortes, longas istis prebent mortes.

Permansit autem desolatum monasterium pretiosi martyris Vincentii usque in annos triginta tres, in quibus nullius habitatio hominis, sed tantum bestiarum possessio fuit; et quae quondam fuerat excellentior multis, tunc facta est humilior cunctis. Atque ex eo nec monachos congregatos nec abbatem hic habere potuisse usque ad supradictum tempus annorum triginta trium, quo numero humani generis Redemptor in mundo cum hominibus conversari dignatus est, usque ad passionem sacratissimae crucis.

Post haec Valeriae provinciam et Romanos fines acriter devastantes, Campaniam quoque peragrantes, Casinum castrum adierunt diri predones, et monasterium sanctissimi Benedicti, quod prius a Langobardis destructum, beatorum patrum, Paldonis, Tatonis et Tasonis studio et labore cum venerabili patre Petronace fuerat reconciliatum, incendentes, penitus diruerunt; omnesque illius congregationis fratres, quos capere potuerunt, vel quibus pre imbecillitate facilis fuga non erat, sine ulla miseratione gladiis necantes, crudeliter extinxerunt. Pari etiam modo monasterium, quod deorsum erat, igne combusserunt, et venerabilem abbatem Bertharium in ecclesia domini Salvatoris super sanctum altare beati Martini trucidantes, eundem locum hominibus inhabitabilem reddiderunt. Sed ante impiorum adventum aliquantos ex eisdem monachis aufugisse percepimus, qui Tranis civitatem adeuntes, regulae librum, quem pater Benedictus manu sua scripserat, libram panis, vasculum aereum vini, et sacros cilicinos, qui Dei iussu ante ianuam monasterii farina onustati fuerant iactati, secum detulerunt, quae subsequenti tempore igne combusta sunt . . . Huius monasterii desolatio facta est 13. Kalendas Novembris, feria tertia. Perstitit annis triginta tribus, post quos reaedificari coeptum est ab Angellario abbate.

Ea tempestate multitudo Saracenorum in Gariliano iuxta Traiectum habitantes christianorum et precipue Capuanorum maximas strages dederunt. Tunc et monasterium confessoris Christi Martini in Marsico monte adeuntes, delere nitebantur. Quorum metu exterriti ibidem habitantes monachi, ad eiusdem confessoris presidia se contulerunt. Nec mora, divina miseratio affuit deprecantibus. Illis quippe montem ascendentibus astitit quidam venerandi habitus, qui se abbatem esse dicebat, cum multitudine monachorum, quos omnes preparatos equos ascendere iubet et se comitari. Mox ipse precedens et splendifica crucis signa sua dextera ferens, Saracenorum cuneos irrupit multosque exercitus fortuita caede prostravit, plurimos vulneravit, aliquos caecitate percussit, omnes porro perniciter in fugam coegit. Mons ipse densis tenebris pressus, concussa tellus videbatur absorbere cruentos. Ex tunc Saracenorum exercitus ita attritus et afflictus extitit, ut non solum bellum christianis inferre non valerent, sed semper fugam agentes mortis discrimini subiacerent. Etenim in proximo advenientibus christianissimis principibus Atenulfo et Landulfo cum vicinis magnatibus diversarum provinciarum, maxima illorum multitudo interfecta, et reliqui dispersi atque destructi sunt; sicque christianorum populus Christi misericordia extitit liberatus.

1) *Athanasio.*

fratrueles suos; ac primo tempore labores eorum hinc et inde vastans abstulit, atque cum Neapolitibus, Caietanis ac Saracenis iunctus, biduo super castrum Pilense[1] irruens expugnavit; nihilque proficiens, inanis abscessit. Sequenti vero anno generaliter motionem faciens cum suis, Neapolitibus et Saracenis, super colossum[2], quo filii Landonis degebant, insedit, prius tamen illos qui residebant in termis iuxta arenam pecuniata[a] deposuit et Capuam remisit. Illis vero, videlicet filii Landonis, in amphiteatro[b] circumseptis, pacem cessit, accipiens ab eis Liguriam[3] sub sacramento; qua etiam vice memoratus Pandonulfus denuo super Pilanum castrum cum Neapolitibus improvise irruens, fraude cepit, ab eis qui interius morabantur traditum. Ubi[4] et ego captus sum, et omnibus bonis a pueritia acquisitis[c] exutus, ipse pedester ante equorum capita usque
881. ad urbem Capuanam exul evectus sum, decimo Kal. Septembr. anno Domini 881.

45. Pandonulfus autem confestim exercitaliter super Calvum[5] profectus est, stipatus agmine Neapolitum, ibique munitionem extruens residebat. Set filii Landonolfi cum suis viriliter eis resistentes, subito inde recessit, a filiis Landonis iam pridem ablatam Suessa, sacramento eis olim largita. Set ut ad priora nunc calamum vertam, apprehensus Atenolfus a suprafato viro, Lando, germanus eius, non segniter egit; nam mox Calvense castrum, propter quod captus est idem Atenulfus, cum suis coepit hedificare; pars autem nobilium parata erat ad prelium, et pars vulgi vallis et parietibus construebat, sicque consummatus est. Post biennium ferme igne consumptum, ab eodem Landone reparatum est memoratum castrum; quo abiens cum universis suis, et casis datis per singulos concives oppidi de ministerio suo, et vasis vinariis, victualium quoque et vinum, omni vigilantia desudans, ad pristinum statum dictum oppidum erexit.

46. Et hoc in superiori parte non est pretereundum annectere, quod in principio rixae, cum idem Pandonulfus fratrueles[d] suos persequebatur bestiali efferitate, Landulfum electum, filium Landonis, de quo supra mentionem fecimus[6], cui sedem sancti Stephani episcopalem ipse sub iureiurando tradiderat, a claustro[e] episcopii expellens et humili loco[f], in cellula[g] silicet ministeriorum, degere constituit, et sibi in zetula[7] episcopali mansionem exiberi iussit[h]; quod et factum est. Hoc cernens fatus[i] Dei electus, metuens dicti viri versutias, egressus ex urbe, episcopalem ad sedem propriam beati protomartiris properavit, quo possit quietam ducere vitam. Interea occasione reperta Landonulfum, germanum suum, coniugatum clericum fecit[8], mittensque Romam Iohanni papae, episcopum fieri exposcit; in quo et exauditus est.

47. Hac pro insania et fraterna civilique expugnatione enixius flagitati, Bertar, sagacissimus abbas monasterii supradicti[k] sanctissimi Benedicti, et Leo, venerabilis presul Teanensis[l], Urbem profecti sunt adieruntque dictum pontificem, obsecrantes eum suppliciter, ut tam grave piaculum non ageret, unde ruina terrae et sanguinis effusio procul dubio fieret. Cui etiam dictus abbas expresse inquid: 'Certe[m], si hoc exercuerit[n] tua potestas, talem ignem illuc accendis ad te usque pertingentem'. Prevalens tamen voluntas pontificis, Landonulfum episcopum ordinavit. Hoc ideo factum est, quia Pandonulfus prius se subdiderat dicto papae, in cuius vocamine[9] et cartae exaratae et nummi figurati

a) *ita c.; fortasse:* pecunia data? b) amphiteaatro *c.* c) exquisitis *c.* d) fratueles *c.* e) caustro *c.* f) humilico *c.* g) celula 1. h) iuxit *c.* i) factus 1 k) m. s. monasterii 1. l) Teneanensis *c.* m) carte *c.* n) exercueruit 1.

1) *In comitatu Theanensi haud longe a castro Conca, in monte Piano.* PR. 2) *Quod statim arenam appellat, Capuae veteris amphitheatrum.* PR. 3) *V. supra c.* 2. 4) *An hoc vocabulum ad castrum Pilanum referendum sit, ut Pertz opinatus est (v. praef.), dubitari potest. Fortasse non locum, sed tempus tantum indicare voluit.* 5) *seu Cales, antiqua Campaniae urbs.* PR. 6) *C.* 40. 7) *i. e. mansiuncula.* 8) *scilicet Pandonulfus.* 9) *i. e. nomine.*

sunt. Iuxta[a] prescientia dicti abbatis talis itaque ignis exortus est, ut[b] omnis Beneventana tellus et ipsa Romana a Saracenis funditus depopulata[c] sit. Qua pro causa dictus papa bis venit Capuam; ac primo dum resedisset iuxta urbem in loco qui Antenianus 880.
dicitur[1], omnes Langobardi hostiliter illum adeunt; nam ex una parte Athanasius episcopus cum Pandonulfo aderant, ex alia vero parte utriusque fratrueles[d] cum Gaiderisio et Guaimario[e] principibus habentibus Grecis[f] advenerant, et cotidie presente papa utraeque acies in procinctu prosiliebant. Qua oneratus[g] intentione, Landonulfum pridem electum[2] consecravit episcopum in ecclesia beati Petri Capuam, cunctumque episcopatum inter ambos[3] aequa sortione dividi precepit. Ecclesia vero, in qua consecratio celebrata est, paulo post a Saracenis, a Pandonolfo advocatis et ab Athanasio missis, igne media exusta est.

48. Circa haec tempora Guaiferius princeps monachus effectus est; langore depressus gravi, diem clausit extremum[h]; et quia ob incursione Hismaelitarum corpus illius ad coenobium Benedicti patris ferri non valuit, Teanensi[i] in castro eius in ecclesia humatum est, donec caelitus requie prestita sanctum ad locum veatur. Per idem tempus Iserniam, Suessulam uno mense[k], castrum etiam Bovianum eodem anno, capta et combusta sunt. Quo tempore suasus Gaideris, a Landone cognato suo alienatus, Pandonolfo[l] sociatus est filiamque ipsius suo tradidit filio; set in proximo a contribulibus dicti[m] Landonis captus ac custodiae mancipatus est, eiusque in loco Radelgis, filius Adelgisi, 882.
princeps est constitutus[n]; qui tribus vix annis imperans, a Beneventanis eiectus, et Aio, 885.
frater eius, loco illius[o] subrogatus est. Gaideris vero Francis traditus in custodia, fuga lapsus pervenit urbem Varensem, quo morabantur Greci; a quibus missus[p] est urbem ad regiam Basilio pio augusto, a quo honoratus ditatusque donis imperialibus, Oream[4] urbem accepit ad convivendum.

49. Hac tempestate Pandonolfi nimietatem non ferens Athanasius, relinquens eum, 882.
fiis Landonolfi et Landonis copulatus est in societatem. Hiis diebus idem presul missi apocrisariis Siciliam, Saracenis ad radicem montis Besubii residentibus, Suchaymum[5] regem[q] exposcit illisque[q*] veniens prefecit. Set iusto Dei iudicio primo omnium super eum insurgens, coepit Neapolim graviter affligere et devorare[r] omnia exterius ac puellas, equos et arma[s] vi expetere. Hac turbine exactus[t], et ut apostolicum anathema, quo erat innodatus, a se et urbe sua expelleret, Guaimarium principem omnesque Capuanos ex urbibus et oppidis cunctosque maritimos suum in adiutorium advocavit et Saracenos ab eodem loco vi pepulit. Illi autem abeuntes, Agropolim[6] castrametati sunt. Hoc facto non multo post predictus presul una cum filiis Landonis et filiis Landonolfi super Capuam, Pandonolfum capturus[u], advenit, dictamque urbem hinc et inde obsidens, affligebat. Qua necessitate compulsus, Pandonolfus Radelgisum principem cognatumque suum in auxilium invitavit. His autem, segnitie[v] seposita, mox Aione germanum suum advocans, in comitatu suo Capuam, qua residebat, expugnatam[w] audacter ingressus est. Post haec Aio cum Beneventanis et Capuanis egrediens, cum filiis Landonolfi Amal-

a) Iux 1. b) et *c.* c) depopula *c.* d) fratreules c. e) Guaimaimario *c.* f) Crecis 1. g) onoratus *c.*; honoratus *edd.*; *sed* intentione *pro* contentione *scriptum videtur.* h) *bis scr. c.* i) Teanensis 1; Tennensi *Sal. cod.* k) filiamque illius suo tradidit filio *hoc loco scr., sed del. c.* l) *ita Sal.*; Pandonolfus *c.* m) dicti di 1. n) constitus *c.* o) ilius *c.* p) misus *c.* q) *bis scr. c.* q*) *fortasse:* illicque *vel* illeque. r) devora 1. s) arva *Sal.* t) expergefactus *Pr. ex cod. Bolv. proposuit.* u) capturos 1. v) senicie 1. w) expugnatem *c.*

1) *Pagus erat mille circ. passus supra novam Capuam aquilonem versus, vocatusque Antignano.* PR. 2) *C.* 46. *Pertz sine causa Erchemperti verbis quaedam inserere voluit.* 3) *Landonulfum et Landulfum; cf. Chron. com. Capuae infra.* 4) *Oria.* 5) *Fortasse Soheim, Amari I, p.* 456. 6) *In marg. manu rec.:* castrum in principatu Salerni.

882. fitanos habentibus certamen iniit; et aliquandiu pugnatum est iuxta portam urbis. Cumque neultra[a] pars alteri cederet, utraeque acies ad sua reversa sunt.

50. Repedante itaque Radelgiso ad propria, Athanasius ad solita recurrens arma, simulavit universos fratrueles pacisci; cohortatus est videlicet eos, ut, dato, sacramento ad alterutrum, omnes ingrederentur urbem comuniter habitaturi. Set Pandonolfus ab eodem presule sacramentum accipiens, ne ulla contra eum moliretur insidias, tunc omnes fratres in unum adunati Capuam adierunt, dato prius amphitheatro eidem Athanasio[b], et ille Guaiferio ad cohabitandum tradidit ad perpetuum Capuanorum iurgium. Cum vero adessent universi, ut diximus, omnes iurarunt, ut pacifici et sine ulla molestia[c] dicti viri intrarent ad commorandum. Pandonolfus autem recepit eos ovans cum clericis veste amictis candida. Mox autem ingressi intro, apprehenderunt Pandonolfum et Landonolfum, fratrem eius, quem supra episcopum descripsimus[1], cum omnibus consentaneis, sequacibus et fautoribus suis, et hii duo missi sunt Neapolim; post haec et[d] uxores, filii et filiae missae sunt illuc.

51. Inter haec Saraceni totam supradictam terram crudeliter laniabant, ita ut desolata terra cultoribus, vestibus[e] et vepribus repleta fatiscat. Guaiferius autem colosso residens, suasus ab Athanasio, immo et Athanasius ab illo coactus, bellum coepit inferret dictis fratribus, atque cum Saracenis nimium eos affligebat et acrius insequebatur[f]. Tunc nutu Dei, a quo omne procedit bonum, quendam Agarenum ab Africa evocans, regia de stirpe generi sui procreatum[g], Agropolim, inde Garilianum, quo residebant agmina Hismaclitica, misit, atque omnium illorum mentem accendens[h], eius hortatus universi Saraceni tam de Gariliano quam de Agropoli comuniter collecti, Calabriam, qua residebat Grecorum exercitus super Saracenos in Sancta Severina commorantes,
884. properarunt; ubi et omnes Graiorum gladiis extincti sunt. Dehinc Amanteum castrum[2] captum est; deinde et dictae Beatae Severinae oppidum apprehensum est.

886. 52. Basilio serenissimo augusto[i] his diebus defuncto, duo filii eius in imperio sunt electi, id est[k] Leo primogenitus et Alexander subsequens; tercius vero, Stephanus nomine, archiepiscopatum eiusdem urbis — eiecto[l] Focio, qui olim a Nicolao primae sedis pontifice ob invasionem episcopatus Ignatii adhuc superstitis perpetuo anathemate fuerat multatus, et a Iohanne papa, ut ita dicam ignaro, ad pristinum gradum resuscitatus — regendum suscepit.

884. 53. Interea Athanasius solita fraude cupiens supradictos fratres sequestrare ab invicem, hinc Landoni seniori, filio videlicet Landonis singularis et prestantissimi viri, neptem suam adhuc lactantem in coniugium cessit, ob hoc, ut fila[m] feminarum illaquearet eum; ascitoque eum, monuit serpentino ore, ut confratrueles[n] suos caperet vel[o], quod magis ambiebat, occideret[p]; silicet ut inter se rixantes aut omnino interirent aut deficerent, et ille Capuam caperet. Et quoniam Lando, licet segnitiae torpore naturaliter frueretur, immobilis et constans persistebat re inchoata, hoc advertens Athanasius doluit, protinus consilium repperit sibi adcommodatissimum[q] tunc, set non in longum perniciosius; competenti etenim festinatione inter ista Atenolfum ascivit eique secretius[r] infit: 'Ex omni gente Langobardorum[s] Capuam elegi mihi habilem, et e Capuam gentem vestram, et ex omnibus fratribus tuis te solummodo pretuli, consentientem mihi et in cunctis optemperantem[t], virum industrium; idcirco si meis verbis aures tuas adcommo-

a) *ita c. et Sal. cod., quod recepi, cum jam in vetustis Pauli codicibus ita pro* neutra *scriptum invenerim (v. supra p.* 61 *n.* b*).* b) Athasio *c.* c) molesta *c.* d) et ut *c.* e) *ita* 1 *et Sal. cod.; quod (fortasse pro* bestiis *scriptum) corrigere nolui, cum vix duobus locis eadem corruptela fieri potuerit;* sentibus *P. Et* vepribus sentibusque *alibi conjuncta reperies (e. gr. Boniti prol. in Acta S. Theodori, Acta SS. Febr. II, p.* 31*);* sterpibus *et* serpibus *Mur.* f) insequebabtur 1. g) procratum *c.* h) accedens *c.* i) ag. *c.* k) idē *c.* l) electo *c. Sal. cod.* m) filia *c.* n) confratueles *c.* o) ut *c.* p) occidere *c.* q) adcommodantissimum *c.* r) secrencius *c.* s) Longibardorum *c.* t) optemrantem *e.*

1) *C.* 46. 2) *In margine manu recenti* in Calabria.

daveris, in cunctis prosperaveris'. At ille cuncta se patrare respondit imperata. Cui 884.
ille: 'Cape filios Landonis, et esto tu solus imperans Capuam, sicut avus tuus[a] singulariter imperasse dignoscitur'. Ille vero hoc fratrum[b] consilio distulit. Qui reversus rem venenose insitam[c] propriis innuit fratribus. At illi obstupefacti, signo se crucis Christi munierunt, dicentes: 'Ante moriamur aut exulemus, quam super fratres nostros iuste aut iniuste insurgamus umquam; donec enim erit[1] in naribus nostris, non insidiabimur sanguini nostro'. Mox etenim iuncti[d] filii Landonolfi, munierunt se horribili et pene inaudito sacramento cum filiis Landonis clanculo sub gravi anathematis interdictione; statimque Atenolfo abiens, Athanasio retulit, voluntatem fratrum suorum ratam fore fratruelibus[e] suis et in nullo penitus moveri. At ille durius hoc accipiens, extus[2] factus est illis.

54. Eodem tempore Guaimarius supradictus princeps, cum nimium affligeretur ab Athanasio episcopo cum Saracenis, essetque ex toto depopulata tellus ipsius, ita ut capi possit, nisi divina pietas restitisset, ad Grecorum se contulit suffragium; a quibus nobiliter est adiutus. Nam et auro et frumento adiutus est et auxiliatoribus stipatus, qui custodirent urbem et populum eius; quod actenus servatur, ut dictum est. Aio autem princeps Beneventi et ante principatum et postea partim imbecillis partim roboreus[f] extitit.

55. Ut autem post tergum redeam, habeuntibus Saracenis Calabriam illucque[g] pereuntibus, Decivilis dux Caietae centum pene quinquaginta[h] ex eis secum retinuit, ut sine sacerdotali officio non remaneret; ad instar Iudaycorum regum, qui, diviso inter se bifarie regno, ut fertur, Levitae ex maxima parte Ierusolimam, quo inerat templum toto orbe authenticum, congregati sunt. De quo numero ex parte fati[i] fere ad centum viginti Saraceni urbem Teanensem audenter adierunt, sicuti prius agere conspexerant, quando prope duo milia quingenti erant. Super quos Lando ceu leo audacter cum suis irruens, usque ad ultimam internicionem protrivit eos, ita ut de tanto numero non amplius quam quinque evaderent, ceteris interfectis[k], ni fallor centum quindecim.

56. Athanasius autem cernens se delusum ab utrorumque responsionibus fratrum, tristior effectus est solito, set ocius invenit consilium habile sibi[l]. Missis siquidem legatis, trecentos Grecos sui in auxilium ascivit, Chasano[m] eos preeunte. Tunc callide pace facta cum Capuanis, mox quando vindemia legitur, cum esset Capua valide afflicta et a foris depopulata, omnes certatim egressi sunt, tam primores quam et mediocres, ad vindemiandum. Ille vero, sugerente hoc vel maxime Guaiferio Colossense[3], ex abditis Grecos Neapolites una cum theatralibus viris[n.4], et depredavit totam Capuam, apprehensis in ea multis et prestantissimis viris peculiisque non modicis. Ab illo igitur tempore omnia circumquaque devastans, Liguriam vindicabat sibi. Nam et Saracenos Agropolitanos, qui nuper de illius magnatibus iusta rivulum Lanii[5] non procul a Suessula[o], qua ille nefandum perpetraverat scelus, ferme ducentos peremerunt viros, clam evocavit et Capuam misit; ubi tunc egredientes Capuani, valde resisterunt eis; ob hoc et absque preda ad castra repedarunt. Lando autem senior tunc apoplexia percussus interiit.

57. Dictus itaque vir, prout mente conceperat, novis et inauditis machinis insur- 885.
gebat adversus Capuanos, adeo ut tempore quadragesimali, cum omnis plebs christicola

a) sicontuus tuus s. impetrasse *c.* b) fratrem *c.* c) inscitam *c.* d) iucti *c.* e) fratulibus *c.* f) *ita Sal.;* robereus *c.* g) illicque 2. h) quinquagita *c.* i) facti *c.* k) *ita Sal.;* infectis *c.* l) siui 1. m) Chasanos 1. n) *suppl.* immisit *vel tale quid. P.* o) assuessula 1.

1) *scilicet* halitus. P. 2) *i. e. exter, alienus; hostis, ut edd.* P. *Nisi verbum corruptum putes.* 3) *Ita cognominatur, quia in amphitheatri custodiam fuerit destinatus.* PR. 4) *Qui circa theatrum loca incolebant.* PR. 5) *i. e. Clanii.* PR. *In margine codicis manu recenti:* inde dicitur terra Lanie.

et preterita defleret mala et poscit a Deo, ut flenda minime committat[a] ipso, mediante[b] festo dominico subsequente crepusculo, collectis Grecis Materensibus, Aegiptiis et Neapolitibus[c], conscio[d] Guaiferio duce, preeunte Chasano, urbem Capuanam temptavit invadere; atque ascensis muro acsi trecentis viris armatis diversorum generibus telorum, set omnes in Domino adiuvante, alii sponte ex eo dissilierunt, quidam cervice tenus imis iacti sunt, nonnulli vero gladio occubuerunt; de nostris unus solummodo Onericus nomine, et, ut fertur, a suis, extinctus est. Bellum quippe hoc narratum in muro arbiter Iudex non per[e] belligerantes et armipotentes egit viros, set per[e] quatuor impubes mirifice gessit ad laudem nominis sui. Confractis itaque viribus, quod conceperat minime cessavit; nam et Salernum per Saracenos prius, et postea per Grecos, multotiens capere molitus est, set non est permissus a Domino.

58. Eodem quoque tempore Guido, filius Guidonis senioris, super Saracenos in Gariliano castrametatos[f], ut retro redeam[1], hostiliter irruens, castra eorum dirructa[g] depredavit et aliquantos eorum gladiis interfecit; reliqui montis per opaca ut aqua diffusi sunt. His autem Capuam appropians[h], ultra transvadavit, et ad pontem qui Teudemundi vocatur castrametatus[i], resedit aliquandiu, et ablato ex Liguria frumento aliisque victualiis, Capuani refocillati sunt; cum eodem duce non sunt foederati; set cum retroverteretur urbemque transiret, metu coacti subdiderunt se illi[k]. Ipso ad sua remeante, erexit saepe fatus Athanasius viriliter contra eos tulitque illis, adiutus auxilio Grecorum, omnia a foris sata, quaeque videbantur possidere a parte Capuae necnon et superius; illaque replicata sunt; post reditum supradicti ducis per Chasanum multipliciter patrata sunt, quae a me strictim sunt dicta.

886. 59. Post haec sugestum est eidem duci, ut veniret quantocius et liberaret confidentes ipsi; sin[l] autem, omnino perditioni subirent; qui mox veniens Capuam, Aionem principem a Benevento ad se venientem consilio Capuanorum cepit et sub custodia Beneventum duci fecit; in qua introiens, ordinavit eam; inde proficiscens[m], Sepontum ingressus est, Aionem foris reliquid in castris. Cum autem cognovissent Sepontini Aionem seniorem suum captum, supradictum ducem unanimiter irruentes, clauserunt quodam in templo, captis eius optimatibus. Hac illaeque tunc missum[n] est, et adductus est Aio redditusque[o] est[p] suis; alio vero die sacramento dato vix cum dedecore elapsus est.

60. Dehinc Chasano Constantinopolim abeunte, quidam stratigo augustalis Iohannem candidatum, quem lingua Pelasgica[q] Ianniccio vocant, cum trecentis belligeratoribus direxit Athanasio episcopo; cum quo idem vir Capuam hinc et inde predavit; atque hoc presidio[r] istorum Pandonolfum ex vinculis ereptum libertati restituit, et a Magiperto receptus est Suessam; qui iunctus est Grecis, et universa animalia[s] Capuae ablata sunt. Qua de re Lando, filius Landonolfi, et Landolfus episcopus adierunt dictum ducem in Spoletium, petentes ab eo auxilium; Landolfus presul a Spoletio reversus est, Lando autem cum eodem duce per Sepontum Capuam advenit; qui per aliquot dies Atellae[2] residens, Capuam frumento implevit; accepto nuncio, repente Romam profectus est, Capuanos reliquid in manibus dicti presulis. Is autem statim super Sanctum Heremum[3] Grecos et Neapolitanos direxit; quem diu obsidentes, eos qui in sublimibus[t] residebant cepit, et deinde Capuam ex utraque parte graviter[u] affligebant, ita ut quasi obsessa

a) commictat *c.* b) *ita cum* 1. *distinxi, de mediae quadragesimae die dominico (i. e. dom. Laetare; v. Haltaus, Calend. p.* 66) *agi persuasus;* ipso mediante, festo *edd. P.* c) ibus *e corr. c.* d) consio *c.* e) *ita Sal.; deest c.* f) castrametatus 2. g) *ita c. Sal. cod.;* dirrupta *P.* h) ap(p)roprians *c. Sal. cod.* i) castrametus *c.* k) illi ipso ad *c.* l) confidentes. ipse sin *c.* m) *ita Sal.;* proficiens *c.* n) missus *Sal.* o) reditusque *c.* p) est a suis *c.* q) Pelastica *c.* r) *ita P.;* perfidiam *c.* s) *ita* 2; universa mamalia (?) 1. t) sullimibus *c.* u) glaviter *c.*

1) *Cf. c.* 51. 2) *Antiquissima urbs, nunc Pomigliano di Atella, nobilis pagus, quem pone rudera adhuc excisae urbis.* PR. 3) *Turris S. Herasmi, non longe a theatro.* PR.

videretur; nam iusta Sicopolim Greci cum Neapolitibus et Pandonolfo residentes, omnia circumquaque stirpitus[a] devorabant; unde contigit, ut octoginta ex eis Calinulum[1] advenientes[b], super Teanum latenter irruperunt; quibus ex diverso Lando cum Teanensibus et Atenolfus cum aliquantis Capuanis occurrerunt iuxta Sanctam Scolasticam prope castrum Teani; a quibus et victi sunt.

61. Per idem tempus monasterium[c] beati Benedicti a Saracenis prius dirructum[d] anno Domini 884[e. 2], ab Angelario venerabili abbate coeptum est rehedificari iuso[f. 3] anni 886. mense Aug. A quo reversi dum Capuam repeteremus, a Grecis[4] capti exutique sumus et exequitati[g]; ablatisque equis et spoliis et ministris cunctis, homines[5] argento redempti sunt; equos recollegimus 5; ego autem solus cum preceptore pedestre remansi; a Capuanis delati sumus in urbem; inde Neapolim pertranseuntes nihilque proficientes, infructuosi[h] remeavimus Capuam; dehinc tria plaustra, onerata victualiis multisque opulentiis, iuxta Anglenam[6], quo prius capti sumus nos, apprehensa et depredata sunt. 886

62. Hiis ita crudeliter gestis, Atenolfus Spoletium[i] pergens, dato pretio, Suabilum gastaldeum Marsorum cum aliis sociis bassisque, quasi ad trecentos armatos, secum advexit; cum quibus et consilium iniit, ut gastaldatum Capuanum illi firmarent; set ingredientes Capuam, cum hoc adimplere nequivissent, dicti Franci, resistente ac contradicente precipue Landone, germano eius, quem dudum ipse cum ceteris fratribus gastaldeum in his quae[k] ad eos pertinebant instituerat, ab eodem Atenolfo absoluti, via qua venerant repedarunt. Tunc dictus Atenolfus, consilio habito cum suis, Sadi cognatum suum ad Athanasium saepius dictum subdole misit, poscens ab eo auxilium, ut adiuvaretur singulariter fieri comes in Capua. Haec autem audiens, gavisus est et spopondit se in omnibus illum[l] auxiliaturum. Cumque hoc a plurimis et maxime terque quaterque Landoni fuisset relatum, ille, solita segnitie et torpore detentus, parvipendens, pro nihilo ducebat huiusmodi nuncium.

63. Exin memoratus Lando febris[m] ardore succensus, Teanum habiit, curaturus a langore quo detinebatur. Atenulfus interim a re coepta[n] nec gressumque neque mentem ammovit, set promtus et fervidus existens parturire, quod iam dudum corde conceperat, ob hoc Neapolim ire anxiabat festinus. Hoc ergo cum ad aures Landonis pervenisset, ilico Alcisum[o] et Aldelfridum Capuam misit, ut dictum virum suo hortatu coepto itinere deviaret, et adiecit: 'Ego autem, missa audita et comestione finita, subsequar vos'. Illi enim abientes, fatum virum invenientes, retinere nequiverunt; erat enim dies dominicus; deinde Lando proficiscens, eum minime repperit; iam enim abierat. Quo facto[p], sustinuit Lando reditum[q] eius, illique revertenti dixit Lando et ceteri fratres: 'Quid egisti illuc, quo isti'? Quibus ille respondit verba bona verbaque consolatoria et deceptionibus plena. Hiis auditis et nimium creduli, acquieverunt credentes ei. Proinde Lando advertens fraternum dolum, set sompno sopitus et neglegentia depressus, non intelligens telum latens, quo iaculabatur, donec transfigerentur[r] fibrae iecoris eius, Teanum rediit[q] sanaturus, ad quem Landonolfus[s], frater suus, invisere veniens, Landonolfus solus urbem relictus est.

a) stripitus *c. ut alibi Sal. cod.* b) adventes 1. c) monastrium *c.* d) *ita c., Sal. cod.; cf. p.* 236 *n.* a *et* 258 *n.* g; dirrutum *P.* e) DCCCLXXXXIIII. 1. f) de iusso *Sal.* g) exequietati 1. h) infrutuosi *c.* i) Spolencium *c.* k) hisque *c.* l) illi *Sal.* m) frebis *c.; ita et hodie Neapolites* la frebbe *dicunt. P.* n) i. arepta *c.* o) Algegisum *PR. ex cod. Bolv.* p) fatto *c.* q) redditum — reddiit *c.* r) transfigeretur *c.* s) *legendum* Landulfus. *PR.*

1) *Carinola.* 2) *Cf. c.* 44. *Fortasse haec postea inserta sunt. Certe Leo Ostiensis I,* 41. *verba sequentia* A quo *etc. non ad monasterium Casinense, sed ad Teanum, de quo c.* 60. *agitur, retulit.* 3) *i. e. 'giuso', infra.* 4) *Graeci sunt, qui Neapolitano duci serviebant, cf. c.* 58. 67. 70. 5) *Leo Ost. l. l.:* famulis quidem argento redemptis. 6) *Anghiena sive Anglena, paululum ultra Capuam, Calvum versus.* PR.

64. Cernens autem hoc Atenolfus, et videns sibi tempus adesset congruum, prius simulavit se cum coniuge et liberis ex[a] civitate egredi et Calvum quasi habitaturus[b] adire. Inter ista cum iuvenulis et pecunia ambitiosis paciscens, dato sacramento et promissis multis muneribus, dirrumpens iusiurandum, quod cum filiis Landonis ter iuraverat, cum
887. Ian. 7 sompni tempus advenisset sabbatum post epyphaniam[c], hoc est 7. Ydus Ianuar., advocatis sodalibus[d] suis, super filios Landonis irruit bellaturus; filii autem Landonis non segniter se preparaverunt adversus huiusmodi conamen, set fugientibus eis his in quibus confidebant, concussi[e] sunt valide; maxime ex hoc turbabantur, quia putabant, quod Lando cum omnibus germanis suis in hoc adesset discidio. Videntes autem hii, destituti essent ab omnibus, cesserunt Atenolfo, et egredientes noctu ex urbe, Teanum advenerunt, Landonolfus, Pando et nepos eorum Guaiferius, clamitantibus eis a tergo[f] de civitate: 'Nolite ire Teanum, quia certissime capiemini'! At illi Teanum appropiantes[g], esitare[h] coeperunt, ne forsan a Landone tenerentur astricti. Nunciato itaque adventu suo, officiosissime sunt suscepti.

65. Atenolfus gastaldatum Capuanum singulariter suscipiens, continuo se comitem appellari iussit, moxque filium suum Athanasio obsidem direxit, sicut sacramento[i] pollicitus fuerat, Liguriam et Capuam sub iureiurando illo concessit; Athanasius vero retinuit illius sobolem, quousque pactum illi a Guidone duce repromissum susciperet dictus Atenulfus, acceptoque foedere Gallico, reddidit illi filium suum, et custodita est pax inter utrumque anno uno et mensibus tribus. Per idem tempus missis legatis idem Atenulfus Romam, Maionem venerabili[k] abbate et Dauferio diacono, ut subderetur Stephano pio papae essetque illi proprius famulus; et promisit reddere Caietanos, quos pridem callide ceperat, adiuvaretque eum contra Saracenos Gariliano residentes; quae postea cuncta oblitus, ex his quae promiserat nil omnino adimplevit.

66. His quoque diebus Theophilactus stratigo a Vari Teanum hostiliter advenit yemis tempore, Saracenos temptans impugnare; nihilque proficiens, infructuosus abscessit; abiensque Neapolim, Marinum gastaldeum castri[l] Sanctae Agathae[l] Aioni rebellem percepit[m], et Apuliam rediens, nonnullas munitiones eiusdem Aionis vi apprehendit. Unde occasione accepta, idem Aio adversus augustalem dominium rebellionis iurgium initiavit, quod suo in loco inseretur[n].

67. Ante hoc sane tempus Guaimarius princeps Constantinopolim ad augustorum vestigia confisus accessit; a quibus benigne susceptus est, et patricius ab eis factus, cum honore ad propria remissus est. Cum autem adhuc illo moraretur, Athanasius dolorem conceptum in opus erumpens, Grecos et Neapolites seu omnes Capuanos generaliter movens, super Abellanum[2] misit castrum, quo tunc preerat Landolfus Suessulanus. Mox autem ut illic supervenit exercitus, fraude illorum qui intro erant[o] captum est, apprehenso in eo Landolfo et filio eius iuniore nurumque illius, uxore videlicet Landonis, qui cum Guaimario profectus[p] fuerat.

68. His ita decursis, suasus Lando ab Adelgiso[q] aliisque Capuanis, una cum Guaiferio quandam tractoriam plaustro vehentem[r] intromissus, Capuanam urbem ingressus est atque ad episcopalem abiit aulam; ubi paucis ex suis[s] congregati sunt; Atenolfo accelerante, tunc commissum est prelium, mortuoque Valane illustri viro, dissolutum est cor eorum qui in parte Landonis erant, et coeperunt illum relinquere et Atenolfo sociari; tunc, licet fincte, pacis osculum sibi mutuo fratres optulerunt, quod in arca

a) et *c.* b) habitarus *c.* c) sabbato prae epiphaniam *Sal.* d) solalibus *c.* e) ocussi *c.* f) at ergo *c.* g) apropriantes *c.* h) exitare *c.* i) si cōsacramento *c.* k) vener. abb. *c.* l) castris *c.* m) *ita Sal.;* precepit *c.* n) inferetur *Sal. cod.* o) introyerant *Sal.* p) prophectus *c.* q) Algegiso *c.* r) vehementem 1. s) *ita Sal.;* ex ui *c.*

1) *In margine codicis manu recenti:* castrum nobile est in Capitinata prope Esculum. — *Urbs Campaniae trans Tifatam situm.* PR. 2) *Avellino.*

cordis minime retinebant. Lando autem post ista cum Guaiferio ad propria remeantes, 887.
reliqui consentanei[a] illorum capti sunt et vinculis innexi; inter quos et Landolfus presul captus est et custodiae trusus. Post non multum tempus per singulos dies omnes absoluti sunt.

69. In diebus illis quando Atenolfus gastaldatus regendi iura adeptus est, omnia quaeque Benedictus infra urbem Capuanam possedit fratribus exulantibus auferri precepit; qua de re missus ab Angelario venerabili abbate ego ipse vestigia apostolorum[b], adii Stephanum summum pontificem, postulaturus pro rebus nostris ablatis; a quo et benedictionem[c] fratribus detuli et privilegium nostri coenobii et supradicto viro litteras exortatorias attuli. Dominicalis res ablata reddita est, mea[d] autem ex toto subtracta; in proximo etiam cellam mihi ab abbate traditam, concepto dolore, vi abstulit.

70. Interea cum Atenolfus iam memoratus Capuanos cepisset, advertens Athanasius Capuam fortiter concussam, coepit occasionem quaerere adversus Atenolfum et obsides ab eo seu et pacem innovare. Decurrentibus inter alterutros missis, Maio supradictus abbas et Ausencius Neapolim profecti sunt; quos Athanasius ad amphiteatrum ire precepit, simulque Atenolfum illuc adesse voluit, quatenus, firmato foedere una cum Guaiferio consule, filium suum cum aliquantis e Capua obsidem mitteret. Hoc autem faciens, insidias tetendit latenter cum Grecis et suis ad capiendum illos[e]. Set quia, ut conicitur, adhuc non erat completa malitia, quae post paululum divinitus punienda est, facta morula, set et filium suum infra urbem clausit, supradictos viros misit arenam[1]; egressusque statim Graiorum cuneus, supradictos apprehendit viros cum aliis et depredavit totam Capuam graviter; moxque sine delatione cunctum equitatum et pedestrem exercitum mittens, omnia sata Capuae succidi exterminarique fecit funditus.

71. Presciens autem Deus dicti viri malitiam et volens prestare Capuanis mise- 888.
ricordiam in tam crudeli impiaque persecutione, permisit eundem Athanasium in tantam elationem prorumpere, ut etiam Beneventi fines bis terque predari faceret. Aio autem tunc Vari degens, impugnabat Grecos impugnantes se. Qui hoc audiens, ilico, segnitie deposita, ferme cum tribus milibus bellatoribus clanculo veniens castrum in Abellinum; ubi autem intellexit, Grecos cum Neapolitibus residere super Capuam radicitusque eam devastare, ilico recto itinere super eos audacter adventare studuit; set quidam naturaliter zizaniorum sator Dauferius, Dauferii nostri genitor, urbe Beneventi egressus subdole acsi secuturus principem, ex diverso Capuam cursim[f] properavit et dicto exercitui adventum indicavit Aionis; at illi, relicta Capua, precipites[g] Neapolim reversi sunt. Aio autem iter quod coeperat peregit, illisque minime repertis, Liguriam ingressus est; cum quo et Atenolfus abiit; et exusta tota pene Liguria ac depredata[h], populisque et bestiis ablatis, puteisque saxo oppilatis, amphiteatrum profectus est; quo residens, per aliquot dies machinis et diversis telis fortiter expugnavit illi; indeque[i] habiens, super castrum Sanctae Agathae insedit, atque Marinum gastaldeum sibi rebellem in fide ad se remeantem suscipiens, abscessit; aliquandiu Benevento commorans, per Sepontum Varim reversus est.

72. Atenolfus autem Aioni se subdens per sacramentum, ab eodem in adiutorium sui 120 ferme bellatores viros suscepit, cum quibus graviter totam Liguriam depredavit. Set quia nonnumquam desperatio periculum gignere solet, generaliter moti Materenses e Calvo[k] et aliquanti Capuanis cum dictis Apuliensibus iuncti, Liguriam circumeuntes, Suessulam depredarunt et reverti coeperunt; quibus occurrit Grecorum Neapolitumque exercitus iuxta rivulum Lanii, atque in unum mixti, supervalebat[l] pars Atenolfi partem

a) consantanei *c.* b) *ita distinguit c.* c) benedicionem *c.* d) *ita P.;* me 1. e) suos *c.;* eos *P.* f) *ita Sal.;* cursum *c.* g) precipientes *c.* h) *ita Sal.;* de preda *c.* i) idemque *Sal.* k) ecalvo *c.* l) supervale valebat *c.*

1) *i. e. amphitheatrum sive colossum.* PR.

888. Gragicam; set superveniens scara theatralis, a tergo et in medio circumsepti, devicti sunt, partim capti partimque gladiis extincti sunt. Hac de causa audaciam sumens Athanasius, bellum coepit expetere; unde Atenolfus non segnis redditus, continuo cum suis Atellam abiit, dumque prelium non invenisset, reversus est ad sua.

73. Cum non multo post, instigante inimico humano generi, collecto Athanasius multitudine exercitu mixto Grecorum, Neapolitensium et Hismaelitarum, equitantium et pedestrium, misitque illos adversus Capuam pugnaturos[a]. Quibus occurrit Atenolfus ultra rivulum Lanii iuxta Sanctum Carcium[1], habens in comitatu suo auxiliatores ab Aione missos necnon et Saracenos. Saraceni vero ex utraque parte iuncti steterunt, nulli eorum prebentes auxilium. Atenolfus talia cernens, acrius super inimicos suos insurgens ac primo impetu potenti virtute superans, protrivit eos usque ad ultimam perniciem, occisis ex eis plurimis multisque captis, reliquos oppido fugere compulit victorque triumphans ad castra honustatus ac laetus cum suis omnibus repedavit; de suis autem preter unum ammisit Alderico nomine, et ipsum a suis, ut fertur, occisum[2]. Ab hoc sane die coepit iam quasi potens esse Atenolfus et Athanasius impotens. Hinc inchoavit omnia sata eorum qui in colossum[b] morabantur[c] diripere cunctaque bona eorum vehiculis diversis ad urbem trahi.

74. Hoc quoque quod narro omnes audiant aures, prout Dominus saepe parabolice sequacibus suis dicebat: 'Qui habet aures audiendi, audiat', ut omnis pavescat homo, stupeat et ad Deum revertatur vel sero[d], ne, [si[e]] obstinatus animo remanserit, contingat illi illud quod Dathan et Abiron superbientibus advenit necnon et Chorae cum fautoribus suis evenisse dinoscitur. Guaiferius enim prefectus harenarum[3], qui pene omnia mala quae facta sunt in diebus eius ipse opere suo gessit fecitque patrare, cuius prestigio Romana tellus depopulata est, Beneventana regio funditus desolata est, ab hoc et initium et finis accepit; idcirco Dei iudicio hoc modo illius scelus[f] facinorosus finis explevit; nam subito superna inspirante gratia, a quo bonum omne procedit, in[g] illum excitati illi, a quibus[h] ipse putabatur salvari, mutata mente in eum surgentes apprehenderunt, bonaque eius diripientes vincxerunt, revertentes nihilominus ad solum, de quo numquam[h*] diabolice abscisi sunt, ipsumque proconsulem despicabilem Capuam, Atenolfo consentientes[i], remiserunt, pane tribulationis et aqua angustiae suggillaturum. Hoc facto, universi, qui a propria sede olim fuerant superbe exulati, ad sua obedienter reversi sunt. Factumque gaudium magnum, pax et securitas; coeperuntque preesse[k] qui subesse soliti erant, et qui per trecentos et eo amplius annos[l] imperaverant legibus preesse coeperunt his qui cum Saracenis vicerant per aliquod soles. Tunc coepit cohors Bardica[4] triumphans regnare super eos, quos semper armis subegerant.

Matth. 13, 43.

75. Interea videns Athanasius se in omnibus superatum, pudore obiectae[m] pacis expetiit foedus; quod adeptus est, previtoque iureiurando, pacti sunt ad invicem. Primum tamen sacramentum sistebat roboreum aut[n] mensem aut tempus annotinum; istud autem nec ad diem duravit duodecimum. Denique Hismaelitae hac illacque discurrentes, invitantur[o] ab omnibus, omnia devorant, universa consumunt, et contra Neapolim unanimiter consurgunt; aequo valde examine ipsumque supernum iaculatus est solium, ab his procul dubio percelleretur, cum quibus christicolum genus pene omne protriverat; prout Iohannes dicit in Apocalipsis, immo et Dominus per Iohannem, de Babilone: 'Quantumcumque ministravit vobis, ministrate illi; in poculo, quo miscuit, miscite illi duplum'. Haec autem audientes, nolite cor apponere, quod Deus hoc meritis alicuius prelati

Apoc. 18, 6.

a) pugnaturus 1. b) Coloso 2. c) morabatur 1. d) fero *c.* e) *deest c.*; quis *add.* 2. f) selus *c.* g) *in loco raso c.* h) q. i. *in loco raso c.* h*) umquam? plus quam? i) consenciente *c.* k) *ita Sal.*; esse *c.* l) anno c. — imperaverat 1. m) obiecte 1; obiecto 2; obiecta *Sal. cod.* n) ut *c.* o) invitantantur *c.*

1) *Santo Carzio in agro Aversano.* PR. 2) *Similia v. c.* 57. 3) *Idem quod supra c.* 56. *Colossensis vocabulo indicabat.* 4) *i. e. Langobardica.*

fecerit, set sua misericordia et miseriis hominum egerit nanctus, ut ipse per psalmistam dicit: 'Invoca me in die tribulationis tuae, eripiam te, et magnificabis me'. Nam peccatori dicit: 'Quare tu enarras iustitias meas' etc. quousque ait: 'Haec fecisti, et tacui, existimasti iniquitatem; in quo ergo ero tibi similis'? In una tamen re moveor, quod cum dicat apostolus[1]: 'Nonne qui predat et ipse predaverit'[2]? quid ergo erit[a] de his qui predant proximos et proximas traduntque prostibulo[b]? Itane predabuntur deinde? Sicuti enim Neapolites vastantur, qui vastarunt, ita et nos forsan devorabimur, qui nunc devorantes sumus. Beati ergo, qui Domino custodiente immunes ab hac seculi procella existunt, ubi omne malum et nullum sine Domino bonum regnat, et in aeterna munerantur[c] vita, qua omnis felicitas et beatitudo perempnis floret in secula seculorum. Amen. Ps. 49, 15-21. Iesai. 33, 1.

76. Aio denique a Benevento per Sepontum Varim profectus, super quam Constantinum augustorum aulicum[d] et patricium insidentem repperit, rebelles imperatorum viriliter impugnantem; adversus quem dictus Aio, fultus auxilio Hismaelitarum et vallatus agmine pedestrium Apuliensium, audenter[e] insurgens, primo impetu victor existens, de hostibus plures interfecit. Dehinc[f] [a[g]] Constantino, qui cum tribus milibus equis in tuto consistebat in loco, valide contritus, vix cum aliquantis urbem ingredi valuit Varim; reliquos aut gladiis aut tradidit captivitati. Ipse autem Grecorum obsitus vallo, infra urbem occultatur[h], sustinens suffragium[i] Atenolfi, quem pridem[k] protexerat, et non invenit; nam et Gallos et Agarenos promissis aureis saepius mixtim invitans[l], optinere nequivit.

77. Atenolfus ergo cum Athanasio pacem interim custodita fere bis senis[m] diebus, scisso foedere, utraque pars ad predam prorupit; set Capuani[n] prevalidiores effecti, per se et cum Saracenis graviter Neapolim circumquaque vastantes lacerant, ut ignis[o] consumantes omnia; aequo Dei iudicio, ut, qui Saracenis innumerabiles christicolas gladiis et captivitatibus tradidit bonisque eorum ditatus est, non immerito ab his flagelletur, rodatur et depredetur, ut Salomon ait: 'Quis medebitur incantatori a serpente semel percusso'? Eccles. 12, 13

78. Interea Atenolfus post episcopi[3] captionem cunctumque clerum sacramento revinctum[p] ad nova se contulit et recentia iura legis; nam monachos beati Benedicti pro rebus perditis iurare[q] compulit, quibus cessum fuerat ab omnibus retro principibus cunctisque augustis Gallicis, sacramentum per se nulli homini dandum, nisi per scariones; se autem in huiusmodi negotio sapientiorem ac potiorem ostendens prioribus.

79. Defuncto autem Lamberto, filio Guidonis senioris, filio suo Spoletium reliquid[5]; quo etiam decedente[r], Guido iunior Spoletium et Camerinum suscipiens, cum Saracenis in Sepino[4] castrametatis pacem fecit, obsidibus datis et acceptis; cuius etiam tempore supradicta coenobia, urbes et oppida omnia a Saracenis capta et exusta sunt. Regiam ad urbem legationem dirigens, contra ius faciens, pecuniam accepit; quam ob rem a Carlo tertio augusto captus est, et nisi fugam arripuisset, capite plecteretur. Unum quippe illius narro factum aut[6] indissimile, quod in Gariliano gestum est. Denique cum a Seponto idem dux, Atenolfo comitante, Capuam pergeret, in loco quo Caudi dicitur[s] Arranem Hismaelitam, tirannum crudelissimum, cum trecentis pene sequacibus suis peremit. Cognoscens autem Guido Carlum augustum seminecem[t] iacere, cupiditate regnandi devictus deceptusque a contribulibus suis, relinquens Beneventanam provinciam 883. 887.

a) ero *e corr. c.* b) prostribulo *c.* c) *ita corr.;* numerantur *c. edd.* d) aulicet *c.;* vaiulus *Sal., quod Erchempertum scripsisse putarim.* e) audacter *Sal.; cf. p.* 257 *l.* 24. f) *ita* 1? *Sal.;* deinde 2. g) *ita* 2. *Sal.; deest* 1. h) occulatur *c.* i) sufragium *c.* k) proinde *Sal.* l) *ita* 1 *e corr., Sal.* m) *ita P.;* bis bonis *c.; v. supra c.* 75. n) Capuam 1. o) igni 2. p) revictum *c.* q) iure *c.* r) decede 1. s) ad Caudinas Furculas *Sal.* t) gaudere *add. sed del. c.*

1) propheta *dicere debuit.* 2) *i. e.* praedaberit. 3) *Landulfi.* 4) *Bovianum inter et Telesiam a Benevento milliaribus circa* 15 *distans.* PR. 5) *Cf. c.* 58. *et de hoc loco Forschungen III, p.* 150. 412; *Dümmler, Ostfr. Reich II, p.* 219 *n.* 56. 6) *i. e.* haud.

sibi subacta[a] et Spolitensium ducatum, abiit Galliam regnaturus; Beneventi quidem tellus a Grecis capitur, Spoletium depredatur ab Agarenis, ipse autem manet invisus et inauditus; cum vero paruerit et auditus fuerit, quid dixerit[b] vel quid egerit, scire volentibus per ordinem narrabo.

888. 80. Interea Aione obsesso infra urbem Varim a Grecis atque auxilium exflagitantem a Gallis et suis, Atenolfus titubans Athanasii minas, legatos suos ad Constantinum patricium destinavit, quo residebat super dictam urbem, et foedus cum eo statuens pacis, vires resistendi Aioni astu doloso avertit[c]. His et huiuscemodi[d] argumentorum decipulis dictus Aio cernens se delusum, doluit; tandem necessitate cohartans[d*] cum memorato patricio pacem faciens, urbem remisit et ad propria remeavit, Atenolfo et Maioni abbati, qui supra fata[e] legatione functus fuerat, aut[1] frustra minitans. Eadem tempestate dum idem Atenolfus Dauferium[f], nostrum dyaconem, recte disponeret Tarantum et inde regiam ad urbem transmitteret, ipsumque questum esse adversus eum de inopia, oborta alterutrum contentione, ad invicem sequestrati sunt, et Atenolfo incubante Capuam, Dauferius Teanum commoraturus properavit; paulo post concordia composita, ad eum a quo se separaverat regressus est.

81. Per idem tempus Greci navaliter a Constantinopolim ad Regium tellurem adventantes, ex diverso et Hismaelitae ab Africa et Sicilia properantes, utrique iunexerunt se inter Messanam urbem Siciliae et Regium; et confligentes[g] parumper mutuo, victi sunt Greci, tantoque metu territi sunt reliqui Achivi qui remanserunt, ut tam viri quam feminae et parvuli, relictis utriusque civitatibus cum omnibus, subsidium adepti sunt, nemine contrahens[h] bella. Set ut talia permiserit divina aequitas illi belluinae gentis, econtra narrabo brevius. Achivi autem, ut habitudinis similes sunt, ita animo aequales sunt bestiis, vocabulo christiani, set moribus tristiores Agarenis. Hii videlicet et per se fidelium omnes predabant et Saracenis emebant, et ex his alios venales oceani litora farciebant, alios vera in famulos et famulas[i] reservabant. Talia et his similia animadvertens Deus, tradidit illos in opprobrium et in devorationem, ut pereant et recogitent et intelligant, quia in operibus suis diris Deum iaculati sunt. Acta sunt haec in arto spatio maris, quod dirimit Regium[k] a Sicilia, qui locum[l] olim tellus erat, set moderno tempore a Fari[m] aequore occupatus est. Haec itaque gesta sunt anno Domini 888[n], mense Octubr.

82. Hoc etiam anno revertens Guido ad Italiam, quo principare cupit set optinere nequivit, in Italia iuxta civitatem Brecianam cum Berengario et ipso duce conflixit[o]; in quo nimirum conflicto utriusque partis acies crudeliter caesa est; spolia autem caesorum a Berengario recollecta sunt; pacti sunt tamen ad invicem usque in epyphania,
889. Ian. qui celebrantur[p] 8. Ydus Ianuar. Cum autem uterque se iunxerit ad pactum vel ad bellandum, quod deinceps egerint, presenti opusculo inseram.

a) subactam *Sal.* b) *ita Prat.*; erit *c.* c) utuertit? 1; advertit 2. d) huiusscemodi *c.* d*) cohartatus? e) facta *c.* f) Dauferius $\overline{\text{nr}}$ dyac. *c.* g) confringentes *c.* h) constrahens *c.* i) famulis *c.* k) regnum *edd.* l) locus 2. m) avari *c.* n) DCCC.LXXX. *c.* o) *ita P.*; conflictis *c.* p) celebratur 2.

1) *i. e.* haud.

AGNELLI QUI ET ANDREAS LIBER PONTIFICALIS ECCLESIAE RAVENNATIS

ED. DR. O. HOLDER-EGGER.

Satis mirum est, ad nos pervenisse Librum pontificalem ecclesiae Ravennatis ab Agnello presbytero compositum, quippe qui sententiis rationique ecclesiasticae medii aevi nimis repugnet, quin etiam praeterito saeculo non sine scrupulis ac dubitatione censorum curialium in lucem prodire permissus sit. Neque vero optimo jure dici potest, ad nos pervenisse Agnelli librum, quem nimis mutilum, nimis mendosum vitiatumque in duobus qui exstant codicibus vel potius in unico codice — cum in altero vix quinta operis pars contineatur — legimus.

Hic codex bibliothecae Estensis Mutinensis V. F 19, *membranaceus, fol., totus eadem manu circa saec. XV. med.*[1], *certe post a.* 1413, *charactere exiguo, Langobardicae scripturae simillimo, parum perspicuo, duobus columnis exaratus, centum folia numeris haud notata continet, quorum in primo legitur manu quae totum codicem exaravit scriptum:* Septimgentesimo et sexagesimo anno[2] tercio chiliadam quod agebatur trium milium annorum. Codex pontificalis pontificum eclesie Ravenatis[3] incipit feliciter. *Sequitur f.* 1—2[b]. *Brevis historia*[4] *urbis Ravennae:* Edificata est Babilon *etc.; f.* 2[b]—33[b]. *Agnelli lib. pont. cum carminibus praecedentibus; tunc Chron. archiepisc. Rav.* — 1295. *cum cont. Pauli Scordili* — 1410 *(Muratori SS. II,* 1, *p.* 188 *sqq.); interpretationes aliquorum archiep. Rav. (scil. nominum); Petri Chrysologi epist. ad Eutychem;* Reperitur in quadam chron. *etc. Historia civ. Rav.*[5] *(Mur. I,* 2, *p.* 574—579*); Indulgentiae*

1) *Muratori SS. II,* 1, *praef. p.* 4. *et Bethmann, Arch. XII, p.* 697, *saec. XIV. eum exaratum esse dicunt, at insunt libelli usque ad saec. XV. in. pertinentes, scilicet Pauli Scordili continuatio chron. archiep. Rav. et exemplar bullae Clementis III. antipapae ab eodem a.* 1413. *subscriptione confirmatum.* 2) *Hic scil.* 2760, *quantum video, est annus Ravennae urbis, ut credebant, conditae, ab origine mundi, secundum Eusebii rationem. Cf. Mur. I,* 2, *p.* 574: Nembrot.. Cuius tempore, ut invenitur in codice pontificali ecclesiae Ravennae, condita est Ravenna ante nat. Abrahae annis 392. *etc., cujus nativitas ab Eusebio in a.* 3073. *ab or. ponitur; cf. not.* 4. 3) *Codicem Ravennae scriptum esse, ex his verbis quae jam in amanuensis exemplari exstabant certe colligi nequit, neque tamen hoc negari potest; cf. infra p.* 268. 4) *Laudatur Mur. I,* 2, *p.* 574 *n. Partem ejusdem Heller noster Mutinae exscripsit, quae tamen nullius est pretii, sermone mirum quam barbaro composita, ab amanuensi ultra quam credi potest vitiata. Auctor ex Jordanis rebus Geticis et Chronico multa hausit.* 5) *Prima pars ejusdem ex historiola supra citata sumpta est.*

ecclesiarum civ. Rav. (ib. p. 580. 581*); privilegia eccl. Rav. (ib. p.* 583 *et II,* 1, *p.* 146*);* In dedicatione ecclesie sancti Iohannis euangeliste *et* Item de *eadem (Mur. I,* 2, *p.* 567—572*);* Tractatus ... domini Rainaldi *etc. (ib. p.* 573 *sq.);* Vita *et* istoria translationis beati Apolenaris; *Vitae sanctorum Aderiti, Eleuchadii, Proculi, Probi, Liberii, Vitalis, Ursicini, Barbatiani, Severi, Johannis archiep. Rav. vel martyrum (ib. p.* 546—566 *et II,* 1, *p.* 189—198*);* Tractatus dompni Rodulfi ... de inventione corporis beatissimi Apolenaris *(Mur. I,* 2, *p.* 536—538*);* Hedificatio ecclesie Clasensis *(ib. p.* 545*); Vita Gregorii M. papae:* Gregorius qui fuit presul s. Romane ecclesie antequam fieret patriarcha — resurrecturus in gloria. Amen, *et altera Vita ejusdem auctore Johanne diacono, ut videtur. Codicem primo b. m. Bethmann cum Muratorii editione contulit; quem non omnes varias lectiones enotasse, nescio an capita tantum selecta Agnelli editurum, cum ex quibusdam locis a V. Cl. Bortolottio Mutinensi benigne exscriptis intellexissemus, iterum praeterito anno Heller noster Mutinae evolvit.*

Per totum codicem ratio verborum scribendorum plane eadem est, qua Itali illius saeculi utebantur, itaque a vera abhorrens, ut haud paucis locis dubitare possis, num Latina an Italica verba legas, et perspicuum sit, amanuensem minime archetyporum rationem scribendi retinuisse. Haec praecipue notanda sunt: scriba litteris consonantibus, praesertim liquidis, simplicibus et duplicibus promiscue suo arbitrio utitur, scribit igitur: cellum *(caelum),* cellestis *constanter,* poculla, munusculla, populus, mirabillia, fidellibus, nolli, vollo, sollis, fillia, allius *etc.,* terratur, ammissit, immago *et* inmago, preciossus, cessus *(caesus),* tenssus, surssum, Mussa, nissi, quassi, possuit, possitus, misserunt, refficere, herudittus; *e contra:* nulus, ilius, scintila, tranquilus, flagelare, polutus, inteligo, galorum *etc.,* amonuit, consumavit, sonus *(somnus),* Iohanes, Ravena Ravenenses Ravenates *persaepe;* tera, terenus, teribile, mire *(myrrhae),* eror, areptus, narare *persaepe,* narase *(narrasse),* posideo, succesit, misus, gesisti, confesor *saepe,* asiduc, aserunt, Clasis *saepe,* Clasensses, sanctisimus *et ita saepissime in superlativo etc.,* eflagito, suficit, gutur, atritus, aplicuit, redo, pecatum, eclesia *saepe. Duarum literarum consonantium juxta Italicam linguam altera eliditur, ut scribitur* t *pro* ct *et versa vice* ct *pro t:* petus *(pectus),* ditus, note *(nocte),* cunta, defunta, santitas, *et* lectans *(laetans),* lectitia, replectus, fectus *(foetus),* dictavit *(ditavit),* praefactus *(praefatus);* p *ejicitur:* scrita *saepe,* batismate, excersit; s *pro* sc: sio *(scio) saepe,* consius, requiesere, concupisentia, siscitari, septrum, senofactorie, *et econtra* scevit *(saevit),* conscilium, Scicilia *etc.;* x *pro* s *et versa vice scribitur:* paradixus *saepe,* elimoxina, Theodoxius, extimare *(aestimare),* externus *(hesternus), et* ortodose, res *(rex),* edussit *etc ; in fine verborum* n *pro* m: quan, etian, cun, pasin *(passim),* revocen, non *pro* num *saepe,* nonquid, *itemque* num *et* nom *pro* non; c *pro* z: bapticatus, Cacharias, gacofilatium, *taliaque multa quae omnia enotare longum est. Quamvis vero notum nobis sit, similia jam in libris manuscriptis Agnelliani saeculi haud raro legi*[1], *tamen omnia haec recipere noluimus, primo quia haec, ut jam diximus, non modo in Agnelli libro, sed per totum codicem Estensem occurrunt; tum quia talia saepe quidem ab indoctis amanuensibus saeculi IX, rarius vero ab ipsis auctoribus scripta inveniuntur. Porro in codice constanter scribitur* e *pro* ae *vel* oe *et* c *ante* i *pro* t, *quod, cum amanuensi saec. XV. attribuendum sit, rejecimus, secundum antiquiorem rationem verba mutantes. Ceterum vero codicem in verbis scribendis fideliter secuti sumus, monentes, reliqua in quibus a nostra ratione recedit, non propria ei, sed communia cum omnibus Italicis codicibus Agnelliani temporis esse. Inter quae notamus* u *pro* o *saepissime scriptum,* pupulare, cuntum, cundidit, pusterula *etc., praesertim in verbis compositis* cum *pro* com, *ut* cuncilium,

1) *Paene omnia quae hic notavimus interdum inveniuntur in Pauli hist. Lang. codicibus (cf. N. Archiv I, p.* 541 *sqq.), quaedam etiam apud alios illius saeculi auctores Italos; cf. Arch. IX, p.* 660.

cunprendere, cumsessus *etc.*, *et e contrario* o *pro* u, iocundus, nonquid, fondamentum *etc.*; h *ex arbitrio verbis additum et ablatum, quorum tantum* hac *pro* ac, hora *pro* ora *et versa vice*, deiscens *affero;* g *pro* c *et* h (negatus *pro* necatus, vegebat *etc.);* g *pro* i (agens *pro* aiens *etc.);* n *pro* m *ante* b, p, m, q (plunbo, sinplices, nanque, nunmis)[1] *etc.*

Cum uno tantum exemplari Agnelli liber nobis asservatus sit, valde dolendum est, eum tam rudis, Latini sermonis plane inscii scribae in manus incidisse, qui, ut Bacchinii verbis utar, 'Agnellianam stribiliginem suis erratorum portentis mirum in modum obscuriorem reddidit; quae proinde barbare scripta fuerant, corruptissime descripsit'. Sane levissime ac parum diligenter librum exarans[1]*, compendiorum scribendi minus gnarus, ideoque exemplaris quo utebatur vocabula multa non intelligens, saepissime verba omni ratione destituta profert*[2]*. Ex hac igitur scribae levitate gravis oritur difficultas: dubitari quidem non potest, quin Agnelli sermo grammatices contemptor, vulgaris atque aequalium auctorum simillimus fuit in iis praesertim, quae ad verborum flexuram, formam casuum, usurpationem praepositionum et conjunctionum pertinent, attamen non omnia in codice perverse ac mendose scripta, a Latino sermone abhorrentia auctoris esse, mihi persuasum habeo. Cum vero difficillimum sit intellectu, quid auctoris, quid amanuensis inscientiae attribuendum sit, codicis lectiones quam plurimum retinuimus. Hos autem errores constanter emendavimus: in codice saepissime legitur* is *pro* us, *ut* archiepiscopus almis, filius suis, *quod ex* s *finali saec. IX. praecedenti litterae ligato ortum esse existimantes ejecimus, tum litteram in fine verbi omissam — praesertim* s *et* m — *restituimus, ubi prima sequentis verbi eadem littera erat; monentes etiam in nostro codice haud raro scriptum esse* postergum, inullis (in nullis) *similia. Contra retinuimus sexcenties occurrens* a *pro* ae, *ut* sancta ecclesiae Ursiana, *quamvis credi possit, hoc ex antiquo æ, litteris colligatis, male intellecto ortum esse. Tali codice tantum adjuti profitemur, nos jam non conatos esse, quae Agnellus ipse scripserat, sed tantum quae in exemplari ex quo codex Estensis descriptus*

1) *Haec omnia etiam per totum codicem occurrunt.* 2) *Ut ingenium scribae intelligatur placet hic locum historiae urbis Ravennae supra laudatae, nulla littera mutata, describere, cujus quaedam ex Jordanis libro de regnorum successione hausta sunt:* Sed modo Odovacer, genere Rochus, Hostrogothorum, Saracenorum rex, Crolorumque turba exercitus accintus Italiam invasit, Augustoque inperatore de regno evulso, in Luculano Campania venit castella exilii pēna damnavit. Si quoque ex inperio Romani quod populli habet principatum et septimgentesimo nono urbis condidit anno primo Ravennam ingressus, gratam animo eam in sua suscepit providentia, gavisus est valde et cepit aplicare murum civitatis Ravene. Datures secunda aluro et Arcoras super fluvio Padenne suis expensis propriis laboribusque. Secundo autem cum cuncta gente equissimum explicuit murum civitatis quousque caput circo et therma, et constituit portam Lunensis, euntes et redeuntes sine periculo, unde multis populis egreditur. Ab alio latere de porta Asiana quousque fossa quorum dicitur Gothorum mediaque castra delevit de ponte Apolenaris quousque ad moneta aurea ex latere fecit. Et fecit palacium super fluvio Padenne ibique moravit. Theudericus autem, filius Theudimer, missus a Zenone imperatore urbis Ravene cum suis exercitibus patriam possideret. Odovacer cum audisset, turbatus est valde, iussit fossoribus et fecerunt alveum aque de litore maris in loco qui dicitur Penetum quousque ad pontem qui dicitur Marmoreus. Et reversus Odovacer in civitate Ravenam propter metum Theuderici, tulit fluvium Padenne de alveo suo ad Pluviensis et fecit castra in flumen, non longe a puteo pedes octo sub palatio Odovacer inplevit ea de vasa aurea et argentea, de vaso erea, de strigno et de cupro et de metallo inextimabile, clausa et bithumine, que et ab aquis non confringetur, fossoribus duodecim qui eam construxerant ibique excissit et molavit aque in alveo suo. 2) *Quaedam menda saepe occurrentia hic colligamus: saepissime scribitur* n *pro* v, c *pro* t, c *pro* e, u *pro* a, d *pro* cl, fuit *pro* fecit, cui *vel* cum *pro* cur, vide *pro* ut de, si *pro* sic, et *pro* ex, pro *pro* per.

est legebantur, restituere, ac confitemur, permultis locis mendosis mederi nos jam non potuisse. — Ubi a codice recedere placuit, ejus lectiones diligenter annotavimus praeter eas, quae ad rationem verborum scribendorum pertinent; ubi vero quid legendum sit in dubium revocari possit, has quoque recepimus[1]. — *Codicem numero* 1 *signavimus eousque, ubi fragmentum Vaticanum desinit.*

Hoc fragmentum exstat in codice bibl. Vaticanae Nr. 5834, *chart. fol., qui continet diversis manibus saec. XVI. scripta multos libellos et excerpta ad historiam Ravennatis ecclesiae et civitatis spectantia, carmina et epistolas aliasque schedas Joannis Petri Ferrettii compaginata, omnia haec, ut videtur, ab ipso Ferrettio collecta. Hic*[2] *Ravennae natus, a.* 1537. *canonicus s. eccl. Rav., decretorum et utriusque juris doctor, protonotarius apostolicus, ecclesiae s. Agnetis rector et praepositus*[3], *a.* 1549—1554. *episcopus Lavelinatium in Apulia, inde Ravennam reversus, a.* 1557. *mortuus est. Composuit ipse historiam Ravennatis ecclesiae hodie manu scriptam in bibliotheca Barberina sub Nr. XXXII,* 270 *et XXXIII,* 191 *Romae asservatam*[4]. *Ipsius manu, quod ex nota c.* 20. *discimus*[5], *pulchra et perspicua, exarata sunt*[6] *f.* 106—132, *quorum in primo legitur, ut in cod. Estensi:* Incipit liber pontificalium septingentesimo sexagesimo anno ante tertiam chiliadam quod agebatur trium millium annorum; *f.* 110′. De destructione Classis; *f.* 111—132. *Agnellus cum carminibus praecedentibus, qui f.* 132′. *in infima pagina desinit his verbis Vitae Petri Chrysologi c.* 48: Sed ipse sanctissimus, *ita ut reliqua quondam exstitisse, nunc deperdita esse appareat. In exemplari, quo Ferrettius utebatur, tria folia excisa erant, quare apud ipsum illa c.* 20. corpore, ylaris vultu — *c.* 25. inter se dantes, *foliis* 119. 120. *vacuis relictis, desunt. Hic, ut doctus vir saec. XVI, recentiore verborum scribendorum ratione usus est, constanter* ę *pro* ae *scripsit, haud raro Agnelli sermonem omnibus grammatices praeceptis repugnantem emendasse videtur. Retinuit vero, ut Estensis codex,* sidens *(pro* sedens*)*, incidant *(pro* incedant*)*, indulgite, vagabat, depopulavit, gradere *(Inf.)*, demolire *(Inf.)*, pontificali *(Gen.)*, pontificale *(Abl.)*, legitur in Vitas, aedes imperialis *(Acc.)*, transacta plurima annorum curricula *(pro* transactis *etc.)*, foveam *(pro* in fovea*)* sepelivit illos, ab ore *(pro* ad os*)*, talis cura gessit *etc. — Codicem b. m. Bethmann exscripsit; non paucos locos, de quibus mihi dubitatio orta erat, Ewald noster hoc anno Romae iterum non sine fructu contulit. Varias lectiones omnes, exceptis iis quae ad rationem verborum scribendorum pertinent, annotavi.*

Ex iis quae de duobus codicibus retulimus, jam apparet, eos ad idem recedere exemplar, scilicet ecclesiae Ravennatis, in quo diversi libri ad historiam Ravennatem spectantes inerant[7]. *Et hoc confirmatur multis mendis locisque plane corruptis, quae in utroque codice inveniuntur. Sed num Ferrettius et amanuensis Estensis eundem ipsum codicem exscripserint*[8], *an alter eorum illius apographum, dijudicari non potest; malim vero suspicari Ferrettii exemplar fuisse vetustius*[9] *quam scriptoris Estensis.*

1) *Monendum praeterea est, multas notas marginales manu eadem, quae totum codicem scripsit, exaratas et, ut opinor, ex vetustiore exemplari maximam partem descriptas exstare, ex catalogo archiepiscoporum laudato, Chronico civ. Rav., Libro pontificali, aliunde sumptas, quas, quamvis maximam partem nullius sint momenti, textui subscripsimus.* 2) *Cf. de eo Mordani, Vite di Ravegnani illustri (Ravenna* 1837. 8°*) p.* 82—87*; Ughelli VII,* 743. 3) *Fantuzzi VI,* 235. 4) *Archiv XII,* 383. 385. *Utrumque codicem eadem continere, Heller mihi retulit.* 5) ex quo hunc ipsum ego Io. Petrus Feretrius Rhavennas excripsi. 6) *V. Cl. Ewald monet, hanc manum non satis convenire cum ea carminum et epistolarum Ferrettii quae in eodem codice sunt. At ipse addit, hoc ex eo declarari posse, quod illa ut commentaria postea accuratius describenda minus diligenter exarasset.* 7) *Ex codice Vaticano multi eorum cum reliqua Agnelli parte excidisse possunt.* 8) *Res si ita se habet, statuendum est, ex isto exemplari, non multo antequam Ferrettius id prae oculis haberet, quaedam folia excidisse.* 9) *Hic c.* 20. *n.:* Diminutae enim, *inquit,* fuerant paginae ex libro exemplari vel ex ipso archetypo.

Hoc quidem non fuisse pervetustum, pro certo habeo. Si in eodem jam, quod verisimile est, ille catalogus archiepiscoporum Ravennatium usque ad a. 1295. *pertinens exstabat, in saeculo XIV. demum ponendus est. Hic codex jam nimis mutilus erat; deerant in eodem Vitae Valerii, Petronacii et magnae partes Vitarum Sergii, Leonis, Johannis VII, Martini, aliorum, quas scriptor nostri codicis vel archetypi ejus ex aliis fontibus supplere conatus est. Et haec omnia jam saec. XIII. in codicibus Agnelli desiderabantur, sive casu exciderant, sive ex industria deleta fuerant — quod facile fieri potuit, si in deperditis Agnellus suo more contra Romanos vel Ravennates sui temporis pontifices nimis invectus esset — auctor enim catalogi supra dicti, qui circa finem saeculi XIII. vixit, codice iisdem locis mutilo usus est, neque apud quemquam eorum qui postea Agnellum exscripserunt, Blondum, Rubeum*[1], *alios, certum vestigium integri codicis deprehenditur*[2].

Blondus Forliviensis, qui — monente Bacchinio in praefatione — Agnellum in historiarum decadibus saepissime laudat, unum tantum locum dec. I, lib. VIII. ex nostri cap. 85. *ad verbum descripsit, cujus lectiones cum Estensi codice satis conveniunt. Eundem locum exscripsit etiam Rubeus, et is maxime a nostro codice recedit. Hic in sua historia Rav. (Venetiis* 1590. *fol.), pro qua plurima ex Agnello hausit, p.* 238*: 'Agnellus', inquit, 'de Ravennatibus archiepiscopis volumen gravissime scriptum reliquit. Quod cum diu in archiepiscopatus bibliotheca fuisset, superioribus annis cum multis aliis sublatum nullibi invenitur'. Hunc fuisse codicem nunc Estensem non crediderim, quia plurimae inscriptiones ex Agnello a Rubeo receptae aliique loci ad verbum descripti semper variis lectionibus ab Estensi codice recedunt, licet haud paucae ex conjectura, cujus parum parcus fuit Rubeus, ortae esse putandae sint. Potius conjecerim, Rubeum de eodem codice, quo Ferrettius usus est, verba fecisse, cum uterque Ravennae vixerit ac scripserit. Codicis a Ferrettio exarati fragmentum Vaticanum brevius est, ut ex eo cognosci possit, num ex Rubei codice descriptum sit, tamen nonnullis locis perpaucarum inscriptionum suarum ad Rubeum propius accedit quam Estensis. At dubitari quidem possit, singulas inscriptiones locosve singulos num ex ipso Agnelli codice an ex historia Rav. Ferrettii, qui — teste ipse Rubeo — Agnellum ad verbum exscripsit, hauserit: in utraque re vero ad exemplar Estensi vetustius regredi videntur, quam ob rem varias Rubei lectiones singulis locis, litteris 'Rub.' appositis, annotare, perraro in contextum sermonem recipere placuit.*

Ad emendandum codicem Estensem praeterea afferendi sunt libri, qui ex Agnello hausti sunt, inter quos solum saepe dictum chronicon archiepiscoporum a Bacchinio ex eodem codice editum majoris momenti est, cum ejus prima pars nihil nisi brevis epitome Agnelliani libri sit. Cujus varias lectiones aliquoties, praesertim ubi numeri annorum, mensium, dierum singulis episcopis tributorum variabant, litteris 'Cat.' additis annotavimus. Vix commemorandum est chronicon civitatis Ravennae ejusdem codicis a Muratorio editum. Haud dubito, quin majoris momenti ad nonnullos corruptos codices emendandos Ferrettii historia fuisset, quam vero, cum Heller noster codicibus bibliothecae Barberinae inspectis neminem praeter ipsum editorem bono fructu evolvere posse mihi retulisset, renunciare debui.

Agnellum primus Bened. Bacchinius abbas, vir doctissimus et acerrimi ingenii, ex codice Estensi satis castigate edidit (Mutinae 1708. 4°. 2 *voll.), cujus emendationes saepissime, syllaba 'Bacch'. annotata, retinuimus. Amplissimos commentarios addidit, quos tamen ut fusiore sermone compositos ideoque brevibus annotationibus nostris parum*

1) *A Ferrettio exscriptum codicem fuisse mutilum, ex Rubei historia, qui illius libro usus est, cognosci potest.* 2) *Quod de Valerio archiepiscopo ex Agnello Rubeus affert, non in ejus Vita deperdita, sed in Vita S. Maximiani c.* 70. *legit, item quod de Petronacio in c.* 83. *De integriore Rubei et Blondi codice multa inutilia verba facit Amadesi, Chronot. prol. p. XLIV.*

aptos perraro recipere potuimus; libere vero profitentes, multa nos ex iis didicisse. Appendices quoque Bacchinii ex eodem cod. Estensi editas, quippe quae aut minoris pretii sint aut ad Agnello posteriora tempora spectent, omisimus.

Bacchinii editionem integram repetiit Muratori SS. II, 1 (Mediolani 1723), codice Estensi iterum collato ejusque variis lectionibus vel suis emendationibus infra contextum annotatis. Vaticanum codicem exstare certior factus, nondum in editionis suae usum vertit.

De Agnello ejusque vita haec tantum comperta habemus, quae ipse de se et auctor carminum praemissorum tradunt. Ille quidem nullam occasionem de se ipso loquendi praetermittit, ut jam de ejus genere, aetate, conditione ac sorte satis certiores facti simus. Poeta vero — si hoc nomine abuti fas est — 'minimus scolasticorum', ut ipse se vocat, quamvis haud multo post Agnellum vixisse vel etiam ejus aequalis fuisse videatur, tamen pauca praeter ea, quae ex ipso Agnelli libro sumpsit, retulit. Haec sunt igitur quae scimus:

Auctor libri pontificalis ecclesiae Ravennatis circa a. 805.[1] *Ravennae ex familia nobili et opulenta*[2] *natus est. Abavus ejus*[3] *fuit Johannicis, vir egregius doctusque, notarius Constantini Pogonati imperatoris, cujus cujusque filii Georgii, Ravennatum ducis, res gestas fuse describit. Ex ejus filia Agnete, quae Basilio nupserat, natus est Andreas, cujus filius Basilius, pater Agnelli nostri, fuit. Agnellus, id quod saepe illo tempore fiebat, alterum nomen avi sui Andreae accepit*[4]*. Parvulus clericali ordini destinatus, 'in gremio Ursianae' — i. e. cathedralis — 'ecclesiae nutritus'*[5]*, jam puer nondum duodecim annorum a Martino archiepiscopo, cui pro hoc beneficio* 200 *solidos dederat, monasterium sanctae Mariae ad Blachernas recepit*[6]*, postea etiam monasterium sancti Bartholomaei 'ex dimissione Sergii diaconi, patruelis sui'*[7]*. A Petronacio archiepiscopo (c.* 817—835*) presbyter ordinis decimus vel duodecimus*[8] *consecratus est. Qui igitur jam ex haereditate parentum opulentus erat*[9]*, reditibus duorum monasteriorum ditior effectus est. Monasterium quidem s. Bartholomaei a Georgio archiepiscopo*[10] *(c.* 835—846*) — nulla exstante justa causa, si Agnello ipsi in hac re fidem dare vis — ei ablatum, post aliquot annos vero restitutum est. Et non solum opibus, sed etiam ingenio inter clericos Ravennates Agnellus eminebat, quod ipse de se haud raro profitetur et a versuum praemissorum auctore confirmatur. Neque vero ideo pluris habendum est, cum doctrina et humanitas cleri Ravennatis illo tempore certe pro nihilo aestimandae sint. Fuit artium effectivarum peritus et amans, vel ut ipse vix modeste dicit 'omnium artificiorum ingenio plenus', qui ipse altare quoddam nescio quomodo exornaverit (c.* 149*), cuique a Petronacio archiepiscopo bis (c.* 83. 113*) mandatum fuerit, ut caementarios lapides pretiosos a pristino loco removentes inspiceret. Graeci sermonis — quod in cive Ravennate non mirandum — haud ignarus fuit, qui saepissime nomina et vocabula Graeca, quid Latine significent, explicet. Itaque cum eloquentia et doctrina*

1) *Cum vitam Aureliani scribebat (c.* 54*), annos* 32*, menses* 10 *natus fuit; vitam Petri IV. (c.* 94*) anno* 839. *ineunte composuit; cf. c.* 167. 2) *V. Scolastici carm. v.* 33. 46 *sqq.* 3) *Genealogiam suam, fortasse Paulum, Hist. Lang. IV,* 37*, imitatus, c.* 146. *enarrat; cf. c.* 149. 163. 4) *Scol. carm. v.* 32*; carm. II, v.* 21. *Agnellus ipse aut utroque nomine aut Andreae tantum se appellat; v. prol., c.* 32. 83. 146. 167 *etc.* 5) *C.* 25. 6) *C.* 167*; cf. c.* 26. 119. 162 *etc.* 7) *C.* 110. 149*; cf. etiam c.* 64. 158 *etc.* 8) *Scol. carm. v.* 28*:* Alterum ab undecimo quem *(sc. Agnellum)* presbyterumque beavit summus is antistes *(sc. Petronacius), qui haec fortasse ex Vita Petronacii deperdita sumpsit.* Alterum ab undecimo *interpretari possis aut 'duodecimum', aut 'decimum'. 'Decimum presbyterum in ordine' se ipse dicit Agnellus c.* 83*, at cum haec scribebat, duo seniores presbyteri fortasse defuncti erant.* 9) *Cf. c.* 39*, Scol. carm. v.* 47. *Non paucos habebat servos, c.* 26. 39. 10) *C.* 136.

prae omnibus insignitus esset, a reliquis presbyteris rogatus et quasi coactus est, ut historiam archiepiscoporum Ravennatum componendam susciperet, uti in altero carmine libro praemisso, cujus auctorem ipsum Agnellum fuisse facile crediderim, fusius per dialogum Agnelli et presbyterorum exponitur. Quod ex loco c. 94. *intelligitur, Vitam Petri IV. anno* 839. *in. esse exaratam, bene convenit cum his quae scholasticus ille v.* 19 *sqq. tempore papae Gregorii, scilicet hujus nominis IV. (*827—844*), Ludovici Pii et Lotharii I. imperatorum (*817—840*) librum esse conscriptum, minus vero quod addit v.* 26, *id factum esse tempore Petronacii archiepiscopi, qui circa a.* 835, *ut credunt, certe vero ante a.* 838. *defunctus est. Agnellus quidem ejus semper tamquam mortui*[1], *Georgii*[2] *vero successoris ejus ut jam aliquot annis ecclesiam regentis mentionem facit. Tamen omnino negare non possumus, eum jam vivo Petronacio opus incepisse, cum nobis constet, multum tempus, certe complures annos in libro componendo eum consumpsisse, qui Vitam Petri IV. a.* 839. *in., Vitam Mauri a.* 841. *vel* 842, *Vitam Felicis certe aliquot annis postquam Georgius ecclesiae Ravennati praefectus est, fortasse post proelium Fontanetense a.* 841, *Jun.* 25. *commissum conscripsisse, quin etiam librum post mortem Georgii archiepiscopi (i. e. circa a.* 846, *ut fertur) confecisse videatur.*

Hic vero quaestio oritur inde quod scholasticus v. 65 *(cf. v.* 68*) scribit:*

Aderidi capite scripsit calce et Petronacis.

Primum quidem noster non Aderiti secundi episcopi, sed post Prologum sancti Apollinaris vita metrice et prosaice scripta incipit, cujus quin ipse auctor sit, in dubium vocari non potest: at hoc ideo poeta dixit, quia jam antea sancti Apollinaris historia litteris exarata Ravennae habebatur, ex qua Agnellus sua hausit[3]. *Tum vero codex Estensis non vita Petronacis, sed Georgii ejus successoris in fine mutila terminatur, unde dubitatio oritur, num haec vita Agnello ipsi an continuatori cuidam attribuenda sit, quod non facile dijudicari potest. At primum sermonem hic plane eundem ac totius libri praecedentis invenies*[4], *quod notis quibusdam ibidem allatis demonstrare conatus sum; dispositio eadem est omnium Agnellianarum vitarum; deinde vita ab aequali Georgii haud dubie conscripta est. Jam supra docuimus, Georgii tempore Agnellum opus composuisse, hoc igitur mortuo ejus res gestas facile subnectere potuit. Tum quae de Georgio c.* 136. *et* 143. *noster affert bene conveniunt cum his quae hic traduntur; ille enim c.* 136*:* postquam accepit archieraticam dignitatem, Deum offendit, omnes sacerdotes demolivit, cuncta occupans monasteria, totasque gazas ecclesiae, quas praedecessores sui aquisierunt, pro reatu sui corporis expendit, *hic (c.* 171*) fere iisdem verbis:* Hic postquam accepit regimen, omnes gazas ecclesiae confregit et criptas disrupit et thesauros praedecessorum pontificum extraxit. *Denique auctor vitae Georgium objurgat in avaritia, in ecclesiasticarum opum profusione aliisque multis conviciis insectatur, etiam improbare videtur, quod ille contra Gregorium IV. papam infestus exstiterit; et hoc quidem non est mentis Agnelli semper pro libertate ecclesiae Ravennatis contra potestatem sedis Romanae acriter pugnantis: at Georgius, quocum antea intima amicitia conjunctus erat, ad dignitatem archiepiscopalem evectus, ipsi, ut diximus, monasterium beati Bartholomaei abstulerat, quare in omnibus ei inimicissimus redditus est. Itaque cum nihil habeamus, cur Agnellum esse auctorem vitae Georgii negemus, statuendum est, aut scholasticum errorem fecisse aut, quod minus probabile est, hanc vitam jam libro confecto, haud brevi tempore intermisso, esse additam, carmen vero illud ab amico quodam auctoris compositum*[5] *jam antea libro praescriptum. Et si*

1) *C.* 80*:* sed ante tempus nuper periit, Petronacis archiepiscopi temporibus; *cf. c.* 83. 149. 2) *C.* 136. 143. 3) *In codice igitur non Apollinaris, sed ejus successor Aderitus primus numeratur.* 4) *Praesertim pugnae Fontanetensis descriptio tota ingenii sermonisque Agnelliani est.* 5) *Poeta Agnellum ipsum novisse videtur, quem 'exiguum membris' et 'de corpore paulum' fuisse v.* 36. 37. *scribat. Neque ex carmine apparet, Agnellum jam fuisse defunctum, cum idem scriberetur.*

vita saepe dicta Agnelli est, jam notandum est, eum cum Georgio archiepiscopo Papiam ad Lotharium I. imperatorem ivisse[1], *ibidemque baptismati filiae ejus Rotrudis, quam Georgius 'de fonte levavit', astitisse. De reliqua vero vita ejus nihil, nec quo tempore mortuus sit, compertum habemus*[2].

Librum suum Agnellum lente et paullatim singulasque partes haud brevi temporis spatio intermisso exarasse, jam supra monuimus. Et hoc ex eo etiam apparet, quod saepe a clericis morae impatientibus urgebatur atque admonebatur, ut opus conficeret ipsisque traderet; qua de re vehementer cum iis conqueritur, etiam iis comminatur (c. 54*), opus imperfectum relicturum se esse, nisi urgere desinerent. Atque ex multis locis, ubi historiae stylum relinquens clericos 'fratres suos' appellat*[3]*, cognoscimus, singulas libri particulas, ubi primum confectae sunt, coram clericis eum recitasse, ut V. Cl. Piper*[4] *monet, qui de ingenio, indole, fontibus Agnelli perlucide egit, ut jam quae ille disseruit breviter nobis repetenda, pauca addenda sint, lector ad illum relegandus sit.*

Haud dubitare licet, quin Gesta Romanorum pontificum exemplum fuerint originemque dederint Libro pontificali ecclesiae Ravennatis, qui dispositione ac ratione multisque aliis rebus[5] *cum illis convenit, licet nec minoribus nec levioribus ab illis differat. Et hoc scholasticus ille v.* 10—12, *hoc etiam nomen indicare videtur; constat enim ex compluribus locis*[6]*, Agnellum opus suum 'Pontificale' vel 'Librum pontificalem' ecclesiae Ravennatis inscripsisse. Eo magis mirandum est, quod nullo certo vestigio, eo Agnellum usum esse, probari possit, quamvis multa de episcopis Ravennatibus ibidem invenisset.*

Ac prorsus perpaucos libros pro opere suo adhibuit, videlicet: Vitam sancti Apollinaris[7]*, quam compluries laudat; Pauli historiam Langobardorum, ex qua paucos tantum locos exscripsit; fortasse Vitam sancti Barbatiani, Gallae Placidiae augustae confessoris, uno tantum loco c.* 51; *deinde Maximiani chronicon, de quo bis c.* 43. *et* 78. *loquitur. Hic Maximianus a.* 498. *natus, postea diaconus Polensis, Justiniani augusti jussu a.* 546, *Oct.* 14. *episcopus Ravennas consecratus, a.* 556. *aut* 557, *Febr.* 22. *defunctus est. Vir qui litterarum scientiae ac praesertim clero Ravennati erudiendo multam operam dedit, praeter chronicon libros ecclesiasticos edidit. Quae de eodem comperta habemus ex Agnello (c.* 69—83*) discimus, qui c.* 78. *post locum ex chronico, ut videtur, exscriptum:* Post beatum Ieronimum, *inquit,* et Orosium vel alios historiographos iste in chronicis laboravit, et ipsos secutus per diversos libros nobiliorum principum, son solum inperatorum, sed et regum et praefectorum suam propriam chronicam exara-

1) *Cf. c.* 94*:* quae civitas Papia dicitur, ubi et Theodericus palatium struxit, et eius imaginem sedentem super equum in tribunalis cameris tessellis ornati bene conspexi. 2) *Monendum vero est, in charta donationis anni, ut videtur,* 854 *(vel* 869*) occurrere quendam Andream presbyterum ecclesiae Ravennatis (Marini, Pap. dipl. p.* 155*).* 3) *C.* 17. *ex.* 38*:* Sufficiat nunc vobis hodie de viri sancti istius vita audire *etc.; c.* 39 *in.* 49 *in.* 54. 64*:* Sed quia hodie in domum meam . . . voluistis declinare *etc., c.* 79 *ex.:* Hora est iam claudendi hanc lectionem, ut quod sequitur crastino audiamus. *C.* 126. 133*:* Obsecro vos fratres, stare non pigeat vos, adhuc unum restat miraculum, *et multa alia loca.* 4) *Einleitung in die monumentale Theologie p.* 351. 5) *Afferam tantum verba* 'Sedit annos . . . menses . . . dies' *in fine cujusque vitae, ut in Gestis pont. Rom., repetita, etiamsi, quod plerumque accidit, auctor ignorabat, quamdiu episcopus ecclesiae praefuerit, ideoque numerorum spatia vacua relinquebat. Plane perperam contendit Amadesi I, prol. p. LX et passim, hos numeros 'in ipso autographo Agnelli codice vel in integriori exemplari' exstitisse et a Rubeo visos esse, ex Estensi tantum excidisse.* 6) *C.* 32*:* Hunc praedictum Pontificalem; *c.* 146*:* qui genuit Andream presbyterum editorem huius Pontificalis *etc.; Schol. carm. v.* 17*; carm. II, v.* 16. 7) *Acta SS.* 23. *Jul. VI, p.* 344 *sqq.; ex cod. Est. Murat. SS. I,* 2, *p.* 529 *sqq.; cf. Adonis Martyrol. apud Surium, De prob. sanctorum hist. ed.* 2, *t. VII, p.* 1156, *qui Ravennae degens vetustiorem vitam exscripsisse videtur, quae enim typis vulgata est post Agnelli saeculum retractata esse videtur.*

vit, *quae ex prologo chronici sumta esse puto, et ex quibus conjicere licet, id fuisse simile Prosperi vel Victoris Tunnunensis, ab origine mundi incipiens et usque ad suum tempus deductum*[1]. *Hoc totum deperditum esse dolendum est, nisi Waitz*[2], *Pertz, Bethmann recte statuerunt, qua de re nunc mihi quoque persuasum est*[3], *historiolam quam Anonymi Valesii nomine vocamus fragmentum esse Maximiani chronici. Ac sane multa habemus, quae hoc ut credatur affirmant, praesertim quod fragmentum illud Ravennae circa medium saeculum VI. compositum esse constet et nonnulli loci ejusdem apud nostrum, licet plerumque non iisdem verbis repetiti, legantur. Certe vero ex hoc quoque fonte pauca hausit noster, plura pro historia saeculorum V. et VI. ex Annalibus consularibus Ravennatibus sumens, quorum exemplar usque ad a.* 572. *vel paulo amplius pertingens prae oculis habuisse videtur*[4]. *Hos non laudat, e contrario compluries mendaciter contendit, quae ex illis exscripserat a 'senioribus' sibi esse narrata. Atque omnibus his fontibus ita usus est, ut quam minime eorum verba retineret, saepe res traditas inani verborum multitudine exornaret et amplificaret, de suo plura, praesertim de situ locorum, quorum ibidem mentio fiebat, adderet; quasi vanior et superbior fuisse videtur, ut ex fontibus majores locos ad verbum describeret. Praeterea hi afferendi sunt libri, ex quibus pauca ad historiam spectantia sumsisse videtur: Petri Chrysologi sermones, fortasse quaedam epistolae Gregorii Magni papae, acta conciliorum Sardicensis, Romanorum ineunte saeculo VI. celebratorum, aliorum. Alios citat libros, quos vero antea quondam inspectos operi suo componendo non adhibuit, aut in quibus nullas res ad historiam Ravennatem spectantes invenit, ut Leonis Magni epistolas, Gregorii Magni Dialogos et Librum pastoralem, Gregorii Turonensis Vitas patrum, Pseudo-Ambrosianam Passionem sanctorum Gervasii et Prothasii. Alios non citatos pro commentationibus religiosis atque expositionibus locorum Sacrae Scripturae, quas saepissime inserit, exscripsit, praecipue Isidori Etymologias, Hieronymi et Bedae commentarios quosdam ad Sacram Scripturam. Deinde vero multa majoris momenti ex archivo ecclesiae Ravennatis hausit, ut privilegia imperatorum Valentiniani III, Justiniani, Constantis II, Constantini Pogonati, Philippici ecclesiae Ravennati data, Romanorum pontificum epistolas et bullas, ut Martini, Agathonis, Leonis II, praecipue Felicis IV. papae constitutum inter Ecclesium episcopum et clerum, quod totum operi suo inseruit; archiepiscoporum Ravennatum, ut Petri Chrysologi, Mauri, Theodori epistolas, Juliani argentarii elogium i. e. rationes pecuniarum erogatarum, chartas donationum ecclesiae factarum, quae omnia suo loco annotabuntur. Ac quidem dolendum est, quod talia documenta tam raro tota exhibuit.*

Fontibus ejus denique scriptis addendus est catalogus episcoporum Ravennatium, in quo plerumque sola nomina et dies emortuales — nisi hoc ex calendario ecclesiae sumsit —, postea vero etiam anni, menses, dies episcopatus et fortasse quaedam aliae notae legebantur. Quamvis hujus nusquam mentionem faciat[5] *et saepe ex epitaphiis didicerit tempora episcoporum*[6], *tamen catalogum eum vidisse mihi persuasum est. Et numeri ab eo traditi plerumque cum iis quae ex aliis fontibus comperta habemus optime conveniunt*[7].

1) *Locus exscriptus ad annos* 516—525. *pertinet.* 2) *Nachrichten der Göttinger Ges. d. Wiss.* 1865, *p.* 112. 3) *Antea leviora quae mihi huic conjecturae obstare videbantur, N. Archiv I, p.* 323, *attuli.* 4) *Cf. Waitz l. l. p.* 108 *sqq. et quae ipse N. Archiv I, p.* 309 *sqq., p,* 338 *sqq. disserui. Permulta, ut notum est, ex iisdem Anon. Valesii sumsit, quae et Agnellus praebet, at hic multo propius ad ipsos Annales quam ad Anonymum accedit.* 5) *Et Scol. v.* 62. 63. *dicit, omnia haec ex inscriptionibus sumta esse.* 6) *C.* 116 *dicit, Reparati episcopi epitaphium deletum esse, tamen ejus annos mensesque ac dies notat; item c.* 124. *Theodori, 'cujus epitaphium clare legere non potuit'.* 7) *Quidam corrupti ex Chron. ep. Rav. emendari possunt. Amadesi in omnibus fere Rubei chronologiam secutus nostrique numeros rejiciens falsa saepe congessit.*

Plura libris ac documentis debet aliis fontibus Agnellus, praecipue monumentis atque aedificiis eorumque inscriptionibus et imaginibus. Haec ut libro suo insereret, exemplo Gestorum Romanorum pontificum eum esse adductum, facile crediderim, at jam supra monuimus, monumentis ex antiquitate servatis jam per se eum magnum studium tribuisse, et ipse multo diligentius de iisdem agit. Ecclesias, artificia, musiva, vasa sacra, quae ibi tantum enumerantur, hic accurate describit, inscriptiones innumeras libro inseruit, ex ipsis aliisque non receptis multa ad historiam episcoporum texendam satis prudenter repetiit, habitus et visus eorum, ut ipse testatur c. 32. 108, *ex imaginibus descripsit. Et ideo opus suum jam non parvi faciendum, ipse jam non despiciendus est, qui, ut ait V. Cl. Piper*[1], *novam quandam methodum historiae perquirendae invenerit et in ea exigenda diligenter perscrutatus sit. Ac sane dolendum, quod hac in re nullos fere imitatores habuerit.*

Tum amplissima, minoris vero pretii, ex memoria hominum sibi tradita narrat. Inter ea invenies multa inania, ineptas et perversas narratiunculas praesertim miraculorum, sed ne haec quidem plane reprobanda minusque quae ex antiqua historia vel ex nominibus locorum, ex aedificiis et monumentis ortae sunt fabulae, quia multa, quae ad mores et instituta, cultum sacrum et ritus ecclesiasticos ejus saeculi pertinent, ibi inveniuntur. Neque omnia ex auditu tradita fabulosa sunt: multa de vitis Mauri, Theodori, Felicis, Johannis VI, Sergii, etiamsi non omnibus libris scriptis destitutus, sibi narrata memoriae prodidit, quae — quantum ex aliis fontibus cognosci potest — nisi per singula quaeque plerumque ficticia et commenticia, tamen in summa rerum cum vera historia conveniunt. Quae ipsi visa tradit, compluribus vitis sui temporis deperditis, jam pauca sunt.

Haec tria genera fontium auctor ipse c. 32. *enumerat*[2]*; si vero de episcopis, quod in multis praesertim prioris aevi accidit, nihil compertum habebat:* ne intervallum, *inquit,* sanctorum pontificum fieret, secundum ordinem, quomodo unus post alium hanc sedem optinuerunt, vestris orationibus me Deo adiuvante, illorum vitam composui; et credo non mentitum esse, quia et horatores fuerunt castique et elimosinarii et Deo animas hominum adquisitores. *Id est, ex arbitrio singulos laudibus saepe iisdem verbis repetitis celebrat, haud raro de nomine eorum ad praedicationem ansam capiens*[3]*. Ne vero breviores remaneant hae vitae, saepissime illorum virtutum contraria vitia, malitiam, avaritiam, profusionem episcoporum sui temporis, quae de Georgio potissimum dicta esse conjicere possumus, exponit, aut quaestiones theologicas tractat*[4].

Sermo ejus, quantum ex nostro codice perspicere licet, ut omnium Italiae scriptorum illius aevi, magis vulgi quam classicorum auctorum similis, grammaticas leges parum curat. At diversi loci in arte ac genere dicendi multum inter se differunt. Modo satis emendate ac, quantum in eo est, eleganter, modo mirum quam mendose, bona verborum compositione rectaque constructione plane neglecta, scribit; plerumque simpliciter ac ieiune[5]*, ubi vero ex auditu fabulas enarrat, copiose, concitate et saepe nimis tumide, haud raro obscure loquitur. Maxime Sacram Scripturam, cujus dictis oratio sua ultra quam annotari possit plena est, necnon patres ecclesiasticos imitatur, ubi vero fervide res describit, interdum Vergiliana*[6] *dicta saepius repetita deprehendis. Ex quo etiam antiqua nomina, ridicule sane, sibi usurpavit, ut Graecos sui temporis Pelasgos, Danaos, Myrmidones appellat. Praeterea monendum, orationem suam abundare verbis alibi inusitatis,* ἅπαξ λεγομένοις, *praesertim ex Graeca lingua haustis.*

Liber suus medio aevo ultra fines Ravennatis dioceseos vix dispersus est, cum paucissima praeter res ad eandem spectantia enarraret, cum posteris saeculis barbaro

1) *l. l. p.* 360. 2) *Ex eo Scolasticus v.* 54 *sqq.* 3) *Agapitus, Probus, Liberius, Victor, Bonus etc.* 4) *Historiam Andreae Bergomatis sine causa Agnello nostro esse vindicatam, jam supra p.* 220 *n.* 1, *monitum est.* 5) *V. Scol. v.* 95 *sqq.* 6) *Laudat Vergilium c.* 166.

nimis sermone conscriptus esset, cum nonnullos locos contra apostolicam sedem singulosque pontifices invehentes contineret. Jam supra monuimus, in libris ad Ravennatem historiam spectantibus, quae Estensi codici insunt, eum esse exscriptum, scilicet in Vitis episcoporum et martyrum Ravennatum, Chron. episcoporum et Chron. civitatis Ravennae, quibus addo Vitam s. Geminiani Mutinensis episcopi, Petrum Damianum in sermonibus.

Monendum denique est, capitum divisionem nos instituisse.

O. Holder-Egger.

INCIPIUNT[a] VERSICULI CUIUSDAM MINIMI SCOLASTICORUM TITULANTES OPUS LIBRI SEQUENTIS.

In Patris Natique et sancti nomine Flatus!
Cum certum propter secli indicium studuissent,
Atque[1] redemptoris hominum natalis Iesus
Regum et pontificum multi scripsisse magistri,
Quod quisquis tempus sedisset in[b] imperiali
Rector et egregius pastor quod pontificali
Sede: augustorum scripserunt ferrea regna,
Inperium quorum tandem ceu claruit altum
Partibus occiduis, laticum qua copia surgunt[2],
Et sanctae vitae ceu tempus apostolicorum,
Quoque[c] modo insignes radiarunt ore manuque.
Scriptorumque Ravennatum per circiter annos
Penna diu segnis neglexit centies octo[3],
Almae summorum moderamina clara per orbem
Pontificum vitae passim[d] narrasse suorum.
Vespere quamquam etenim, tamen orsa fidesque manusque,
Scribere feliciter nostratum[e] Pontificale,
Agnelli lepidi, patriarcharum istud opusclum[f],
Tempore, apostolicus Gregorius[4] alta salubris
Solvendi et contra[5] almifici quo numina[g] Petri
Compte[h] habet, et sceptra imperii augustus tenet almus,
Armipotens, satus Magno Karolo[i], Lodovicus,
Pacificus, natusque suus[k] Lotharius acer,
Belliger, Itala[l] regna tenens Romaque potitus,
Regibus et populis lectus solio imperiali;
Archiepiscopus almus[m] ovans Petronacis[n. 6] agitque
Quoque[o] Ravennatis clerum ecclesiae populumque.
Alterum ab undecimo quem presbyterumque beavit

a) Versus tit. op. lib. seq. 2. b) *deest* 1. c) Tuoque m. 1; Quomodo in ins. 2. d) pasin 1. e) nostra cum 2. f) *ita Bacch.;* opusculum 1. 2. g) munera *Bacch.* h) Compit 2. i) Carolo 2. k) suis 1. l) *ita Mur.;* Italia 1. 2. m) almis 1. n) Petronacius 2. o) Tuoque 1.

1) Atque *scriptum pro* Adque *i. e.* Abque; ad *et* ab *etiam ab Agnello non discernuntur. Ideo interpretare cum Bacchinio: 'Inde a nativitate Christi auspicantes'.* 2) *i. e. ubi maris fluctus diffunduntur, quod de Ravenna dictum esse opinatur Bacchinius.* 3) *scil. ab Apollinare primo Ravennatum episcopo usque ad Agnelli tempus. Haec ex c.* 32. 4) *Quartus hujus nominis* 827—844. 5) *i. e. et ligandi.* 6) *Circa* 817—835; *cf. praef. p.* 271.

Summus is antistis[a.1] merito sede[b] urbis opimae.
Quîs cunctis sancta sapientior iste sacerdos
Claruit ingenio et natura. Nomine dictus
A puero Agnellus fuit Andreasque iuventa.
Euge satus cretusque nimis de stirpe superba,
Euge Ravenna[c] dedit quantum nullique secundum:
Formosum[d] facie, verbo rutilum, ore loquacem,
Corporis exiguum membris, sed mente capacem,
Quam[e] magnum sensum[2], quamquam de corpore paulum.
Qualis inest tantilla[f] canens philomena[g] suave
Florigeris verno silvis, cum gutture flexo
Vociferans caelum[h] cumplet clamoribus altum,
Stirpe sedens viridi subter folio[i] modulatrix:
— Sub dio enim aut modulator ovans, audire, viator,
Pastor, eques vigilans, cupientes dulcia cuius
Carmina gratis ubique optant et sedula curant
Quam nequeunt unquam longo ullo[k] vincere cantu —
Talis et iste sedens tectis nimiumque superbis,
Quae genitor procerus cessit sibi iure paterno,
Sede suburbanisque Ravennae, aut quae[l] vocitatur
Antiquo Blacherna[3], locis, de nomine, structa
In genitricis honore Dei Dominique Mariae.
Qua lepidus scriptor praefatus, Pontificali
Neglectoque diu suspirans, aestuat angens[m]
Moliturque hiens[n], gratis tantae[o] dare sese
Moli operis; recolens monimenta patrumque senumque,
Haud surdus vatum[p] auditor, sed mente volente
Dicentis solers Mosis praecepta secutus:
'Posce[q.4] tuos patres, tibi nuncii erunt seniores.
Te multum semperque petentem gesta priorum
Atque Dei Dominique tui miracula prisca
Et visu audituque monebunt, vera docentes'.
Cum[r] patriarcharum simul aggerat acta priorum,
Edidit istud opus, tenpus quorum, quia muro
Depictum, nomen seriemque excerpsit[s] eorum,
Et vitae partim lectu moderamina, partim
Colligit aure sua, biblis glomerare suetus[5].
Aderidi[6] capite scripsit, calce et Petronacis,
Utrius medio componens corpus opuscli,
Quatuor undecies[7] patriarcharum sapienter

a) antistes 2. b) sedet 2. c) Rhavenna 2 *semper.* d) Formosam 1. e) Quem 1. f) cantilla 1. g) *ita* 1; *cf. Schmeller, Lat. Ged. d.* 10. *u.* 11. *Jahrh. p.* 322; philomela 2. h) cellum 1 *constanter.* i) solio 1. 2. k) ullae 1. l) R. atque 1. m) aestua tangens 1. n) hians 2; *ita etiam c.* 129. o) tanto 1. p) natum 1. q) Pasce 1. r) Tum 1. s) excersit 1.

1) *scil. Petronacius Agnellum consecravit; cf. praef. p.* 270. 2) *i. e. quam maximum sensu.* 3) *scil. in monasterio suo S. Mariae ad Blachernas cujus abbas fuit; cf. c.* 26. *alia.* 4) *Cf. Deuter.* 32, 4. *Eundem locum, hic pluribus ac mutatis verbis explicatum laudat Agnellus ipse in prologo.* 5) *Cf. c.* 32. 6) *Secundi episcopi Ravennatis; cf. praef. p.* 271. 7) *scil. praeter Aderitum et Petronacium, qui in nostro quidem codice quadragesimus septimus, in archetypo vero fortasse* 46, *ut hoc loco, numerabatur; cf. c.* 166. 170 *n.*

Exarans cuiusque manus, linguae moderamen
Magnificum, regulans auditaque lectaque, certa
Astutu[a] vigilans, studioque incerta reliquit.
Instar agens cupidi, quaerentis litore curvo
Terrigeri Padi refluentis fulva metalla
Acre sibi, qui de lecto[b] conculcat[c] harenam:
Quorundam, nigrum fundens cartaeque liquorem,
Sancta beatorum pandens miracula vulgo,
Nobiliter[d] sermone locavit harundo sonora.
Multiplici cuius quoniam[e] fuit aure relatu
Veredico plenus, quin[f] sed titubans, aliorum,
Maluit is comptu[g] breviter sermone monere.
Sicut ovans, sidens transtris et pocula sumens,
Lancibus adlatis fartis, et carmina ructans,
Suspiciens placidum caelum, nauta ore sereno,
Aequora tonsilis, certatim vela secundis
Flaminibus tribuit, decurrens vitrea rura,
Quando timore caret scopuli nec conspicit arva,
Nec tangit demissa tenax alto anchora Sirtes.
At moestus, densis caelum cum nubibus atrum,
Per vacuum quoniam cursantes undique ventos
Conspicit, aut scopulum sperat vel cominus esse,
Tum remos cursim retrahens[h] et vela deorsum,
Et[i] navim timidus[k] nectitque rudentibus agens,
Demissisque mari plumbo imo restibus unco,
Exoptat multum cupiens statione potiri:
Conscius[l] haud secus is voluit sermone locasse
Multiplici, uberius passim comensque loquelam,
Magnifico auditu laetus fastuque priorum,
Eloquitur[l] laxis qui gloriosa[m] oris habenis[n].
Inscius auditus optavit paulula verba,
Deposito fastu fandi, stricto ore loquaci,
Veredico breviter[o] sermoneque promere coram.

INCIPIT[p] CARMEN DACTILICUM SENARIUM MICTICON[q], ID EST MISTUM[r], SED PRIMUM TETRASTICUM[s], DEHINC DISTICON MONASTICUMQUE[t] INTENTIONES MAGNAS ...[u]

TETRASTICON[v].

POETA. Fortuitu quondam venisse presbiterorum
Turba Ravennatum simul, inter quos fuit unus
Andreas dictus, fratres quem voce precari[w]
Demissa, scripsisse sui quo Pontificalem.

a) *ita codd.* b) delecto 1. 2. c) concultat 1. d) Mobiliter 2. e) q̄m 1. 2. f) quam 1. g) compto 2. h) cursum trahens 1. i) At 2. k) tumidos 2. l) Alloquitur 1. m) glorius 1. 2. n) habens 1. o) br. inter s. 1. p) *deest* 2. q) misticon 1; mysticon 2. r) missum 1. s) sed p. t. *des.* 2; dectraticum 1. t) monasticum que 1; monasticon distichon quae i. 2. u) *supplendum fortasse* describens *vel tale verbum.* v) Terasticon 1; Tetrastichon 2. w) precati 2.

1) *V.* 95—101. *haec est sententia: narrationes, quas ex auditu tradidit Agnellus, tumido verborum ornatu ac strepitu composuit, ceterum simplici sermone usus. Et ita plane res se habet.*

AGNELLVS.[a] Tum[b] respondit ei humilis, sed mente[c] sagaci:
'Quis mihi sensus inest, aut est quae lectio, possim
Tantillo sensu comprendere[d] centies octo[1]
Annorum cursus vel gesta priorum'?
PRESBITERI. 'Talia dum fallens promiseris[e] fronte duelli[2]
Assolitus[f] iugiter, quia nobis intima quaeque
Clausa videntur, in auditu nudare patendo,
Tristamur nimium quantum, crudelis amice'.
ANDREAS. 'Sum[g] quoniam victus, rogo vos, orate tonantem
Sidera qui torquit[h] latices frenatque[i] marinos,
Vita praecipite[k] cursum convertat in ortum
Et sensum tribuat[l] scribendi[m] Pontificalem'.
DISTICON. SACERDOTES. 'Sic nimium cupidi faciemus, cunque[n] precantem
Sic fiemus[o], opus verbis respondeat usque.
AGNELLVS.[p] Hic quanquam durus, tantum laborat tamen ultro'.
'Actus pontificum referam et acta priorum'.
MONOSTICON. PRESBITERI. 'Agnellus[q] quondam, nunc Andreas, iuge salve'!
ANDREAS. 'Salvete sacerdotes per secula cuncta'!
Clare fidelis! Carmina parva
Edita vobis, suggere[r] tuque[s],
Musa[t] regalis, erga fidelis[u]
Dicere laudes, semper amicis.

Vobis[v] rogantibus ordinatum libellum de ordine pontificalis successionis pontificum, qui sedem sancti Apolenaris intraverant[w], sicut veritas et argumentatio vestri Agnelli, qui et[x] Andreas, ipsum[y] orthodoxae sedis Ravennae[z] potuit reperire et cognoscere[a].

PROLOGUS INCIPIT[b].

Gratias vobis[c] necesse est agere Deo Patri et Filio eius simulque Spiritui sancto, trinae maiestati, unicae potestati, quod me pollutis labiis reclusit[d] et linguam aridam, in quantum illi placuit, disertam fecit. Confido etenim orationibus vestris gratiam fandi[e] meis sermonibus Deum[f] donare, ut sanctorum praecedentium sedis antistitum patrum Ravennatis ecclesiae, qualiter unusquisque suis temporibus facta peregit, pro eo quod vos me sermonibus coegistis, in quantum potuero, ad memoriam revocem. Non solum quod eorum facta perspexi, verum etiam[g] ex auditu, quae[h] mihi seniores nostri retulerunt, vestris auribus patefaciam. Moises etenim praecellentissimus vir, inspirante Deo,
Deut. 32, 4. Genesis librum descripsit. Ipse enim ait: 'Interroga patres tuos, et annunciabunt[i] tibi,
Iob. 8, 8. seniores tuos, et dicent tibi', et Iob: 'Interroga generationes pristinas, et diligenter inve-

a) *rectius sequenti versui praescribendum est, at hic a poeta positum, ut tetrastichon servaretur.* b) Cum 1. c) voce 1. d) comprehendere 1. 2. e) promiscuis 1. 2. f) Es solitus 2. g) Tum 1. h) torquet 2. i) refrenatque 1. k) Vitae praecipitem 2. l) tribuit 1. m) scribendum 2. n) eumque 2. o) faciemus 2. p) *sequens versus est Agnelli, at huic jam versui nomen praescriptum, ut distichon teneretur.* q) Agnelus 1. r) surgere 2. s) tu qui 1. t) Mussa 1. u) fideles 2. v) Vobis — incipit *rubro scripta* 1. w) nutriverant 1. x) est 1. 2. y) ipsius 2? z) Ravennatis 2. a) r. cognoscite 2. b) *deest* 2. c) nobis 2. d) redusit 1. e) fundi 1. f) đm̄ (Domini) 2. g) et *add.* 2. h) quem 2. i) nunciabunt 1.

1) *Cf. c.* 32. 2) fronte duelli *v. c.* 174.

stiga patrum memoria[a]'. Ex stirpe enim Abrahae Moyses descendit, et antequam Abraham nasceretur, totius huius mundi fabrica a Deo facta fuisse memoratur. Marcus[1] etiam, Petri apostoli discipulus et in baptismate[b] filius, non corporaliter Domini secutus fuit vestigia, neque ulla miracula ab eo facta vidit, sed Petro enarrante euangelium exaravit[c]. Lucas vero, Pauli apostoli ministrator, inbutus ab eo doctrina, euangelii aperuit fontem. Multi etenim alii ex auditu rerum[d] volumina condiderunt; sicut in Vitas[e] patrum[2] legitur: 'Narravit mihi quidam senex' etc. Nonne Gregorius sedis Romanae ecclesiae antistes in plurimis locis librûm Dialogorum[3] retulit dicens: 'Narravit mihi ille et ille homo' et reliqua? Sed minime me fari possum similem illis. Nam confiteor quippe, sicut modica scintilla posita in aspectu solis meridie ferventis obumbratur, et eius non apparet lumen: sic et mea ante[f] conspectum totius philosoforum extinguitur pagina. Quantum est hoc, possum alia et his similia protelare sermonem, cartas et atramentum expendo. Similis enim sum illis, qui in silvis vel in heremis positi sunt, et videntes densas erga se arbores, opaca et obscura loca atque intransmeabilia veprium multarum, et nescientes partem, quam petant vel incidant, nisi tota[4] via fuerit, et in cultum exierint: sic et ego propter relationem sanctorum pontificum sedis Ravennatis huius ingressus sum quasi in discrimina maris[1], et velut procellosa tempestas adversum me cunluctaret, totius gurgitis vel tumultus undarum ydata[5] me sectaret[g] caerulearum. Tunc[h] non trepido, quia obsecrationibus vestris pene ligatus[i] sum et Dominus mecum est, qui est benedictus in secula. Caritate vestra transeam ad superius studium[k], quod vobis urgentibus semel incepi. Dudum enim auribus vestris intimavi, quia[l] de supradicta sede aliquid facere debeam, quod mihi narratum fuit. Fortasse si fefelli, indulgite. Exactor non molestus debet esse, quando debitum [debitor[m]] est redditurus. Sed in his omnibus benedicamus Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

EXPLICIT[n] PROLOGUS.

INCIPIT[o] VERSUS METRICI. PER NOMEN BEATI APOLLENARIS. HOC[p] LEGATUR PARITER.

Almus[q.6] apostolus et solidus princeps aliorum,
Quem sanctis monitis discipulum docuit,
Pontificum summam[r] sedem dans cuique, Ravennam
Et populum misit[s] recte[t] vocare Dei.
Orbatis lumen tribuit Teclanque levavit,
Quaeque thoro menbris aegra diu iacuit.
Laetus et advenit capitolia summa, catervas
Nomine daemonicas[u] subruit in Domini.
Illidens[v] cupidi leti retinacula, natam
Ad vitam Rufi per Dominum retulit.
Numen[w] per Domini[x] munus lingua[7] reparavit
Classensi[y], nomen cui Bonifacius est.
A lanione[z] coronatus cum martirio fit,
Ante flagellorum vulnera plura tulit.

a) memoriam 2. b) batismate 1. c) exarevit 1. d) exaudita r. 1; exaudita re 2. e) vitis 2. f) autem 1. g) sectiret 1; sectaretur 2. h) Tamen *Bacch.* i) litus 1. 2; tutus? laetus? k) stadium 2. l) quan 1. m) *deest* 1. 2. — redit. 1. n) finit 2. o) *deest* 2. p) H. l. p. *des.* 2. q) Almis 1. r) summa 1. s) missit 1. t) rite 2. u) demonichas 1; dęmonicis 2. v) Allidens 1. w) Lumen 1. x) dm̄ 1. y) Clasensi 1 *saepe.* z) Plamone 1.

1) *Similia v. Gregorii M. Dial. lib. I, prol.* 2) *scil. in Gregorii Turon. libro de Vitis patrum, ubi eadem quidem verba non inveni, similia vero saepe leguntur, ut c. XIII,* 3. *XIV,* 3. *XVII,* 1. 3) *Vide ibidem l. I, prol. c.* 1—5. 7. 9. *II,* 6. 9 *etc.* 4) *i. e. tuta, ut opinor.* 5) *i. e.* ὕδατα. 6) *Quae hoc carmine continentur ex Vita s. Apollinaris sumpta sunt.* 7) *Intelligendum est* munus linguae; *cf. Adonis Mart. ap. Surium VII, p.* 1156. *et Vitam s. Apoll.*

Rege[a] poli revocante, petit post spiritus[b] eius
Caeli cumsessus[c] angelicosque[d] choros.
Ille nequit quicunque capax cunprendere[e] metrum,
Non id displiceat, suppliciter rogito.
Sed sumens itiner prosae[f.1], per pervia gressus[g]
Dirigat, et mecum pace fruatur[h] ovans.

Finit[i] metrum pentametrum et exametrum. Quicumque non capit, revertatur ad prosam.

DE SANCTO APOLENARIO.

Vita S. Apoll.

1. Sanctus[2] Apolenaris, natione Anthiochenus, Grecis et Latinis literis heruditus, apostoli Petri discipulus, et cum eo in urbem Romam pervenit. Qui post plurimum tempus eum pontificem ordinavit atque per inpositionem manus Spiritum sanctum tribuit et osculum ille[k] dedit; et ab urbe Roma quasi terdenos miliarios communiter cum eo venit, in quo situm est monasterium beati Petri quod vocatur ad Ianuculum[l]. Ibi[m] Christi[n] apostolus oravit, et ubi genus[o] posuit, lapis mollis apparuit, ut cera ab igne, et in modum eius lapis genu concavus est. Et ad aliud monasterium ipsius apostoli, quod vocatur ad Ulmum[3], in ipsa nocte pariter sopiti sunt, et apparent fossae in illo lapide, ubi caput vel terga atque nates et crura tenuerunt, usque in hunc diem. Et post Ravennam[p] eum direxit. Et ipse beatissimus, antequam in urbem Ravennam ingrederetur, Herenei filium caecum illuminavit — Hereneus[4] quippe 'pacificus' intelligitur — et intrinsecus huius civitatis plurimas peregit virtutes: tenpla deorum subvertit et simulacra cumminuit, presbiteros et diaconos ordinavit, infirmos sanavit, daemones effugavit, leprosos mundavit, in Bedente[q] fluvio[5] et in mare[r] multos baptizavit. In basilica beatae Eufemiae quae vocatur ad Arietem[6], primitus baptismum fecit, et ubi pedibus stetit, liquefactus est ille lapis et vestigia quasi signum inpressa sunt. Filiam quoque Rufi[r*] patricii mortuam suscitavit. Et illius in patricii domo episcopium Bononiensis ecclesiae usque in praesentem cernimus[s] diem. Sic autem domum illam integram et incolumem scio[t], quomodo antiquitus. Et nunc pene annos quinque Theodorus[u] Bononiensis antistes[7] saxeam arcam, ubi Rufus patricius sua cum filia positus fuit, abstulit et ad suam ecclesiam[v] Bononiensem deportavit, ut, postquam defunctus, ibidem sepultus fuisset. Sed quid ei profuit, quod alios exinde expulit? Et ille non in illa[w] positus est, nam segnius[x] ipse fecit[y] eam stabilire.

2. Igitur beatissimus Apolenaris cum ingenti pondere ferri in carcerem missus est non longe ad[z] capitolium istius Ravennae civitatis. In quo custodibus circunspicientibus angeli victum caelestem ministrabant ei. Iterumque eum coegerunt[a] et ab urbe proiecerunt non longe ab hac miliario 6, ubi ecclesia beati Demetrii antiqua structa est. Post haec ad partes Illiricae captivus ductus est, et[b] deinde per Salonam, Panoniam quoque, per Danubii ripam Traciamque et[c] ibidem atque[d] in litore Corinthi

a) Lege 1. b) spirtus 1. c) cumsensus 1; concessus 2. d) angelicoque 1. e) chunpr. 1. f) i. proset 1; iter pro se 2. g) pervi agr. 1. h) pacē servatur 1. i) Finit — prosam *rubro* 1; Finit — exametrum *des.* 2. k) illi 2. l) genuculum 2. m) ibique 2. n) Christus 1. o) genu 2. p) eum R. 2. q) Bedese 2. r) mari 2. r*) Rufīi 1 *et ita mox.* s) d. c. 2. t) sio 1. u) Theodoricus 1. v) eclesia *saepius quam* ecclesia 1. w) ipsa 2. x) segnis 2. y) fuit 1. z) a capitolio 2. a) *e corr.* 1. b) et *deest* 1. c) et ibid. *des.* 2. d) usque 2.

1) *i. e. Vitam sequentem prosaice scriptam legat.* 2) *Pleraque sequentia ex Vita s. Apollinaris, sed ordine rerum plane discisso ac converso, verbis contractis et mutatis. Plura addita, quaedam in praecedente carmine relata hic omissa sunt.* 3) *Ignotum est.* 4) εἰρηναῖος. 5) *Ronco, ut credunt.* 6) *Aries putatur flumen nunc Montone. Cf. Fabri, Le sagre memorie di Rav. p.* 165; *Tarlazzi, Mem. sagre di Rav. p.* 193. 7) *Hujus tempus ex hoc tantum loco certius cognoscitur.*

multa per eum mirabilia intulit Dominus. Rursus post tres annos[a] Ravennam remeavit et a fidelibus suis filiis sacerdotibusque cum magna laetitia susceptus est. Quem saevientes paganis[b] post diutius caesus[c] nudis pedibus super prunas stare fecerunt et alia multa tormenta in eum exercuerunt. Templum Apolinis, quod ante portam quae vocatur Aurea, iuxta amphiteatrum[1], suis orationibus demolivit. Cuius tanta beatitudo fuit et mansuetudo, ut nunquam, dum pateretur, alicui iniuriam fecisset, aut eum[d] increpasset, nisi, dum[e] fortiter torqueretur, ait ad vicarium: 'Impiissime, quare non credis in Filium Dei, ut evadas tormenta aeterna'? Pro nimia dierum plenitudine curvus effectus est. Temporibus Vespasiani caesaris martirio coronatus est. Vixit autem in pontificale[f] solio annos 28[g], menses 1, dies 4.

DE SANCTO ADERITO.

3. Aderitus[h] I[i], vir sanctus et timoratus, a beatissimo Apolenare presbiter ordinatus est[2], et ut sapiens architectus supra fundamentum sui magistri et doctoris haedificavit. Pro suis ovibus incessanter Deum[k] deprecabatur, ut a cultura idolorum discederent et Deum vivum Patrem et Filium et Spiritum sanctum confiterentur. Et multi in eius temporibus post tempestatem persecutionis baptismum susceperunt; deinde multos ad Dominum sociavit. Defunctus est in civitate Classis 5[l]. Kal. Octobris. Sicut asserunt quidam, in basilica beati Probi sepultus est, non longe ab ecclesia beati Apolenaris quasi stadio uno. Sedit autem[m] annis[n. 3] ..., menses ...., dies ....

DE SANCTO ELEUCADIO.

4. Eleuchadius II[o], cui nomen Latine 'candidus' intelligitur. Hic mitis et prudens fuit, et[4] eum sanctissimus Apolenaris diaconem sacravit[p]. Cuius tanta fuit philosofia, ita ut plurimos de novo et veteri Testamento libros cunderet, et de incarnatione domini nostri Iesu Christi atque illius passione volumina exaravit. Unde et in Passione Apolinaris athletae[q] Christi legitur: 'Eleucadium philosophum diaconum fecit'. Iste vere recte gentibus praedicavit, et in sua ecclesia oleo pietatis perunctus, quasi lucernae lumen effulsit. Defunctus est[r] autem 16. Kal. Mart., et sepultus est[r] extra muros Classis, ubi usque hodie ad laudem[s] nominis eius ecclesia aedificata et Deo est[s*] consecrata. Sedit autem[r] annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO MARCIANO III[t].

5. Marcianus III[u], antistes praeclarus, ex nobili[5] ortus est progenie. In sancta, fecundus Spiritu sancto, permansit ecclesia. Hic cleros ampliavit sacro dogmate eruditos atque diaconos presbiterosque consecravit plurimos. Et a[v] beatissimo Apolenare una cum prudentissimo Eleucadio diaconus ordinatus est, sicut in Passione ipsius ordinatoris reperitur[w], ubi ait: 'Marcianum nobilissimum virum et[x] Eleucadium diacones cunsecravit'. Post plura miracula in pace Deo creatori animam reddidit. Unde arbitratus sum, quod in ecclesia beati Eleuchadii sepultus sit. Sedit autem[y] annos ..., menses ..., dies ...

a) R. a. 1. b) pagani 2. c) diu cessus 1; d. caesum 2. d) eom 1. e) f. d. 2. f) pontificali 2. g) xxix. 2. h) Adoretus 1. i) ii. 2 k) dominum 2. l) *ita* 2. *Cat.;* Cl. sicut asserunt ultimo Kal. Oct. quidam in bas. 1. m) *deest* 1. n) *hic et in plurimis seqq. capp spatia numerorum vacua relicta sunt* 1. 2. o) iii. cuius 2. p) consecravit 2. q) athelete 1. r) *deest* 2. s) et *addit* 1. s*) *deest* 1. t) iiii. 1; *deest* 2. u) iiii. 2. v) Et a *des.* 1. w) legitur 2. — ut a. 1. x) *deest* 1. y) *deest* 2.

1) *Cf. c.* 129; *Zirardini, Degli antichi edifizj profani di Ravenna p.* 196. 232. 2) *Haec ex Vita s. Apollinaris sumpta sunt.* 3) *Cf. praef. p.* 272 *n.* 5. 4) et — sacravit *ex Vita s. Apoll.* 5) *Ex Vita s. Apoll., ubi locus ab auctore bis (in praeterito capite et paulo infra) citatus audit:* Marcianum vero nobilissimum virum et Leocadium philosophum diaconos fecit.

DE SANCTO CALOCERO IIII[a].

6. Calocerus IIII[b], 'bonus tempus'[1] interpretatur, et si forte C in I vertatur, 'ieros'[c] dicatur, 'senior'[d] intelligitur, vel 'sacerdos', sive[e] 'dominus'[2]. Iste enim[f] provecta aetate vir grandaevus fuit[3]. Sub illius tenporibus multas gratias et magna mirabilia per eum Dominus in populo exercuit. Cuius tanta praedicatio fuit, ac talis cura[g] gessit pastoris, ut non solum adquisitas oves erudiret, verum etiam[h] ex gentilium sedem atque roborem daemonis animabus evelleret et ad sacrum fontem baptismatis caelesti dono[i] recrearet. Defunctus et[k] sepultus est, sicut aiunt quidam, 3. Februarii Idus[l] in basilica beati Probi confessoris. Sedit autem annis ..., mensis ..., dies ...

DE SANCTO PROCULO V[m].

7. Proculus V[n]. Hic pius fuit, velut pater est filiis[o], et plures ad ecclesiasticam[p] crebro viscera complectabat[q] et suae praedicationis dulcedine velut mellis[r] esu populis tribuebat et [quasi[s]] lactis sitientibus pocula ministrabat. In senectute positus, capitis canitiei gratia repletus[t], sacerdotium cum vita finivit. Et ubi eius sit sepulcrum, ignoro; anbiguitas est mihi, utrum in basilica beati Probi sit conditus, an in sancti Eleuchadii confessoris*. Sedit autem annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO PROBO VI[u].

8. Probus VI[v], mitis et pius, clarus[w] in specie, fulgidus in opere, sapiens eloquiis, prudens corde, plenus gratia Spiritus sancti. Quicunque languidus ad eum venire potuisset, suis orationibus salvus revertebatur, quacunque[x] fuisset infirmitate detentus. Et spiritus inmundos expulit atque catervarum corpora sauciata vel dissoluta solidabat. Postquam suae[y] ad occasum vita angelica conspexit agmina, statim sancta elapsa est de[z] corpore anima 4.[a] Idus Novenbris. Deinde cunctus lugendo populus cum nimia corpus eius reverentia sepelivit, et sepulcrum ipsius apud nos veneratur usque in praesentem diem[4]; et illius ecclesia[b] sita[c] est in partibus orientis[5]. Et in nullis[d] ecclesiis infra[6] civitatem Ravennae Classinve[e] missa super populum celebratur nisi in ista sola. Aedificata est iam dicta basilica iuxta ardicam[7] beatae Eufemiae quae vocatur ad mare[8], qua[f] nunc demolitam esse videmus. Sedit autem annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO DATO VII[g].

9. Datus VII[h]. Hic namque vir religiosus et nimis pius vigilansque nocturnis fuit orationibus, atque praecipuus animarum adquisitor hominum ac gentis crebro prae-

*) prima die Decembris *add. in marg.* 1. *Eadem leguntur in Cat.*

a) *deest* 2. b) V. bonum 2. c) geras 2. d) senex 2. e) vel 2. f) etenim 2. g) *ita* 1. 2. h) ut *add.* 2. i) domino 1. k) est et sep. 2. l) *ita* 2 *et Cat.; deest* 1. m) Procullo 1 *hoc loco.* — V *deest* 2. n) VI 2. o) filius 1. p) ecclesiastica 2. q) complectebat 2. r) melius sese 1. s) *deest* 1. t) replectus 1. u) *deest* 2. v) VII 2. w) et *add.* 2. x) quocunque 1. y) sue *e corr.* 1; suae ad o. vitae 2. z) a. de c. 2. a) quatuor 1. b) eclesie 1. c) *e corr.* 1. d) in ullis 1. e) Classemve 2. f) quam 2. g) *deest* 2. h) VIII 2. *Itemque semper unitate numeros ordinales codicis* 1 *superat.*

1) καλὸς καιρός. 2) γέρων, ἱερός *vel* ἱερεύς, κύριος. 3) *Hoc ex eo auctor effecisse videtur, quod in Vita s. Apoll. Calocerus jam a s. Apollinare presbyter consecratus esse traditur.* 4) *Cf. c.* 77. 5) *scil. in Classe Agnelli tempore paene funditus destructa.* 6) *i. e.* intra; *et ita saepissime in toto opere.* BACCH. 7) Ardica, *vocabulum a nostro saepissime usurpatum, idem est quod Graecis* νάρθηξ *vel corrupte* ἄρθηξ *i. e. porticus, ut perlucide docet Zirardini p.* 175. 8) *Haec ecclesia Classensis haud confundenda est cum basilica s. Euphemiae ad Arietem supra c.* 1. *memorata, Ravennate; cf. Fantuzzi p. XXII.*

dicator; et velut[a] speculum clarius[b] vultus super cunctos emicuit. Nam quando is[c] ad gratiam supernam vocatus est, sancta ipsius anima a corpore cessit[d]. Et, ut asserunt quidam, in ecclesia beati Probi sepultus est. Sedit autem annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO LIBERIO VIII[e].

10. Liberius VIII, magnus homo, caritate plenus, irriguus fons, fide praecipuus, mente benignus. Suis temporibus[f] ecclesiam omni honore adauxit. Inmensa humilitate propriae[g] suae vitae animam custodivit omnisque philosofiae tenuit principatum. Post haec autem obiit et sepultus est, sicut quidam suspicantur, cum praedecessori[h] suo. Sedit autem anno ..., mens..., dies ...

DE SANCTO AGAPITO IX[i].

11. Agapitus IX, cuius nomen Latina[k] lingua vertitur 'caritosus'. Hic agapes cum peregrinis cotidie faciebat[l]. Iste etenim assidue munuscula pauperibus tribuebat, et infra sui corporis templum bonitatem, ad aram cordis suam animam coram omnipotenti Domino velut hostia cotidie triverat. Ad quem[l] postmodum divinum superveniens mandatum, sancta anima a carne soluta[m] est. Sepultus est[n], ut suspicantur, cum superius nominatis aliis. Sedit autem annos ..., menses ..., dies[2] ...

DE SANCTO MARCELLINO X[n].

12. Marcellinus X, iustus et timoratus, suis orationibus daemonum castra prostravit et oves, quae a Domino ei traditae fuerant, inpiger custodivit, ne ille inmanissimus lupus, qui cotidie saevit[o] et furit in[p] eas, tempore suo ecclesia laniare potuisset[q] et ex suis ovibus praedam evelleret, ut non[n] christianorum animas, quas sanctus vir omnipotenti Domino adquisierat, beluino gutture devoratum[r], ne infernalibus connexis gehennae vinculis ditione manciparet. Transactaque plurima annorum curricula[s] spatii, pontificatum amisit et vitam; cuius tanta corpus odoramenta fragravit[t], ut preciosissimae mirrae[u] incensa sepelientium nares sentirent[3]. Sepultus est, ut fatentur alii, in basilica beati Probi. Sedit autem annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO SEVERO XI[v].

13. Severus[4] XI, cuius nomen intelligitur in compositione 'saevus verus'. Hoc non ad saevitiam pertinet, sed ad fortitudinem: saevus id est fortis, verus pontifex maxi-

a) sicut 2. b) clarus vultu 2. c) hic 2. d) recessit 2. e) *deest* 2. f) S. in t. 2. g) propriam 2. h) praedecessore 2. i) *deest* 2. k) in Lat. 2. l) quod 1. m) solita 1. u) *deest* 2. o) scevit 1. p) f. eam castra sua ecl. 1; f. temp. suo lan. (ecclesia *deest*) 2. q) posset 2. r) devorare nec 2. s) *ita* 1. 2. t) flagravit 1 *et ita saepe pro* fragr. u) mire 1. v) *deest* 2.

1) *Haec ex nomine auctorem collegisse patet.* 2) *Acta synodi Romanae (Mansi II,* 1269*), cui quidam 'Agapitus Ravennatis ecclesiae episcopus' interfuisse dicitur, de quo Ravennates multa disseruerunt (cf. Amadesi I, p.* 37 *sqq.), ficta esse, satis constat.* 3) *Nescio, an haec quoque auctor ex nomine, Marcellinum scilicet perverse a voce graeca* ναρκάω *ducens, effecerit.* 4) *Cum a.* 836. *Otgarius archiepiscopus Moguntinus corpora s. Severi episcopi ejusque conjugis Vincentiae et filiae Innocentiae in Germaniam transtulisset, scripsit Liutolfus presbyter circa a.* 858—863. *s. Severi Vitam, quam ipsi Ravennae commoranti monachus quidam monasterii s. Severi (in Classe) narraverat, et Translationem (ed. Acta SS.* 1. *Febr. I, p.* 88—91*; Jaffé, Bibl. III, p.* 507—517*; cf. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen ed.* 3. *I, p.* 182 *sqq.). Ille monachus cum eadem fere, quae apud nostrum inveniuntur, cujusque librum nondum eum prae oculis habuisse constat, narraverit, satis probatur, Agnello fidem esse habendam paulo infra profitenti, gesta s. Severi a senioribus sibi relata esse. Cf. verba Liutolfi, Jaffé l. c. p.* 513*:* Si autem adhuc

mus. Cuius sacerdotium ab omnipotenti[a] Domino tantum praedestinatum fuit, ut in illius[b] electione Spiritus sanctus missus fuisset in specie colunbae, quam omnis populus viderunt corporalibus oculis, et super eius capud requievit. Unde de[c] eo in proverbium usque hodie dicitur a singulis gentibus: 'Beata terra illa, ubi in electione pontificis Spiritus sanctus descendit in colunbae similitudinem[d], et ordinatur, super caput cuius[e] requiescit'. Sed vae tibi, Ravenna misera, vicina destructae Classis, quia nunc[f] cum
344. nimia altercatione et controversia pontifex in te ordinatur. In Sardicense concilio cum legatis[g] Romanae ecclesiae vir sanctus interfuit hic Severus[1].

14. Beatus iste superius nominatus Severus dum missa celebraret[h], cum ipsius[i] diaconus in pulpitum ascendisset[k] et beati apostoli Pauli epistolas legeret, ut populorum conventus spiritualibus[l] verbis reficeret: subito sanctus vir in extasim[m] factus est, velut sopore detineretur, nec pleniter dormiens aut vigilans. Aestimantes eum sui, quod somno arreptus fuisset, coeperunt latera eius pulsare. Ille autem quasi de gravissimo[n] somno erigit se sursum et tristi animo dixit illis: 'O quit fecistis? Quare inquietastis me? Quamvis a vobis hic viderer, in alio loco eram'. At illi perseverabant interrogantes eum, dicentes: 'Dic nobis, ubi fuisti, pater'? Quibus ille ait: 'Indulgeat vobis Dominus, dilectissimi filii, pro eo, quod expergefactum[o] fecistis me, quia in Sancta Mutinense ecclesia eram et ibidem fratris et coepiscopi mei Geminiani ipsius antistes[p] ecclesiae omnipotenti Domino animam commendavi, et ibidem steti, quousque praedictum sanctum corpus sepulcro poneretur'. Propter hanc igitur causam, ut veritas probaretur, cives Ravennates et cives Classensis equites miserunt ad superius iam dictam urbem Mutinensem, ut sancti viri eloquia cumprobarent. Qui, dum requisitus fuisset dies vel hora, qua sancta anima beati Geminiani migrasset ad Dominum, dixeruntque: 'Nonne domnus Severus pontifex vester ei[q] animam commendavit et tandiu hic stetit, quousque corpus eius sepulcro clauderetur, quo clauso ab oculis nostris repente evasit'? Qui reversi nunciaverunt per ordinem civibus suis, ut eis narratum fuerat. Ex illo iam die coeperunt sanctitatem eius anplius venerari[2].

15. Cuius[r] beati vita viri apud nos non reperitur[s] descripta historia; sed dicunt quidam, quod multa mirabilia prodigiaque per eum Dominus exercuit in populo, quod non valuit patefacere stilus noster. Tanta autem illius sanctitas fuisse asseritur, ut eius defuncta coniunx post plurima tempora evoluta esset in latus. Dum filia beatissimi confessoris Christi Severi, Innocentia nomine, vitales auras amisisset, venerunt omnes,

a) omnipotente 2. b) ut nullus 1. c) U. cum in 1. d) similitudine 2. e) eius 1. f) *deest* 2. g) *in loco raso* 1. h) celebraretur 2. *V. Gemin.* i) *ita* 2 *et Vita Geminiani;* c. suis diaconis 1. k) ascendens b. 2. l) spicialibus 1. m) exstasi 2. n) gravi s. erigens 2. o) expergefecistis 2. p) antistitis 2. q) eius *V. Gemin.; deest* 2. r) Quorum beata 1. s) reperiuntur 1.

de istis haesitans mihi non credideris, vade in Italiam et quaere locum memoratum inter Ravennam et monasterium sancti Apollinaris; et ibi procul dubio huius narrationis tot testes inveneris, quot monachos. *Vita s. Severi edita in Actis SS. l. l. p.* 82—87. *et a Bacchinio II, p.* 29—34 *(Bacchinii editio repetita est apud Muratorium II,* 1, *p.* 189—193*), ex nostri tantum narratione conflata multo post eum scripta est.* 1) *In catalogis episcoporum, qui synodo Sardicensi a.* 344. *celebratae (cf. Hefele, Conciliengeschichte ed.* 2. *I, p.* 533 *sqq.) interfuerunt, invenitur:* Severus ab Italia de Ravennensi *vel* de Ravenna *(Mansi, Conc. III, col.* 39. 42. 49*). Hic igitur est primus episcopus Ravennas, cujus nomen et tempus certis monumentis nobis tradita sunt.* 2) *Haec de morte s. Geminiani fabella apud Liutolfum non legitur; tota in Vita s. Geminiani (Acta SS.* 31. *Jan. II, p.* 1099*) ad verbum descripta est. Praeterea monendum est, s. Geminianum haud dubie multo post s. Severum obiisse; subscripsit enim epistolae synodicae Mediolanensi a.* 390. *a s. Ambrosio ad Siricium papam directae (Mansi III,* 663*) Geminianus episcopus, quem optimo jure Mutinensem fuisse credunt.*

ut infra sepulcrum suae[a] genetricis Vicentiae corpusculum ponerent, viderunt sepulcrum minimum dixeruntque: 'Non possunt hic duo requiescere corpora, quia modicum est vas'. Cum fletuque dominus ait Severus: 'O mulier, cur mihi molesta es? Quare non praebes locum filiae tuae[b]? Suscipe quod portasti, ex tua sumpta est carne, ne dubites recipere. Ecce tibi trado, quod mihi dedisti, ne torpeas; unde fuit, reversa est. Locum tribue sepeliendi, noli me contristare'. Ad cuius vocem sub tanta velocitate suae coniugis ossa ad semetipsam in partem alia[c] remota sunt, quanta vix ea animata corpora hominum sic citius moveri potuissent, et filia[d] sua spatium loci tribuit ad sepeliendum[1].

Factum est autem post haec, ut sancta anima, quam homines diligebant in terra, divino iussu a sanctis angelis esset[e] susceptura amoeno in loco. Sicut enim narrante[f] audivi de transitu beati viri, ita vestris auribus intimabo. Quod[g] quadam die missam celebrasset et sacrum dominici corporis et sanguinem percepisset, stola pontificale[h] indutus, suum iussit aperire sepulcrum, quod vivus ingressus, inter coniugem et filiam iacens se iussit claudi. Ibi denique orans preciosam Deo animam reddidit. In[i] tali pace et tranquillitate defunctus est sub die Kalendarum Februarium[2]. Et multa mirabilia ad sepulcrum[k] Dominus ostendit in ipsius ecclesia, quae sita est in civitate dudum Classis, non longe a regione quae dicitur Salutaris, usque in praesentem diem[3].

16. Et iterum narrabo vobis, quod[l] nostris temporibus facta cunspeximus; ad memoriam revoco, ut recordemini. Vir autem unus, qui hodie animatum vivit corpus, cum parvulus esset, ex[m] infirmitate corporis cum sua mater[n] ad sepulcrum beati Christi confessoris Severi prostravisset, somnoque omnis arrepti fuissent, solus ille infirmus puer intempestivum[o] noctis expavit et vocem emisit, cunctos excitavit. Viderunt, qui ante candelas extinctas fuerant, cungruo lumine fulgorem[p] micantes. Et cum vidissent cuncti inmensum lumen, territi mente dederunt gloriam Deo et Severo cunfessor[q] eius. Puer autem cum in medio[r] eorum deductus fuisset, coepit mater eius interrogare eum: 'Quid tibi contigit, fili'? At ille coram omnibus dixit: 'Vidi ex hoc sepulcro egredientem virum episcopali habitu, canitie capitis decoratus, angelico vultu, tetigit me, et expavi'. Infirmitas vero pueri statim recessit ab eo, et non ultra febricitavit. Haec nostris temporibus facta sunt, non solum hoc, sed et alia multa.

17. De electione sancti istius[s] viri, quod[t] superius incepi, quod mihi[u] narratum fuit a multis senioribus, expleam. Quadam die lanisterii opus[v] praegravatus cum esset, ipse cum coniuge sua lanificium, ut dixi, nearent officium, ait ad cuniugem: 'Vadam et videbo visionem mirabilem, quomodo de alto caelo columbam[w] veniet et super electi caput consideat'[x.4]. Coniunx vero eius coepit eum subsannare et increpare, dicens: 'Sede hic et[y] labora, noli otiosus esse! Sive ieris, sive non ieris, te pontificem populus non ordinabit; revertere ad opus'! Ille autem dixit illi: 'Sine me, ut vadam'! Et illa:

a) *deest* 1. — Vinc. 2. b) meae 2. c) aliam 2. d) filiae suae 2. e) esse susc. et am. 1; esset *deest* 2. f) narrantes 2. g) cum *add.* 2(?). h) pontificali 2. i) Vitali 2. k) eius *add.* 2. l) *ita* 1. 2. m) et 1. n) *ita* 1. 2. o) in tempestate 2. p) fulgore 2. q) confessori 2. r) medie 1. s) ipsius 2. t) qui 1. u) nichil 1. v) opere 2. w) columba 2. x) *ita* 2; consendat 1; consedeat *V. Severi.* y) *deest* 1.

1) *Liutolfus tradit, ipsi Severo, cum moriturus in sepulcrum descendere vellet, corpora uxoris et filiae defunctarum utroque se removentia locum dedisse. — Simile quoddam miraculum narrat Gregor., Dial. III,* 23. 2) *Cf. Liutolf. p.* 512: Sancti Severi, inquit, festivitas in Kalendis Februarii celebratur, *et Martyrol. vetust. ed. Florentinius (Lucae* 1668. 4°): Kal. Febr. In Ravenna Severi episcopi. 3) *Haec scribens Agnellus ignorasse videtur, sancti ossa furto esse ablata et in Germaniam translata.* 4) *Ex hoc loco Ravennates demonstrare voluerunt, nostro jam nota fuisse, quae postea tradebantur, priores scilicet undecim episcopos Ravennates omnes per columbam e caelo descendentem electos esse; quod vero nullo modo probari potest. Potius ex hoc loco illam fabulam natam esse crediderim.*

'Vade, quia qua hora ieris pontifex cumfestim ordinaris'. Ille autem surgens perrexit, ubi erat coetus populi cum sacerdotibus, et pro vestium deformitate, quia[a] squalida indumenta indutus erat, abscondit se post ianuam ipsius loci, ubi erant omnes congregati orantes, et post orationem expletam extinplo venit e[b] caelis columba nive candidior et requievit super caput beati Severi confessoris Christi post valvas latitantem[c]. Ille autem dum a se eam compulisset, volitansque per aerem, iterum requievit super eum secundo et tertio. Stupefactus omnis potemtatus, qui praesentes astabant, maximas Deo gratias agentes, ordinatus est pontifex[1]. Quo audito, coniunx, eius, quae nuper deriserat, postea super eum gratulabatur. Tunc inpletus est euangelicus sermo, quod scriptum est: 'Apud homines hoc inpossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt', Matth. 19, 26. et iuxta Pauli vocem: 'Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia'. 1. Cor. 1, 27. Et, ut aiunt quidam, beatus Eraclianus, Pensaurense[d] civitatis episcopus[2], huius confessoris Severi fuisse[e] discipulus, et ab eo eruditus sacra[f] doctrina episcopalem tenuit sedem. Sufficiat vobis nunc, obsecro, quae de beati Severi vita audistis, ut de[g] reliquorum gesta[h], Deo suffragante, fari valeamus, et ut vos cum desiderio magis quam cum taedio legatis et inmensas Deo gratias agatis, qui est benedictus in secula. Sedit autem annis ..., menses ..., dies ...

18. Sed quaeso, dilectissimi, ut[i] curiosius intendatis, quantas omnipotens Deus virtutes suis fidelibus tribuit, non[k] solum vivi de carne, sed etiam mortui de ossibus obedirent; quatenus[l] ipsa veritas ait: 'Si habueritis fidem sicut granum synapis, et[m] Luc. 17, 6. diceretis huic arbori moro: Eradicare et transplantare in mare, obediret vobis'. Cur inter ceteras herbas granum solum synapis interposuit? Granum igitur synapis nisi teratur, illius virtus[n] non agnoscitur; cum tritum[o] fuerit, statim ex eo fortitudo et dulcedo procedit[3]. Sic et sancti, cum ad martirium pervenerunt, prudentia et humilitas apparet[p] fortia tormenta sustentando[q] et verbera[r] vel praelia carnificum non timendo[s] vel tacendo[t] in mansuetudine. Omnes filios vocaret, quos ex ydolorum cultu protraxerit[u] Domino, quia[v] genus martirii non tantundem[w] esse videtur. Aliud palam omnibus, aliud[x] in occulto[4]. In publico martirium est, cum[y] ante praesidem deducitur, trahitur, caeditur, vulneratur, irridetur[z], subsanatur, vinculis astringitur, vestibulo carceris truditur, et post haec omnia capite truncatur[a], et martir ille non[b] Christi nomen negat. Occultum martirium hominis est[c], semetipsum abstinere, ieiunare, vigilare, a malis vitiis cavere[d], carnalia desideria renunciare, quot sibi non vult fieri, alter[e] non facere, nullam concupiscentiam seculi detinere, ex suis iustis[f] operibus pauperum turbis elimosinas erogare, ad incredulos et infideles instanter praedicare et a caeco errore eripere et illis viam veritatis et luminis demonstrare; iuxta quod scriptum est: 'Estote prudentes in bono et Rom. 16, 19. sinplices in malo'. Rursus scriptum est: 'Estote prudentes sicut serpentes, et sin- Matth. 10, 16.

a) vel quod 2. b) a 2(?). c) latitantis 2. *Petrus Dam.* d) Pisaurensis 2. e) fuit 2. f) sacro 1. g) a. vide 1. h) gestis 2. i) *deest* 2. k) ut non *emend. Bacch.* l) quas 1. m) et *deest* 1. n) metus 1. o) territum 1. p) *deest* 1. q) sustentanda 1. r) verba 1. s) tim. vel *des.* 2. t) terendo 2. u) pertraxerit 1. v) *ita* 2; est 1; *fortasse* cum. w) tantum 2. x) et a. 2. y) *deest* 1. z) incideret 1. a) necatur 1. b) *deest* 1. c) in sem. 1; est h. s. 2. d) cavere — concupiscentiam *des.* 2. e) alteri 2. f) iusta 1.

1) *Eadem atque hisce simillima de electione sancti narrat Liutolfus. — Hunc locum repetit et tractat Petrus Damianus, Serm.* 4. 5. 2) *De hoc agit fusius quam lucidius L. Giordani in Nuova raccolta d'opusculi scientifici t. XX. (Venezia* 1770*).* 3) *Haec nullo dubio ex Petri Chrysologi Serm.* 98. *deprompta sunt, ubi legitur (Migne, Patrol. LII, c.* 475*):* Sicut in integritate grani sinapis virtus habetur occulta, apparet vero virtus eius, vehementissime si teratur *etc.* 4) *Similia, licet minus verbosa, habet Gregorius M., Dial. III,* 26 (Duo sunt martyrii genera, unum in occulto, alterum in publico *etc.*), *quae noster prae oculis habuisse videtur; at eadem quoque habet Isid. Etym. VII,* 11, 4.

plices sicut colunbae'. Et si serpens prudens est, cur[a] ipsa veritas per Salamonem dicit: 'Non est caput nequius super capud colubri[b]'. Et si prudens est, cur ergo scriptum est: 'Serpens erat callidior cunctis animantibus terrae'? Et si prudens, cur maledictus[c] a Deo[d] est inter omnia animantia mundi? sicut[e] scriptum est: 'Dixit Dominus ad serpentem: Maledictus eris inter omnia animantia terrae, supra pectus et ventrem tuum gradieris, et terram comedis[f] cunctis diebus vitae tuae'. Quare hoc? Quia subduxit[g] hominem, de prohibito pomo eum[h] mandere fecit, ingressus[i] est diabolus in venenoso[k] serpentis gutture et prothoplastum[l] paradixo expulit. Quare non super caudam aut cum[m] alio loco graderetur[n], nisi supra pectus et ventrem? Quia[o] quisquis terrena cogitatione vel vitiis delectatur, supra pectus et ventrem graditur[p]. 'Et terram comedes[q] cunctis diebus vitae tuae', hoc est: non ad caelestia eleves, sed terrena coenosa coinquinamenta[r] volutabis[s]. Sed ideo sanctos prudentes et sapientes[t] ut serpentes Dominus docet esse, quia[u] serpens, quando ab aliquo percutitur, corpus tradit ad flagellandum, solummodo capud abscondit[v], sic et sancti flagellantur corpora[v], et capud omnium nostrum, quod est Christus, abscundunt sub velamen[w] cordis et orationis. 'Et sinplices sicut colunbae': Cum ceterae aves fel habeant, haec ab illo aliena est, carens amaritudine, sed dulce animal, mansueta avis. Et ideo colunba nomen accepit a plausu alarum, unde percussio alarum aput Grecos 'peristera donca'[x. 2] dicitur, Latinum[y] 'columba' interpretatur.

Eccl. 25, 22. Genes. 3, 1. Genes. 3, 14.

DE SANCTO LIBERIO XII[z].

19. Liberius XII, praecipuus vir, orfanorum pater, largus elimosinis[3], pontificatum in pace rexit. Euangelicam praedicationem verissime custodivit, iuxta quod scriptum est: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras'. Nil alterius quicpiam[a] subripuit vel concupivit[b]; ex suis iustis laboribus[c] Deum honoravit. Post obitum suae vitae offi□ciosissime sepultus est et aeternam requiem possidet. Nam[d] de supradicti[e] vita Liberii quantum retinui, vobis disserui. Sedit autem hic beatissimus annos..., menses..., dies...

Luc. 21, 19.

DE SANCTO PROBO XIII[f].

20. Probus XIII, pinguis divina gratia et speciosus forma, decrepitus aetate, gravis[g] corpore, ylaris vultu[4], caeleste perfusus gratia, roboratus Deum senper quaesivit. Iste non cessavit suas ammonere oves, sed ingens praedicator extitit. Tanta autem excellentia Divinitatis fuit in eo, ut heruditus sapientia spiritali[h] superaret et inheruditus gratia[i] Spiritus sancti reficeret. Qui circa vicina mortem positus, angelorum contenplatus agmina, laetus et exultans, tendens ad sidera palmas[5], flammantia lumina

a) cui 1. b) colubris 2. c) maledicta 2. d) adeo 1. e) Sicut — terrae *des.* 1. f) comed.. 2. g) seduxit 2. h) *deest* 2. i) et i. 2. k) veterni 2. l) prothoplaustrum 1. m) non 2. n) traderetur 1. 2. o) Quia — ventrem *des.* 1. p) gradietur 1. q) comederes 1. r) coquinamenta 1. s) voluptatibus 1. t) sap. ut *des.* 1. u) si *add.* 2. v) corpore 2. w) velamine 2. x) *deest* 2; donea *Bacch.* y) Latine 1. z) *deest* 2. a) quempiam 1. b) occupavit 1. c) operibus 2. d) *fortasse* Nunc. e) supradicta 1. f) *deest* 2. g) *posthaec* 2 *tres paginas vacuas* (*f.* 119'. 120) *reliquit et annotavit:* In hac vita huius beati Probi ultra non inveni. Praeterea advertito, quod hic post vitam beati huius Probi desunt vitae aliorum trium archiepiscoporum et principium etiam vitae Petri antistitis, qui fuit XVIII[us]. Diminutae enim fuerant paginae ex libro exemplari, vel ex ipso archetypo, ex quo hunc ipsum ego Io. Petrus Feretrius Rhavennas excripsi. *Dehinc f.* 120' *pergit:* Prosequemur igitur reliquum vitae Petri antistitis XVIII, quod invenimus. Id autem tale est: Excurrentes hinc et *etc.* h) spiritalis 1. i) gracias 1.

1) *Eadem apud Hieronym., comment. in Matth.* 10, 17. 18. 2) *Vocem* περιστερὰ *ducit, ut videtur, a* πτερύσσομαι, πτέρισμα. *Quid sit 'donca', vocabulum fortasse corruptum, nisi de verbo* δονεῖν *cogitandum est, ignoro.* 3) *Propter nomen Liberius fuisse liberalis dicitur.* 4) *Hujus imaginem vidisse Agnellum verba docent; cf. c.* 77. 5) tendens ad sidera palmas *Verg. Aen. I,* 93; flammantia lumina torquens *id. Georg. III,* 433.

clausus[a], et reddidit spiritum. Sepultusque est iste beatissimus, ut suspicatus sum, cum praedecessore suo. Sedit autem annos..., menses..., dies...

DE SANCTO FLORENTIO XIIII.

21. Florentius XIV, iustus homo, pater pauperum et tutor[b] viduarum, magnus praedicator, humilis et mansuetus et pius, exortans cotidie oves suas, ut ad portum salutis et poenitentia fructus citius confugerent. Sepultus est hic sanctus vir in monasterio sanctae Petronillae[1], haerens muris[c] ecclesiae apostolorum. Rexit ecclesiam suam annis..., mensibus..., diebus...

DE SANCTO LIBERIO XV.

22. Liberius XV, vir sanctus, pulcher fuit in forma, clarior in sensu; lactiflua habuit heloquentia. Fuit enim verus Dei cultor, paganorum in bonis seductor, idolorum destructor; sub cuius temporibus coepit pars paganorum minuere et sancta ecclesia ex[d] christiano populo pupulare. Cuius tanta mansuetudo fuit, ut non dominus a suis sacerdotibus vocaretur, sed quasi unus ex ipsis consacerdotibus cognominaretur; solummodo inter eos pontificalis tituli solio praecedebat. Exortabatur iste cotidie erubescentes poenitentiam, ut cum fiducia deberent accedere. Istius denique tenporibus occisus est Valentinianus[2] augustus maior extra portam Artemetoris non longe ad stadium tabulae prope canpo Corianthri, et seditio maxima in populo fuit, et multi vulnerati in loco qui dicitur Puteus benedictus; missusque ex[e] Ravennam moenia augustus, invectorum manibus finivit vitam. Sepultusque[3] est in monasterio sancti Pulionis*[4], quem suis temporibus aedificatum est, non longe a porta quae vocatur Nova, cuius sepulcrum nobis cognitum est. Sedit autem praedictus antistes annos..., menses..., dies...

DE SANCTO URSO XVI.

23. Ursus XVI, castissimus corpore, sanctissimus in opere, tensam[f] et pulcram habuit faciem, modice calvus fuit. Iste primus hic initiavit tenplum construere Dei, ut plebes christianorum, quae in singulis teguriis vagabat, in unum ovile piissimus collegeret pastor. Nunquam suam ecclesiam polluit, nec Spiritum sanctum vendidit, nec de inpositionis manu aliqua afferendo munera suam dexteram porrexit. Igitur haedificavit iste beatissimus praesul infra hanc civitatem Ravenna sanctam catholicam ecclesiam, quo omnis assidue cuncurremus, quam de suo nomine Ursiana[5] nominavit. Ipse eam suis temporibus fundavit et, Deo iuvante, usque ad effectum perduxit. Lapidibus preciosissimis[g] parietibus circumdedit, super totius templi testudinem tessellis[h] variis diversas figuras composuit. Omnis autem populus, quasi vir unus, spontaneus animus

*) 3. Kal. Ianuarii celebratur *addit* 1 *in marg.*

a) clausit *emend. Bacch.;* claussus 1. b) *ita Cat.;* rector 1. c) murus 1. d) et 1. e) ē 1; extra *Bacch.* f) *fortasse* tonsam. g) precisissimis 1. h) tesellis *hoc loco et plerumque* 1, *alibi* tesselis, teselis, teseliis, tessellis *ut semper scribimus.*

1) *Fuit haud dubie sacellum basilicae astructum. Nam apud Agnellum 'monasterium' non modo idem quod 'coenobium', sed omne aedificium sacris dedicatum, praesertim parva sacella basilicis astructa significat. Nescio, unde Rubeus p.* 57 *didicerit, ejus sepulcro fuisse inscriptum* Liberius Florentius. 2) *Trium Valentinianorum imperatorum nemo Ravennae occisus est; haec ex Annalium loco perperam intellecto auctor finxisse videtur. Cf. quae N. Archiv I, p.* 312 *n.* 5. *notavi.* 3) *Scil. Liberius episcopus, non Valentinianus, ut quidam opinati sunt.* 4) in regione S. Salvatoris prope murum civitatis *sito; cf. Fantuzzi, Mon. Rav. I,* 336. *VI,* 248. 5) *Usque hodie ecclesia cathedralis, de qua cf. Fabri p.* 1 *sqq.; v. Quast, Die altchristlichen Bauwerke von Ravenna p.* 2; *Tarlazzi p.* 27 *sqq.*

laborabat laetans[a] et gaudens, et de caelis Deum cunlaudabat, quia prosperabatur salus in manibus eorum per intercessionem sui sacerdotis et confessoris. Qua Euserius[b] et Paulus unam parietem exornaverunt, parte mulierum, iuxta altarium sanctae Anastasiae, quod fecit Agatho. Ipsa est paries, ubi columnae sunt positae in ordinem usque ad murum de postis maiore. Aliam vero parietem parte virorum comptitaverunt Satius et Stephanus[1] usque ad praedictam ianuam, et hinc atque illinc gipseis metallis diversa hominum animaliumque et quadrupedum enigmata[2] inciserunt et valde optime composuerunt. Sita est iam dictam ecclesiam in regione Herculana. Ideo Herculana dicitur, quia ab Hercule cunsecrata fuit, non longe a posterula Vincileonis, eo quod Vincilius ipsam haedificavit. Habitabat autem sanctissimus vir infra episcopium, qui est positus iuxta fossam amnis, qua egreditur de loco qui vocatur Organaria, emanans sub pontem Pistorum[3], mira magnitudine et tota aedificiali machina[c] constructa, ubi nunc destructum stabulum esse videtur. Post haec vero omnia consummata et aedificia pleniter constructa infirmitatem modicam sensit corporis, quasi eructuans reddidit spiritum Idus Aprilis; in tali pace et tranquillitate vitam finivit in die sanctae resurrectionis[4]. Et in tali vero die ab eo dedicata est ipsa ecclesia[5] et vocata Anastasis. Sepultusque est, ut asserunt quidam, in iam dicta ecclesia Ursiana, quae et Anastasis, quam ipse construxit, ante altare subtus pirfireticum lapidem, ubi pontifex stat, quando missam canit[6]. Quam ob rem non post multum tempus eius sanctitas claruit, et in musivo camera tribunae beati Apolenaris nomen illius unam cum sua imagine[d] 'Sanctus Ursus' descriptus est. Sedit annos 26, menses..., dies...

DE SANCTO PETRO XVII.

24. Petrus antistes XVII, sanctissimus vir, tenui corpore, procera statura, macilentus effigie, prolixam habens barbam[7]. A tempore beati Apolenaris una cum isto viro omnes praedecessores sui Syrie fuerunt. Fundator ecclesiae Petrianae[8], muros per circuitum haedificans, sed nondum omnia conplens. Nulla ecclesia in aedificio maior fuit similis illa neque in longitudine, nec in altitudine; et valde exornata fuit de preciosis lapidibus et tessellis[e] variis decorata et valde locupletata in auro et argento et vasculis sacris, quibus ipse fieri iussit. Ibi asserunt affuisse ymaginem Salvatoris depictam, quam nunquam similem in picturis homo videre potuisset, super regiam[9]; tam speciosissima et assimilata fuit, qualem ipse Filius Dei in carne non fastidivit, quando gentibus praedicavit.

25. Sed tamen volo, ut vobis notum sit, quod de superscripta[f] Domini nostri sancta effigie[g] a singulis audivi senioribus, tam popularibus, quanque sacerdotibus, sicut ipsi traditum habuerunt ab antecessoribus suis. Non solum mihi intimatum est, qui volo hunc adscribere Pontificalem, verum etiam et ceteris meis cundiscipulis et fratribus, qui nutriti in gremio sancta Ursiana ecclesia fuimus: Quod fuisset quidam spiritualis pater in heremo, postulabatque cotidie a Dominum, ut ostendisset ei formam incarnationis suae. Qui dum post multa tempora in tali oratione suae animae taedio lassaretur, astitit ei

a) lectans 1. b) *ita Rub.; dubium est num* Euserius *an* Cuserius *legendum sit* 1. c) *ita Mur.;* madicho 1. d) inmagine 1. e) teseliis 1. f) superescrita 1 *saepius.* g) efigiē 1.

1) *Nomina quinque artificum ex inscriptionibus nullo dubio didicit noster.* 2) *i. e. imagines allegoricae.* 3) *De hoc ponte nusquam alibi commemorato cf. Zirardini p.* 248. 4) *Si haec recta sunt, s. Ursus a.* 396. *Id. Apr., quo anno pascha in hunc diem cadit, mortuus, a.* 370. *electus est. Cf. Amades. I, p.* 74 *sqq.* 5) *Anno* 385. *hoc factum esse, Ravennates conjecerunt, quia hoc quoque anno pascha Id. Apr. celebratum est.* 6) *Corpus s. Ursi loco ab Agnello indicato a.* 1517. *quaesitum non esse inventum, narrat Rubeus p.* 61. 7) *Cf. infra c.* 27. 8) *Hanc ecclesiam ante medium saec. VIII. terrae motu funditus eversam, ut ipse infra c.* 151. *tradit, Agnellus jam non vidit, quam postea Aistulf rex Langobardorum 'reaedificare voluit, sed non consummavit'.* 9) *i. e. porta primaria, quod vocabulum a nostro et in Libro pont. saepe usurpatur.*

nocte vir in candidis vestimentis, angelico habitu indutus, dixit illi: 'Ecce exaudita est oratio tua et laborem tuum aspexi. Surge, vade in civitatem quae vocatur Classis, et quaere ibi ecclesiam Petrianam; et cum ingressus ibidem fueris, aspice super valvas eiusdem ecclesiae infra ardicam, ibi me videbis depictum in parietis calce, qualis ego fui in mundo in carnem'. Deinde ipse gaudio magno repletus, verbo auditu laetus et ovans, heremum reliquit, comitabanturque cum eo duo leones. Et surgens, per longinqua terrena itinera ad civitatem Classim pervenit, et cum ingressus fuisset in praefatam[a] ecclesiam una cum ipsis leonibus, diutissime plorans et orans per parietes sanctam effigiem quaerere coepit. Qui cum non invenisset, venit ad locum, quo dormienti revelatum fuerat ipsa esse depicta effigies. Et videns eam, cecidit pronus in terram, lacrimans, adoravit et agens gratias, quia sicut viderat, veluti ei fuerat in sompnis revelatum. Et intuens in illam diutissime, dixit: 'Gratia[b] tibi ago, exauditor omnium Deus, qui non spernis quaerentes te nec desideras peccatorum mortem, sed invocantium te praesto es, aput quem mediator, nec nuncius, nec intramissor necesse est, apud quem non est mora deprecantium fidelium, iuxta quod nobis per prophetas pollicitus es: "Adhuc loquente te, ecce adsum". Ecce non secundum mea merita, sed secundum tuam misericordiam desiderium meum adinpletum est. Iam satiatus sum de sanctis divitiis tuis, iam de thesauro caelesti locupletatus sum. Suscipe animam meam in aula sancta tua, et invitatus ad coenam agni, merear ingredi in regno tuo et sedere ad mensam tuam'. Et his dictis diutissime horans et gaudens, inter duosque leones circa eum rugientes reddidit spiritum. Qui dehinc capientes populum, cuncurrerunt, adprehendentes terram fossoriam cum nimio timore et veneratione — lanbentes leones eius menbra atque vestigia — et lacrimas fundentes, cum ingenti luctu sepelierunt eum. Tunc leones, unus ad caput eius[c] prostratus est et alius ad pedes, rugitus magnos inter se dantes, cuncurrentes[d] hinc et inde iuxta sancti viri corpus, magnis vocibus perstrepentes atque suorum[e] colla sub eius tumulo cupientes submittere — amarissime populus cum ipsis leonibus flebat — ambo interierunt[f]. Ipse vero populus foveam ex utraque parte in terra iuxta sancti viri corpus sepelivit illos hinc et inde Cum nimio autem metu territus est[f] populus, in viam suam reversus est[g], narrabit[h] mirabilia, quae Dominus in hominibus et in bestiis exercuerat.

Ies. 52, 6. 58, 9.

425. 26. Fuit enim[i] in Valentiniani temporibus. Cum coepisset Valentinianus imperare, in ipso introitu imperii eius beatus iste Petrus vita expoliatus astra petivit[2]. Ut aiunt quidam, sepultus fuit in sua fundata ecclesia Petriana. Certissime enim sciatis, veritatem vobis dicam, non[k] ullum mendacium. Dum in monasterio meo beatae et semper virginis Mariae quae vocatur ad Blachernas[1. 3] residerem, quod est fundatum non longe a Guandelaria[m. 4], dum vellem perscrutare[n] omnium vita[o] pontificum Ravennatum, haesi-

a) prefactam 1. b) gloria 1; gratiam *corr. Bacch.* c) eis 1. d) excurrentes 2, *qui hic pergit.* e) sua 2. f) metu et terrore est 2. g) *deest* 2. h) *ita pro* narravit 1; narrabat 2. i) vero 2. k) nullum m. 2. l) lacernas 2. m) Guandaria 2. n) perscrutarē 1; perscrutari 2. o) vitas 2.

1) *Puto, hanc narrationem ortam esse ex quodam lapide sepulcrali, in quo homo inter duos leones stans fictus erat, ut conspicitur in sepulcro Isaacis exarchi, Spreti I, tab. VIII.* 2) *Secundum Agnellum igitur Petrus I, successor Ursi, a.* 396 — *c.* 425. *sedit, quod tamen minus fide dignum est. Quamdiu enim sederit nostrum ignorasse, ex spatio numerorum in fine c.* 27. *vacuo relicto patet. Usque ad Valentiniani III. initium hunc vixisse, ex iis tantum, quae infra c.* 27. *de ejus imagine a Galla Placidia facta tradit, collegisse videtur. At dubitare licet et num imago hujus fuerit Petri an Petri II. Chrysologi, aequalis ut certum est Placidiae, et an jussu Placidiae picta sit. Neque etiam certo certius constat — nusquam alibi quidquam de eo — ineunte saec. V. exstitisse episcopum quendam Ravennatem nomine Petrum. Cf. p.* 292 *n.* 1. 2 *et p.* 310 *n.* 2. *Monendum praeterea, jam Rubeum hunc Petrum I. ex serie episcoporum Ravennatum ejecisse.* 3) *Cf. Zirardini p.* 94, *Fantuzzi I, p.* XXXIII. 4) *scil. porta; cf. Zirardini p.* 231.

tator[a] eram animae meae de huius sancti viri tumulo. Qui dum ita cogitarem, unus ex pueris, qui cotidie aspectibus meis consistebat, nunciavit mihi, Georgium presbiterum Classensis ecclesiae advenisse. Ille vero illo tempore regebat curam ecclesiae sancti Severi confessoris Christi, vir valde venerabilis, constans in omnibus, firmus absque imbecillitate. Qui cum fuisset ad me ingressus, postquam sedisset, statim sciscitare[b] eum coepi, forsitan aut per antiquos homines in auditu aut visu aliquid de beati huius pontificis glosochomo[b*] scisset. Ille autem ilari vultu dixit mihi: 'Veni[c], ostendam tibi, quod maxime cupis, ubi preciosissimus requiescit[d] thesaurus'. Qui cum ascendissemus equis[e], properavimus Classem, et iussi meis hominibus, qui nobiscum comitabantur, longius secedere, quasi stadio medio; et ingressi sumus infra monasterium sancti Iacobi, quod est fundatum infra superscriptae ecclesiae fontem[f]. Vidimus sepulcrum ex lapide proconiso[g] precioso, et elevavimus duriter atque modice cooperculum. Invenimus infra ipsam arcam capsam[h] cipressinam; cumque sublevassimus eius tegumen, vidimus nos ambo sanctum corpus iacens, quasi ipsa hora sepultus[i] fuisset, longam habens staturam cutemque[k] pallore proditam et omnia integra menbra, pectus et ventrem integrum, nulla deerant[l], nisi pulvillus capitis minuerat. Tantum autem odorem manavit, ut[m] hac si incensum fragrantes[n] mixturatum mirra balsamoque sentivimus. Irruit super nos terror orribilis ac vehementissimus et tanta tristitia, ut, quod antea alacriter aperuimus, vix etiam cum suspiriis et gemitibus claudere potuimus. Odor[o] denique nos superabat in omnibus et sic fuit, ut amplius quam unam ebdomadam odor ex nostris naribus nunquam recessit. Et desuper ipsam arcam illius imaginem mire depictam continebatur literis: 'Domnus Petrus archiepiscopus'[1].

27. Et infra ecclesia[p] beati Iohannis euangelistae[2] iussit Galla Placidia pro illius sanctitate eius effigie[q] tessellis exornari in pariete tribunali post[r] tergum pontificis, supra sedem ubi pontifex sedet. Quae effigies ita[s] facta: prolixam habens barbam, extensis manibus, quasi missas[t] canit, et hostia veluti super altare posita est, et ecce[u] angelus Domini in aspectu altaris illius orationes suscipiens est depictus. Istius temporibus Galla Placidia augusta multa dona in ecclesia Ravennati[v] optulit et lucernam cum cereostato[w] ex auro purissimo[x] fecit, pensantes, ut dicunt quidam, pondere publico libras septem, una cum sua effigie scenofactoriae[y] artis[3] factam[z] infra orbita et per in giro legentem: 'Parabo lucernam Christo meo'. Et hic beatissimus alapas[4] Euangeliorum ex auro optimo et gemmis lucidissimis fecit, et effigies illius ibidem facta est, quae permanent usque in praesentem diem, et literae hoc ostendentes desuper capitis illius scripta[a] sunt: 'Domnus Petrus antistes ob diem ordinationis suae sanctae ecclesiae optulit[b. 5]'. Defunctus est pridie Kalendas Augusti. Sedit annos ..., mensis ..., dies ...

Ps. 131, 17.

a) haesitatio erat 2. b) sciscitari 2. b*) *ita* (*i. e.* γλωσσόχομον) *c.* 163; glosochonio *hoc loco* 1. c) et *add.* 2. d) th. r. 2. e) equis *corr.* equos 2. f) suprascr. *(ita const.)* frontem ec. 2. g) pret. pro quo viso 2. h) *deest* 2. i) sepultum 2. k) cumque p. prodita ex omni 2. l) nihil deerat 2. m) *deest* 2. n) flagr. 1. — mixturam 2. o) Odore 2. p) ecclesiam 2. q) effigiem 2. r) postergum 1. s) sita 1; sua 2; ita est *conj. Bacch.* t) missam canens 2. u) *deest* 2. v) *ita* 2; Raveñ 1. w) cereos totum 1. x) primo 1. y) senofactore 1. z) facta 2. a) scriptae 2. b) optulis 1.

1) *Propter nomen archiepiscopi quinto saeculo plane ignotum arca inventa aut non fuit hujus primi Petri episcopi (Petro IV. potius attribuenda), aut duobus circiter saeculis post ejus obitum verba inscripta sunt.* 2) *Quae Petro I. jam mortuo, ut videtur, aedificata est; cf. infra c.* 42. 3) *i. e. 'ars acu (σχοῖνος) pingendi', Du Cange-Henschel s. v.; cf. infra c.* 140. *et Acta apost.* 18, 3. 4) *Alaparum nomine tabulas exteriores intelligit, quibus Evang. liber compactus fuerat.* BACCH. *Eadem vox infra bis c.* 169. *et* 174. *occurrit. Cf. Wattenbach, Schriftwesen, ed.* 2, *p.* 336. 5) *Num haec Petro I. an posteriori cuidam episcopo hujus nominis tribuenda sint, in dubium vocari potest.*

DE SANCTO NEONE XVIII.

28. Neon XVIII[1]. Iste pulcrum[a] aspectum, sanctissimam et spiritualem habuit vitam. Aedificator autem fuit superscripta[b] ecclesia Petriana, cuius funditus aliquam partem antecessor construxerat[2], unde necesse erat, successores[c] antecessori[d] opus implere. Dehinc fuerant omnia postquam constructa aedificia et sartatecta[e] tenpli innovata sunt, variis coloribus depingere fecit. Fontes[3] Ursiana ecclesia[f] pulcerrime decoravit: musiva[g] et auratis tessellis apostolorum imagines et nomina camera circumfinxit, parietes promiscuis lapidibus cinxit. Nomen ipsius lapideis descriptum est helementis:

'Cede vetus nomen, novitati cede vetustas,
Pulcrius ecce nitet renovati gloria Fontis.
Magnanimus hunc nanque Neon summusque sacerdos
Excoluit[h], pulcro conponens omnia cultu'.

29. Domum infra episcopium[4] Ursianae ecclesiae, quae vocatur Quinque agubitas[i.5], a fundamentis construxit et usque ad effectum perduxit. Ex utraque parte triclinii fenestras mirificas struxit, ibique pavimenta triclinii diversis lapidibus ornare praecepit. Ps. 148, 1. Istoriam psalmi, quam cotidie cantamus, id est 'Laudate Dominum de caelis', una cum cathaclismo in pariete, parte ecclesia[k], pingere iussit[l]; et in alio pariete, qui super amnem posito, exornari[m] coloribus fecit istoriam domini nostri Iesu Christi, quando de quinque panibus et duobus piscibus tot milia, ut[n] legimus, homines satiavit. Ex una autem parte frontis inferius triclinei mundi fabricam comptitavit, in qua versus descriptos exametros cotidie legimus ita:

'Principium nitidi prima sub origine mundi,
Cum mare, tellurem[o], caeli cum lucida regna
Virtus celsa Patris Natique potentia[p] fecit;
Cumque novus sol, luna, dies, aurora micabit,
Ex[q] illo astrigerum radiavit[r] lumina caelum.
Unus in orbe novo vir terra virgine factus
Exiluit[s] humo, insons hic corpore senso.
Iste Dei meruit vocitari solus imago,
Namque sui similem hominem produxit in orbem
Supremi genitoris amor, dominumque locavit.
Hunc Sator omnipotens, rerum ditissimus[t], ipse

a) pulcher aspectu 2. b) suprascriptę ecclesię Petrianę 2. c) successor 2. d) antecessoris 2. e) facta tecta 2. f) ecclesię Ursianę 2. g) *ita* 1. 2. h) *ita* 2. *Rub.;* exquoluit 1. i) dagubitas 1. k) ecclesię 2. l) fecit 2. m) exornare 2. n) *deest* 1. o) tellure 1. p) pōtentiā 1. q) Et 1. r) radiabit 2. s) exilivit 2. *Versus si integer sane artis metricae et prosodicae contemptor, itemque alii sequentium.* t) dulcissimus 1.

1) *Ad Neonem episcopum exstat epistola* 166. *Leonis I. papae (opp. ed. Ballerinii I,* 1405*; Migne LIV,* 1191.*) data* 9. Kalendas Novembris cons. Maioriani Augusti *(*458, *Oct.* 24*). Cum igitur constet, Petrum Chrysologum circa a.* 449. *praefuisse ecclesiae Ravennati, hujus, non Petri I. successorem fuisse Neonem jam non dubium est. Cf. Amades. I, p.* 110 *sq., p.* 123 *sqq., cui tamen ne majorem fidem tribuas cave.* 2) *Ex his colligi possit, Petrum Chrysologum ecclesiam Petrianam instituisse; unde vero Agnellus didicerit, nisi ex memoria hominum, eandem a Neone esse confectam, nescio.* 3) *Hoc baptisterium antiquitate omnes insignes aedes Ravennates superans hucusque existit, S. Giovanni in Fonte vocatum. De quo cf. v. Quast p.* 4 *sq. et tab. I; Tarlazzi p.* 256 *sqq.* 4) *Quod vocabatur Tricolis, infra c.* 50. 75. *etc. commemoratum, et quod prope ecclesiam Ursianam sitam fuisse scimus; cf. Fantuzzi II,* 422. *Unde in Catal. legitur:* Neom. . . fundator Tricolis, sed non consummator. 5) *i. e. accubita, quae Agn. distinguit a triclinio tanquam totum a parte. Ubi clerici conviviis accumbebant.* BACCH., *qui de iis in suis observationibus fusius egit.*

Multifluis opibus lungum ditavit in aevum.
Isti cuncta simul silvarum praemia cessit,
Iussit in aeternum[a] fetus producere terram.
Huius oves niveae, nitida per gramina vaccae[b],
Huius et alticomis sonipes[c] fulvique leones,
Huius erant passim ramosi in cornua cervi,
Pinnatique greges avium piscisque per undas.
Omnia nanque Deus homini, quaecunque paravit,
Tradidit et verbo pariter servire coegit.
Hunc tamen in primis monitis caelestibus olim
Observare suam legem et vitalia iussit,
Praecepit vetita [auderet[d]] ne mandere poma.
Praeceptum spernens, sic perdidit omnia secum'.

Et in alia fronte depicta istoria[e] Petri apostoli, subscriptique sunt versus[f] metricos:

'Accipe, sancte, libens, parvum ne despice carmen,
Pauca tuae laudi nostris dicenda loquelis.
Euge, Simon Petre, et missum tibi suscipe munus,
In quod sumere te voluit Rex[g] magnus ab alto.
Suscipe de caelo pendentia lintea plena,
Missa Petro[h] tibi, haec[i] diversa animalia portant,
Quae mactare Deus te mox et mandere iussit.
In nullis dubitare licet, quae munda creavit
Omnipotens genitor, rerum cui summa potestas.
Euge, Simon Petre, quem gaudet mens aurea[k] Christi
Lumen apostolicum cunctos ornare per annos:
In te sancta Dei pollens ecclesia fulgit[l],
In te firmum[m] suae domus fundamenta locavit
Principis[n] aetherei clarus per secula natus.
Cunctis clara tibi est virtus, censura fidisque[o].
Bis senos inter fratres in principe sistis
Ipse loco, legisque novae tibi dantur ab alto,
Quis fera corda domas hominum, [quis[p]] pectora mulcis[q]
Christicolasque doces[r] tu omnes esse per orbem[s].
Iamque tuis meritis Christi parat gloria regnum'.

Post haec autem[t] omnibus consummatis, tertio[u] Idus Februarii obiit. Sepultus olim in basilica apostolorum[1] ante altare beati apostoli Petri subtus pirfireticum[v] lapidem, quem nunc, eum nos inde trahentes, iuxta illius basilicae sedem sepelivimus, traductusque est per locum qui dicitur Ad Brachium Fortis.

30. Sed ubi Brachium Fortis dicitur aut pro qua dictum sit [causa[w]], ignoratis. Sed quia pauci sunt veterani qui sciunt, ideo volo vos scire, ubi dictum sit et pro qua dictum sit causa. Cum ieritis ad regionem apostolorum[2] non longe a macerie[x] Ovi-

a) I. maternum 1. b) voce 1. c) sionipes 1. d) *ita conj. Bacch.; deest* 1. 2. e) storia 1. f) hi v. metrici 2. g) res 1. h) Petre 2(?). i) hac 1. k) area 1; aera 2. l) fulget 2. m) firma *corr.* firmum 2. n) principes 1. o) fidesque 2. p) *deest* 1. 2. q) mulus 1. 2. r) dotes 2. s) urbem 1. t) *deest* 2. u) *ita* 1 *et Cat.;* II. 2. v) *ita* 1 *const.;* porphyreticum 2 *const.* w) *deest* 1. 2, *add. Bacch.* x) materie 1.

1) *Ita Agn. semper, ut c.* 21. 56. *etc., hanc basilicam vocat, quae in chartis Ravennatibus s. Petri Majoris appellatur. Ita quoque Catal.:* Neom . . fundator ecclesiae s. Petri Maioris. *Hanc enim a Neone aedificatam esse, tradit noster c.* 30, *p.* 296. *Hodie ejusdem loco monasterium s. Francisci situm est; cf. Fabri p.* 171 *sqq.* 2) *In chartis Rav. regio vel guaita s. Petri Majoris dicta.*

lionis, introeuntes vos intra ardicam beati Petri apostoli, ubi imago domini nostri Iesu Christi depicta est extenso[a] brachio, et hinc ex una parte effigies beati[b] clavigeri Petri et ex alia parte effigies vasis electionis Pauli et ipsae depictae sunt. Dixi, ubi dictum sit; dicam, pro qua causa dictum[c] sit[1]. Duo viri cupientes foedus inter se iungi, dixit unus ad alterum habentem sobolem: 'Petitionem parvam deprecor tibi, rogo, ut non in vacuum revertatur obsecratio mea'. Cui ille alter: 'Non gravabo te; quod tibi placet, fiat'. Dixitque: 'Da mihi filium tuum, ut sim ei pater de sancto baptismo et suscipiam ego eum de fonte sanctificato. Simus[d] cummuniter patres, tu carnalis, ego autem spiritualis'. At ille ait: 'In nomine domini nostri Iesu Christi fiat sic'. Factumque est[e] ita[f]. Et ex illa die, postquam baptizatus[g] est infans, fuerunt communiter patres, et dilectionem habuerunt in[e] invicem in Spiritu sancto et obsculo pacis, quia et sic cundecet fieri, qui inter se talia faciunt, eo quod non homines, sed Spiritum sanctum inter se mediatorem ponunt. Et ut sciatis, maior est spiritalis pater, quam sit carnalis, quia et[h] ille ex peccato procreavit filium, et in peccato natus est ei filius, et ipse in peccato moratur filius; hic autem spiritualis pater, postquam ex unda baptismi eum recepit, ablato diabolo et pompis eius, generatur filius spiritualis ex sancto fonte. Sanctificatum recipit[i] filium denuo natum per aquam et Spiritum sanctum, quomodo antea natum peccatum de peccato, multo magis postea sanctificatum per Spiritum sanctum. Contigit autem eo tempore, unus ex his superscriptis compatribus alteri compatri suo mutuasset solidos trecentos. Et cum deventi essent in loco, ubi superius audistis, Ad Brachium Fortis, dixit unus ad alterum: 'Mutua mihi, obsecro, occulte solidos aureos trecentos'. Cui ille respondens dixit: 'Cras mane hic[k] cunveniamus, et deferam inter me et te'. Cunque inluxisset dies crastina, venerunt in locum, ubi cundixerant sibi, et numerata pecunia, dixit ille fenerator ad compatrem suum: 'Ecce compater, accipe quod petisti; tamen[l] provide inter me et te, quomodo mihi debeas reddere. Non vis mihi fideiussorem dare? Non vis mediatores advocare? Non vis pignus dare? Neque vis, ut quis sciat propter vituperium? Et haec omnia tibi consentio'. Cui debitor respondit et dixit: 'Talis terminus inter me et te firmatus est, quem transgredi non possimus[l*]. Da mihi tantum hanc mutuo nomine pecuniam, nihil perdes. In conspectu Dei tibi dico: ubi sto, tibi reddam'. Et respondens fenerator ait compatri suo: 'Compater, sit inter nos mediator Deus omnipotens, cuius effigies hic depicta est, et istut[m] brachium Salvatoris fortis et terribilis ipse sit fideiussor, et isti duo magni[n] principes apostolique, Petrus scilicet et Paulus, testes sint inter me et te. Ista dextera, qua[o] eduxit filios Israel de terra Aegipti et hoc brachium forte, qui[p] mihi hodie fideiussor extitit, quia reddam tibi hanc[e] pecuniam tuam'. Igitur numeratos 300 solidos, respiciens ad vultum Salvatoris ait: 'Domine Deus omnipotens, in ipsis verbis, quae locuti sumus, do huic compatri meo solidos istos. Tu sis fideiussor, per tuum sanctum brachium eos trado, ut, si in constitutum mihi eos non redderit[q], tu mihi redde'. Placuit illi hos sermones[r]. Posito constituto, firmaverunt inter se fideiussorem fortem[s] brachium Salvatoris, et recepta pecunia profectus est statim ad negotiandum. Et[e] cum coepisset huc illucque negotiare[t], invenit quadruplum, ingressusque est Constantinopolitanam urbem, et videns, quia multiplicabatur pecunia in manibus eius, nolebat Ravenna reverti; et ecce tempus constitutum

a) extensa 2. b) beati — effigies *des.* 1. c) *deest* 1. d) Sumus 1. e) *deest* 2. f) ista 1. g) bapticatus 1. h) *deest* 1. i) recepit 2. k) hīc 1. l) tantum 1. l*) possumus 2. m) iste ut 1. n) *bis scripsit* 1. o) quę 2. p) quod 2. q) reddiderit 2. r) hic sermo 2. s) forte 2. t) negotiari 2.

1) *Sequens narratiuncula ex loci nomine orta traditione populari ad Agnellum pervenit. Similia de quadam imagine Salvatoris vocata* Ἀντιφωνήτης *(i. e. vas, fidejussor) tradita esse in historiola edita a Combefisio, Hist. Monotheletarum (Paris.* 1648. *fol.), p.* 611 *sqq., notat Piper, Einl. p.* 357*; cf. Walch, Ketzerhistorie X,* 179.

advenerat ad reddendum pretium, et ipse minime venit. Venit autem compater ille, qui feneravit, ad effigiem Salvatoris dicens: 'Domine Deus aeternus, iam praeteriit dies constituti, unde tu mihi fideiussor fuisti de compatre meo; vigila causam meam, ne damnum habeam, redde mihi solidos meos, quos per tuum forte brachium dedi'. In ipsa nocte apparuit illi debitori in somnis[a] ipsum brachium Salvatoris, dicens ad illum: 'Vade, redde pecuniam compatri tuo, quam accepisti, unde tibi ego fideiussor sum, quia cotidie molestus est mihi'. Quod cum non venisset, ivit ille iterum ad ipsam Salvatoris effigiem et calumpniavit[b] ut supra. Et apparuit in ipsa nocte sanctum brachium illi, protestavit, ut nuper audistis. Contigit quadam die, venit ille, qui pretium dederat[c], voces increpationis coepit dicere ad sanctam Domini nostri effigiem: 'O Domine, quare non reddes[d] iustitiam meam? Fideiussor[e] meus es, per tuum forte brachium dedi. Caelestia regis, terrena moderas[f], maria[g] inperas[h]: et unum non cohartas hominem? Tu mihi dedisti pretium illud, et si tollere vis, quis te prohibet? Nullus, quia omnia tuae subiacent potestati. Si terrenus homo mihi fideiussor fuisset, coegisse[i] eum per iudicem, aut ei[k] vim fecissem, aut sic, aut sic recepisse[l] pretium meum. Tu, qui caeli et terrae Dominus es, nisi iusseris reddere, quid faciam? Quando caeli ante te mundi non sunt[1], et sol et luna[m] non splendent, et angeli et arcangeli trement[n], et terra liquescit, montes defluent[n], elementa omnia deficient[n]: ego qui sum[o], ut tibi audeam loqui? Tantum[p] misericordia tua super me sit, et causa mea defende, et redde, quia ecce duo testes[q], ambo ad[r] te apostoli electi. In eorum praesentia mihi fideiussor tuum forte brachium extitit, et si aliter[s] dico, ipsi testimonium reddant, quia verissimi sunt et linguas eorum claves caeli fecisti'. Et his dictis ingemuit et recessit. In ipsa denique nocte apparuit ad ipsum compatrem suum debitorem Salvatoris nostri effigiem[t] in somnis, dicens: 'Revertere citius Ravennam et redde solidos compatri tuo, unde hoc meum brachium fideiussor extitit, quia increpavit me et calumpniam ipsius sustinere non possum. Et scias te[u], si citius non ieris et ille mihi plus molestaverit, perdes hic omnia quae adquisisti, et corpus tuum flagellis tradam, et eris in tribulatione maxima omnibus diebus vitae tuae, et ibi deficies; ego vero de meis thesauris reddo solidos duplum compatri tuo'. Tunc surgens diluculo negotiavit[v], ut potuit, ipsa die navem ascendit et Ravennam reversus est. Quo audito compater eius, qui pretium dederat, gaudio plenus ivit ad domum eius, quasi ad visitandum eum. Inter cetera verba coepit sciscitari ab eo de pecunia mutuata. Cui ille respondit, omne suum negotium esset[w] perfectum et solidos quadruplicatos. At creditor dixit compatri suo: 'Si ita est, benedictus Deus! Redde mihi solidos meos'. At ille respondens dixit ei: 'Gratanter faciam, non hodie, quia sera est. Cras mane eamus ante fideiussorem meum, id est brachium forte, quod me valde istis diebus impulit. Ibi tibi reddam et in conspectu duobus[x] principibus testibus nostris'. Altera vero die detulit ille debitor quadringentos aureos. Ierunt ad locum ubi ipse mutuavit, et ille dedit, et numeratos[y] denuo quadringentos solidos, dixit debitor ad compatrem creditori[z] suo: 'Bene mihi fecisti, quia de paupertate me sublevasti; et benedixit omnipotens Deus negotium meum, quadruplicavit pecuniam. Tolle modo trecentos solidos, quos mihi mutuasti in conspectu fideiussori[a] meo et duobus testibus nostris, et insuper[b] centum alios[c] solvo[d] tibi, ut sim innocens, eo quod in constituto die

a) sonis 1. b) calumpniatus est 2. c) dedit 2. d) reddis mihi i. 2. e) Fedei. 1. f) moderaris 2. g) mari 2. h) inperans 1. i) coegissem 2. k) v. ei 2. l) recepissem 2. m) lunā 1. n) tremunt .. defluunt .. deficiunt 2. o) sim 2. p) Tantum — redde *des.* 2. q) sunt *add.* 2. r) a 2. s) alter 1. t) effigies 2. u) tu 2; *cf. p.* 296. v) negotiatus est 2. w) esse 2. x) duorum principum testium nostrorum 2. y) numeratis d. quadringentis solidis 2. z) creditorem suum 2. a) fideiussoris mei et coram d. 2. b) te *add.* 2. c) aliis 2. d) servio 1. 2.

1) *Eadem fere in Petri Chrys. serm.* 6, *praeterea verba Sacrae Scripturae deprehendis, etsi eadem omnia nullo loco invenies.*

paratus non fui, vel ut etiam pro exenio'. Et respondens[a] ille compatri suo, dicens: 'Absit hoc, ut plus recipiam nisi quantum tribui. Non permittat hoc forte brachium, quod eum[b] inter me et te mediatorem[c] est[b], ut usuris[d] accipiam usque ad corrigiam calciamenti'. Et respondens ille debitor dixit: 'Iuro tibi per hunc[e] brachium forte et veritatem manifesto, quia, quomodo[f] multiplicabantur in manibus meis pecunia, nisi hoc brachium coegisset me tribus vicibus, non hoc anno Ravenna[g] remeassem. Sed illis noctibus et illis, quae succedunt diebus, veniebat ad me in somnis et protestabat[h] dicens: "Vade, redde creditori tuo pecuniam, quam tulisti, quia molestus est mihi compater tuus, me fideiussor[i] tuus hodie inquietavit". Sic ammonuit me per duas vices. Mensis[k] vero istius diei[l] quadam venit ad me nocte ista sancta Domini nostri effigies, coepitque increpare dicens: "Quare non revertis[m] reddere pecuniam creditori tuoque compatri, quam[n] per hoc brachium meum spondidisti[o] reddere. Satis mihi hodie homo ille molestus fuit et ploravit coram me, insuper dixit mihi: quia si terrenum hominem fideiussorem habuissem, iam restituisset mihi. Surge celeriter, vade, redde, quia illius[p] lamentationis non sustineo, durae mihi sunt. Ne forte per duritiam blasphemet, et non solum pro pecunia, sed pro eo rationem reddas. Non moreris, sed surge, vade. Scias te, si tardaveris, ego dabo[q] solidos de gazophilatio meo, et tu hic ista fortuna[r] omnino perdes, insuper corpori tuo noxam tradam". Alia vero die cimbam[s] ingressus, prosperis[t] ventis properavi ad istam servatam a Deo civitatem Ravenna[u], reddere tibi omnia, sicut et feci. Et nunc posco, ut tollas istos centum aureos, quia fefelli tibi, ut non aliqua nociva mihi causa teneat[v] astrictus'. Cui alter respondens dixit: 'Iuravi tibi per Dominum et hoc brachium forte, qui reduxit te huc, quia non accipiam usque ad pugillum pulveris, nisi sola[w] tua dilectio, quam cotidie teneo. Et ut scias ad ista tua eloquia, sicut tu dicis, quando in nocte te[w*] compellebat hoc brachium de mea iustitia, ego interpellabam super te, et benedictus Deus, qui te salvum et incolumem reduxit ad propria tua! Et nunc innocens sis de hac causa in conspectu Dei aeterni et a me, et nostram caritatem[x] permittat ipse omnipotens Deus, quomodo hic firmata est, sic permaneat usque in aeternum. Videamus et caute agamus, ut non nos unus alterutrum fraudemus[y], quia hoc brachium forte mediatorem inter nos constituimus'. Et hoc[z] dicens, prae gaudio flebant et obsculabant[a] se invicem. Ierunt in pace, et ex illo iam[q] die pro hac causa vocatus est locus ille Brachium Forte usque in odiernum diem; sed pauci sunt, qui sciunt.

Inde transductum est corpus beati Neonis archiepiscopi et sepultus est, ut superius notavimus[1]. Domumque[b] quam haedificavit[2] vidistis, et in ipsa domo, ubi ymagines apostolorum Petri et Pauli tessellis factae sunt, hinc et inde iuxta crucem conspexistis, et una linea versiculi, in qua continet: 'Domnus Neon episcopus senescat nobis', legistis. Sedit annos .., menses .., dies ..

DE SANCTO EXUPERANTIO XVIIII.

31. Exuperantius XIX[3], vir grandaevus, humilis et mitis, prudens in operibus bonis. Quod suos[c] antecessores haedificaverunt, iste incolomis tenuit. Illius tenporibus

a) respondit 2. b) est *quod postea om.* 2. c) mediator 2. d) usuras 2. e) hoc 2. f) quia et sic multiplicabatur 2. g) Rhavennam 2. h) protestabatur 2. i) fideiussorem tuum 2. k) Messis 1. l) *ita* 1. 2. m) reverteris 2. n) quem 1. o) *ita* 1; spopondisti 2. p) alius 1. q) d. illi 2. r) i. forma omnia 1; istam fortunam 2. s) cunbum 1; cymbam 2. t) prospeus 1. u) Rhavennam 2. v) teneatur 1. w) solam tuam dilectionem 2. w*) *deest* 1. x) civitatem 2. y) fraudemur 1. z) hęc 2. a) obsculabantur 2. b) Domum 2. c) sui 2.

1) *C.* 29. *in fine.* 2) *i. e. ecclesia apostolorum (S. Petri Majoris) in qua ipse sepultus est; cf. supra p.* 293 *n.* 1. 3) *De hoc episcopo ex aliis fontibus nihil compertum habemus. Quem, quia Agnellus in ejus Vita quaedam annis* 430. *et* 439. *gesta tradit, jam ante Johannem I.*

ecclesia beatae Agnetis[a] a Gemello subdiacono istius sanctae Ravennatis[b] ecclesiae et rectore Siciliae constructa est[1]. Et multum ea[c] ditavit in auro argentoque et palleis sacris, et civitatem argenteam[2] in processu cunstruxit natalis ipsius martiris, et usque nostris temporibus perduravit. In diebus eius occisus[3] est Felix patricius ad gradus ecclesiae Ursianae mense Mai[d], et facta est domna[e] Eudoxia augusta Ravennae[f] 8. Idus Augusti. 430. Mai. 439. Aug 6.

Nihil amplius seniores nostri et longaevi mihi de eius vita retulerunt; non memorabilem habet istoriam. Aedificator Tricolii[g], sed non cunsummavit[4].

32. Et si aliqua aesitatio vobis hunc Pontificalem legentibus fuerit, et volueritis inquirere dicentes: 'Cur non istius facta pontificis narravit, sicut de ceteris praedecessoribus'? audite, ob hanc causam: Hunc praedictum Pontificalem, a tempore beati Apolenaris post eius decessum pene annos 800 et amplius, ego Agnellus qui et Andreas, exiguus sanctae meae huius Ravennatis[h] ecclesiae presbiter, rogatus et coactus a fratribus ipsius sedis, composui. Et ubi inveni, quid illi certius fecerunt, vestris[i] aspectibus allata sunt, et quod per seniores et longaevos audivi, vestris oculis non defraudavi; et ubi istoriam non inveni, aut qualiter eorum vita fuisset, nec[k] per annosos et vetustos homines, neque per haedificationem, neque per quamlibet auctoritatem, ne intervallum sanctorum pontificum fieret, secundum ordinem, quomodo unus post alium hanc sedem optinuerunt, vestris orationibus me Deo adiuvante, illorum vitam composui, et credo non mentitum esse, quia et horatores fuerunt castique et elemosinarii et Deo animas[l] hominum adquisitores[5]. De vero illorum effigie[m] si[n] forte cogitatio fuerit[o] inter vos, quomodo scire potui: sciatis, me pictura docuit, quia semper fiebant imagines suis temporibus ad illorum similitudinem. Et si altercatio ex picturis fuerit, quod adfirmare eorum effigies debuissem: Ambrosius Mediolanensis sanctus[p] antistes in Passione beatorum martirum Gervasii et Protasii[6] de beati Pauli apostoli effigie cecinit dicens: 'Cuius vultum[q] me pictura docuerat'.

33. Qui iussu divino pontificatum finivit et vitam 4[r]. Kal. Iunii, sepultusque est in iam dicta basilica sanctae Agnetis martiris[7], ante altare sub pirfiretico lapide; alii aiunt[s], post altare subtus pirfiretico[t] lapide. Sedit annos ..., menses ..., dies ...

a) Hagnetis 2. b) *ita* 2; Raven̄ 1. c) eam 2. d) Maio 2. e) domne 1. f) Rāūn 1. g) *ita hoc loco* 1, *infra plerumque* Tricoli, *semel* Tricolii. h) Ravennates 1. i) nostris 1. k) neque 2. l) animarum 2. m) effigies 1. n) *deest* 2. o) sierit 2. p) *deest* 1. q) vultu 1. r) III *Cat.* s) autem 2. t) pirferitico 1 *hoc loco;* porphyritico 2 *const.*

Angeloptem, Petrum Chrysologum et Neonem sedisse, contendunt Rubeus p. 89, *Amadesi I,* 106 *sqq. At noster plane inscius, quo tempore episcopi hujus aevi sederint, res gestas saeculi V. mirum quantum pervertit, seriem vero episcoporum, veteri catalogo usus, rectam quantum scimus exhibet, nisi quod complures ejusdem nominis confundit; ideoque statuendum, Exuperantium Neoni successisse et fortasse usque ad annum* 477, *quo anno Johannem II. electum esse constat (cf. p.* 298 *n.* 1.*), ecclesiae praefuisse.* 1) *Haec haud dubie ex inscriptione jam deperdita sumta. — Gemellus erat rector patrimonii Ravennatis ecclesiae in Sicilia, cujus hic primo mentio fit; cf. infra c.* 111. 2) *Locus difficilis. Rubeus, Fabri, alii opinati sunt, Argentam oppidulum ab hoc episcopo esse fundatam, Bacchini de imagine civitatis cogitat, quod sane probabilius; at dubito, num locus sit integer.* 3) occisus est — 8. Idus Augusti *ex Ann. Ravennatibus hausta puto; cf. Marcellini Com. chron. ad a.* 430, *Chron. Severo Sulpitio attributum ad a.* 439, *et quae N. Archiv, I, p.* 312 *notavi.* 4) *Haec unde hausta sint non constat, in inscriptione quidem infra c.* 75. *exhibita inter eos qui aedificandae Tricoli operam dederunt Exuperantii nomen non legitur. Fortasse hic error nostri.* 5) *De hoc loco cf. Piper p.* 354, *praef. nostram p.* 274. 6) *Acta SS.* 19. *Jun. III,* 821, *quae falso s. Ambrosii nomen prae se fert.* 7) *Exstat adhuc epitaphium Exuperantii in eadem ecclesia inventum, nunc in museo archiepiscopali asservatum, quod vero multo post ejus obitum incisum videtur (Corp. Inscr. lat. XI, no.* 303.*):* Hic requiescit in pace corpus s. Exuperantii pontificis et confessoris atque archiepiscopi sancte Ravennatis aecclesie. *Cf. Rubeum p.* 89, *Tarlazzi p.* 95.

DE SANCTO IOHANNE XX.

34. Iohannes XX[1], virtute valde venerabilis, pauperum nutritor, pudicitia ornatus, amator castimoniae, ad cuius orationem angelica agmina descendebat[a]. Mediocris corpore, tenuis facie, maceratus ieiuniis[2], egenorum alimonia tributor. Ipsius temporibus ecclesia beati Laurentii martiris[b. 3], quae sita est in Caesarea[c], constructa ab Lauricio[d] maior[c. 4] cubiculi Honorii imperatoris, cum summa diligentia compta[f] esse cernimus mirae magnitudinis haedificiorum.

35. Sed tamen de iam dicta ecclesia non sileam, quomodo audivi a narrantibus. Idem Honorius caesar iussit huic[b] Lauricio, ut in Caesarea ei palatium haedificaret. Qui sumpta pecunia in Caesarea[g] pervenit ibique iam dictam basilicam beati martiris haedificavit. Qua[h] cum omnibus consummata fuisset, reversus ad suum dominum, ut ei expletam aulam commissam narraret. Moxque eum turbatum invenit, et sedens imperiali habitu, ita architectum Lauricium in ira interrogare coepit[i], si tota regalis aula, quam[k] ei fabricare iusserat, perfecta in suis operibus fuisset. Invidiosa et prisca fraus, malivolos[l] homines aures imperatoris temptaverant[m], quod beatus Lauricius non aedes imperialis, sed ecclesia[n] haedificasset. Qui respondens ait: magnam aulam honorifice struxisset, atria, excelsas arces et cubilia promiscua ad ipsius domus latera sufulsisset[o]. Imperatoris[p] ira quievit. Qui dum ex longinquo itinere Honorius augustus a[q] Caesaream pervenisset, vidensque sublimia[r] aedificia, placuit valde sibi; qui cum intus fuisset ingressus, veloci cursu Lauricius fugiens post sanctam aram, ut evadere potuisset[s]. Quem cum iussisset Honorius cunprehendere, cecidit in faciem suam pronus in terram, et factus in extasim[t], preciosissima gemma, quam in corona capitis habebat, infixa est in una[u] ex lapidibus. Solumque caput sursum erigens, post nebulatis oculis visumque receptum, vidit post ipsum altare beati Laurentii, quod beatissimus papa consecraverat Iohannes[5], stantem

a) descendebant 2. b) *deest* 2. c) Cessarea 1; Cęsaria *saepius* 2. d) a 2. — Laurentio *corr.* Lauritio 2. e) maiore 2. f) comptam 2. g) Cęsariam 2. h) Quae c. omnia c. fuissent 2. i) c. i. 2. k) quae 2. l) malivolorum hominum 2. m) temptaverat 2. n) ecclesiam 2. o) *ita codd.* p) Imperator ita 2. q) ad 2. r) sublima 1. s) potuisset *corr.* posset 2. t) extasi 2. u) *ita* 1. 2.

1) *In hac Vita Agnellus duos episcopos ejusdem nominis confundit, quorum alterum Johannem II. a.* 477, *Jul.* 19—494, *Jun.* 5 *sedisse ex ejus epitaphio p.* 308 *n.* 1 *allato, alterum Johannem I. Angeloptem tempore Valentiniani III. et Gallae Placidiae vixisse ex Agnello discimus. Ad illum praeterea exstat epistola Simplicii papae data a.* 482, *Mai* 29 *(Thiel, Epist. pont. I,* 201*), ejusdemque etiamnunc vivi mentionem facit charta a.* 491, *Jan.* 2 *(Marini, Pap. dipl. p.* 130*) et Gelasius papa in epistola ad episcopos Lucaniae Bruttiorum et Siciliae data a.* 494, *Mart.* 11 *(Thiel I,* 362*). Johannem I. circa a.* 418. *electum esse, ex epistola Zosimi papae (Jaffé* 137.*) suspicari possis; mortuus est ante a.* 440, *quia Petrum Chrysologum, qui haud dubie ei successit, a Sixto III. papa consecratum esse Agnellus infra c.* 49. *tradit. Amadesi I,* 126, *falso vel certe nullo certo argumento adjutus, tertium (secundum sui ordinis) interjicit Johannem, quem c. a.* 452. *tempore Attilae sedisse contendit; vide p.* 299 *n.* 4; *p.* 302 *n.* 1. *Capp.* 34—36. *ad primum referenda sunt Johannem.* 2) *Cf. infra c.* 44, *ubi de effigie s. Johannis agitur.* 3) *Ejusdem jam mentio fit a s. Augustino, Serm.* 322 *(Opp. ed. Caillau XXI,* 153*):* ad gloriosi martyris Laurentii memoriam, quae apud Ravennam nuper collocata est, sicut audivimus. *Cf. Fabri p.* 226 *sqq.* 4) maior cubiculi *vix alius inter officia domus augustae occurrit, forte tamen idem est ac praepositus sacri cubiculi.* BACCH. *Hic idem Lauricius V. I. esse videtur, qui in antiquissima charta papyracea, qua de patrimonio Siculo Ravennatis ecclesiae agitur, c. a.* 444. *occurrit; Marini, Pap. dipl. p.* 109, *cf. p.* 246. 5) *Hoc quoque ex inscriptione sumtum esse duxerim, praesertim propter nomen papae saec. V. omnibus episcopis tributum, quamvis a nostro aliis quoque locis episcopus Ravennas 'papa' vocatur (v. infra c.* 37. 44*). Reliquae vero hujus capitis narratiunculae, ut fabellae populari, fides penitus deneganda est, quod v. Quast p.* 3. *minus respexit.*

praedictum Lauricium[a] et athleta[b] Christi Laurentius manum super Lauricii colla tenentem. Tunc imperator Lauricium iustiorem se iudicavit, et relicta iracundia, acsi[c] patrem eum venerare[d] coepit et secundum se inter omnes in palatio habuit.

36. Vixit autem in mundi istius luce annos 96 [1], ipsius imperator[e] temporibus defunctus est in senectute bona. Sequebatur rex cum militibus lugentibus feretrum, sepultusque est in monasterio sanctorum Gervasii et Protasii, iuxta praedictam ecclesiam, mirabiliter decoratam musiva aurea et diversarum lapidum genera singulaque metalla, parietibus iuncta. Arca vero illa, ubi[f] praestantissimum corpus requiescit, tanta[g] praelucida, ut quidam asserunt, fuit, ut a praetereuntibus infra pium corpus videretur. Et cur non hodie apparet, ut prisco apparebat tempore, ut nuper, dicam, didici. Nescio nomen, quis[h] ille imperator voluit ad suam abstrahere utilitatem. Nocte quadam astitit beatus Lauricius custodi ecclesiae et dixit: 'Affer cinerem et aquam, et line sepulcrum meum et postmodum diligenter lava'. Quo facto candor[i] evanuit. Alia vero die, cum venissent caementarii ad tollendum, viderunt deteriorem, et nunciaverunt praeposito, qui super vectigalia erat, deinde nunciantes in atria principis, dimiserunt usque[k] huc; et ipsam arcam non terra sustentant[l] neque lapis. Et antequam in cubiculum arcae ingrediaris, manu dextera aspexeris, iuxta quod effigies trium puerorum musive depicta[m] sunt, ibi literis aureis invenies continente[n] ita:

'Stefano Protasio Gervasio[o] b. martirio[p] et sibi memoria aeterna[q] Lauricius huius[r] dedicavit sub die III. Kal. Octubris, Theodosio[s] XV.[t] et Placido Valentiniano'[u]* 435. Sept 29. Et in arco[v] maioris tribunae, in quantum valuimus legere, ex parte invenimus continentem ita, quod in 4 annis et 6 mensibus aedificatio[w] cunsummassent, finita sunt omnia. Et in[x] ingressu ecclesiae reperimus scriptum, quod Opilius ipsam exornasset frontem, qui ipse Opilius multum eam ornavit in argento et auro. Et si diligentius inquiras, multus ornatus foralitius[y] maiorum vasculorum, tam corona[z], quanque et calices appensorii [2], quos in ornamentis cernimus habere Ursiana[a] ecclesia, ex ipsa martiris basilica sublati fuerunt. Et ipse sepultus est Opilius parte mulierum circa mediam subditam. Gemma vero illa, unde superius memoravimus [3], tam praestantior gemmis fuit, ut ad illius lumen noctu potuisset homo per ipsam ecclesiam gradere. Etiam, aiunt quidam, extrinsecus fulgebat, et apparet signum lapidis, ubi infixa fuit[b], usque in praesentem diem.

37. Eo namque tempore, cum episcopalem cathedram Ravennatis ecclesiae beatus iam dictus optineret Iohannes [4], contigit, ut Attila rex Hunnorum fines Italorum vastaret 452.

*) Hic Theodosius fuit filius Arcadii, filii Theodoxii[c] I. Hic Valentinianus fuit gener huius Theodoxii II. et filius Placidiae et Constantii, qui requiescunt Ravennae *add. codd. in marg.*

a) Laurentium 2. b) athletam Ch. Laurentium 2. c) si *deest* 2. d) venerari 2. e) i. vita imperatoris t. 2. f) in qua 2. g) tanto 2. h) quod 2. i) cantor 2. k) dimiserunt. Usque *distinguit* 1. l) sustentat 2 m) depictę 2. n) continentem 2. o) et G. 2. *Rub.* p) *lege:* beatis martiribus. q) *deest* 2. *Rub.;* memoriae *Rub.* r) *omittit Rub.; ex singulis literis dignitatem indicantibus corruptum videtur, fortasse:* (H?) Vir Ill. Voto Soluto; *Marini, Pap. dipl. p.* 246 *emendare vult:* EXPPVI (Ex Praepositus Vir Ill.) *vel* us *legere* vir spectabilis. s) Theodoxio 1. t) XI. *Rub. e conjectura, ut videtur, quia Valentiniano semel consule Theodosius (a.* 425*) undecimum fasces tenebat, at cf. n. seq.* u) IV. augg. conss. *addenda videntur, quae aut auctoris aut librarii incuria exciderunt; cos. add. Rub.* v) arcu 2. w) ędificia cons. omnia 2. x) Et ingressus 1. y) farolitius 1. z) coronas 2. a) Ursianę ecclesię 2. b) sunt 2. c) Theodosii *semper* 2; I. *deest* 2.

1) *Hoc ex titulo Lauricii sepulcro inciso didicisse noster putandus est; quod autem addit, eundem tempore Honorii imp. defunctum esse, sane falsum, ut discimus ex inscriptione huic capitulo inserta, a Lauricio a.* 435, *i. e. duodecim annis post Honorii obitum facta.* 2) Calices appensorii *idem fuere ac 'ansati'.* MUR. 3) *C.* 35. 4) *Aut Petrus Chrysologus aut Neo eo tempore ecclesiae Ravennati praefuit.*

atque suis mucronibus populorum corpora iugularet. Cum ab[a] ora Ravennatum properasset, ut eam eversam et eius habitatores telis interemisset, atque illius hostes ut multitudo locustarum per sablonosa[b] loca fusa iacerent, die uno et altero Ravennam properaverunt cum thoracibus et clipeis. Ipse vero rex lorica indutus et circumfultus arma bellica, pectusque suum umbone tegebat, cristatus capite, cum exercitu gradiebat[c]. Quem sanctissimus praesul sensit Iohannes, totus se cum magnis lamentis et largissimis fletibus in orationem omnipotenti Domino pronus in faciem stravit, petivitque mortem animae suae, ut non suos filios vel filias Ravennatesque cives in exterminium aut in consummationem videret evelli vel dissipari, et nec sua ecclesia contaminata esset ab iniquis et crudelissimis hominibus, et non videret excidium civitatis in direptionem praedantium; ut animas illas, quas ipse e superstitiosa gentilitate soli Deo adquisierat, paganorum non subiugatis[d] manibus videret, et ne iterum ad errorem gentilitatis redirent, et ne animas fallacissimus diabolus suis ditionibus manciparet. Igitur dum sanctus vir tota nocte pervigilans sisteret et pro suis ovibus incessabiliter Dominum deprecaretur, fixis in terra genibus tunsoque pectore colaphis, expansis manibus, Deum talibus vocibus deprecabatur: 'Omnipotens Deus, cuius mirabilia inenarrabilia sunt, exaudi me servum tuum humilem et peccatorem! Suscipe orationem meam, piissime pater! Perveniat[e] lacrimae meae ante conspectum misericordiae tuae! Adesto mihi, Deus meus, qui ex nihilo fecisti caelum verboque solidasti terram, qui super molem statuisti cacumina montium, qui formasti hominem ex liquido elemento, in cuius factura delectatus es, et praecepisti ei te solum timere. Sub tuo, Domine, imperio omnia cuntremescunt, ante tuum conspectum fugiunt caeli, trement[f] terra, montes commovebuntur[g], fluenta quassantur, trement angeli, metuunt arcangeli[1], trepidant dominationes, principatus et potestates corruunt, nubes et aera[h] disparguntur, sol obscurant[i] radios, luna obtenebrescit caliginem, claritatem[k] astrorum minuitur. Miserere nobis, formator humani generis, libera nos in manu forti et brachio excelso, salva nos per tuam sanctam victricem dexteram! Tu es Deus in
Exod. 14. caelo sursum et in terra deorsum, qui Faraonem cum curribus et exercitibus suis in
Exod. 17. profundum pelagi dimersisti[l] et Israelitica castra protexisti, qui Amalech evertisti et
Ios 10. 2. Paral 32. Amorreos contrivisti, qui castra Assiriorum per angelum tuum sanctum 145 millia prostravisti. Supplico[m], omnipotens Deus, ut tribuas nobis adiutorium de sanctis caelis tuis, quia tu conteres[n] bella — Dominus nomen est tibi[o] — per dominum nostrum Iesum Christum, filium tuum, qui tecum vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia secula seculorum. Amen'. Post vero consummata[p] oratione surrexit de loco, lacrimis[q] rore plenus. Alia vero die valde diluculo processit beatissimus quasi ad solempnia missarum, indutusque scema[r] angelica, cum sacerdotibus et clericis et cum turibulis ante illos incensa offerentes, cum ingenti lumine, canendo et Deo psallendo simul ad praedictum regem Attilam properaverunt. Tanta etenim divina pietas institit, ut cor regis non solum ferocis lenocinia [lenitum[s]] videretur, sive[t] coruscantia vestimenta videretur[u] esse deposita, verum etiam pro sanctissimo viro rex cum suis exercitibus adversus alium, si necesse fuisset, dimicaret regem, et quos nuper venerat perdere, postmodum defensaret. Igitur sedente rege in regali solio, vestimenta auro textilis purpura indutus, videns eum a longe venientem a[v] se cum suis psallentem sacerdotibus, ad suos ait: 'Unde sunt viri

a) ad oram 2. b) sabulosa 2. c) gradiebatur 2. d) *ita* 1. 2. e) Perveniant 2. f) tremit 2. g) commoventur 2. h) aer 2. i) obscurat 2. k) claritas 2. l) demersisti 2. m) suplicor 1. n) conteris 2. o) illi 1. p) consummatam orationem 2. q) lacrymarum 2. r) scena 2. s) *inserui, deest* 1. 2. t) sive — videretur *des.* 2. u) *in marg. suppl.* 1. v) ad 2.

1) *Haec ex Petri Chrys. serm.* 6, *quorum similia jam supra c.* 30. *habes, additis quibusdam Sacrae Scripturae locis, ut Eccl.* 43, 7: In conspectu eius commovebuntur montes; *Jes.* 54, 10; *Ps.* 45.

isti candidissimi psallentes, vel unde venerunt, aut quid volunt? Ego enim tales homines nunquam meis visibus vidi, nive candidiores, prae omnibus pulcriores et valde electi. Et iste, qui praevius eorum est, quasi angelus Dei'. Hi qui aderant respondentes dixerunt regi: 'Domine invictissime rex triomphator, virum istum, quem in medio candidorum stantem et plorantem cernis, supplicare tuum potente[a] brachium, ut parcas, venit, misericordiam petit, pietatem tuam postulat'. Rex autem ad illos: 'Ob quam causam'? Dixeruntque: 'Ne floridam Ravenna[b] in exterminio tradas, ut ad laetitiam cives civitatis restituas'. Iterum rex interrogans ait: 'Et unde[c] est ille'? Et dixerunt: 'Etiam ipsius episcopati sedem ipse regit'. Et ait rex: 'Interrogate eum, quid sibi vult, aut quale solatium illi inpendet[d], vel pro qua causa se[e] ille nostris aspectibus stravit'? Et respondentes regi dixerunt: 'Audientes omnes virtutem tuam magnam et manum tuam validam et tuum esse potentissimum brachium phalangasque tuas robustas, ideo hic vir venit ad te et pro suis filiis cupit animam suam morti tradere, ne sua[f] subversionem videat civitatis; quia fama tua victoriosa in omnem terram crevit et maxime divulgata est'. Dixitque ad illos rex: 'Quid dicitis inauditam rem? Vestris sermonibus asperis aures meas temptastis[g]. Nonne mondana lex censuit, ut quicunque regis aures[h] inutilia nuntiaverit, gladium[i] iubet demoliri? Dicite mihi, o vos omnes, qui hanc causam nostis, et diligentius curiose audiam: Quomodo potuit hic unus homo tantos filios procreare'? Et respondentes de astantibus regi cum nimio metu et veneratione, timore territi, dixerunt: 'Non est ita, ut noster arbitratur dominus; tamen si vultis audire, quomodo sui filii sunt, veris assertionibus et certissimis eloquiis manifestemus. Non ex conceptu carnis aut ex pollutione libidinis, sed spirituales filii sunt, quos ipse omnipotenti Deo adquisivit et ex paganorum cultu protraxit. Pro ipsis desiderat mori, pro ipsis se sacrificium offert[k], et antequam vel unus ex suis ovibus extinctus sit, antea se cupit, tuo vibranti brachio, gladio iugulare'[l]. Audiens itaque rex huiuscemodi verba, per unam scilicet horam in semetipsum cuntremuit, et facies eius immutatae sunt, vultus ipsius erat pallore proditus, corque[m] eius maxima tempestas quatiebatur et cogitationes invicem varia[n] succedebant, mens illius vagabat, consilia eius in diversa rapta sunt, toto obstupuit corpore, in extasim[o] factus est, eo quod coram illo astaret talis sanctissimus vir, qui angelicam faciem contemplare meruit, qui[p] cotidie ad caelestia extollebat mentem, cuius[q] sanctissimi ad sidera resonabant laudes, qui sanctis prophetis assimilatus est et sanctorum apostolorum imitatus est praeconia, etiam dominum imitavit[r] Christum, qui se pro suis tradidit ovibus. Sed Christus Deus, Dei filius, pro nobis miseris in fixura crucis ex corpore animam prodiit[s] et de fauce draconis hominem[t], quem ex limo dudum condiderat, iterum reparavit et postmodum rediit ad sedem supernam. His itaque gestis, sensus regis ad eum reversus est, et quod nuper mente captus esse ab hominibus videbatur, sancti viri intercessionibus ad propriam suam reditus[u] est intelligentiam. Exclamavit[v] autem dicens: 'O bonus pater, qui pro suis filiis se optulit morti! O inenarrabilis mansuetudo! O beata tolerantia amplissimaque sapientia! Iste se pro omnibus tradidit et talem Domini sui fidelitatem incorruptam baiulat, ut moriatur ille, antequam de[e] commissis ovibus suis quispiam vinctus educatur. Bonus pastor, sanctissimus vir, dignus, Deo suo fide probatus'! Et ait rex beato papae Iohanni: 'Tibi, pater, omnia concessa sunt. Ecce non levabo lanceam meam[w] super plebem tuam, nec vibrantem frameam mittam, nec lituus[x] militiae meae sonabit ultra[y] auribus vestris. Unum est tantum, quod facere vobis oportet. Cives enim tui valde ingeniosi et sollertissimi sunt, ne dicant illi de me, quia "expulimus eum fraude deceptus"[z], posteaque tam mihi quanque meis

a) potentię 2. b) Rhavennam 2. c) *ita Bacch.*; inde 1. 2. d) impendam 2. e) *deest* 1. f) suae 2. g) tempestatis 2. h) auribus 2. i) gladio 2. k) offerre 2. l) iugulari 2. m) corde 2. n) varię 2. o) extasi 2. p) quem 1. q) cui 1. r) imitatus est 2. s) *ita* 1. 2. t) animam 2. u) redditus 2. v) Exclamans ait 2. w) *deest* 2. x) lituos 1. y) in *add.* 2. z) deceptum 2.

exercitibus vituperium adcrescat. Tuam[a] denique sanctitatem mollivit cor meum. Ite celeriter et portas vestras in terram strate[b] et quadrato muri foramine reserate[c], ut[d] transeam per mediam civitatem. Equorum meorum ungulae conculcent portas vestras, nihil nocemus cuipiam[e], nec ullas molimur[f] insidias, neque aliquam iniuriam patietis[g]. Ideo hoc facite, ne callide alia oppida dicant: "Ravenna[h] demolire neque subiugare potuit. Ibi cuntritus est ipse cum exercitu suo, terga dedit, in fugam versus est", et fiant viribus meis verecundia peiora, quam in ceteris regibus praedecessoribus meis, qui longinquo tempore praefuerunt. Nunc in extremis est dies, et nox[i] sidus perducente hic[k] pernoctabo vespere, vero prima lux[l] diei insurgente, ex vestris finibus proficiscar'. Tunc sanctissimus Iohannes ad suam urbem cum nimia celeritate se[m] recepit. Et excussae de cardinibus portae civitatis terra proiecta[n] sunt, et patefacta hostia superliminaria nuda[o] permanserunt, hostesque illius per totam noctem Ravennensis[p] platcas circumeuntes, una ex altera parte civitas[q] transmearunt[r]. Alia vero die valde diluculo, sol[s] cum rutilo procedente, Attila rex Ravennam ingressus est, et sedens in velocissimum animal cornipedem[t], praedicta[u] civitatis hostia calcans, vectes cum clavibus et serris ante eum allatae sunt, et nihil exinde aliquid[v] subripere[w] voluit. Cives vero formidabant magno timore perculsi, et extinplo[x] illorum omnia ferocitate corporum revoluta sunt, inbecilles facti, trementes gementesque, cum magnis suspiriis caelestem Dominum invocantes. Igitur[y] rex[m] egressus extra civitatem, magnis laudibus ante eum praeibant, ornatasque[z] conctis plateis diversisque floribus civitas[a] decorata. Fit postmodum ingens alacritas, et maiores necnon pusilli et mediocres immensa laetitia, quia quod rex suis oculis magnae civitati cumspexit, de caelo illius furia mitigata, illaesam Ravennam post tergum reliquit[b]. Ex illo denique die non in tanta[b] crudelitates[5] perseveravit et sine bella[c] commissa ad proprium reversus est regnum. Et non tantum viribus fortior[d] fuit, sed ingeniose praeliabat, unde de eo in proverbiis dicitur: 'Attila rex, priusquam arma sumeret, arte pugnabat'[2]. Et
454. post haec omnia a vilissima muliere cultro defossus, mortuus est.

38. Sufficiat nunc vobis hodie de viri sancti istius vita audire. Tempus enim prope est, iamque sol duplicat unbras[3] et obtenebrescit dies, deficit hora. Tamen qui curiosius me vult cogere[e], unde scripsi supra, quomodo sanctus vir iste mortali corpore positus angelicam spiritualem contenplasset effigiem[4], si post triduum inbecillis non fuero, divino petente auxilio, antiqua verba, quae olim meis auribus insonuerunt, velut diversa holera calathis posita, maximis caracteribus litterarum stilo exaratis, vestris feram cunspectibus.

39. Esterna[f] denique die modica molestia corporis coartatus, non vobis omnia valui praedicti sancti viri miracula narrare; sed tamen divina miserante clementia orationibus

a) Tua d. sanctitas 2. b) sternite 2. c) reserata 2. d) et 1. e) nocebimus 2. — quipiam 1. f) molimē 1. g) patiemini 2. h) Rhavennam 2. i) noctem simul p. 2. k) p. inpernoctabo 1. l) luce 2. m) *deest* 1. n) proiectę 2. o) nudatę manserunt 2. p) Rhavennates 2. q) civitatis 2. r) transmeavit 1. s) sole 2. t) cornu pedem 1. u) prędictę 2. v) *deest* 2. w) eripere 2. x) extemplo 2. y) Tunc 2. z) ornatisque 2. a) civibus 2. b) tante 1. — crudelitate 2. c) bello commisso 2. d) fuit fortior 2. e) coegere 1. f) Externa 1; Hesterna 2.

1) *Tota hujus capituli narratio cum vera historia minime convenit. Equidem mihi persuasum habeo, Attilam numquam vidisse Ravennam, quod certius hic probare longum est; hoc autem addam, cum apud nullum alium scriptorem, tum ne in Ann. Ravennatibus quidem de Ravenna ab Attila capta quidquam legi. Attamen non nego, traditione populari talia nostro esse relata, quae suo more rebus commenticiis ac lenociniis verborum auxit exornavitque.* 2) *Eadem habet Jordanis, Get. c.* 36*:* Homo subtilis, antequam bella gereret, arte pugnabat, *quae sequuntur Marcellini chron. ad a.* 454*:* Attila .. noctu mulieris manu cultroque confoditur. *Cum autem horum scriptorum apud nostrum nulla alia vestigia deprehendantur, ex Maximiani chron. sumtum esse putarim locum inde a* ad proprium reversus — mortuus est. 3) *Cf. Verg. Ecl. II,* 67. 4) *C.* 34. *in., fusius vero haec narrat infra c.* 44.

vestris, quae[a] ex grandaevis viris narrantibus audivi[1], si verba meminero, hodie explicabo.

Cum istius temporibus, postquam pons Apolenaris Ravenna cuncrematus est nocte in pasca 4. Nonas Aprilis[2], iuxta Strovilia Peucodis[3] non longe ab urbe Ravenna applicitus[b] Theodoricus[b*] fuisset cum hostibus suis in canpo qui vocatur Candiani, postquam duabus vicibus Odovacer[c] superavit[4], qui illo tempore regnum Ravennae optinebat: tunc exiit Odovacer ad praedictum canpum[5] cum exercitu suo, et superatus est tertio, et ante faciem Theodorici terga dedit, et infra civitatem se clausit. Et abiit[6] ad Ariminum, et venit exinde cum dromonibus[d] in Porte Lione[e], ubi postea palatium modicum[7] haedificare iussit in insula, non longe a litore maris, ubi nunc monasterio sanctae Mariae[8] esse videtur, infra balneum, non longe ab Ravenna miliario 6. Et nunc in nostris temporibus praedictum palatium servos meos demolire iussi[f] et Ravenna[g] perduxi in haedificia domus meae, quam a fondamentis haedificavi iure materno, quae vocatur domus presbiteralis in regione qui dicitur ad Nimpheos[h], iuxta ecclesiam sanctae Agnetis martiris[9], et ab alia parte numero bando primo, non longe a miliario aureo[10]. Tandiuque exercitus[i] Theodorici famis perdomuit[11], quamdiu coria vel alia immunda et orrida urguebantur comedere; et multa corpora, quae servata sunt gladio, famis peremit. Et factus[12] est terraemotus magnus valde gallorum cantu 7. Kal. Ianuarii[k]. Et dedit Odovacer Theodorico filium obsidem 5. Kal.[l], et post 4. [Kal.[m]] Martii est civitate[n] Classe ingressus. Post haec[13] autem vir beatissimus Iohannes archiepiscopus aperuit portas civitatis, quas Odovacer clauserat, et exiit foras cum crucibus et turibulis et sanctis euangeliis, pacem petens cum sacerdotibus et clericis[o] psallendo, terram[p] prostratus, obtinuit quae[q] petebat. Invitat novum regem de oriente venientem, et pax illa ab eo cuncessa est, non solum Ravennenses cives[r], sed etiam omnibus Romanis,

489. Apr. 2. 490. Aug. 491. Iul. 492. Aug. 29. Mai 25. 493. Febr. 25. Febr. 26.

a) quas 1. b) aplicuit 1. b*) *ita plerumque* 1; Theuder. *hoc loco;* Theoder. *raro.* c) Odoacer 2 *const., postea bis* 1. d) dormonibus 1. e) portellione 2; Porte Lionis 1 *infra c.* 140. f) feci 2. g) Rhavennam 2 (?). h) Nymphos *corr.* Nympheos 2. i) exercitum Th. fame 2. k) *leg.* Iunii, *cf. Anon. Cusp. et Exc. Sang.* l) *suppl.* Martii. m) p. IIII mensium est 1; p. IIII menses est 2. *Ita emendandum esse videtur, ut in fonte legebatur. Cf. N. Archiv I,* 363. n) cō clausus i. 2. o) clerici 1. p) terra 2. q) quē 1; quam 2. r) civibus 2.

1) *Mentitur noster (cf. c.* 38*), nam quae sequuntur non ex auditu sed plerumque ex Ann. Ravennatibus sumsit, sive eos ipse prae oculis habuit, sive in Maximiani chron. legit quae ex illis hausta sunt. Cf. de hoc cap. Waitz in Nachrichten d. Gött. Ges. d. W.* 1865. *p.* 108 *sqq. et quae ipse N. Archiv I,* 309 *sqq. disserui. — Hoc cap. ad tempora Johannis II. spectat.* 2) *Anon. Cuspiniani ad a.* 488. *(Mommsen, Chronograph, p.* 667*):* 15. Kal. Maias, *qui est dies paschalis a.* 488*;* 4. Non. Apr., *ut noster habet, pascha celebratum est a.* 489*; cf. N. Arch. I,* 361 *n.* 3) *Graecum nomen pro Pineta, ut legebatur in Ann. Rav.; cf. Ginanni, Pinete Ravennati p.* 16. *De situ locorum multa Agn. addit, quae in fonte suo non habebantur, verba ejus mutat augetque; N. Arch. I, p.* 313 *sqq.* 4) *scil. apud Veronam et Adduam fluvium.* 5) *Similiter Cassiodori chron.:* egressus .. ad pontem Candidiani*; Ann. Rav.:* ingressus est .. in fossatum in Pineta. 6) *scil. Theodericus rex.* 7) *In Ann. Rav. haud dubie legebatur:* venit inde cum dromonis in fossatum Palatioli*; Agn. suo more plura de situ locorum adjecit; N. Arch. I, p.* 315. 363. *Insula hodieque 'Palazzuolo' vocatur.* 8) *Mon. S. M. in Palatiolo appellatur in chartis Rav.; cf. Fabri p.* 262 *sqq., Tarlazzi p.* 329. 9) *Haec ecclesia sita erat in regione Herculana (v. chartam a.* 1122*, Fantuzzi II,* 109*), de qua cf. supra cap.* 31. 33. — *Regionis ad Nymphaeos, Herculanae ut videtur vicinae, nusquam alibi quantum scio mentio fit. Fortasse nomen ejus postea mutatum est.* 10) *De milliario aureo cf. Zirardini p.* 170 *sqq.* 11) *Interpretare: 'fame perdomuit eos qui in urbe erant'.* — Tandiuque — famis peremit *ex Maximiano sumta esse putarim.* 12) Et factus — Classe ingressus *ex Ann. Rav.* 13) Post haec — postulavit Iohannes *ex Maximiano, ut opinor, licet verbis mutatis. Procopius, Bell. Goth. I,* 1 *(ed. Bonn. II,* 9*) refert, Ravennatem episcopum inter Theodericum et Odovacrem pacis interpretem exstitisse.*

quibus beatus postulavit Iohannes. Et subiit[1] Ravennam 3. Nonas Martias. Post paucos dies occidit[a] Odovacrem rex[b] in palatio in Lauro[2] cum comitibus suis. Postquam[3] iubente Theodorico interfectus est Odovacer, solus et securus regnavit Romanorum more. [Post[c]] omnes adversarios devictos trigesimo regni sui anno Ravennianum[d] exercitum Siciliam misit, depopulavit[e] et suis ditionibus mancipavit[3]. Et ipsius temporibus a parte aquilonis ab omnibus visum est caelum ardere[4]. Simmachus[5] et Boetius patricii, Theodorico iubente, carne propinqui civesque Romani, cum securibus capitibus amputati sunt. Et Iohannes papa Romanus post legationem de oriente cum Ecclesio episcopo Ravennae iussu regis Ravennam ductus[f], ab Theodorico coactus est et tamdiu detentus est[g], quamdiu mortuus[h], et infra carcere[i] publico in arca marmorea sepultus est[6]. Et supradicti patricii in alia arca sepulti sunt[k], quae permanent[l] usque in praesentem diem. Theodoricus[7] autem post 34. anno[m] regni sui coepit claudere ecclesias Dei et coartare christianos[n], et subito ventri[o] fluxus incurrens mortuus est sepultusque est in mausoleum, quod ipse haedificare iussit extra portas Artemetoris, quod usque hodie vocamus Ad Farum[p], ubi est monasterium sanctae Mariae quod dicitur ad memoria[q] regis Theodorici[8]. Sed, ut mihi videtur, ex[r] sepulcro proiectus est, et ipsa urna, ubi iacuit, ex lapide pirfiretico valde mirabilis, ante ipsius monasterii aditum posita est. Satis vagatus sum, ivi per[s] diversa, ad nostra revertamur.

40. Multa[9] sanctitas in praedicto viro fuit Iohannes[t]. Et cum ad aures Valentiniani imperatoris eius fama decrevisset, per multa tempora cupierat eum videre. Sed nihil nociva[u] sunt. Quod superius explicare debui, ut non obmittamus, inferius notemus. Quamobrem Valentinianus, serenissimus ex patre Constantio Gallae Placidiae filius[10], ad sanctum pontificem properavit Iohannem, et excussa[v] diademata capitis, vocum metu et reverentia salutavit, atque ab eo benedictione percepta, ilari vultu recessit[11]. Non post multos dies idem augustus sub consecratione beati antistitis Iohannis 14 civitates cum suis ecclesiis largitus est[w] archigeratica[x] potestate[12], et usque in praesentem diem

a) *bis scripsit* 1. b) regem 2. c) *deest* 1. d) Ravenn. magnum 2. e) depopulatus est 2. f) est *add.* 2. g) *deest* 2. h) est *add.* 2. i) carcerem publicum 2. k) sepultus q. 1. l) permanet 2. m) annum 2. n) dei *add.* 2. o) ventris 2. p) Pharum 2. q) memoriam 2. r) esse 1. s) sum nuper 1. t) Ioanne 2. u) nocua 2; *fortasse* S. non sibi obvii *vel* noti *sequente alia voce; nisi haec ad sequentia referre mavis.* v) excusso diademate 2. w) *deest* 1. x) archieraticae potestati 2.

1) Et subiit — comitibus suis *ex Ann. Rav., N. Arch. I, p.* 315. 363 *n.* 2) *Cf. seq. cap.* 3) Postquam iubente — mancipavit *fortasse ex Maximiano. At Siciliam jam ante Ravennam captam occupavit Theodericus. Anno* 30. *regni sui, i. e. a.* 523, *partem Burgundiae in ditionem suam recepit (cf. Binding I,* 252 *sqq.).* Siciliam *fortasse mendo auctoris aut scribae irrepsit.* 4) *Haec nota aut ex Ann. Rav., aut ex Maximiano; cf. Marcellini chron. ad a.* 515. 5) Simmachus — quamdiu mortuus *haud dubie ex Maximiano; cf. infra c.* 57, *Anon. Vales.* §§ 88—93, *a quo Ecclesium ad imperatorem cum Johanne papa missum esse traditur, et Catal. pont., Acta SS. Apr. I, prol. p.* XXXVI. 6) *Lib. pont., Johannes I. (ed. Vignolius I,* 194*):* Huius corpus translatum est Ravenna Romam et sepultum est in basilica beati Petri apostoli. — Et supradicti — diem *Agnellus.* 7) Theodoricus — mortuus est *vel* haedificare iussit *ex Maximiano, cf. Anon. Vales.* §§ 94—96. *et quae N. Archiv I,* 322 *sq. disserui. Quae sequuntur de suo addidit Agnellus.* 8) Ad memoriam regis et Ad Farum *vocatur in charta Johannis VIII. archiepiscopi a.* 858. *circ. (Fantuzzi II,* 10*), qua praedicto monasterio S. Mariae in Palatiolo subditum est.* In Rotunda *vel* Rotunda *in aliis chartis appellatur. Quot Ravennates de eo scripserunt enumerare longum est. De Faro cf. Zirardini p.* 56 *sqq.* 9) *Cap.* 40—44. *de Johanne I. agitur.* 10) *Cf. infra c.* 42. 11) *Haec noster sibi finxit.* 12) *Fortasse Agnellus jam diploma suppositium Valentiniani III. prae oculis habuit (Marini, Papiri diplomatici p.* 94*), quo episcopo Ravennati* 14 *episcopatus subiciuntur et 'honor pallii' confertur; nota verba chartae:* Ravennatem

14 civitates cum[a] episcopis sub[b] Ravennense ecclesia redactae sunt. Una vero episcopali[c] cathedra, civitate destructa, deest, cuius vocabulum Brintum dicitur, non longe a Bononiense[d] urbe. Iste primus ab ipso[e] augusto pallio ex candida lana accepit, ut mos est Romanorum pontifici[f] super diploidem[g] induere, quo usus est ipse et successores sui usque in praesentem diem[1]. Celsam etenim Valentinianus illo in[h] tempore Ravennae tenebat arcem, regalique aula struere iussit in loco qui dicitur ad Laureta*[2]. Ideo Laureta dicitur, quia aliquando triomphalis victoria facta ibidem fuit. Antiquorum[3] talis erat ritus, ut, quicumque de inimicis vel hostibus triumphabat, corona laurea eius capiti cingebatur, unde apud veteres 'laudis' nominabantur. Post vero sublata d litera, addita r, ipsa arbor 'laurus' dicta est. Et[4] ipsa domus[i] regia multo tempore Valentinianus commoratus est, et hinc atque inde ex utraque parte plateae civitatis magnis moenibus decoravit, et vectes ferreos infra viscera muri claudere iussit. Ideo tanta illius solertia fuit, ut non solum pro ornatu ferreos[k] vectes apparerent, verum etiam, si aliquo quoque[h] tempore gens aliqua contra hanc civitatem dimicare voluisset, ut, si non tanta arma, ut opus fuissent[l], inventa essent, ex ipsis vectibus sagittas lanceasque vel alios fierent[m] gladios, aut[n] pro aliqua utilitate, ut diximus, istius moeniae ferrum expenderent. Qui etiam istius muri[o] civitatis multum adauxit; cingebatur autem antea quasi una ex oppidis. Et quod priscis temporibus angustiosa erat, idem augustus ingens[p] fecit, et iussit atque decrevit, ut absque Roma Ravenna esset caput Italiae.

41. Interea cum illo in[h] tempore mater Valentiniani, augusta Galla Placidia ecclesiam sanctae Crucis redentricis[q] nostrae aedificaret, nepta[r] ipsius nomine Singledia[s. 5] nocte quadam per visum ammonita, cui astitit vir in candidis vestimentis, canitie capitis decoratus pulcerrimaque barba, dixit: 'In illo et illo loco non longe ab hac sanctae[t] Crucis ecclesia, quam amita tua haedificare iubet, quantum iactum sagitta est, construe mihi monasterium, sicut designatum inveneris. Et ibi[u] cum inveneris in terra crucis simili-

*) Domus in Ravenna nomine Laureta. Iuxta domum hanc est via sive regio que vocatur Laureta, in qua passus est beatus Eustacius, ut habes in martirologio, 4. Idus Octubris *addit* 1 *in marg.*

a) *deest* 1. b) s. Ravenna ec. 1; ep. Ravenn. ecclesię 2. c) episcopalis 2. d) Bononiensi 2. e) ipso *deest* 1; ipsa augusta pallium 2. f) pontificum 2. g) duplo idem 1. h) *deest* 2. i) in i. domo 2. k) ferrei 2. l) fuisset 2. m) facerent 2. n) et 2. o) muros 2. p) ingentem 2. q) redemptr. 2. r) neptis eius 2. s) Syngledia 2 *const.* t) sancta 1. u) ibi in inv. 1; ubi inv. 2.

eccl. . . archieratica dignitate erectam. *Attamen, quamvis privilegium falsum sit, haud plane rejicienda esse judico, quae hoc loco de honoribus ecclesiae Ravennati collatis traduntur. Constat quidem ex Petri Chrys. serm.* 175, *Vicohaventinam (i. e. Ferrariensem) ecclesiam, cujus in charta mentio fit, Valentiniani III. tempore sub potestatem metropolitanam Ravennatis episcopi redactam esse* decreto beati Petri *et* decreto principis christiani, *i. e. Valentiniani. Imolenses quoque et Mutinenses totiusque Aemiliae episcopos jam saec. V. a Ravennate episcopo consecratos esse, scimus. Ante tempora vero Valentiniani III. de metropolitana potestate hujus ecclesiae nihil constat.* 1) *De usu pallii vetus inter Romanos et Ravennates pontifices dissensio erat, de qua conferas multas epistolas Registri Gregorii I., ut III,* 56. 57. *IV,* 11. 15, *alias.* 2) *Cf. Zirardini p.* 71 *sqq. — Num haec ex inscriptione, an ex Maximiani chron., an ex memoria hominum, quod mihi probabilius videtur, didicerit noster, non constat. Sane memoria Valentiniani ac Placidiae et urbis eorum tempore ornatae et ampliatae diu Ravennae vixit. Cf. libellum De dedicatione eccl. s. Joh. Evang., Muratori I,* 2, 570. 3) Antiquorum — dicta est *ex Isidori Etym. XVII,* 7, 2. *verbis aliquot mutatis.* 4) *Quae sequuntur usque ad finem capitis ex memoria hominum.* 5) *Singlediae nusquam alibi mentio fit. Eandem fuisse neptem Placidiae, si verum est, ex epitaphio infra laudato Agnellus cognovit. Fortasse fuit consanguinea Constantii, Placidiae mariti.*

tudinem, sit ibi altarium consecratum. Et inpone in eum[a] Zachariae vocabulum, praecursoris pater[b]. Qua[c] mox evigilans, cucurrit citius ad locum, ubi designatio illi ostensa fuerat; invenit, quasi ad manus[d] hominis cavatum fundamentum fuisset. Quae mox procurrens[e], retulit augustae cum gaudio magno et petiit ab ea operarios; largivitque[f] illi 13 haedificatores. Et statim coepit haedificare, ut designatum invenit, in bissenosque dies et unum insuper omnia cunstruxit et ad effectum perduxit. Et cunsecravit ditavitque eum[g] in auro et argento et coronis aureis et gemmis preciosissimis et calices[h] aureos, quos in nativitate Domini procedunt, per quos sanguinem Domini potamus; in sancta Ursiana ecclesia inde fuerunt. Et iuxta labellum calicis sic invenimus[i] scriptum:

'Offero sancto Zacharia[k] Galla Placidia augusta'.

Ipsaque Singledia ibidem requiescit; sepulcrum eius nobis agnitum[l] est. Galla vero augusta haedificavit ecclesiam sanctae Crucis[1] preciosissimis lapidibus structa[m] et gipsea metalla[2] sculpta; et[n] in rotunditate arcus versus metricos continentes ita:

'Christum fonte lavat paradisi[o] in sede Iohannes,
Quo vitam tribuit felicem, martirem mostrat'.

Et in fronte ipsius tenpli, introeuntes pili ianuas, desuper depictis[p] quatuor paradisi flumina versus[q] exametros et pentametros, si legeritis, invenietis:

'Christe, Patris verbum, cuncti concordia mundi,
Qui ut finem nescis, sic quoque principium.
Te circumstant[r] dicentes ter 'sanctus' et 'amen',
Aligeri testes, quos tua dextra reget[s].
Te coram fluvii currunt per secula fusi
Tigris et Eufrates, Fison et ipse Geon.
Te vincente, tuis pedibus calcata per aevum
Germanae[t] morti crimina saeva tacent'.

Et dicunt quidam, quod ipsa Galla Placidia augusta super quatuor rotas rubeas marmoreas, quae[u] sunt ante nominatas regias, iubebat ponere cereostatos cum manualia[3] ad mensuram, et iactabat se noctu in[v] medio pavimento, Deo fundere preces, et tamdiu pernoctabat in lacrimis orans, quamdiu ipsa lumina perdurabant.

42. Et si vultis eius[w] inquirere annalogiam[x], Maximiani archiepiscopi cronicam[y] legite; ibi plura de ea et de multis imperatoribus et regibus invenietis. Ipsa[4] quoque[z] augusta, postquam a[a] quodam Athulpo[b] relicta est, ab Honorio imperatore Constantio comiti in matrimonium[c] data est, et post se quasi successorem imperator reliquit. Unoque anno Constantius post mortem Honorii gentibus imperavit[5], morbo correptus[d] vitales
421. Sept. 2. auras[e] amisit; et reliquit filium modicum Gallae, Valentinianum nomine*. Cum bis ternos[f] annos et quatuor tempora[g] anni[6] Valentinianus esset, divo Honorio, patruo suo,

*) Valentinianus successor Constantii in imperio. Et, ut hic apparet, iste Valentinianus fuit mortuus Ravenne *addit* 1 *in marg.*

a) meum 1. b) patris 2. c) Quam 1; Quę 2. d) *ita pro* a manu 1. 2. e) prę̣currens 2. f) largitaque est 2. g) eum in *des.* 2. h) calicibus aureis qui 2. i) invenies 2. k) Zacharię 2. l) cognitum *corr.* agnitum 1. m) strata 2. n) *deest* 1. o) paradixi 1 *plerumque.* p) depictae 2. q) *deest* 2. r) circumsistunt 1. 2. s) regit 2. t) Germana 2. u) quae s. ante *des.* 2. v) p. in m. 2. w) eis 1. x) analogiam 2. y) chronica 2. z) Ipsaque 2. a) ad quondam 2. b) Athaulpho 2. c) matrimonio 2. d) coruptus 1. e) aures 1. f) ternis annis 2. g) temporibus 2.

1) *De hac ecclesia cf. Tract. Raynaldi archiep. Rav., Muratori I,* 2, *p.* 574; *Fabri p.* 153; *v. Quast p.* 10. 2) *Cf. supra c.* 23: gipseis metallis; *c.* 77. 86. 3) *i. e. libelli precationum, ut videtur.* 4) *Quae sequuntur haud dubie ex Maximiano.* 5) *Haec falsa sunt: Constantius duobus annis ante Honorium, eodem anno quo augustus factus erat, mortuus est.* 6) tem-

in imperium successit, qui triginta et unum annis in inperio durans, Romae[1] occisus est 425.
in loco qui vocatur ad Laurum. Galla vero[2] non vidit necem filii, quia antea Roma[a] 455 Mart. 16.
obiit 5. Kal. Decembris. Apparuit[b] post haec stella in caelo ardens per dies 30, et 450. Nov. 27.
capta et[c] fracta est Aquileia[d] ab Hunis. Arsit Ravenna Idus Martii, et multas[e] opes ab 451
igne cremata[f] sunt. Sepulta est Galla[g] Placidia in monasterio sancti Nazarii[3], ut aiunt 452.
multi, ante altarium infra cancellos, quos[h] fuerunt aerei, qui nunc lapidei esse videtur[i]. 455. Mart. 15.
Aedificavitque[k] ecclesiam sancti Iohannis euangelistae[4]. Cum[5] esset angustiosa per
discrimina maris gradiens, orta procella, carina quassante a fluctibus, putans mergere[l] in
profundum, Deo votum vovit de apostoli ecclesia: liberata est a furia maris. Et infra
tribunam ipsius ecclesiae super capita imperatorum et augustarum legitur ita:

'Confirma hoc Deus, quod operatus es[m] in nobis, a tenplo[m*] tuo Ierusalem tibi offerent reges munera'.

Et[n] desuper alium versum invenies[o] sic legentem:

'Sancto[p] ac beatissimo apostolo Iohanni euangelistae Galla Placidia[q] augusta cum
filio[r] suo Placido Valentiniano augusto et filia sua Iusta Grata Honoria augusta liberationis periculum[s] maris votum solvent'[t. 6].

Iterumque aedificavit ecclesiam sancti Stephani in Arimino.

43. Quid adhuc? Melius est mihi tacendo praeterire, quam per avia et antiqua discurrere. Redeamus ad praedictum stadium et de nostris pontificibus sine mora loquamur. Dignus est enim iam suus successor introduci. Sed tua facta, o beate Petre Chrisologe, quis sufficiat narrare? Etiamsi[u] vox mea excreverit adamantina et aereum pectus, et cincinni[v] mei versus in ligariis[w] fuerint, sic nec omnium facta vestrorum narrare possum.

44. Igitur dum[x] beatissimus papa, qui Ravennas praesul [hic[y] nominatur], superius nominatus Iohannes in basilica beatae Agathae missarum solempnia caneret, cum omnia expleret iuxta ritum sanctorum pontificum, post lectionem euangelii, post protestationem, cathecumini viderunt mirabilia, quibus datum fuit videre. Cum autem beatissimus inciperet canonica verba cum supplicationibus Deo dare et super hostiam signum crucis imprimere[z], subito angelus de caelo venit et stetit ex altera parte altaris in conspectu ipsius pontificis. Et post expletam sanctificationem, corpus[a] Domini percepisset, voluit

a) Roma *corr.* Rhūę (Rhavennę) 2. b) Et post 2. c) et fr. *des.* 2. d) Aquilea 1. e) multę 2. f) crematę 2. g) G. Pl. *des.* 2. h) qui 2. i) videntur 2. k) ędificavit 2. l) mergi 2. m) est 1. m*) templo sancto tuo quod est in I. *Rub. et Libellus De dedic.* n) *deest* 2. o) invenietis 1. p) Sanctissimo *Rub.* q) Placida 2. r) s. f. *Rub.* s) *deest Rub.* t) solvit *Rub.* u) Et non sit 2. v) cinctinni 1; cincinia 2; centeni *ed.* w) *ita* 1; *sed quid verba significent nescio; cf. Ducange ed. Henschel IV, p.* 108; in liganis 2; *fortasse* insignitis *emendare licet.* x) *deest* 1. y) hic nom. *des.* 1. z) imprimeret 2. a) corporis *corr.* corpus 2.

pora anni = *menses. Valentinianus a.* 419, *Jul.* 2 *(secundum Prosperi chron. a.* 418*) natus, a.* 425, *Oct.* 23. *augustus pronunciatus, tunc septimi anni quartum mensem paene compleverat.* 1) Romae — cremata sunt *ex Ann. Rav.; cf. N. Archiv I,* 311 *sq.* 356. 270. 2) vero non — quia antea *Agnelli additamentum.* 3) *Cf. de hac ecclesia adhuc existente Fabri p.* 291 *sqq.; v. Quast p.* 10—15. — *Ubi sepulta sit Placidia, coaevi scriptores non memoriae prodiderunt, constat tantum eam Romae esse mortuam.* 4) *Fusius describitur haec ecclesia, cujus tantum pars adhuc exstat, in libello de dedicatione ejusdem (Muratori SS. I,* 2, 570. 571*) saec. XIII. vel XIV, ut opinor, composito, ubi et quas noster exhibet et aliae inscriptiones leguntur, quarum una super imagines imperatorum scripta:* Amore Christi nobilis et filius tonitrui sanctus Iohannes. Galla Placidia augusta pro se et his omnibus hoc votum solvit. *Cf. Rubeum p.* 101; *Fabri p.* 204; *Spreti I,* 370. *II,* 2, 109; *v. Quast p.* 6—9. 5) Cum — furia maris *ex inscriptione mox sequente.* 6) *Anno* 424. *post mortem Honorii Placidia cum liberis suis Constantinopoli in Italiam rediit, ad quod navigium hoc referendum esse videtur.*

diaconus adimplere levita[a] ministerium, non[b] viderat, quod erat calicem porrigere. Subito amotus ab angelo est, et sanctum calicem angelus pontifici[c] porrexit. Tunc universi sacerdotes cum populo coeperunt timere et orrere, videntes sanctum calicem a semetipso inclinato ab ore[d] pontificis et iterum in aere se super sanctum altare recipi. Intentio magna valde in populo adcrevit; alii dicebant: 'Non levita dignus', alii adfirmabant: 'Non, sed visitatio caelestis'. Et tam diutissime angelus iuxta sanctum virum stetit, quousque expleta fuisset[e] solempnia missarum. Non post multum temporis, benedictis filiis suis, Ravennenses[f] cives, cum alacritate, quasi ad dapes invitatus, alacri vultu dies cum vita finivit Non. Iunii*[1]. Sepultus est in praedicta sancta martiris Agathae[g] basilica post altare, in eo[h] loco, ubi angelum stante[i] vidit; effigiemque eius super sedilia[k] depictam cotidie conspicimus. Apparet, quod fuisset tenui[l] forma et nigri capilli, paucos canos. Sed sanctitate aetatem superavit, quia caelestis Dominus plus mentes quam aetates comprobat. In sensibus fides geritur, non in annis. Et ad[m] eius effigiem infra orbita[n] intus in ecclesia Ursiana per omnem noctem, usque quo suffixa ecclesia[o] renovata est, clari luminis candela[p] fulgebat. Ego enim, fratres, sicut promisi, in quantum valui, favente Deo, istius vitam finivi. Modo sanctum Petrum Crisologum ipsius successorem intromittam[2].

45. Tamen cui assimilare possumus beatissimi vita[q] Iohannis? Si requirimus[r], cum multis patribus. Si vestris placet obtutibus, non respuite, et si forte fefellero[s], indulgite; haec enim dico ad vestri haedificationem animi. Homines sumus et humanis casibus subiacemus. Propheta ergo videns nos[t] carne indutos fragili, in noxa istius
Ps. 115, 11. gurgitis volutati[u], exclamans ait: 'Omnis homo mendax'. Sed palam omnibus vobis veniam[v] peto, non protervitate[w] tumida, sed humilitate plena. Hunc enim virum forsitan cum Iacob patriarcha similare[x] potero. Quando Iacob angelum tenuit et non ire
Gen. 32, 26. 29. sinivit, dixit illi angelus: 'Dimitte me, aurora est'. Qui respondit: 'Non dimittam, nisi benedixeris me'. Et in eodem loco angelus benedixit eum. Huic enim non benedixit angelus, sed corpus Domini cum sanguine dedit. Oh mihi in parte ultima vitae quis tale sanctificatum corpus et sanguinem Christi dedisset, ut quod meritus[y] non sum accipere[z] in vita, utinam[a] in egressione animae fuissem! Imitavit[b] vir iste David, sicut audituri estis. Cum vidisset autem David, angelum caedentem populum, extendisset[c]
1. Paral. 21, 17. manus super Ierusalem, ait: 'Obsecro, Domine, vertatur manus tua super me'. Et iste a rege cum requisitus fuisset, quid vellet, manifestatum est, et pro suis ovibus desiderat mortem. Tunc rex pacem, quam pontifex petierat, largivit[d]. David propter sua pec-
Ier. 33, 22. cata, quia praesumpsit numerum optinere, quem Deus ut arena multiplicaverat maris: hic autem rex expugnaturus erat civitatem propter peccata populi, quia aliquanti tepidi erant fidei; sed sancti viri orationibus istius et regem mitigavit, et Dei[e] misericordiam[f] a[g] se inclinavit. Alio[h] assimilabitur viro Tobiam[i] nomine, ad cuius nuptias Raphael

*) Obiit circa annos Domini 569. *addit* 1 *in marg.*

a) levitę 2. b) min. cuius erat c. 2. c) *deest* 2. d) *ita pro* ad os 1. 2. e) essent 2. f) Ravennatibus civibus 2. g) *deest* 1. h) quo 1. i) stantem 2. k) sedis Iuliae *add.* 2. l) densa 2. m) ad eius *des.* 2. n) orbitam 2. o) ecclesię 2. p) candelę fulgebit 2. q) vitam 2. r) requiremus 2. s) sese illorum 2. t) se 2. u) volutate 2. v) coram 2. w) proptervitate 1. x) similasse potui 2. y) meritis 1. z) accipe 2; incipere 1. a) ut 2. b) Imitatus est 2. c) et ext. 2. d) largitus est 2. e) de 1. f) *e corr.* 1. g) ad 2. h) Alias 2. i) Tobias 2.

1) *Hic est dies depositionis Johannis II. ex ejus epitaphio sumtum, quod ita audit (Corp. Inscr. lat. XI, no.* 304.*)*: Hic requiescit in pace sanctus papa Iohannes qui sedit ann. XVI, m. X, d. XVII. Depositus sub die Non. Iun. Asteri et Praesidi vv. cc. *i. e.* 494, *Jun.* 5. 2) *Jam supra c.* 43. *ad Petrum episcopum se transiturum esse dixit, ut aliquid novi de Johanne addendo non opinantes auditores admirari faciat.*

angelus missus est, et ut visitaret patrem et visum redderet: ita[a] istum vero et visitavit et sui ministri vicem peregit. Zacharias[b] denique ille magnus sacerdos, cuius filius in adventu domini nostri Iesu Christi non solum aequiparavit[b*] prophetas, sed omnibus praecessit, quem ante[c] Deum sanctum euangelium iustum commemorat, angelum intuens mutus effectus est: iste[d] angelicam contemplatus effigiem hilaris et laetus permansit. Quare hoc? Quia Zacharias dubium[e] se credidit habere filium, eo quod frigesceret sanguis et processerat in diebus multis. Et si dubium[e] fuit de caeleste nuncio, quomodo eum euangelista iustum commemorat? Ait ergo: 'Zacharias et Helisabet erant ambo iusti ante Deum'. Quid est hoc? Quomodo potest fieri? Dicat David: 'Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens'. Audi et Iob: 'Ecce enim caeli non splendent et stellae non sunt mundae in conspectu eius. Quanto magis homo putredo et filium[f] hominis vermis'? Petrus autem, cui[g] in caelo et in terra potestas solvendi et ligandi data est et claves regni caelorum traditae sunt, dicens: 'Exi a me, quia homo peccator sum'. Et si apostolorum principem[h] se peccatorem conspicit, quomodo euangelista sacerdotem connubium vinctum[i] iustum commemorat ante Deum esse? Veniat Manasses, dicat cum euangelista: 'Abraham, Isaac et Iacob et semini eorum iustum. Abraham, Isaac et Iacob, qui non peccaverunt tibi'. In hoc loco ideo 'semini' dixit, id est Christus, non 'seminibus', iuxta quod dictum est Abrahae: 'In semini[k] tuo benedicentur omnes tribus terrae'. Semini in unum, seminibus in multis. Ante Dei namque oculos nullus liber invenitur, sicut ait Salomon: 'Non enim est homo super terram, qui faciat bonum et non peccet'. Ante conspectum divina[l] maiestatis terribiles visiones sunt: ibi enim angeli trement[m], archangeli metuunt, pavent throni, terrentur dominationes, ruunt potestates, formidant principatus, commovebuntur[n] virtutes caelorum, pertimescunt iusti, terra fugit, elementa quassantur[1]. Et homo, ex quo inquinamentis natus, insuper peccati servus, quomodo iustificatur[o]? Audi Iob: 'Quis[p] potest ante eum apparere mundus natus de muliere'? Caritati vestra[q] peto, mihi indulgentiam vel etiam veniam modicam concedite, quia hodie fatigatus et[r] humanis negotiis praegravatus somnum non corpore[s] refocillavi; non vobis gravis appareat de istis quaestionibus, quia, largiente Domino, si vita comes fuerit[t], crastina explicabo. Et si aliqua intercesserit dilatio et citius nodum[u] quaestionis non solvero[2], sanctum imitamini euangelium, sicut ait: 'Patientia[v] habe in me, et omnia reddam tibi'. Non me iudicate ut inscius[w], nisi dilatator[x]. Sed Zacharias quomodo iustus? Aut quomodo David eructuans: 'Nullus vivens ante Deum iustificatur[y]'? Aut quomodo Manasses dicens: 'Abraham et ceteri, qui non peccaverunt tibi, Domine'? Aut quomodo Moises intonans ait: 'Dominator domine Deus misericors et clemens, nullusque aput te per se innocens est'. In posteris verbis explicabo, quid multifaria necesse est, quam istius, qui ex Aegipto plebem duxit, qui mare tumidum ut molem stare fecit, qui manna in[z] populo in heremo cibavit, qui de caute[a] aquam produxit, cuius manus gravi[b] Amalech interiit[c], qui Cananeorum regem contrivit, qui Ethan fluvio[d] siccavit, qui laticem potus[e] amaram et inditam[f] per lignum potabilem fecit, qui in Syna decem[g] verba legis in binis lapideis tabulis accepit, cuius facies solis rutilum superavit, qui haereum serpentem pro plaga Israelitica in heremo

Luc. 1, 5. 6. Ps. 142, 2. Iob. 25, 5. 6. Luc. 5, 8. Man. or. Gen. 22, 18 28, 14. Eccl. 7, 21. Iob. 25, 4. Matth. 18, 26. 29. Ps. 142, 2. Man. or. Exod. 34, 6. 7.

a) ad 2. b) Cach. 1 *const.* b*) equiperavit 1; ęquipavit 2; *cf. p.* 317 *n.* q. c) autem 1. d) Istē 1. e) dubius 2. f) filius 2. g) cum 1. h) *ita* 1. 2. i) victum 1. 2. k) semine 2. l) divinę 2. m) tremunt 2. n) commonebuntur 1; commoventur 2. o) iustificat 1. p) Quid 1. q) vestrę 2. r) ex 1. s) corporefocilavi 1; corporis *corr.* corpus ref. 2. t) fuero 1. u) modum 1. v) Patientiam 2. w) visum *et in marg.*: in suis 2. x) dilatatorem 2. y) iustificabitur 2. z) *deest* 2. a) cote 2. b) gravia 1. 2. c) interemit 2. d) *ita* 1. 2. e) *ita Bacch.*; potis 1. 2. f) indictam 1. g) ē 1.

1) *Iterum repetit fere iisdem verbis, quae jam bis supra c.* 30. 37. *ex Petri Chrys. serm.* 6. *sumta legis.* 2) *Pergit haec demum c.* 55; *qua de quaestione vero agatur, equidem nescio nec quomodo sententiae inter se cohaereant, intelligo.*

exaltavit[a], cuius inimici[b] terra absorbuit, qui vitulum aureum confregit, qui cum Deo quasi cum amico facie ad faciem locutus est, qui per columnam nubis diei et noctis igneam Israheliticus[c] protegebat exercitus, supra cuius[d] haec omnia angelus in ministerium
Exod. 23. 20 datus est, dicente Domino: 'Ecce mitto angelum meum, qui praecedat te et custodiat semper'. Ita et[e] huic viro sacro Iohanni sui[e] custodem corporis ex[f] caelis angelum misit.

46. Sed ista omnia, quae superius nodis[g] alligata enixius reliqui, quomodo iustificet[h] homo, aut quomodo in peccatis moreretur[i] vel condemnetur, in sequenti sermone, ut fastidium non creetur, in vita alterius sancti viri, donante Domino, gratanter nunciabo[k]. Rexit[l] autem beatissimus iste Iohannes ecclesiam suam annos 16, menses 10, dies 18[l].

DE SANCTO PETRO XXI[m].

47. Petrus XXI,*[2] pulcer aspectu, delectabilis forma. Ante eum nullus pontifex sapientia fuit[m*] similis sibi[n] et post eum non surrexit. Multorum librorum volumina conditor[o], et velut irriguus fons ita in[p] eum divina sapientia cotidie emanabat; unde pro suis eum eloquiis Chrisologum ecclesia[e] vocavit, id est aureus[q] sermocinator. Natione[r] ex Cornelianse[s] territorio, nutritus et doctus a Cornelio illius[t] sedis antistite[3]; et pro sui nutritoris amore Petrus iste beatus, quod dudum Imolas[u] praedictum vocabatur territorium, ab illo iam tempore Corneliense nominavit. Sed aiunt alii, ideo[v] Corneliense, eo quod Cornelii Forum fuisset.

48. Iste temporibus primi Leonis sanctissimi papae Ravennatis ecclesia[w] cathedram regebat. In ipsis[x] diebus saevissimus Euthichem[y] presbiter maligno spiritu instigat[z], et contra[a] sanctam et individuam fidem catholicam suis pessimis cogitationibus malignam coepit heresem excitare. Quem sanctissimus Leo per suam epistolam[4] in conspectu sanctorum multorum Dei episcoporum ammonuit[b], nunquam potuit eius superstitiosa[c] credulitas ad bonum revocare propositum. Sanctus igitur Leo ad beatum
449. Petrum huius Ravennatis [civitatis[d]] pontificem res notas celeriter fecit, quem[e] scribens

*) Iste Petrus archiepiscopus electus fuit in archiepiscopum Ravennatem circa annum Domini 429. et confirmatus fuit *add.* 1 *in marg.*

a) exultavit 1. b) inimicos 2. c) Israelitis 2. d) cui 2. e) *deest* 1. f) et 1; e 2. g) nobis 2. h) iustificetur 2. i) moretur 1. k) annunciabo 2. l) XVII *Inscr.* m) XXI *deest*, Chrysologo *add.* 2. m*) *ita* 2. *Cat.*; *deest* 1. n) *ita* 2. *Cat.*; illi 1. o) condidit 2. p) ex eo 2. q) aureum sermocinatorem 2. r) fuit *add.* 2. s) Corneliensi 2. t) istius 2. u) Imolae 2. v) a. de Corneliensi 2. w) ecclesię 2. x) ipsisque 2. y) Euthyches 2. z) instigatus 2. a) circa 1; et *deest* 2. b) ammonivit 1. c) superstitiosam credulitatem 2. d) *deest* 1. 2. e) qui 2.

1) *Hoc ex inscriptione supra p.* 308 *n.* 1. 2) *In hac quoque Vita Agnellus duos episcopos ejusdem nominis confudit, vel potius alterum, scilicet Petrum III, penitus omisit, ejusdem gesta partim Petro II. Chrysologo (v. c.* 50*), partim Petro IV. (v. c.* 93*) attribuens. Atque Petrus II. Chrys., qui Johanni I. successit, circa a.* 449. *ecclesiam Ravennatem rexit (v. c.* 48*), ante a.* 458. *mortuus (c.* 28*), et si credimus, quod noster tradit, eundem a Sixto III. papa esse consecratum, ante a.* 440, *Aug. ordinatus est. Petrus III. autem omnibus synodis annis* 501—504. *Romae propter schisma Symmachi et Laurentii celebratis interfuit, unde conjiciendum est, eum Johanni II. episcopo a.* 494. *defuncto successisse. Eundem usque ad a.* 519. *vixisse, discimus ex Anon. Valesiano* § 81. 82*; paulo post vero diem obiit (v. c.* 53*). Praefuit igitur ecclesiae Ravennati ab a.* 494 *— c.* 520. *Cf. Amadesi I,* 98. 133 *sqq.* 3) *Haec ex Petri Chrysologi serm.* 165, *ubi ipse:* Cornelius namque, *inquit,* memoriae beatissimae pater mihi fuit, ipse me per euangelium genuit, ipse pius piissime nutrivit, ipse sanctus sancta instituit servitute, ipse pontifex sacris obtulit et consecravit altaribus. 4) *Talis epistola jam non exstat et ab Agnello certe non visa est. Quam habemus epistolam no.* 20. *ad Eutychem, Leo scripsit, antequam de illius haeresi aliquid cognoverat.*

epistolam ad ipsum hereticum direxit[1], per quam in Calcedonense sinodo, quia[a] non consensit, demersus[b] est. Sed ipse sanctissimus[c] Leo multas vices per sua epigrammata Constantinopolitanam urbem misit, non solum ad Gallam Placidiam, verum etiam ad Valentinianum et Honorium[2] et ad ceteros alios fidei robustos, simulque ad divum Gracianum[d] et Eudoxiam sequestratim contra praedictum Euthichem presbiterum diversas, ut diximus, epistolas; et tanto in tempore protelata fuit usque ad tempora Marciani imperatoris. Igitur, ut diximus, cum multa altercatio de sancta intemerata fide catholica facta fuisset multis diebus, contigit, ut cum episcoporum cuncilio fuisset allatus praedictus hereticus, coram omnibus sacerdotibus Theodorus[3] episcopus cum eo certare coepit, ostendentes singula volumina de sanctis scripturis et diversa testimonia, quod sancta indivisa sit Trinitas et Pater et Filius et Spiritus sanctus unus esset Deus coaequalis, ex duabus manens naturis Dei et hominis. Non consensit. Tunc auctoritate apostolica demonstrata non resipuit[e]. Ostensaque est beati Petri Crisologi epistola[4], in qua ex parte continebat ita[5]: 'Humanas leges intra 30 annos in[f] nos omnes litigiosas interimunt quaestiones, et tu circa quingentos annos cur tanto praesumis in Christo conviciare sermone? Vere oportet te humiliare ad sanctum Romanum pontificem et diligenter eius praecepta custodire. Et non aliter aestimes[g], nisi quod ipse beatus Petrus apostolus vivus sit et apostolatu cathedrae Romanae sedis in carne teneat principatum'. Post haec autem ipse Euthichem saevissimus in ipso cecidit concilio, sacerdotum vero ceteri post solutum concilium una cum plebe omnium christianorum Deo immensas gratias agentes et maximas laudes imperatoris catholicam et rectam fidem observantibus, valedicentes, abierunt laetantes. 451. Oct.

49. Igitur, carissimi, illud, quod residuum est de Crisologi vita in medium proferamus et inquiramus, quomodo aut qualiter in tali ortodoxa sede non ex propriis ovibus, sed a subiecta Corneliense ecclesia Ravennenses cives pontificem ordinaverunt. Tempore namque illo, postquam defunctus est beatissimus ante nominatus praesul Iohannes, convenerunt universus coetus populi, una cum sacerdotibus, sicut mos[h] est ecclesiae ritu, et elegerunt sibi pastorem. Cumque omnes cum eo properantes Romam venerunt ad sanctum papam apostolicae sedis, ut eorum ordinaret electum, ne tali ecclesia viduata esset a pontifice tantis diebus: die vero crastino erant omnes parati, ut cum viro, quem elegerant, sanctis apostolicis praesentaret aspectibus. Igitur nocte eadem apparuit ad sanctum Sixtum[6] urbis Romae episcopum per visionem beato apostolo Christi clavigero Petro una cum Apolenare discipulo suo et inter[i] ambo stans beatus Petrus Crisologus, et parum beatus apostolus Petrus gradum figens, dixit ad sanctum papam Sixtum: 'Vide hunc virum, quem elegimus nos, qui stat in medium nostrorum,

a) *deest* 1. b) *ita* 1. 2; *fortasse* damnatus. c) *hic desinit* 2, *reliquis foliis deperditis.* d) Marcianum *fortasse legendum est.* e) *ita Bacch.;* respuit *c.* f) inter *corr. Bacch.* g) extimes *c.* h) mox *c.* i) *ita Bacch.;* intus *c.*

1) *Non monente Leone papa, sed Eutychis litteris respondens scripsit Petrus ad eundem epistolam inter Leoninas* 25. 2) *Error. Honorius jam ante* 25 *annos mortuus erat. Neque ad Valentinianum, Placidiam, Eudoxiam exstant epistolae Leonis papae, complures vero ad Theodosium Marcianumque augustos et Pulcheriam de causa Eutychis datae.* 3) *Neque Eutyches synodo Chalcedonensi interfuit, neque inter episcopos, qui illius doctrinam impugnaverunt, Theodorus quidam excelluit.* 4) *Neque de epistola Petri in actis hujus concilii quidquam legitur. Quae antea unquam de haeresi Eutychiana legerat, hic ex memoria repetere videtur Agnellus.* 5) *Epistolae valde decurtatae verba mutat Agnellus, sententia minus bene intellecta, initium — monente Bacchinio — sumens ex Petri Chrys. serm.* 145, *ubi legitur:* Humanae leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quaestiones, et Christus circa quingentos annos nativitatis suae causas praestat *etc., quam sententiam aliis verbis expressam in illa epistola legis.* 6) 432, *Aug.* — 440, *Aug. Satis probabile est, Petrum Chrys. a Sixto III. papa esse consecratum.*

ipsum consecra, non alium'. Idcirco expergefactus papa iussit valde introduci diluculo plebem universa et virum, qui ordinandus erat. Intuitus est eum diutissime sanctus papa et ait: 'Ite, tollite eum de medio! Hunc non cognosco. Nisi adduxeritis mihi, quem ostensus est, alium non ordinabo'. At illi coeperunt inquirere inter se mutuo, quae esset huiuscemodi res; eiectisque omnibus foras, contristati sunt. Alia vero die iussit, ut populus cum omnibus clericis maximis et mediocribus et pusillis ante se introducti fuissent; et cum non vidisset formam viri, quae illi ostensa fuerat, ait: 'Requirite ex vobis, forsitan non omnes venistis, utrum plures estis'? At illi dixerunt: 'Non ex nobis quempiam, invenies, domine papa'. 'Ite et egrediemini foras! Nondum electum video'. Tertia die denique iterum apparuit ad eundem papam nec vigilans pleniter, nec pleniter dormiens apostolorum principem cum discipulo suo, sicut et prius, et sanctissimus Petrus Crisologus inter se tenentes, dicentem illi: 'Diximus iam tibi, ne super alium manus imponas nisi super hunc virum, quia in[a] illius temporibus Ravennatis ecclesia, ut pinguedo olei lucernae illuminans, cum ab[b] igne fuerit applicata, ita illius pinguescet et illuminabitur doctrina'. Altera die introducuntur omnes, et non invenitur. Tunc sanctus papa sedis Romanae dixit ad Corneliensem episcopum, qui in illo tempore cum Ravennensis civibus Romam ierat: 'Introduc omnes sacerdotes et clericos tuos, forte ibi inveniam vir, qui mihi ostensus est'. Cui ille cum supplicatione respondit, dicens: 'Non habeo talem virum, nisi unum diaconum, qui praeest omnibus rebus meis, super cuius manus ego servus tuus incumbo. Si iubes, ut in medium veniat, deferatur'. Cui beatissimus papa: 'Veniat non solum ille, sed et ceteri omnes; et si videro quem cupio, gratanter suscipio'. At ubi ingressi sunt omnes, statim ut vidit sanctus papa virum, quem sibi per visionem ostensum fuerat, conspexit eum ut gemmam fulgentem, et hinc atque illinc per spiritum cognoscens vultum beati apostoli Petri et Apolenaris pontificis, Crisologi Petri dextram sinistramque tenentes. Et ut haec omnia sanctus papa conspexit, statim de sede surgens, et obviam illi quasi medium atrium ivit, libenti animo alterutrum se salutaverunt usque ad genua. At ubi subtrahere se sanctus Petrus Crisologus papae voluit, beatissimus papa non sinivit[c]. Statim coepit fremitum dare populus inter se et maximum clamorem ad caelum. Alii dicebant, quia 'neophitum non recipimus. Non ex nostro fuit ovile, sed subito invadit cathedram episcopalem quasi latro. Tollite, tollite eum de medio! Non recipimus, quia de subiecta ecclesia non licet in maiorem transferre'. Alii contra aiebant: 'Iustus est hic homo, non recte dicitis. Suscipiamus eum, ut bene nostra sit civitati, quia prudentissimus est et castissimus et doctor bonus omniaque gloria dignus. Ex nostra cognatione est, nihil in eum mali sentimus, timore Domini plenus; sine causa eum perdere vultis'. Sanctus vero Sixtus III. sedis Romanae in tali altercatione populus huc illuc divisus conspiciens, palam omnibus retulit visum, ut superius diximus, quomodo per ammonitionem apostolicam eum consecrari debuisset. 'Et si istum non vultis patrem, a me recedite et a sancta catholica Romana ecclesia alienate[d] vos omnes'. Tunc illi quasi ex una voce coeperunt clamare et dicere: 'Ordinetur, ordinetur'! Conscripserunt celeriter decretum, et per inpositionem manus recepit Spiritum sanctum ordinatusque est in pontificem, cum gloria ad Ravennam sedem reversus est. Ex illo iam die coeperunt eum omnes venerare quasi angelum Dei.

50. Aedificavit hic beatissimus fontem in civitate Classis iuxta ecclesiam quae vocatur Petriana, quam Petrus antistes fundavit[1]. Qui fons mira magnitudinis, duplicibus muris et altis moenibus structis aritmeticae[e] artis. Iterumque fundavit domum infra episcopium Ravennae sedis[2], quae dicitur Tricoli, eo quod tria cola[f] contineat; quae

a) nullus t. *c.* b) *ita pro* ad ignem *c.* c) *ita c.* 45. *et saepe;* sinuit *hoc loco.* d) alienata *c.* e) artmedice *c.* f) colla *c.*

1) *V. supra c.* 24. 2) *Hoc ex inscriptione c.* 75. *didicit Agnellus, quod vero ad Petrum III. referendum est.*

haedificia nimis ingeniosa inferius structa est. Fecitque non longe ab eadem domo monasterium sancti Andreae apostoli[1]; suaque effigies super valvas eiusdem monasterii est inferius tessellis depicta. Foris vero parietibus proconnisis marmoribus decoravit; et in ingressu ianuae extrinsecus super liminare versus metricos continentes ita videlicet:

'Aut lux hic nata est, aut capta hic libera regnat.
Lux[a] est ante, venit caeli decus unde modernum,
Aut privata diem pepererunt tecta nitentem,
Inclusumque iubar secluso fulget Olimpo.
Marmora cum radiis vernantur, cerne, serenis
Cunctaque sidereo percussa in murice saxa.
Auctoris pretio splendescunt munera Petri.
Huic honor, huic meritum tribuit, sic comere[b] parva,
Ut valeant spatiis anplum superare coactis.
Nil modicum Christo est. Artas bene possidet aedes,
Cuius in humano consistunt pectore tenpla.
Fundamen[c] Petrus, Petrus fundator et aula.
Quod domus, hoc dominus, quod factum, factor et idem,
Moribus atque opere. Christus possessor habetur,
Qui duo cunsocians mediator reddit et unum.
Huc veniens fundat parituros gaudia fletus[d],
Contritam solidans percusso in pectore mentem[e].
Ne iaceat, se sternat humo morbosque latentes
Ante pedes medici, cura properante, recludat.
Saepe metus mortis vitae fit causa beatae'.

51. Multa condidit volumina et valde sapientissimus fuit. Iste una cum Proiecto a beato Cornelio Imolensis ecclesiae una hora in diacones[f] ambo consecrati sunt[2]. Post vero divina providentia ambo solium episcopalem tenuerunt: Petrus Ravenna ecclesiam, Proiectus sortitus est Imolensem. Postquam hic[3] pontifex ordinatus est, postmodum ab ipso iste alter episcopus ecclesia Corneliense consecratus est temporibus Gallae Placidiae augustae, sicut scriptum reperimus[4]. Corpus beati Barbatiani idem Petrus Crisologus cum praedicta augusta aromatibus condiderunt et cum magno honore sepelierunt[5] non longe ad posterulam Ovilionis. Consecravitque ecclesiam sancti Iohannis et[g] Barbatiani, quam Baduarius haedificavit[6].

a) *ita emend. Bacch.;* Lex 1. *Rub.* b) condere *Rub.* c) Fundamenta *Rub.* d) *ita Rub.;* letus *c.* e) *ita Rub.;* mentis *c.* f) in d. *in loco raso;* ambo *in marg. suppl. c.* g) et *deest c.;* Ioh. baptistae *Bacch.*

1) *Quis episcoporum, quibus Petrus nomen erat, hoc monasterium fundaverit, in dubio relinquendum est. Cf. de eodem Fabri p.* 76, *Tarlazzi p.* 104. 2) *Petrum a Cornelio episcopo clericum esse consecratum, ipse testatur loco supra p.* 310 *n.* 3. *laudato sermonis* 165, *ubi vero nihil de Projecti consecratione et de diaconatu.* 3) *scil. Petrus Chrysologus.* 4) *scil. in aliquoties citato sermone* 165, *quem Petrus in consecratione ejusdem Projecti habuit, in quo vero Placidiae nulla mentio fit. Et crediderim, Projectum post mortem Placidiae (a.* 450*) demum episcopum consecratum esse, quia de eodem, ut videtur, tanquam vivo Simplicius papa a.* 482. *loquitur (in epist.* 14, *apud Thiel I,* 201*).* 5) *Eadem in Vita s. Barbatiani a Bacchinio II, App. p.* 39. *edita (repetita ap. Muratori SS. II,* 1, 194*) leguntur, quam fortasse noster jam vidit. Citatur quidem jam a Petro Damiano, serm.* 65, *haec* sanctissimi vitae eius historia. 6) *Nomina aedificatoris et consecratoris ex inscriptione sumta esse puto; et hic quoque dubitatio, uter fuerit Petrus consecrator. — Tarlazzi p.* 238. *recte monet, Rubeum et Fabrum hanc ecclesiam falso cum ecclesia s. Joh. bapt. majore confudisse. Monasterium s. Johannis et Barbatiani aliquoties occurrit in chartis Rav. saec. X, ex quibus apparet (Fantuzzi I,* 142. *II,* 301, *a.* 957*), idem situm fuisse prope monasterium*

52. Cognovit autem post haec hic beatissimus Petrus per spiritum finem vitae suae. Ivit ad Corneliensem ecclesiam, et ingressus infra basilicam beati Cassiani, obtulit munera, id est cratere aureo uno et patera[a] argentea altera et diademata aurea magna preciosissimis gemmis ornata. Haec omnia a sancti Cassiani corpore[b] imbuit positaque super aram illius ecclesiae. Et stans super cripidinem iuxta altare, expansis manibus benedixit cunctam plebem, sacerdotes et populos; oravit dicens[1]: 'Tu dedisti, domine Deus, animam in corpore isto; tu iterum misericors suscipe eam, quia tua sum criatura. Non occurrat mihi iniquissimus diabolus, sed angelus tuus sanctus suscipiat eam et collocare iubeas in sinibus patriarcharum, ubi lux permanet et gaudium immensum est. Et nunc, Domine, te confiteor labiis et corde; tu, qui cuncta patrasti ex nihilo, qui solus nosti prisca, praesentia et futura, da populo huic cor docibile, ut timeant te et agnoscant, qui[c] tu es Deus in caelo sursum et in terra deorsum[2], qui per sanctum Filium tuum totius generis humani salutem recuperasti, in quem credimus Deum et dominum angelorum, qui es benedictus in secula seculorum. Mitte illis, domine Deus, verum pastorem, qui tuas congreget oves, non disperdendum, sed ad caulas ecclesiae congregandum. Non sopiat ut mercenarius, non sit ut alienis ovis custos, sed verus pastor, qui oves cum agnis commissis inmaculatas tuo aspectu repraesentet; ne ille ferox immanissimus lupus[3], qui praedam rapere quaerit, a te pastoris corda excitata rapida voluptas depellat, vellera fidelium ovium non diripiat, nec sancta ecclesia vocis balatibus gemat. Tu, bonus pastor, pastorem tribue huic[c*] populo: mitem pastorem, non percussorem, sed nutritorem, non ut allidat, sed defendat, non spernentem, sed revocantem, non raptorem, sed largitorem, non ut laceret, sed conpescat, non cupidum, sed tributorem, non elatum, sed humilem, non saevum, sed blandum. Custodi eos — populus tuus est — et oves manuum tuarum, qui es benedictus in secula'. Ad lugendum populum ait: 'Filii carissimi, audite me. Ego vado et ingredior viam universae terrae, ubi constituta est domus omnis viventis. Nunc, filii, confortamini et estote viri prudentes. Dabit vobis dominus
Ps. 93, 14. Deus pastorem et rectorem, sicut scriptum est: "Non repellit Dominus plebem suam in finem et hereditatem suam non derelinquit". Ipsum audite: ille docebit vos, ille vos per amoena pascua ducet[d], ille sui verbi pabulo vos reficiet; ipsum audite, non cunturbemini! Et vos viscera mea non[e] contra eum in tumore cordis elevetis: non cum tumultu et iurgio pastorem eligatis, non patrem[f] huius patriae pro pecunia hanc optineant[f] sedem, sed hoc diligite, quem Dominus elegerit. Estote perfecti filii. Ab omni herese servate vos, cavete ab Arriana dogmata, sanctam et incontaminatam catholicam fidem tenete[g]! Corpora vestra servate absque pollutione, quia templa Dei aestimata[h] sunt. Haec custodite et agite, ut mereatis vos cum vestro pastore in universorum placitorum caelesti Domino viam parare. Praeceptas eius satis custodite! Obedite ei, ut ille pro vobis oret, quia omnipotens Deus non vult hilarem, sed cor contritum suscipit et humiliatum spiritum. Sit benedictio domini Dei omnipotentis super vos et super filios vestros, in generatione et progenie, nunc et semper et in secula seculorum'. Cumque omnes respondissent 'Amen', conversus ad aram beati Cassiani ait: 'Deprecor te, beate Cassiane, intercede pro me! Tuae domui quasi vernaculus fui, a Cornelio[i] istius sedis in hanc ecclesiam gremio nutritus. Iterum a te reversus, animam nunc Deo omnipotenti trado, corpus autem meum tibi commendo'. Hac[k] et huius similia, dum diceret, quasi qui eructuans, ovans et exultans, flentibus cunctis qui aderant, reddidit spiritum 3. Non.

a) patere *c.* b) *ita pro* ad . . corpus *c.* c) quia *emend. Bacch.* c*) hic *c.* d) docet *c.* e) nū *c.* f) *ita pro* pater . . . optineat *c.* g) tenere *c.* h) extimata *c.* i) Corneli *c.* k) *ita saepe c.*

s. Zachariae et ecclesiam s. Vitalis, posterulae Ovilionis vicinam. Postea haec ecclesia solo nomine s. Barbatiani vocata est; cf. infra notam marginalem c. 72. 1) *Qui sequuntur sermones Agnellus finxit, fortasse usus Petri sermone* 40. 2) *Eadem verba supra c.* 37; *cf. Deuteron.* 4, 39. 3) *Eandem sententiam v. supra c.* 12.

Decembris. Caementarii vero post sedem ipsius ecclesiae paraverunt celeriter sepulcrum in loco ubi ipse praecepit, et ibidem sanctum corpus receptum est; permanet usque in hunc diem. Sedit autem annos..., menses..., dies...

DE SANCTO AURELIANO XXII.

53. Aurelianus XXII[1], insignem virum, aetate iuvenis, senior sensu et omni ele- c. 520.
gantior gratia, ab omni opere malo suspensus, mitis in populo, in ovibus mansuetus[a]. Auxit iste supra fundamentum domui, quam beatissimus Petrus fundavit, iam dicta Tricolli, sed nec ipse eam cunplens[2]. Et ut sciatis, o dilectissimi, maxima gravamina meam super inposuistis cervicem. De hoc denique viro nihil potui aliqua facta reperire, nisi tantum res, quam detinet Ursiana ecclesia territorio Comacliense in loco qui dicitur Ignis et Baias[3], — id est[a*] ydolorum nomina — non longe ubi ecclesia beatae Mariae in Pado vetere[4] sita est, ipse adquisivit[5]. Et ipsius temporibus praedictum haedificatum est monasterium[6].

54. Sed propter vestram orationem, ne istius historiam brevem appareat, quid valet[b] humanus sensus ex caeli auxilio, scientia nostra, vos horantes, inspirante Domino, sine qualibet trepidatione narremus. Ut ille plasmator et amator hominum, qui spiraculum vitae tribuit et spiritum in visceribus nostris confirmavit, sensus et argumenta et corda docilia dedit et suam dilexit facturam, augeat nobis talem intellectum, ut nos vestra[c] possimus postulationem implere, et vos suscipiatis, ut magis cum desiderio legatis et amore, quam cum fastidio vel negligentia hunc replicetis volumen[d]. Sed ego protinus infirmus ex corporis parte vix hodie explere queo; tamen in quantum valeo, Creatore omnium adiuvante, incipiamus. Nolite facere, sicut esterno[e] fecistis die. Satis me inpulit vestrum eloquium. Videte, ne multum gravetis me, quia iuxta Salamonis verba: 'Qui vehementer premit ubera, excutit sanguinem', sic de me vestram consideret pru- Prov. 30, 33
dentiam. Hoc cogitate: non meum, sed Omnipotentis donum est. Oh miser ego, qui sic duris quaestionibus cotidie a vobis flagellor[f]! Non ita facite! Tamen si vultis me plus sermonibus cumfringere, ut coactus hunc Pontificalem citius expleam et vestris manibus tradam, considerate prius vestram fragilitatem et postmodum meam cognoscite. Hodie denique sex gero lustra, duobus insuper annis et bis quinos menses, ex quo lumen recepi, de vulva matris meae egressus: nunquam tanta flagella passus sum, nunquam sic cohartatus, quomodo esterno a vobis fui die. Et si tanta etiam delectatio est vobis[g], me

a) mansuetis *c.* a*) idem (?) *c.* b) valde *c.* c) n̄ra *c.*; vestram *emend. Bacch.* d) volumus *c.* e) esternos *c.* f) flagelos *c.* g) me v. *c.*

1) *Aurelianus c. a.* 520. *electus, a.* 521, *Mai* 26. *mortuus est. Eundem Petro III. successisse, intelligimus ex inscriptione c.* 75. *Hodieque exstat fragmentum papyraceum de testamento hujus episcopi defuncti coram publicis magistratibus resignato recitatoque actorum, datum* Valerio v. c. cons. sub die 3. Non. Iun., *i. e.* 521, *Jun.* 3. *(Marini, Pap. dipl. p.* 112*). Diem emortualem ejus noster infra c.* 56. *tradit. Cf. Zirardini p.* 298*; Amadesi I,* 136. *Fuisse se ante electionem clericum ecclesiae Ravennatis, ipse profitetur, dicens:* Te igitur sanctam ecclesiam catolicam Ravennatem, in cuius servitio crevi, heredem mihi ex axe esse iubeo ac volo. *Praeterea monendum, nomen hujus episcopi ibidem legi* Caelius Aurelianus. 2) *Haec ex inscriptione c.* 75. 3) *Loca* Ignis et Baias *et idola hujus nominis, quod vix monendum est, plane ignota praeter Bajas, monasterium Siculum.* 4) *Caput Padi hodie dictum Volano.* 5) *Haec ex charta quadam sumta esse videntur.* 6) *scil. s. Mariae. De monasterio s. Mariae Pomposiano hoc dictum esse, suspicatur Bacchini, caute vero addit: 'Idem Aureliani tempore constructum affirmare non ausim, qui sciam, monasterii nomine ab Agnello aedem paroeciam non habentem intelligi'. Et Federici, Rer. Pomp. hist. p.* 90, *qui de hoc loco fusius agit, monet, in chartis Rav. occurrere alteram 'ecclesiam s. Mariae in Pado vetere' sitam; v. praeterea Fantuzzi IV,* 356. *a.* 1244*; VI,* 190. *a.* 1354.

caedere et ac[a] auriculis huc illuc attractare et manibus post terga religatis vinctum[b] ducere, insuper dorsum pectusque flagellare et meis scapulis plagis superinponere, consentiam, facite quod vultis! Et post haec omnia sinite me et a me cessate, patientiam tribuite et alienate vos a me; et quantum de pontificibus vita scriptum est, retinete. Nihil a me amplius audietis[c]. Sed istius vitam Aureliani expleam et postea sileam. Aliud quid mihi plus, nisi sola patientia? Quid prodest? Quid me arguitis? Nisi Dominus mihi dederit linguam heruditionis, quomodo illi placet, de me fiat. Per Ezechielem intonans ait: 'Linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, et eris mutus'; et ad Moisem: 'Quis fecit hos hominis? Nonne ego'? et David filius: 'Omnis sapientia a domino Deo est'; et Daniel: 'Ipsius regnum et sapientia et fortitudo'. Ecce vos quare saevistis? Quantum permittet mihi ille opifex, qui me ex luto suis finxit manibus, tantum loquor; non aliter possum. Haec omnia vobis insinuavi: vos condita mente tenete. Scire igitur vos volo, quia[d] veniet tempus, si hunc Pontificalem propter vestram laceratione relinquero, cum legeritis et dimidium usque huc inveneritis, recordabitis postea cum gemitu ea, quae a me vobis dicta sunt: sed rem nihil proderit. Et si volueritis me postmodum postulare[e], ut expleam, non exaudiam. Ego desidero, ut per Dei omnipotentis dispensationem labor meus ad effectum perveniat: vos pro nimia celeritate vultis, ut relinquam. Non facio. Quia memini verba, dilectissimi, eo quod in vita beati Iohannis vestrorum debitor me esse professus sum, et callide fugiens vestris coram flammantiis luminibus occultavi, et quia[f] statim invenistis[g] me, occultare me[h] non possum; et si mea[i] ignoratis debita, postquam me coegistis, antequam examinetis, verissime manifestem. Debitor sum vobis hanc quaestionem de fluvio Etham[i*.1].

Ezech. 3, 26
Exod. 4, 11.
Eccl. 1, 1.
Dan. 2, 20.

Ps. 73, 15. 55. Scriptum est enim: 'Tu irrupisti fontes et torrentes, tu siccasti fluvium Etham'. Ecce debitum meum. Sed quare siccavit fluvium Etham, videamus. Audite per prophetam dicentem: 'Ecce ego feci novam, dicit Dominus, in deserto viam et in aquoso flumina'. Et si Dominus omnia flumina, etiam et maria fecit, cur ergo solus Etham[k] fluvius siccavit, dicente propheta: 'Tu irrupisti fontes et torrentes, tu siccasti fluvium Etham'? Denique allegorice intelligi volunt[l] alii fluvius Etham, stirpem Esau, eo quod non propagavit sobolem ut[m] filii Iacob, dicentem Ysaac patrem eorum ad Iacob[2]: 'Crescas in mille milia et multipliceris ut arena maris et astra caeli et velut pulverem terrae, germines ut erbas virentes, dilataberis ad orientem et occidentem et ad septentrionem et meridiem'; ad Esau autem: 'Quid tibi faciam, fili mi? quia dominum tuum illum[n] constitui. Vives gladio et fratri tuo servies'. Sed tamen quaerendum nobis est valde istorialiter, qualis iste Etham fluvius fuit. Legimus in Exodo, quando transducti sunt filii Israhel per mare rubrum, non post multos dies 'venerunt in locum qui dicitur Mara'. Ibi enim aquae amari satis erant; Mara vero 'amara' interpretatur. Pro nimia autem amaritudine non ex ea populus potabat, sed arefacti a siti invenerunt flumen Etham et hausta aqua biberunt, corporaque eorum in tumore versa sunt[o]. Aquae[p] Etham fluvii, aiunt quidam, non solum amarae erant, sed etiam bibentes in tumorem vertebantur[q], et disrumpebantur viscera eorum. Tunc vociferati sunt contra[r] Moisem, et Moises cum ipsis ad Dominum: et siccavit Dominus fluvium Etham. Potest et aliud intelligi. Etham fluvius intelligitur diabolus[3], qui verum venenum, et in superbia tumida

Ies. 43, 19
Gen. 24, 60
22, 17.
28, 14.
27, 37. 40.
Exod 15, 23.

a) *fortasse* ad. b) *ita Bacch.;* victum *c.* c) *ita corr. Bacch.;* audiens *c.* d) qui *c.* e) *ita emend. Bacch.;* postularent exp. *c.* f) *ita Bacch.;* qui *c.* g) *ita Bacch.;* inumistis *c.* h) nemo *c.;* non me *Bacch.* i) in ea *c.* i*) Ethan *hoc loco et semel postea c.* k) et hanc *c.* l) voluit *c.* m) in *c.* n) *ita emend. Bacch.;* illuc constituit *c.* o) *ita Bacch.;* versans *c.* p) Atque *c.* q) vertabantur *c.* r) ēē *c.*

1) *Cf. c.* 45, *p.* 309, *ubi vero nulla quaestio de fluviis Etham proposita est.* 2) *Quae sequuntur non sunt verba benedictionis Isaac, sed promissionum Isaac et Jacob a Deo factarum.* 3) *Cf. Bedae comm. in Ps.* 73.

colla extollit. Ipse sagitta plena tossica succis contra[a] servos Dei semper sagittat, stimulis[b] incontinentiae. Sed veniens per virginem Christus verbum, siccavit fluvium Etham, hoc est religavit diabolum, principem mortis, restauravit mundum et misertus est humano generi. Et si Deus hominem fecit, secundum quod legimus, et mundus totus fabricatus est solus, cur ergo necesse fuit homini subvenire et mundum iterum restaurare? Primus ex limo terrae fecit hominem in carnem et dedit illi spiraculum, post multa tempora regeneravit per gratiam. Numquit[c] non potuit Deus homini educere de laqueo mortis, nisi sumpsisset virgineam carnem? Potuit, et sine dubio, credo, potuit. Et cur non fecit? Superius iam audistis: 'Quis cognovit sensus Domini, aut quis consiliarius eius fuit'? Sed in quantum valeo, dicam veraciter cum magno timore: Erat homo ex terra[d] terrenus, carnalem positus in paradiso, subiecta sub eo omnia, et princeps omni creaturae. Videns spiritalis diabolus tantas divitias ei traditas, tumidus superbia accensus furore, acsi[e] diceret: 'Ex[f] caelo proiectus sum, dignitatem perdidi angelicam et, quamvis spiritalis sum, amissus caelestia externa delectamenta, nihil habeo. Iste modo statim ut creatus est, omnia bona tradita illi sunt, insuper gaudia paradisi. Ego quid faciam'? Hac invidia, carissimi, cotidie diabolus contra[g] prothoplastum[h] inardescebat. Igitur, excogitata malitia, ingressus est in serpentis beluino gutture et per gulam suasit hominem, et postquam spernit praeceptum Adam, omnia[i] secum perdidit; et diabolus non solum exultavit, sed etiam delusit. Ecce transgressione[k] mortis in Adam, si cunsideretis prudentiam magnam[l], coram vobis quae apposita est, quaestionem; sed iuvante Domino solviturus ero. Vicerat diabolus filium terrae virginis, necesse erat, ut a filio vinceretur Mariae virginis. Ex limo et substantia terrae factus est homo carnalis terrenus: ex verbo Dei et virgineo utero[m] factus est homo carnalis et spiritualis. Temptaverat diabolus terrenus et seduxit: temptavit caelestem, et confusus abscessit. Ideo necesse erat, ut, qui filium virginis vicerat, a filio virginis vinceretur, ut virgo iterum repararet, quem ante per Deum generaverat virgo. Quare non per angelos aut per aliquam caeli militiam, sed per semetipsum principem daemonum prostravit? Diabolus non spiritualis formam inspexit in Adam, sed carnalis; ideo Christus carnalis se permisit[n] temptare, ut non[o] callidus diceret seductor: 'alia forma habuit Adam, alia Christus'. Videns forma Christi, cogitavit Adae: aequalis forma, sed non aequalis virtute. Hominis Christus forma, sed deifica virtus. In multis possimus reperire locis in Sancta Scriptura, ubi Adam peccavit, Christus recuperavit: Adam per gulam peccavit, Christus per abstinentiam diabolum superavit[p]. Adam de virgine terra, Christus de virgine Maria. Terra[1] dicta est a pedibus terendo, Maria interpretatur 'domina', sive 'stella maris', sive 'illuminatrix'; et si forte alio modo Maria produxeris, i[q] breviaveris, Maria dixeris, plenitudo intelligitur. Adam suasus[r] per mulierem, Christus restaurans ecclesia natus de muliere. Adam deceptus per lignum, Christus restauravit mundum per lignum. Adam proiectus de paradiso, Christus in cruce latronem introducit in paradisum. Adam proiectus in inferno, Christus retrahens eum de inferno. Ecce inter utrumque qualis similitudo! Homo semetipsum perdidit, et Filius Dei omnes liberavit, qui est benedictus in secula.

Rom. 11, 34.

56. Vir autem iste Aurelianus post pauca annorum curricula[2] defunctus est in pace 7. Kal. Iunii. Observans[s] beati Petri Crisologi praecepta, non declinavit ex ea. 521. Maii 26.

a) ẽẽ *c.* b) *ita conjecit Mur.;* stimulus in retinere *c.* c) Non q. *c.* d) *ita emend. Mur.;* extra *c.* e) *fortasse* sic dicens. f) Et *c.* g) ẽẽ *c.* h) prothoplaustrum *c., ut supra c.* 18. i) om̃i *c.* k) transgressior *c.* l) si consideretis prudentia magna *emend. Bacch.;* sicut sideret isprudentiam m. *c.* m) verbo *c.* n) *ita emend. Bacch.;* c. semper missit *c.* o) nunc *c.* p) seperavit *c.* q) id est *Bacch.;* i. i. *haud dubie in c.* — Maria *c.* r) *ita conjecit Mur.;* suam c. s) Observant *c.*

1) Terra — terendo *ex Isid. Etym. XIV,* 1, 1; Maria — illuminatrix *ex iisdem VII,* 10, 1. 2) *Ita est; cf. c.* 53, *n.* 1. *Unde hoc didicerit auctor, haud perspicio.*

Aedificia vero domui incunsummata reliquid. Sepultus est in ecclesia apostolorum iuxta anbonem, non longe a tumulo ubi beatus requiescit Neon, antequam a nobis Neonis corpus ad sedem translatum fuisset[1]. Sedit autem annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO ECCLESIO XXIII.

57. Ecclesius XXIII[2], sanctus vas, aequalis statura[3], nec longam attulit, nec brevem avertit. Planum[a] capillis habens caput irsutumque supercilium, modica canities decorusque forma. Ipsius temporibus ecclesia beati Vitalis martiris a Iuliano argentario una cum ipso praesule fundata est. Et hic pontifex in sua proprietatis iura haedificavit ecclesia[4] sanctae et semper virginis intemeratae Mariae, quam cernitis, mira magnitudine, cameram tribunalis et frontem ex auro ornatam, et in ipsa tribunali camera effigies sanctae Dei genitricis, cui simile nunquam potuit humanus[b] oculus cunspicere. Quis vir ille ausus est diutissime intuere imaginem illam, continentem ita versus metricos sub suis pedibus [inveniet[c]], videlicet:

'Virginis aula micat, Christum quae cepit ab astris,
Nuncius e caelis angelus ante fuit.
Misterium! Verbi genitrix et virgo perennis
Auctorisque sui facta parens Domini.
Vera magi, claudi, caeci[d], mors, vita fatentur.
Culmina sacra Deo dedicat Ecclesius'.

Incoatio vero haedificationis ecclesiae parata est ab Iuliano, postquam reversus est
526 in. praedictus Ecclesius pontifex cum Iohanne papa Romam de Constantinopoli cum ceteris episcopis, missi a rege Theoderico in legationem, sicut superius audistis[5]. Aedificavit[6] Tricollem, sed incunsummatam reliquit.

58. Heu vobis gregibus, quales erant pastores! quantum mutati isti ab illis! Vera lucerna in ecclesia fuerunt, quorum lumen lucernae cotidie fulgebat his qui in domo
Matth. 6. 22. 23. Dei erant, sicut dicit Dominus: 'Lucerna corporis tui est oculus tuus, si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit; et aliter, si oculus tuus; nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit'. Sufficiant ista hodie, ut, isto amoto[e], alium pontificem introducamus[f].

59. Sed, sicut superius dixi[7], in tenpore istius ecclesia beati Vitalis martiris a Iuliano argentario cunstructa est. Nulla in Italia ecclesia similis est in aedificiis et in mechanicis operibus. Expensas vero in praedicti martiris Vitalis ecclesia, sicut in elogio[8]

a) plenum *emend. Bacch., sed cf. c.* 108. b) humanis oculis *c.* c) *deest c.* d) *ita Rub.;* m. clodici mors *c.* e) *ita Bacch.;* amonitio *c.* f) introducamur *c.*

1) *Cf. supra c.* 29. 2) *Ecclesii, qui Aureliano successit, dies emortualis secundum traditionem ecclesiasticam Ravennatem Julii* 27. *est, quod si ita est, ex numeris a nostro in fine cap.* 61. *indicatis computatur, eum consecratum a.* 522, *Febr.* 20, *qui fuit dies dominicus, a.* 532, *Jul.* 27. *mortuum esse; saltim circa a.* 521. — *a.* 532. *eum sedisse, pro certo habendum est. Habemus fragmentum papyraceum donationis Ecclesio episcopo ab Hildevara* 2. Id. Nov. Maximo v. c. cons., *i. e. a.* 523, *Nov.* 12. *factae (Marini, Pap. dipl. p.* 132). *Sine causa Amadesi I,* 152. 157. *numeros a nostro relatos reprobat.* 3) *Ex imagine cf. c.* 321 *n.* 5. 4) *De hac ecclesia vocata Majore cf. Rubeum p.* 154; *Fabri p.* 254. 5) *C.* 39. *Ibidem vero nihil de 'ceteris episcopis' legitur, quorum ab Anon. Vales.* § 90. *mentio fit, 'Eusebio Fanestri, Sabino Campano et aliis duobus'. Johannes papa Constantinopoli rediens, non Romam sed Ravennam profectus est.* 6) *Hoc ex inscriptione cap.* 75. 7) *C.* 57. *Dedicata demum est haec celeberrima ecclesia, quae adhuc integra exstat, a Maximiano episcopo, cf. c.* 77. *De ea multi scripserunt eamque et ejus partes depinxerunt, quorum hos afferro: Fabri p.* 257; *Barozzi, Pianta e Spaccato di S. Vitale (Bologna* 1782. *fol.); v. Quast p.* 28; *Tarlazzi p.* 435. 8) *Num hoc fuerit lapidi incisum, i. e. titulus sepulcri, an tabula rationum, mihi dubium est, hoc tamen verbis Agnelli magis convenire videtur.*

sancta recordationis memoriae Iuliani fundatoris invenimus, 26 milia aureorum expensi sunt solidorum*. Igitur iste beatissimus obiit, sepultus est in ecclesia beati Vitalis martiris, infra monasterium sancti Nazarii[1] ante altarium, in medio loco iuxta corpus hinc beati Ursicini antistitis et inde beati Victoris, in medio autem iste. c. 532.

60. Contigit eo tempore, cum inter beatum Ecclesium pontificem et sacerdotes de singulis rebus ecclesiae contentio adcrevisset, ierunt ad sanctum papam Felicem urbis Romae, ut inter eos iusta moderamina sanciret. Quem accersitum Ravennatem pontificem cum clero universo, mox inter eos decrevit[a], statuit atque firmavit continentem ita[2]: Litera Felicis papae. 'Felix IIII. episcopus urbis Romae. Laudanda est decessorum nostrorum[b] solicitudo de pace et quiete ecclesiastica. Constitutum, quia pastor advigilantia continere debet intemptiones, aut dampnat, aut corrigit: oportet in hunc ipsum tramitem nobis ambulantibus similia cum eis conspici; quia quorum per Dei misericordiam loca[c] gerimus, ipsorum sequi nos decet exenpla. Ex invidia sacerdotes ecclesiae Ravennatis talia contigerunt, quae omnium catholicorum animas cuntristasse noscuntur, altercationes, seditiones, pravitates, quae omnem disciplinam ecclesiasticam disrumpere niterentur. Ista nos iterum, verum Dei timorem ante oculos habentes, ut nec illicitis audaciam demus excessibus et non abiniciamus[d], ... per cunstitutum nostrum ordinare, quod iustum est, secundum Salomonem dicentem: "Non dares transitum aquae". Ergo recensentes capitulis a fratre [nostro[e]] Ecclesio et a presbiteris et diaconibus et clero et notariis ecclesiae Ravennatis nobis oblatis, praesentibus fratre et sacerdote nostro Ecclesio et eius clericis inferius designatis, quae rationi vidimus convenire, censemus[f]: eos clericatus officium debere suscipere, quorum vitam et cunversationem sacrorum canonum non[g] possit inpugnare auctoritatis. Clericos vero, secundum sanctorum patrum regulas, volentes duntaxat et denunciantes, quantum ad presbiteros et diaconos pertinet, statutis iubemus tenporibus solempniter promoveri. De vero Ravennatum et Classicanum ecclesia antiqua consuetudo servetur. Clerici vero vel monaci ad indebitum optinendum ordinem vel locum potentium[h] patrocinia non requirant, per quae aut non faciendo ingratus, aut faciendo iniustus videatur episcopus. Quartam patrimonii Ravennensis ecclesia, hoc est tria milia solidorum, solitis erogationibus clericis omnibus vel quibus erogari est solitum conpleatur. Si quid tamen ex pensionibus vel hereditatibus crescere, 526 med — 530 med. cf Eccl. 11, 1.

*) Quia in ipso monasterio sancti Vitalis, in capella que dicitur Sancta Sanctorum est quedam arca, scripte sunt quedam litere Grece, quarum sensus communiter ignoratur: idcirco, quia ipsas declaratas inveni, ipsas ponere disposui, ut ipsarum sensus et declaratio est[3]: 'Hic iacet stratigus Romam custodiens illesam et occidentem. Conquisitor dominorum Gallicorum, et Ysaac, qui erat inpugnator imperii et Armenie mundi magni regis Armenii. Erat enim iste de[i] illustris, quem hic condidit pie plangens coniunx eius Susanna, cantus triconorum[4] modo sepe suspirans, viro privata aput viri sepulcrum de[k] opere suo benigne, qui benedicitur in ortu solis et in occasu, militare enim cepit in occidentem, procedens ad orientem' *in marg. cod. eadem manu additas*

a) decretum *emend. Bacch.* b) ūrorum *c.* c) longa *c.; locum emend. Bacch.; cf. p.* 320. *n.* f. d) *post hanc vocem corruptam quaedam excidisse videntur ut* disposuimus. e) *deest c.; add. Bacch.* f) censemur *c.* g) nū *c.* h) *ita Bacch.;* petencium *c.* i) d' *c.* k) d' *c.*

1) *Sacellum ecclesiae astructum (Seitenkapelle).* 2) *Sequentem constitutionem, quam multis locis corruptam ac mutilam Bacchini dolet, non ex originali descripsisse noster putandus est, qui in Vita Theodori affirmet multa ejus exstitisse exemplaria. — Quae praecedunt inde a* Contigit *ex eodem documento collegit.* 3) *Epitaphium Isaac exarchi, cujus hic habes versionem mirum quam barbaricam, adhuc exstat, saepissime editum, apud Spreti I,* 276, *tab. VIII; cf. ibid. II,* 237 *sqq. Menda annotatoris explicando diem tererem.* 4) τρυγόνος σεμνῆς τρόπῳ *Inscr.*

Domino nostro volente, contigerit, eodem Domino mediante, etiam quartae portionis[a] proficiat; sic tamen, ut, brevibus ordinatis, quod singulis distribuitur latere non possit[b], secundum merita, secundum loca, quia omnia Deus secundum iustitiam et mensuram cunstituit; ita ut unusquisque extra necessitatem infirmitatis aut causam idoneam altari[c] omnia in suo officio vigilanter observet. Excepta vero praediorum, sive accessiones propter rei familiaris expensas, vel exenia, quae diversis offerantur[d], et cunvivia[e], quae ei exibere, vel pro[f] loci sui [honore[g]], vel merito, vel pro[h] advenientium susceptione, necesse est, episcopo cunstituimus debere proficere. Nullam cuniurationem, nullum cunventiculum, quod vel apud laicos esse non potest inpunitum, in ecclesia Dei ullus facere temptet ex clero. Nam sicut non optamus nec superna misericordia patiatur amittì[i], si quis temptaverit, sentiat auctoritatem canonum et ecclesiasticam disciplinam,
Tim. 5. 20. secundum apostulum dicentem: "Excedentes[k] in cunspectu omnium corrige, ut residui timorem habeant". Mereantur boni studii laudem, qui in operibus Dei vigilant; sentiant[l] affectum proprii[m] sacerdotis, qui per obedientiam suam videntur ornare propositum; glorientur de sui amore pontificis, qui in suis officiis ab operibus Deo placitis[n] cum
Luc 10. 7. eius obsequiis non desistunt, sicut divina loquuntur eloquia: "Dignus est operarius mercedem suam". Ad patrimonium vero ecclesiae ex eorum episcopi iudicio .....[o] ex clero personae electae cum solatiis, quae pro notitia deputaverit episcopus, sub idonea fideiussione mittantur, quorum fides fuerit et industria cunprobata, ut et alimonia[p] pauperorum fraudem non[q] patiatur et quantitas patrimonii ecclesiae latere non[q] possit, et unusquisque clericus sub timore Dei et proprii sacerdotis de his, quae sibi commissa fuerint, exponat fideliter rationes. Illud vero, quod omnino ac religioso debet execrari proposito, nos nec oportebat loqui nec verbis exponere. Pervenit ad nos, aliquos de clero spectaculum interesse, quae res ita crudelis est, ut animas catholicorum pro sua[r] execratione cunturbet, ut, quos in domo Dei divina eloquia recitantes audiunt[s], eosdem cuntra mandata in spectaculis aspiciant cunvenire. In his disciplina cunfunditur, divina praecepta calcantur. Unde oportet episcopum et de hoc parate[t] sollicitudinem gerere, ut, si non faciunt, faciant[u] in futuro, et si faciunt, iuxta disciplinam ecclesiastica corrigantur. Si quis vero de clero praedia urbana vel rustica ad ecclesiam pertinentia detinet, eisdem libellis sub iusta pensionis aestimatione factis statuimus collocandam[v], hac ratione, ut exinde quod in commodis[w] suis solent accipere, ipsi retineant, quod superest ecclesiasticis inferant compendiis profuturum. Circa praedia urbana vel rustica ceteraque mobilia[x] pro anima sua mercede a fidelibus nominatim diversi basilicis derelicta, vetus consuetudo servetur. Notarii vero iuxta ordinem matriculae, primicerii, secundicerii, tertius, quartus, quintus, sextus et septimus, suo periculo in cunspectu presbiterum et diaconorum documenta ecclesiastica sub fidelium brevium discriptione suscipiant, ut, quotiens exigerit causa, fideliter proferantur, cuntradant atque recipiant. Omnia tamen cum iussione et cum[y] ordinatione episcopi sui eosdem iubemus efficere. Ideo enim universa describenda sunt ecclesiastica documenta, ne ullo modo aut suscepta pereant, aut tempore, quo sunt necessaria utilitatibus ecclesiasticis, exiberi non possint. Qui tamen notarii in officio suo observantes strenue, cunsequantur sine inminutione[z] commoda sibi vel prioribus suis antiquitus deputata. Ipsi etiam, sicut exigit ratio et antiquitas ordinavit, libellos et securitate totius patrimonii ecclesiastici[a], quorum interest, subscriptas episcopi manu cuntradant. Quibuscunque[b] vero secularis cunversationis[c] hominibus nullam necessitatem rei familiaris tolerantibus, ecclestiatici iuris

a) illis *excidisse videtur.* b) *fortasse* sed distribuatur *aliave exciderunt.* c) alteri omnis *c.* d) offeriantur *c.* e) cunviva *c.* f) *ita Bacch.;* p longi *c.* g) *deest c.* h) p *c.* i) amitti *c.* k) *ita Bacch.;* Extendentes *c.* l) sentiat *c.* m) propriis *c.* n) placitus *c.* o) *spatium octo fere litterarum vacuum relictum est c., verba* ex eorum *corrupta videntur.* p) limonia *c.* q) nū *c.* r) suis *c.* s) audivit *c.* t) parte *c.* u) non *f. emend. Bacch.* v) *i. e.* collocanda. w) in quo modis *c.* x) *malim* immobilia. y) ord. cum *c.* z) inmunitione *c.* a) *suppl.* iis b) Quibuscum *c.* c) cunversationibus *c.*

praedia vel urbana vel rustica data sint, episcopi[a] sollicitudine, per eos quibus iusserit clericos ad dominium revocet ecclesiae, nec deinceps, praeter causam superius cumprehensam, dare praesumat. Mastalo vero archidiaconus ecclesia Ravennatis[b] commoda eidem loco iuxta antiquam cunsuetudinem deputata sine imminutione percipiat, sicut eos, qui ante eum fuerunt, claruerit cunsecutos. Monasteria vero virorum sive ancillarum Dei ab episcopo ordinentur, ut omnibus ratio, iustitia, pax et disciplina servetur. A nobis haec loci nostri exigit ratio non taceri: fratri nostro[c] Ecclesio ea imminet custodire, quia pacem generat cum canonibus servata iustitia. De iustitia caritas procedit, per quam Deum videmus et per cuius gratiam haec possimus praecepta servare. In nullo ergo esse cunvenit negligentes, sed vigilantes ad omnia, ut talentum, quod nobis est creditum, cum boni operis augmento ipsi omnium bonorum datori reddamus[d]. Recognovimus Celius. Felix episcopus ecclesiae catolicae urbis Romae huic cunstituto inter partes subscripsi.

Nomina presbiterorum, diaconorum vel clericorum Ravennatis[e] ecclesiae, qui Roma venerunt cum episcopo: Patricius presbiter. Stephanus presbiter. Constantinus presbiter. Servandus presbiter. Honorius presbiter. Exuperantius presbiter. Clemens diaconus. Ursus diaconus[1]. Felicissimus diaconus. Vigilius diaconus. Neom diaconus. Iohannes diaconus. Stephanus diaconus. Geroncius subdiaconus. Honorius subdiaconus. Petrus subdiaconus. Vitalis subdiaconus. Iulianus acolitus. Faustinus acolitus. Romanus acolitus. Severinus acolitus. Andreas acolitus. Petrus lector. Marcus lector. Asterius lector. Petrus alter lector. Andreas lector. Marinus defensor. Maioranus notarius defensor. Hermolaus primocerius defensor. Honorius cantor. Tranquillus cantor. Antonius cantor. Melitus cantor.

Nomina presbiterorum, diaconorum, qui Romam venerunt cum Victore presbitero et Mastalone diacono: Laurentius presbiter. Rusticus presbiter. Victor presbiter[2]. Tomas presbiter. Mastalus diaconus. Magnus diaconus. Paulus diaconus. Agnellus diaconus[3]. Maurus subdiaconus. Stephanus acolitus. Vincemalus acolitus. Vindemius acolitus. Colos acolitus. Cassianus acolitus. Laurentius acolitus. Stephanus acolitus. Tomas lector. Laurentius lector. Florus lector. Reparatus lector. Luminosus lector. Calunnios lector. Ysaac lector. Laurentius orrearius. Petrus decanus. Stephanus decanus'.

61. Resipuit[f] autem beatus post haec Ecclesius et sic fuit cum ovibus velut pater cum filiis; et largivit omnia clericis suis, ut correptus[g] fuit a Romano pontifice, immo et anplius largus factus est, et post haec rexit ecclesiam suam in pace et nullum verbum murmurationis nisi laudes a suis audivit clericis. Et haec statuta permansit suis posteris multis temporibus[4]. Sepultus est, ut diximus[5], in ecclesia sancti Vitalis. Et in atrio ipsius frontis aulae versos metricos iussit tessellis argenteis scribere continentis ita:

'Ardua consurgunt venerando culmine templa
Nomine Vitalis sanctificata Deo.
Gervasiusque tenet simul hanc Prothasius arcem,
Quos genus atque fides templaque cunsotiant.
His genitor natis fugiens cuntagia mundi
Exemplum fidei martiriique fuit.

a) data sint *iterum scr. c.* b) Raveñ *c.* c) ūro *c.* d) redeamus *c.* e) Rav̄ *c.* f) *ita Bacch.;* Respuit *c.; cf. p.* 311 *n.* e. g) *fortasse* praeceptum *aut* correctus.

1) *Cf. p.* 322 *n.* 2. 2) *Idem fortasse, qui postea fuit episcopus.* 3) *Hic postea episcopus fuit, ut videtur; cf. c.* 84. 4) *Cf. infra Vitam Theodori.* 5) *C.* 59. *Super ejusdem ecclesiae absida imago Ecclesii episcopi opere vermiculato, subscripto nomine, depicta est, et capitulis columnarum inscripta duo monogrammata, quorum alterum Juliani, alterum Ecclesii esse dicunt.*

Tradidit hanc primus Iuliano[a] Ecclesius arcem,
Qui sibi commissum mire perfecit[b] opus.
Hoc quoque perpetua mandavit lege tenendum,
His[c] nulli liceat condere membra locis[c].
Sed quae[d] pontificum constant monumenta priorum,
Fas ibi sit tantum ponere, seu[e] similes'.

Sedit autem annis 10, menses 5, dies 7[f. 1].

DE SANCTO URSICINO XXIIII.

62. Ursicinus XXIIII[2], humilis vir, rubicundam habens faciem oculosque grandes, procer statura, tenui corpore[3], sanctus de opere sancto. Haedificator Tricolii, sed non
534. Oct. 2. explevit[4]. Denique istius pontificis temporibus[5] defunctus est Athalaricus rex Ravennae 6. Nonas Octubris, et alia die elevatus est Deodatus, et deposuit Malasintha regina de
535. Apr. 30 regno, et misit eam Deodatus in exilium in Vulsenis[6] pridie Kalendas Maias. Et, ut aiunt quidam, domum, ubi haedificatum est monasterium sancti Petri qui vocatur Orfanumtrofium[7], ipsa aedificare iussit propria iura. Non post multos dies ivit rex
536. Dec. Deodatus Romam, et revertente occisus est a Gothis 15. miliario de Ravenna[8] mense
540. Mai. Decenbris. Et in mense Madio ipso anno[9] ingressus est Belisarius patricius in civitate Classis, et ingressus est Ravennam. Dehinc reversus ad Siciliam[g. 10], depopulavit eam.
548. Iul. 27. Defuncta est Theodora augusta Constantinopolim die 27. mense Iulio[11]. Et ingressus
552. Iul. est Narsis chartularius Ravennam cum exercitu magno in praedicto mense, 5. feria; et pugnavit cum Tutilano rege, et mortuus est[12], et multitudo exercitus eius ceciderunt gladio, et reliqui vulnerati abierunt. Et levaverunt super se Gothi regem nomine Teia in Ticino[13], et fuit modica quies.

Sufficiat nunc ista hodie, tempus est iam, ut in aede revertamur et vitam pontificis expleamus[h], et quod residuum fuerit, cum otia fuerit, constanter enarremus.

63. Iussitque et ammonuit hic sanctus vir, ut ecclesiam beati Apolenaris[i] ab Iuliano argentario fundata et consummata fuisset[14]. Qui iussa mox adimplens, Deo

a) Iulianus *c. Rub.* b) mira peregit *Rub.* c) Hoc .. loco *Rub.* d) *ita Rub.;* quod *c.* e) sed *c.;* vel simile *Rub.* f) *Cat. hic mendose habet numeros sequentis episcopi.* g) Sciciliam *c.* h) explcamus *c.* i) Appol. *c.*

1) *Numeros ex titulo sepulcri sumtos esse putarim, quia sequentium quoque duorum episcoporum ab utraque parte Ecclesii sepultorum tempus sedendi a nostro indicatur.* 2) *Ursicinus, quem successisse Ecclesio ex inscriptione c.* 75. *probatur, secundum numeros a nostro c.* 65. *relatos circa a.* 532—536. *ecclesiae Rav. praefuit. Cujus dies emortualis in tabulis Rav. notatur Sept.* 5*: quo pro certo statuto, computabis eum sedisse* 533, *Febr.* 25—536, *Sept.* 5. *Aliter Amadesi I, p.* 146 *sqq.* 159. *statuit* 535, *Febr.* 23—538, *Sept.* 5. *Ejus nomen inter clericos Ravennates, qui constituto Felicis papae subscripserunt (c.* 60*), non occurrit, nisi idem est qui ibidem* Ursus diaconus. 3) *Imaginem ejus vidit in episcopio Tricoli; cf. c.* 75. 4) *Ex inscriptione c.* 75. 5) *Quae sequuntur* defunctus est — Kal. Maias *et* ivit rex — modica quies *ex Ann. Rav. sumta esse puto, de quibus fusius disserui l. l., p.* 339 *sqq.,* 365 *sq. Locus magni sane momenti propter rerum gestarum menses ac dies, quos nusquam alibi invenies, accurate indicatos.* 6) *Lago Bolseno.* 7) Monasterium s. Petri quod vocatur Offeotrofei (Orphanotrorio) *situm* in regione ss. Ioannis et Pauli *occurrit in charta a.* 1017. *et in bulla Alexandri papae a.* 1169 *(Fantuzzi I,* 248. *II,* 139*), de quo cf. Zirardini p.* 212. 8) *Cont. Marcellini:* in loco qui dicitur Quintus iuxta fluvium Santernum, *quod bene nostro convenit.* 9) *Minime. Fortasse* ipso anno *ex fonte descripsit, omittens quae ad eundem annum praenotata erant.* 10) *Hoc historiae non convenit. Fortasse de Sicilia a Totila rege capta in fonte relatum erat.* 11) *Theophanes (ed. Bonn. I,* 350*):* μηνὶ Ἰουνίῳ*; cf. quae N. Arch. I,* 366 *n. notavi.* 12) *scil. Totila.* 13) *Cf. Procopius, B. Goth. IV,* 33 *(ed. Bonn. p.* 628*).* 14) *Ex inscriptione infra c.* 77. *relata.*

volente, structa ab eo sancto est viro. In Italiae[a] partibus lapidibus preciosis nullam ecclesiam similis ista, eo quod in nocte ut in die pene candescunt[b]. Igitur iste sanctus vir cotidie sacrum agni corpus super aram dominicam manibus discerpebat et peccata populi lacrimas expiabat.

64. Sed quia[c] hodie in domum meam vestra nobilitate voluistis declinare, quid faciam, cum sim custos pauperie domus et indigens[d] sum victus? Non mea mensa talis est neque cordis cellarium, ut possit corpora vestra reficere. Sed tamen pinguissimum habeo agnum, cuius comestum corpus nunquam minuit, sed senper integer permanet. Turpe est enim, ut, postquam aditum monasterii mei, domus beati Bartolomei intrastis, quod non ex ipso apostolo benedictionem percipiatis et ieiuni redeatis. Deferantur quatuor pedes, et ponite mensam desuper. Quatuor stabiles pedes quatuor euangelistae sunt, qui totum quadratum suis praedicationibus cuntinent mundum; mensa vero desuper est sancta ara, id est crux, ubi occubuit Christus et oblatus est hostia Patri pro salute mundi. Sicut quatuor pedes, ita quatuor cornua mensae. Discubuistis? Comedite panem. Ipse panis hic appositus est, qui dixit: 'Ego sum panis, panis vivus, qui de caelo descendi'. Vescimini non carnales cibos, sed caelestes, non terrenum panem, sed angelicum. Ille panis, de quo David cantabat: 'Panem caeli dedit eis, panem angelorum manducavit homo'. Quomodo angeli comedent, qui incorporei sunt? nunquid carne induti[e] sunt? Non comedent morsibus, sed de plenitudine Divinitatis satiantur, quae est panis vivus in secula seculorum. Veniat hic agnus super discum positus, involutus, sicut positus fuit in sancto sepulcro, ad ignem applicatus, sed non conbustus. Idem ad inferos descendit, extinxit gehennae flammas, destruxit mortem, occisit leonem, cunfregit tartara, abstulit iustos, contrivit aereas portas et vectes adamantinos[f] deiecit, iuxta illud propheta: 'Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, o inferne'. Resurrexit de sepulcro[1], nobis reliquid carnem suam; ambulans super pennas ventorum, calcabit[g] capita nubium, receptus est in caelis, sedit ad dexteram Patris. Ipsa ex carne comedite inmaculato agno. Si comederitis eius carnem et biberitis eius sanguinem, in eo manebitis, et ipse in vobis, sicut ait: 'Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eum'. Nonquid non lex, quae per Moisem data est, praecepit, ut nullus animalis sanguis comestus sit, quia ipsius anima est[2]? Praecepit, et vere praecepit. Sed hic agnus nihil communis, nihil terrenus, sed ipse solus, solus inmaculatus, solus de solo, verus de vero, qui sua non habet [peccata[h]], nostra tollit. Sic et Hebreorum populus, quando egressus est de Aegipto[3], postes sanguinem agni linierunt[i], ut percutienti angelo non esset interemptus, et ubi non erat cruor sanguinis agni, percussa est domus, quia Dominus transiens per mediam Aegiptum divisit electos a reprobis. Ecce carnem quam cotidie[k] comedimus agni, et nihil minuit[l], immo magis crescit et se comedentibus vitam largitur aeternam. Nunc post cibum subsequatur potus[m]. Bibite lucidissimum vinum ex ea vite, qui dixit: 'Ego sum vitis vera, et pater meus agricola est'. Hoc vinum veniat cum canticis et organis, cum citharis et choris, cantibus et psalteriis, cornis et cinbalis et sinphoniis, cum honore magno et honestate multa, quia dignum est. Cantica ista laudatio spiritualis, organa vero fauces nostra sunt, cithara autem pectus humanum[4], quod cotidie coram Deo percutimus, quia, sicut cordis cithara[n], ita pectora nostra cordis pulso percutimus; chorus vero sacerdotum acies demonstrantur, tuba autem vox nostra est, quia in ipsa laudes reddimus Patri; psalterium a psalmorum cantu, qui totam Trini-

Ioh. ev. 6, 41.

Ps. 77, 24. 25.

Osee 13, 14.

Ioh. ev. 6, 55.

Ioh. ev. 15, 1.

a) lap. It. part. *c.* b) scand. *c.* c) *ita Bacch.;* qui *c.* d) indige s. *c.;* indigus *Mur.* e) inducti *c.* f) vetes admantinos *c.* g) *ita pro* calcavit *c.* h) *deest c.* i) linirunt *c.;* linivit *Bacch.* k) totidie *c.* l) *ita etiam paulo supra et saepe.* m) *ita emend. Bacch.;* ponit *c.* n) *ita pro* chordas citharae *c.*

1) *Symboli apostolici pars.* 2) *Deuter.* 12, 23. 3) *Exod.* 12. 4) *Cf. Isid. Etym. III,* 22, 2. 6.

tatem et unitatem inseparabilem tenet figuram; cinbala vero et sinphonia, vox psallentium in choro in magno sonitu, per quam tota ecclesia lectiones cuncrepant, die noctuque Deo[a] invocare non cessant.

65. Hac[b] in suis temporibus beatus iste Ursicinus peragens, iussu divino separatus est ipsius a corpore anima, ivit corpus in propria. Sepultusque est in basilica beati Vitalis martiris ante altarium sancti Nazarii[1]. Sedit autem annos 3, menses 6, dies 9[c].

DE SANCTO VICTORE XXV.

66. Victor XXV[2]. Victor quid est? Ex optatione parentum sibi divinitus fuerat cognomen, ex suo proprio vero actu agnomen, eo quod castra diaboli orando ieiunandoque per multas virtutes saepissime vicit[3]. Iste pulcra fuit facie et alacri vultu[4]. Haedificator Tricoli[5], sed non explevit. Fecit autem et civorium de argento super altarium sanctae ecclesiae Ursianae, quae a nomine haedificatoris vocatur, miro opere. Alii[6] aiunt, una cum plebe, et alii dicunt, quod temporibus Iustiniani orthodoxi senioris imperator per suggestionem sibi postulasset, quod tale opus facere voluisset, ut auxilium praeberet. Qui misericordia motus omnem censum istius Italiae in ipso anno beato Victori largivit. Quem cum accepisset, cunstruxit, ut cernitis, opus, quod dehinc, sublato ligneo[d] vetusto, centies viginti librarum argenti iusto pondere structum est. Et super arcos civorii versus conscripti hii sunt:

'Hoc votum Christo solvit cum plebe sacerdos
Victor, qui populis auxit amore fidem.
Pontifici Christo solventi vota ministrat
Aligerum cingens haec[e] loca sancta manus.
Egregium miratur opus sublata vetustas,
Quae melior cultu nobiliore redit[f].
Catholicae legis venit[g] .. si quis amator,
Mox reparatus abit corpore, Christe, tuo'.

Reliquo[7] vero, quod remansit, diversa vascula ad mensam pontificis extruxit, de quibus ex parte aliqua permanent usque in praesentem diem. Fecitque endothim[8] super sancta ecclesia altarium Ursianae ex auro puro cum staminibus siricis, ponderosa nimis, mediam habens coccam[9]; et inter quinque imagines suam ibi decernimus, et subtus figuratos pedes Salvatoris graphia contexta est purpurata:

'Victor episcopus, Dei famulus, hunc ornatum ob diem resurrectionis domini nostri Iesu Christi anno[h] v. ordinationis suae obtulit'.

Refecitque balneum iuxta domui ecclesiae, haerens parietibus muri episcopii[i], ubi resi-

a) Dei *c.* b) *cf. p.* 314 *n.* k. c) VIII *Cat.* d) *ita Bacch.;* igneo *c.* e) hac *c.* f) reddit *c.* g) *vocabulum, fortasse* huc, *excidit.* h) amem *c.* i) episcopi *c.*

1) *Cf. supra c.* 59. 2) *Ex numeris a nostro c.* 68. *relatis, hunc, si haud multo post Ursicini mortem electus est, sedisse a.* 537, *Mart.* 4 — 544, *Febr.* 15. *computatur, quod tamen minus certum est, cum Maximianum ejus successorem a.* 546, *Oct.* 14. *demum consecratum esse constet. Quam ob rem Amadesi I, p.* 144. 160. *ei tribuit a.* 539, *Mart.* 6 — 546, *Febr.* 15. *At ex iis quae noster c.* 71. *tradit, diuturnum spatium inter Victorem mortuum et Maximianum consecratum interfuisse, conjici potest.* 3) *Similia c.* 12. 4) *Vidit Agnellus ejus imaginem endothi intextam (v. paulo infra) et in episcopio (v. c.* 75*).* 5) *Ex inscriptione c.* 75. 6) *i. e. inscriptio sequens; ubi cum nihil de Justiniani dono legatur, quae de eodem hoc loco relata sunt veritati non conveniunt.* 7) *scil. accepti census, ut opinor.* 8) *i. e.* ἐνδύτην, *mantile altari superimponendum (Du Cange-Henschel s. v.), quod vocabulum ita constanter scribitur c.* 80. 88. 9) *In Cangii Gloss. ed. nova II,* 408. *eruditi suspicantur, hoc esse cocconem (navem) vel concham (vas sacrum), at nescio an potius sit coccum (pannus purpureus).*

debat, quod usque hodie mirifice lavat, et preciosissimis marmoribus pariete iunxit, et diversas figuras tessellis aureis variasque composuit, et tabulam descriptam literis aureis tessellatis, in qua laboriose legere curavimus, et ita hos exametros catalecticos versos in eadem conscriptos invenimus:

'Victor, apostolica tutus virtute sacerdos,
Balnea parva prius prisco vetusta labore
Deponens[a], miraque tamen novitate refecit,
Pulcrior ut cultus maiorque resurgat ab imo.
Hoc quoque perpetuo decrevit more tenendum,
Ut biduo gratis clerus lavet ipsius urbis,
Tertia cui cessa est et feria sexta lavandi'.

67. Modicum tempus regit ecclesiam suam, sed in quanto sedem tenuit, ex eius laboribus magnis labor apparet. Fontem vero tetragonum, quem beatissimus Petrus Grisologus haedificavit[1] in civitate Classis iuxta ecclesiam Petrianam, iste ornavit, et in medio cameris, parte virorum, subtus arcum orbita modica, in qua usque hodie continetur ita: 'Salvo domno'; ex alia vero parte mulierum aliam[b] orbitella, ut supra, ex auratis[c] literis invicem ex parte se respicientes a legentibus invenitur sic: 'Papa Victore'.

68. Haec, ut dixi, valde cumptitavit[d]; sed nunc a malignis hominibus destruitur, quia in tantum coartat diabolus corda eorum, ut templum Dei, quod[e] a sanctis sacerdotibus et fidelissimis cristianis cunstructum est, a falsis cristianis destruatur. Quare hoc? Quia prope est finis, prope est terminus et destructio mundi. Sed iuxta apostolum sunt 'tempora periculosa et sunt homines se ipsos amantes'. Mundus in malis finitur. 2. Tim. 3, 2. Quanta alacritas in initio fuit mundi, multo magis ploratus fit[f] in cunsummatione mundi. Antequam cunsummetur mundus iuxta euangelium[2], pestilentia et fames terroresque de caelo, irae, rixae, dissensiones et gladia erunt. Elevabitur gens in gentem, et regnum fremescit cuntra regnum, et antecedet iuvenis senem, et subsequentes nullum honorem prioribus reddent, sed et filii despicient patres, et non solum derident, sed etiam subiugabunt[g]. Haec iuxta sanctum euangelium. Vae vobis miseris! Omnia conspeximus. Sed tu, immortalis Deus excelse et terribilis, manu potentia tua salva nos! Omnia haec prospeximus et terraemota per loca et signa in sole et luna. Sed quia dicit: ipsam cunsummationum[h] horam, quae a[i] sanctis angelis non revelata est, nescimus: sed scimus, quia prope est, atque intelligimus, quia vetus homo propinque moriturus est, et signum mortis in eum cernimus. Nescimus, qua die vel hora iturus est; sic et omnia signa, quae praedixit veritas, eveniunt, dies vel hora abscondita est nobis. Sed tibi, cognitor pectorum et scrutator cordium, omnia cognita et possibilia sunt.

Hic postquam beatissimus vitam finivit 15. Kal. Martii, honorifice in feretrum deductus est et deinde, scissa sindone, sepultus est in ecclesia sancti Vitalis infra monasterium sancti Nazarii iuxta praedecessorem suum[3]. Sedit annis 6, menses 11, dies 11.*

DE SANCTO MAXIMIANO XXVI.

69. Maximianus XXVI, longaeva statura[4], tenui corpore, macilentus in facie, calvus capite, modicos habuit capillos, oculos glaucos, et omni gratia decoratus. Hic 546, Oct. — 556 (vel 557) Febr. 22.

*) Obiit Victor archiepiscopus circa annum Domini 563. *eadem manu in marg. cod.*

a) Deponente *c.* b) *in loco raso c.* c) aratis *corr.* auratis *c.* d) cumputavit *c.; cf. c.* 23. 29. e) quis *c.* f) sit *c.* g) *ita Bacch.;* subiugabitur *c.* h) et *add. c.* i) *fortasse* et.

1) *Cf. c.* 50. 2) *Cf. Matth.* 24, 7 *sqq.* 36, *cujus sententiae partim iisdem partim aliis verbis explicantur.* 3) *Cf. c.* 59. 65. 4) *Ejus imagines vidit Agnellus in ecclesiis s. Stephani et s. Vitalis, in Tricoli et in endothi; v. c.* 72. 75. 77. 80.

non ex hoc fuit ovile, sed aliena ovis ex Polense ecclesia[1], diaconus a suo antistite ordinatus est.

70. Sed cur alienigena pontificatum istius urbis tenuit? Indicabo, non abscondam, sed publice patefaciam, sicut a narrantibus per curricula temporum longa audivi, et veritas est absque ulla dubitatione. Quadam[a] vero die dum terra foderet, ut semina ejiceret primus tonsa cesalis[b], statim invenit vas magnum auro plenum et alias multas divitiarum species. Qui, excogitato a semet ipso consilio, quod iam non poterat latere, iussit bovem magnum deferri et occidi, et ventrem eius praevacuatum stercore iussit ex nomismata auri inpleri. Similiter accersivit sutores calciamentorum, praecepit illis, ut magnas zancas ex ircorum pellibus operarent, qui et ipsas ex solidis aureis replere. Reliquum vero, quod[c] remansit, cum in Constantinopolitanam urbem profectus fuisset, secum detulit Iustinianoque imperatori obtulit. Quod ut vidit augustus, post gratiarum actionem diligenter eum interrogavit, si plus fuisset. At ille iusiurandum respondit imperatori: 'Per salutem tuam, domine, et pro[d] salute anima vestra, quia non amplius inde habeo, nisi quantum in ventrem et in zancas expendi'. Ille cogitavit, quod [de[e]] victu dixisset corporis et calciamentas pedum; ille autem dicebat de eo, quod occultum habebat. Iustinianus autem cogitabat, qualem retributionem ei dedisset pro tali fide, quam ipse sibi detulerat.

Contigit eo tempore, ut moriretur Victor episcopus huius civitatis Ravennae, et euntes cives Ravennatis sacerdotes cum universa plebe ad imperatorem, palleum postulantes ad electio. Post praecepit augustus petitoribus moras habere. Qui[2], excogitato consilio, iussit cunsecrari beatum Maximianum Polensem diaconum episcopum a Vigilio papa in civitate Patras aput Achaiam pridie Idus Octubris, ind. 10, quinquies p. c.[f] Basilii iunioris, anno nativitatis suae 48, et dato pallio Ravennam misit[2]. Qui cum noluissent eum sic citius[3] Ravennates cives recipere, morabatur extra portas Sancti Victoris[4], non longe a fluvio qui vocatur fossa Sconii[g. 5], in basilica beati Eusebii, in episcopio, quod Unimundus[h] episcopus temporibus Theodorici regis haedificavit[6]; similiter et in episcopio ecclesiae beati Georgii, quod Arianorum temporibus haedificatum est[6]. Et praedicta episcopia usque ad nostra tempora permanserunt, peneque annos 26 demolita sunt, iubente Valerio praesule[7], ex quibus domum quae nunc Nova atque potius Valeriana nuncupatur construi iussit.

546. Oct. 14.

71. Plebs[8] igitur, ut diximus, cum noluisset eum recipere, voluerunt viri ex parte pontificis, ut mitterent legatos ad imperatorem[i] nunciantes, quod profana illius fuisset iussa, et in atrocem superbiam Ravennates perdurantes noluissent[k] ordinatum recipere pontificem, et viduata ecclesia, huc illuc gregem vacaret[l]. Quibus vero beatissimus Maximianus non consensit, sed cunfregit eos sermonibus, dicens: 'Cessate, fratres, nolite

a) *ita Bacch.;* Quidam *c.; cf. p.* 328 *n.* g. b) *locus corruptus, cui mederi nequeo;* cerealis *suspicatur Bacch.* c) qui *c.* d) per salutem *emend. Bacch.* e) *deest c.; add. Bacch.* f) *ita Bacch.;* q. paciſici B. *c., et ita const. c.* 72. 77. g) *ita c.* 79; Sconti *hoc loco c.* h) *ita c.* 86; Uuimundus *hoc loco c.* i) *ita emendavi;* ipsum *c.* k) *bis scriptum, primo* noluisset. l) *ita pro* vagaret *c.*

1) *Haec ex inscriptione c.* 75. 2) Qui — Ravennam misit *aut ex libris ipsius Maximiani aut ex Catalogo, aut Annalibus, aut inscriptione. Praecedens narratiuncula eo studio ficta videtur, ut explicetur, quomodo 'alienigena' episcopus Ravennas electus in oriente consecratus sit.* 3) sic citius *v. c.* 15. 158. *etc.* 4) *In chartis altero nomine 'Guarcini' vocatur.* 5) *Cf. Jord. Get. c.* 29*:* A septentrionali plaga ramus illi ex Pado est qui fossa vocatur Asconis. 6) *Cf. c.* 86. 7) *Valerii archiepiscopi, cujus vita in nostro codice Agnelli excidit, anni non satis constant; hoc tantum certum est, eum ineunte saec. IX. sedisse; cf. infra c.* 166 *n.* 8) *Ex sequentibus, diuturnum exstitisse schisma in ecclesia Ravennate ac Maximianum diu reprobatum esse, facile crediderim. Et nescio an Agnellus tale aliquid in libris hujus episcopi legerit.*

alios accusare, nolite lactare in alterius ruinam. Qualis ergo pastor sum, si ovibus meis non perpercero? Vultis, ut laniem eas? Non hoc bonum consilium. Sinite illas; non per me ulla molesta[a] erit. Voluntas[b] Domini fiat. Obsecro vos, modicis diebus illis inducias date'. Non post multos dies misit fidelem nuncium ex[c] suis hominibus, vocavit unum de sacerdotibus et primatibus urbis; rogavit eos secum prandere. Cum vero venissent, laetificavit se cum illis, et post cibum et potum obtulit dona ex auro, quod dudum invenerat. Pacificatus cum illis, cum benedictione remisit infra hanc civitatem Ravennae et postulavit ab eis, ut frequenter visitaret eum. Dies vero crastina misit et rogavit alios primates, et fecit sicut prius, similiter et tertia die[d]. Tunc retulerunt inter se invicem huiusmodi res et dixerunt: 'Quid est, quod facere volumus? Vir iste bonus[e] est, prudens est. Nos cogitavimus contra eum nociva, ille noluit nobis malum pro malo reddere. Non possimus sine pontifice et patre[f] esse. Ecce sacerdotes vagant, populus claudicat, ecclesia decrescit. Surgamus diluculo, intromittamus eum in civitatem et adoremus vestigia eius'. Tunc surgente aurora ierunt unanimes omnes quasi vir unus, et aperientes portas civitatis, cum crucibus et signis et bandis et laudibus introduxerunt eum honorifice infra hanc civitatem Ravennae; et obsculaverunt pedes eius et ornaverunt plateas civitatis decoratas diversis ornatibus. Omnesque coronantur aedes, fiebat militantibus laetitiam, privatis alacritas, et pusilli et magni ovantes, et mediocres laetificantes[1]. Et sedere rogaverunt eum in sede ecclesiae et missas audierunt ab eo et agebant illum diem sollempnitatis cum gaudio magno et laetitia sempiterna.

72. Post haec autem fuit cum ovibus quasi pater filiis[2]. Aedificavitque ecclesiam beati Stephani[3] hic Ravennae, levita et martiris, non longe a posterula Ovilionis, a fundamentis*, mira magnitudine decoravit pulcerrimeque ornavit; et in cameris tribunae sua effigies tessellis variis infixa est, et per in giro[4] mirifice opere vitreo[g] cunstructa est, multasque reliquias ibidem condidit sanctorum de corporibus[h], quorum nomina[5] ita exarata invenietis:

'In honore[i] sancti ac beatissimi primi martiris Stephani servus Christi Maximianus episcopus hanc basilicam, ipso adiuvante[k], a fundamentis construxit, et dedicavit die tertio Idus Decenbris, ind. XIV. novies p. c.[l] Basilii iunioris[m]. 550. Dec. 11.

Et gavisus est in Domino, qui ei tanta praestitit bona, quanta nullus hominum digne enarrare valeat. Collocavit autem hic merita apostolorum et martirum, id est sancti

*) *In marg. cod. eadem manu add.:* Monasterium sancti Stephani. Quia hic Ravenne in civitate non est nisi unum monasterium sancti Stephani, in quo stant moniales, et per ea que videri possunt non apparet de tanta hedificiorum et rerum preciosarum structura, quod monasterium est prope ecclesiam sancti Andree Gothorum, que vulgariter dicitur ecclesia Gothica, credo quod istud monasterium, de quo hic in ista ystoria fit mentio, fuit prope ecclesiam sancti Barbatiani, que est non longe a monasterio et ecclesia sancti Zacharie, prout vidi et videri potest in quodam instrumento publico, manu Morandi notarii, quod est in eius protocolis in 1296, die ...., mens ..., a fol[n] ..., et est in cartulario dominorum cardinalium ecclesie Ravenatis[6].

a) *ita pro* molestata *vel* molestia *c.* b) Volunptas *c.* c) *ita Bacch.; et c.* d) *ita emend. G. W.* decima *c.; vice Bacch.* e) bonū *c.* f) patrē *c.* g) victreo *c.* h) corp. de *c.* i) honorem sancti protomartyris St. *Rub.* k) iuvante *Rub.* l) *ita Rub.;* pacifici *c.* m) v. c. *add. Rub.* n) fol' *c.*

1) *Eadem fere c.* 37, *p.* 302. 2) *Eadem verba c.* 7. 61. *aliis locis.* 3) *De situ hujus ecclesiae dissensio est inter Ravennates, at haud dubie eadem fuit, quae vocabatur Major (Fantuzzi I,* 142 *etc.), ut recte opinatur notarum marginalium auctor, suo tempore jam destructa; cf. Tarlazzi p.* 428. 4) per in giro *c.* 27. 155. 163 *etc.* 5) nomina *non ad inscriptionem sequentem, sed ad sanctos paulo infra enumeratos pertinere videtur.* 6) *Tale instrumentum typis non editum est.*

Petri, sancti Pauli, sancti Andreae, sancti Zachariae, sancti Iohannis baptistae, sancti Iohannis euangelistae, sancti Iacobi, sancti Thomae, sancti Mathei, sancti Stephani, sancti Vincentii, sancti Laurentii, sancti Quirini, sancti Floriani, sancti Emiliani, sancti Apolenaris, sanctae Agathae, sanctae Eufimiae, sanctae Agnetis, sanctae Eugeniae, qui orent pro nobis. [Et in[a]] supercilium arcus tribunae invenietis versus metricos, continentes ita:

'Templa micant Stephani meritis[b] et nomine sacra,
Qui prius eximium martiris egit opus.
Omnibus una datur sacro pro sanguine palma,
Plus tamen hic fruitur, tempore quo prior est.
Ipse fidem votumque tuum nunc, magne sacerdos
Maximiane[c], iuvans, hoc opus explicuit.
Nam talem subito fundatis molibus aulam
Sola manus[d] hominum non[e] poterat facere.
Undecimum fulgens renovat dum luna recursum,
Et coepta et pulcro condita fine nitet'.

Ad latera vero ipsius basilicae monasteria[f] parva subiunxit, quae omnia novis tessellis auratis simulque promiscuis aliis calce infixis mirabiliter apparent; super capitaque omnium colunpnarum ipsius Maximiani nomen sculptum est. Monasterio vero parte virorum sex literas lithostratas invenietis; ignorantes ad errorem perducunt, nam scientes, ibidem scripta MU. SI. VA. esse, intelligunt.

73. Asserunt nonnulli, quod quadam[g] die accersitum archiergatum, id est principem operis, pontifex interrogavit, et cur aedificium praedictae ecclesiae non perficeret. At ille notavit[h] dicens: 'Eo quod tu, domine noster, navigasses[i] in partibus[l] Constantinopolitanis[k], caementum et latercula defecerunt, neque tantos habemus lapides, ut laborare potuissemus'. Tunc iussu pontificis nocte una tanta allata sunt omnia paramenta, calces et latercula, petras et bisales[2], lapides et ligna, columnas et lastas[l], harenas et sabulos in una nocte, ut dixi, praeparaverunt vectores, quanta vix in undecim lunis[m.3] laborare potuerant.

74. Dunque in tenporibus istius sanctissimi pontificis orta esset intentio de silva quae cognominatur Vistrum, sita Istriensis[n] partibus, bis in Constantinopulis se detulit, ut talem Iustiniani augusti praesentia cunsumeret contentionem. Ambo canitie in eodem tempore exornati, quantus recolerent se a iuventute disiuncti, in senectute coniuncti, amarissime pariterque coeperunt lugere. Dehinc vero pius inperator Iustinianus augustus praeceptum sibi ex eadem silva condidit[n*], perpetue legaliterque in sancta Ravennensis ecclesia esse, quam iuste et rationabiliter sibi pertinere cognoverat.

75. Iste Tricolim suis temporibus omnia haedificia complevit, et ubi ipse cum suis antecessoribus depictus est, si legere vultis, aspicientes, ita scriptum invenietis:

'Hic Petrus iunior Christi concepta[o] secutus,
Ut docuit[p], sacris moribus exibuit[q].
Hanc[r] quoque fundavit mirandis molibus arcem,
Nominis ipse sui haec monumenta dedit.
Huius post obitum Aurelianus gessit honores,
Post hunc antistes extitit Ecclesius;

a) *deest c.* b) martyris *male Rub.* c) Maxime te *Rub.* d) arte *Rub.* e) f. n. p. *Rub.* f) mōn̄. *c.* g) quidam *c.* h) notuit *c.* i) navigasset *c.* k) Constantinopolī *c.* l) *ita* (lastae) *vocabulum scribitur semel infra c.* 130, lastras *rectius c.* 87. m) lucinis *c.; quod cum Bacchinio emendavi, quamvis crediderim, Agnellum aliquod vocabulum de luna ductum scripsisse. Quod Benedictini ap. Cangium s. v. 'lucina' de hoc loco notant, probare nequeo.* n) Istrientis *c.; ita semper in chartis, Fantuzzi II.* 355 *sqq.* n*) condidid *c.* o) praecepta *Rub.* p) decuit *Rub.* q) exiliit *Rub.* r) Hunc *c.;* Hic *Rub.*

1) *Cf. c.* 74. 76. 2) *Cf. c.* 94: tetragonis lapidibus et bisalis; *cf. Du Cange, Gl. med. graec. s. v.* βήσαλον *et Zirardini p.* 211. 3) *Ex inscriptione praecedente.*

Hinc fuit Ursicinus, sequitur post ordine Victor,
Temporibus iunior Maximianus adest.
His[a] Polensis erat, Christi levita profundus,
Legi Dei miserans et pietate bonus.
Quem Deus ipse virum decoravit culmine sacro,
Ecclesiaeque sua pontificem statuit;
Ipse autem, factis propriis se[b] non meruisse
Culmen apostolicum, sed pietate Dei'.

76. Aedificavitque ecclesiam beatae Mariae in Pola quae vocatur Formosa[1], unde diaconus fuit, mira pulcritudine et diversis ornavit lapidibus. Domum[c] vero, ubi rector istius ecclesiae in ipsa civitate habitat, ipse haedificavit et omnes opes suas Ravennati ecclesiae tradidit, quas usque hodie possidemus. Ecclesiam vero beati Andreae apostoli[2] hic Ravennae cum omni diligentia non longe a regione Herculana, columnas marmoreas suffulsit, ablatasque vetustas ligneas de nucibus, proconisas decoravit. Tunc ablatum corpus ipsius apostoli Ravennam ducere conabatur. Dum hoc praesensisset imperator[d] Constantinopolitanus, iussit beatum Maximianum Constantinopolim venire et pium apostoli corpus secum deferre. Quo gavisus imperator, ait ad eum: 'Non sit tibi gravis, pater, quod prima unus tenet Roma frater, iste vero secundam teneat. Ambae sorores, et hi ambo germani. Nolo[e] tibi eum dare, quia et ubi[f] sedes imperialis est, expedi- et ibi corpus esse apostoli'. At beatissimus Maximianus dixit: 'Fac quomodo iubes; tantum postulo, ut in hac nocte cum meis sacerdotibus ad hoc sanctum corpus psalmodiam peragamus'. Imperator moxque concessit. Tunc tota nocte pervigiles extiterunt, et post expleta omnia arripiens gladium, oratione facta, abscidit barbas apostoli usque ad mentum. Et ex reliquiis aliorum multorum sanctorum reliquias[3] detulit cum augusti alacritate; dehinc quoque ad propriam reversus est sedem. Et re vera fratres, quia, si corpus beati Andreae, germani Petri principis, hic humasset, nequaquam nos Romani pontifices sic subiugasset.

77. Consecravit[4] ecclesiam beati Apolenaris pontificis in Classe sitam et beati Vitalis martiris in Ravenna et beati archangeli Michaelis hic Ravennae[5], quam Bacauda[g]

a) Is *Rub.* b) *ita c. Rub.;* scit *bene emend. Bacch.* c) *ita Bacch.;* Dum *c.* d) *in marg. suppl. c.* e) *ita Bacch.;* nō *c.* f) et u. *in loco raso c.* g) Bachauda *hoc loco c.*

1) *Instrumentum fundationis hujus ecclesiae a.* 1657. *in archivo ecclesiae Polensis se vidisse, contendit Hier. Querengus, datum a.* 546, *Febr.* 21, *cui subscripsit:* Servus Christi Maximianus per gratiam Dei episcopus sanctae ecclesiae Ravennae inclitae urbis; *at hic tunc nondum episcopus consecratus erat; cf. De Rubeis, Mon. Aquil. p.* 192; *Stankovich, Biogr. degli uomini illustri dell' Istria I,* 215. 2) *Eadem est, quae supra c.* 50. *'monasterium' vocata, a Petro Chrysologo fundata esse dicitur. Exstant duo carmina Venantii Fortunati I,* 1. *et* 2. *ad Vitalem quemdam episcopum Ravennatem de dedicatione ecclesiae sancti Andreae directa, cum autem talis nominis episcopus Ravennas penitus ignotus sit, Bacchini, Amadesi, alii varia ad solvendam quaestionem vix bene conjecerunt. Equidem Luchio Venantii editori assentior, qui I, p.* 8, *Vitalem alterum nomen fuisse Maximiani, suspicatur.* 3) *Partem earum haud dubie, quas supra c.* 72. *in basilica s. Stephani collocasse dicitur. Hoc quoque loco igitur vera fabulosis immixta esse videntur.* 4) Consecravit — in Ravenna *ex duabus inscriptionibus paulo post exhibitis. — Celeberrima basilica s. Apollinaris in Classe, nunc in deserto sita, paene integra hodieque claret, de qua v. Fabri p.* 93 *sqq.; v. Quast p.* 34; *Tarlazzi p.* 118; *fabulosam narrationem de aedificatione ejusdem Murat. I,* 2, *p.* 545. 5) *Quamvis hoc in sequente inscriptione non legatur, tamen verum esse potest: tempore enim quo haec ecclesia dedicata est, Victorem episcopum jam mortuum esse, satis probabile est, ut supra p.* 324 *n.* 4. *monuimus, Maximianus nondum consecratus erat. Colligendum ergo est, hunc eam haud brevi tempore ante confectam consecrasse; quod noster ex altera inscriptione deperdita didicisse putandus est. — De basilica, cujus nunc profanatae sola absis exstat, cf. Tarlazzi p.* 366.

cum sancta recordationis memoria Iuliano argentario[1] aedificavit in regione qui dicitur Ad Frigiselo[2]. Ibique invenietis in camera tribunae ita legentem:

'Consecuti beneficia archangeli Michaelis Bacauda et Iulianus a fundamentis fecerunt
545. Mai. 7 et dedicaverunt sub die Non. Mai quater p. c.[a] Basili iunioris viri clarissimi consulis, ind. VIII'.

Et, ut asserunt quidam, hic Bacauda gener praedicti Iuliani fuisset, et in arca saxea non longe ab ipsa archangeli ecclesia infra turrem Bacauda requiescit. Et in tribuna beati Vitalis eiusdem Maximiani effigies atque augusti et augustae tessellis valde comptitatae[b] sunt[3]. Quamdiu possumus de hoc sancto viro tantam bonitatem referre, deficit mihi[c] tempus narrationis. Iste plus omnibus laboravit quam ceteri pontifices praedecessores sui. Illius temporibus haedificatus est numerus vicinus domui meae[4] qui dicitur bandus[d] primus, non longe a miliario aureo, et illius nomen etiam in tegulis exaratum invenimus ita: 'Maximianus episcopus Ravennae', quod ego vidi et legi. In ardicaque beati Apolenaris et Vitalis tabulas descriptas invenietis magnis literis continentes ita:

'Beati Apolenaris sacerdotis basilica[e], mandante vero[f] beatissimo Ursicino episcopo, a fundamentis Iulianus argentarius aedificavit, ornavit atque dedicavit, consecrante
549. Mai. 7. vero beato Maximiano episcopo die Non.[g] Maiarum ind. XII, octies p. c.[h] Basilii'[5].

In ardica beati Vitalis ita invenietis:

'Beati martiris Vitalis basilica[i], mandante Eclesio vero[f] beatissimo episcopo, a fundamentis Iulianus argentarius aedificavit, ornavit atque dedicavit, consecrante vero reverentissimo[k] Maximiano episcopo sub die XIII[l] [Kal. Mai[m]] sexies p. c.[n] Basilii
547. Apr. 19. iunioris [v. c.[o], indictione X]'.

Corpus vero beati Probi[6] cum ceteris sanctorum pontificum corporibus iste sanctus vir aromatibus condivit et bene locavit, et in fronte ipsius ecclesiae beatorum Probi et Eleuchadii et Caloceri effigies tessellis variis decoravit, et sub pedibus eorum invenietis[p] .....

78. Navigaverat iam hic beatissimus antea partibus orientalis, sicut ipse in suis voluminibus[7] loquitur dicens: 'In Alexandria vero nulla extrinsecus mali causa[q], sed quod genus[r] hominum ferox, seditiosum, semper[s] inquietum est, civile inter se motum est bellum; non virtutis merito[t], neque ob defensionem, sed ob necem atque interitum
516. civium, commoti universi praefectum suum[8] intra ecclesiam occiderunt, quod[u] iam antea aliquanti similiter episcopum suum[9] accusantes hereticum interfecerant. Quo comperto, imperator in iram versus, funditus civitatem iussit everti. Denique misso alio praefecto nomine[v] Laudicio[10], intra ipsam civitatem 40 viros per singulas regiones in[w]

a) pacifici *c.* b) computate *c.; cf. p.* 325 *n.* d. c) *in loco raso c.* d) banchus *c.* e) basilicam mandato beatissimi Ursicini episcopi *Rub.* f) *ita pro* viro *c.* g) Nonarum *Rub.;* VIIII *c.* h) *ita Rub.;* pacifici *c.* i) basilicam mandato Ecclesii episcopi Iul. *Rub.* k) *ita Rub.;* reverendissimo *c.?* l) XIIII *Rub.* m) *add. Rub.; des. c.* n) pacifici *c.* o) *uncis inclusa des. c., add. Rub.* p) *desunt quaedam, nullo spatio vacuo relicto, neque apud Rubeum legitur inscriptio quae hic excidit.* q) ext. malitia *Rub. p.* 162. r) g. h. f. *des. Rub.* s) s. genus i. *Rub.* t) medio *Rub.* u) qui i. ante aliquot annos s. *Rub.* v) L. n. *Rub.* w) s. in l. *Rub.*

1) *Julianum Ravennatis ecclesiae saccellarium fuisse arbitror, qui et argentarius seu argentophylax sit dictus.* BACCH. *Argentarii saepe in chartis Rav. occurrunt. Hic Julianus v. h. argentarius Graecis litteris chartae donationis a.* 539. *vel* 546. *testis subscripsit (Marini, Pap. dipl. p.* 174*) et in inscriptione adhuc servata (Spreti I, p.* 255. *no.* 236*) invenitur.* 2) in Afrigiselo, in Afrigiscolo, Afrigiselo, *postea saepissime* in Africisco, *semel* Ad Filicisco *vocatur in chartis Rav.* 3) *Hodieque exstant.* 4) *Cf. c.* 39. 5) *Cf. alteram inscriptionem, quae adhuc in eadem ecclesia legitur, apud Spreti I, p.* 279, *positam a.* 549, *Mai.* 9. 6) *Cf. c.* 8. 7) *scil. in chronico, ut videtur; cf. c.* 42. *et praef. p.* 273. 8) *scil. Theodosium, filium Calliopii; cf. Joann. Malala (ed. Bonn) p.* 401*; Liberati breviar. c.* 18*; Theophanes I,* 251. 9) *scil. Proterium episcopum a.* 457*; cf. Evagr. hist eccl. II,* 8. 10) *Hoc nomen aliunde ignotum. Theophanes scribit, Acacium mag. mil. sontes punivisse.*

ligno suspendit. Sed tunc elaboravit Dioscorus[1], eiusdem [urbis[a]] episcopus, et manifeste posuit animam suam pro ovibus suis; electique ex heremo monachi aput imperatorem properant atque [pro[b]] excessu civium veniam exorant. Tunc[c] imperator cessit[d] sacerdotibus et deinceps cavere a talibus mandavit. Huic episcopo apud Alexandriam Timotheus[2] successit[e], quem ego navigans[f] orientem in sua civitate bene[g] administran- 521.
tem vidi. Sed ante pauca[h] Nazarba[3] civitas Ciliciae terraemoto facto concidit, in qua c. 525.
perisse[i] ferunt amplius[k] 30 milia hominum'. Haec pontificis verba sunt. Post beatum Ieronimum et Orosium vel alios historiographos iste in cronicis laboravit, et ipsos secutus, per diversos libros nobiliorum principum, non solum inperatorum[l], sed et regum et praefectorum, suam propriam chronicam exaravit.

79. Istius vero temporibus pugna[4] facta est inter Gothos et milites exercitus[m] Narsis in[n] Kal. Octubris in Canpania; et caesi sunt Gothi, et corpora hominum Gotho- 552.
rum multa mortua sunt, et occisus est Theia rex Gothorum a Narsi. Et reversus est Oct. 1.
in pace et venit Lucam, expulit inde Gothos mensis Septenbris[5]. Et restituta est civitas Foro Cornelii ab Anthiocho praefecto[6]. Et iterum venit Ravenna praedictus Narsis cum Dec.
victoria magna[7]; deinde ivit Romam[8], et perrexit in Canpaniam in castrum Cumas et ibi moratus est. Post haec autem Manicheorum hereses exorta est in civitate Ravenna, quam orthodoxi christiani convincientes, eiecerunt extra civitatem, in loco qui dicitur Fossa Sconii iuxta fluvium lapidibus obruerunt, et mortui sunt in peccatis suis, et ablata sunt mala a Ravenna. Post tertium vero annum signum ruboris apparuit in caelum die 11. mensis Novenbris; mortuusque est papa Pelagius die 3. mensis Martii[9]. Tunc 560.
Mart. 3.
Narsis patricius cum exercitu suo Romam perrexit. Et in ipso tempore multa signa et prodigia facta sunt circa Ravennam, ita ut multi signarent res suas et domos et vasa, ut agnoscerentur, et a multis apparebant visiones in die, quasi homines secum loquentes facie ad faciem. Et pugnaverunt contra Veronenses cives, et capta est Verona civitas a militibus[10] 20. die mensis Iulii. Et visum est aliud signum magnum et terribile, et 563 (?).
Iul. 20.
ecce in aere quasi hominum pugna inter se dimicantes velut in praelium 8. Kal. Augusti, 561.
hora diei tertia, die 2. feria, et exinde territi sunt multi. Hora est iam claudendi hanc Iul. 25
lectionem, ut quod sequitur crastino audiamus.

80. Fecitque duo crismataria vascula, quorum unus libras habuit quatuordecim, mirifice anagrifa[11] operatione, sed ante tempus nuper periit Petronacis archiepiscopi tenporibus, aliud vero permanet in praesenti, pulcherrime operatum, in quo legitur:

'Servus Christi Maximianus archiepiscopus[12] hunc[o] crismatarium ad usus fidelium fecit[p] fieri'.

a) *ita Rub.; deest c.* b) *ita Rub.; deest c.* c) *deest Rub.* d) c. s. i. et in posterum ut ab huiusmodi caverent iussit *Rub.* e) suffectus est *Rub.* f) in or. nav. *Rub.* g) recte adm. in s. c. *Rub.* h) parva Nazamba *Rub.* i) periisse *Rub.* k) m. h. a. triginta *Rub.* l) inpiorum inp. *c., quod ex vocabulo* inperatorum *bis scripto ortum videtur;* priorum i. *Bacch.;* ipsorum i. *Mur.* m) *ita conjeci;* exierunt *c.* n) in *ex numero quodam corruptum esse possit.* o) hoc *Rub.* p) fieri iussit *Rub.*

1) *Circa* 516—520. *sedit; cf. Theoph. et Victoris Tunn. chron. (Roncalli II,* 360. 361*).* 2) *Sedit a.* 521—538, *ut scribit Victor Tunn. l. l.* 361. 366*; cf. Liberati brev. c.* 19. 3) *Cf. Evagrii hist. eccl. IV,* 8. *Urbs rectius Anazarbus dicta, a Justino restaurata et 'Justinopolis' appellata, hodie Ain Zarba.* 4) *Totum capitulum, exceptis paucis verbis, ex Ann. Rav. sumtum puto; cf. N. Arch. I,* 341. 5) *Cf. Agathias I,* 12—18, *qui tribus mensibus in obsidione consumptis Lucam captam esse tradit et dicit:* ἀμφὶ τὰς χειμερίους τρόπας ταῦτα ἐπράσσετο, *quapropter 'Septembris' corruptum et Lucam jam a.* 552. *mense Decembri captam esse putarim.* 6) *Idem occurrit apud Agathiam I,* 18. 7) *Cf. Agathias I,* 19. 8) *Ib. I,* 22. *extrema verba.* 9) *Hoc bene convenit cum epitaphio Pelagii I, ubi:* depositus 4. Non. Mart. 10) *scil. a militibus Narsis; cf. Theophanis chronogr. ed. Bonn. I,* 367. 11) *i. e. anaglypha, sculpta.* 12) *Fere eodem tempore primum nomen archiepiscopi in charta anni* 553 *(Marini, Pap. p.* 134*) occurrit.*

Iussit ipse endothim bissinam preciosissimam, cui similem nunquam videre potuimus, aculis[a] factam, omnem Salvatoris nostri historiam cuntinentem. In sancto die epiphaniae super altarium Ursianae ecclesiae ponitur. Sed non tota cunplevit; successor ipsius explevit unam partem[1]. Quis similem videre potuit? Non potest aliter aestimare[b] ipsas imagines aut bestias aut volucres, quae ibi factae sunt, nisi quod in carne omnes vivae sint. Et ipsius Maximiani effigies in duobus locis praeclare factae sunt, una maior et altera minor, sed nulla inter maiorem et minorem distantia est. In minore habet literas exaratas, continentes ita: 'Magnificate Dominum mecum, qui me de stercore exaltavit'. Fecitque aliam endothim ex auro, ubi sunt omnes praedecessores sui, auro textiles imagines fieri iussit. Fecitque tertiam et quartam cum margaritis, in qua legitur: 'Parce, Domine, populo tuo, et memento mei peccatori, quem de stercore exaltasti in regno tuo'. Crucem vero auream maiorem ipse fieri iussit et preciosissimis gemmis et margaritis ornavit, iachintos et amethistos et sardios et smaragdos, et infra aurum medio loco crucis de ligno sanctae redemptricis nostrae crucis, ubi corpus Domini pependit, occultavit. Est autem auri maximum pundus.

81. Fecitque omnes ecclesiasticos libros, id est septuaginta duo, optime scribere, quos diu et cautissime legit, absque reprehensione nobis reliquit, quibus usque hodie utimur. Et ultimo loco euangeliorum et apostolorum epistolarum, si requirere vultis, ipsius literas invenietis ita monentes: 'Emendavi cautissime cum his, quae Augustinus, et secundum euangelia, quae beatus Ieronimus Romam misit et parentibus suis direxit, tantum ne ab idiotis vel malis[c] scriptoribus vicientur'. Edidit namque missales per totum circulum anni et sanctorum omnium. Cotidianis namque et quadragesimalibus temporibus, vel quicquid ad ecclesia ritum pertinet, omnia ibi sine dubio invenietis; grande volumen mire exaratum. Modicum de illius habemus dictis[d]. Quae Romam transmeata sunt, et quantum ibidem cogniti sunt Romulides[2], qui viderunt, 12 libros sub uno volumine exaratos.

82. Pauca de multis diximus, plura de eo invenietis, quam hic legistis. Nunquam suas laniavit oves, nunquam mordit, nunquam percussit, sed refovit eloquiis, nutrivit alimentis, monuit vagos, revocavit errantes, collegit dispersos, ministravit inopi, condoluit tribulanti. Miror, modo iste, qui ex alterius fuit sede, sic se cum suis disposuit ovibus, quod nullum contra eum sermonem unquam multavit[e]: modo ex nobis ipsis pastorem habentes, postquam sedes adipiscunt, dentibus devorare volunt nec ullam nesciunt habere misericordiam; plus sublimitatem seculi quam caeleste gloria quaerunt; non participant cum ovibus, sed res ecclesiae soli deglutiunt, et tales ex ipsis opibus nutriti fiunt, qui nec ecclesia serviunt, sed magis depopulant, neque pro dimissoris[3] animam preces Deo ei fundunt. Tunc ipsae oves cotidie moerendo clamant ad Dominum, dicentes: 'Erue nos, Domine, de captione dentium pastoris nostri, quia non mercenarii locum, sed crudelitatem lupi tenet, omnes nos in sua extollentia cunsumit'. Hic vero beatissimus Maximianus nunquam talia peregit, sed cum mansuetudine inimicorum suorum corda
Rom. 12, 21. humiliavit, ut adimpleret, quod scriptum est: 'Noli vinci a malo, sed vince in bono
Luc. 21, 19. malum', et alibi: 'In patientia vestra possidebitis animas vestras'.

556 vel 557, Febr. 22. 8. Kal. Martii obiit[4] sepultusque est in basilica sancti Andreae apostoli iuxta altarium, ubi barbas praedicti apostoli condidit[5]; sed modo nostris temporibus iuxta ipsius ecclesiae apostoli sedes sepultus est.

a) *ita bene emend. Bacch.;* a cucullis *c., cf. c.* 88 *fin.* b) ext. *c.* c) mali *c.* d) *fortasse quaedam exciderunt, ut* cetera vero *vel plura.* e) mutilavit *c.*

1) *Cf. c.* 88. 2) *'cognoverunt Romani' intelligendum duco; Agnellus igitur ipse non viderat libros, sed audivit quod de iis refert.* 3) dimissor, *qui bona ecclesiae legavit.* BACCH. 4) *Circa a.* 556. *vel* 557. *Maximianum obiisse, ex eo efficitur, quod ejus successorem a.* 556. *vel sequente anno mense Junio electum esse ex inscriptione c.* 92. *computatur.* 5) *Cf. c.* 76.

83. Quinto decimo anno[1] Petronaci[a] archiepiscopi, dum singuli eum ortaremur c. 833.
verbis, quod praedictum corpus beati Maximiani desub terra traheret et in sublimum poneret locum, die quadam ad semet ipsum rediens, iussit nos omnes sacerdotes una secum ad ecclesiam beati Andreae properare, qui, in cordibus nostris orationem factam, iussit caementariis plathomam[b] desuper levari; sed incaute agentes, fracta est. Iratus modicum pontifex coepit comminare caementariis; tunc dixit decimo presbitero in ordine sedis suae nomine Agnellus qui Andreas vocabatur — erat autem ille illo tempore artificiorum omnium[c] ingeniis plenus — : 'Esto hic prope, praecipe artificibus, quomodo facere debeant, ne arca aut lapis, qua ei superposita est, frangatur'. Quo deposito, artifices paraverunt omnia iuxta praeceptum presbiteri, et elevatus lapis, cum quo clausa erat arca, apparuerunt ossa beati Maximiani, subtus aqua, vas autem aqua plenum erat. Et ut vidimus, coepimus plorare fortiter una cum nostro praesule, plorantesque dicebamus ad invicem: 'Ubi sunt, pastor Maximiane, oves tuae, ubi grex tua, ubi populus tuus, quem Domino adquisisti? ubi monita, ubi dulcia eloquia, ubi sancta praedicatio, ubi tua doctrina? Si dixerimus "tu noster pastor", istum praesentem quomodo abiciamus? Ecce ambo pastores in uno estis, et tu qui iaces exanimis, et hic qui plorat, cui nos obedire oportet. Viscera nostra exemplum tuum constringet. Ecce nos te requirimus et diligimus, quanto magis amabilis fuisti illis omnibus qui te noverunt'? Postquam omnes diutissime et amarissime flevimus, satiati luctu, allatum est nobis aereum vasculum, quod vulgo siculum vocamus; et proiecti sunt sicli pleni aqua, quae erat infra arcam super ossa beati Maximiani, numero 115, quos ego ipse palam omnibus ore proprio [numeravi[d]]. Ablata vero omnia ossa voluta sunt in sindone, quae erat super altarium beati Andreae apostoli, et ligata sindone, sigillum ex latere suo pontifex anulo signavit. Post haec vero arca excussa est absque ulla laesione, et lavata[e] diligenter sursum locavimus. Quae vero ossa omnia integra invenimus, tenua erant, sed procera, et sic ordinata ad iuncturas suas, quasi pene anno uno exempta carne fuissent; nulla minuitas, nisi dens unus dexterae parti deerat. Igitur lavata ossa cum vino electo, condita aromatibus ordinabiliter, cum psallentia in[f] praesentia praesulis, omnia in eadem arca posita sunt et cum ingenti luctu amabiliter sepulcro clausa sunt. Nos qui vidimus per multos dies fuit talis timor et tremor, velut ipse beatus Maximianus conspectui nostro staret. Sedit annos ..., menses ..., dies ...

DE SANCTO AGNELLO XXVII.

84. Agnellus[2] XXVII. rubicundam habuit faciem, plenam formam, modicos supercilii pilos, rubeam capitis cutem, erectos oculos, duplicem sub barba habuit mentum[3]. Hic vero aequalis statura, pulcer in corpore, perfectus in opere; sed post amissam coniugem, relictum militiae cingulum, se totum Deo optulit atque donavit. Temporibus Ecclesii archiepiscopi diaconus consecratus est[4], servivit in ecclesia beatae Agathae, unde levita fuit, et ipsam ecclesiam in titulo habuit, domusque eius haerebat superscripta ecclesia muro, quam nos cognovimus, usque in praesentem diem. Ex nobili ortus prole,

a) Patronaci *c.* b) *ita etiam c.* 140. *pro* platonia. c) omī *c.* d) *deest c., add. Bacch.* e) levata *Bacch.* f) psallentium pr. *c.*

1) *Quando Petronacius archiepiscopus, cujus vita in nostro codice non legitur, ordinatus sit, non satis constat; attamen hoc circa a.* 817. *vel potius* 818. *factum esse, colligere possumus.* 2) *Hujus episcopi tempus patet ex ejus epitaphio infra c.* 92. *Sedit* 556. *vel* 557, *Jun.* 24 — 569. *vel* 570, *Aug.* 1. *Dubium enim est in illa inscriptione, num ind. III. an ind. II. legendum sit. Cf. Amadesi I,* 142 *sqq.* 3) *Complures imagines Agnelli vidit auctor, v. c.* 86. *fin., c.* 88. *fin., c.* 89. 4) *Instrumento pacis a Felice IV. papa constitutae, p.* 321, *subscripsit* Agnellus diaconus *inter clericos Ecclesio episcopo adversarios.*

dives in possessionibus, animalibus locuples, abundans opibus. Hic ad finem vitae, cum circa vicinam esset mortem, neptam suam, filiam filiae suae, post funus matris heredem reliquit[1], quam inter ceteras divitias quinque ornamenta mensae vasculorum argentea relinquens et multa alia, qua nobis per diversas discurrere opus non est divitias, mors intervenit. Sed quaerendum nobis est, cur iste cuniugatus talem egregiam optinuit sedem.
1 Tim. 3. 24. Si intelligatis auctorem apostolum dicentem: unius uxoris virum et filios habentem, episcopus ordinari, recta providentia, cum et hoc canones praecipiant. Sed redeamus ad ordinem et de mulieribus postea disputemus[2].

85. Temporibus istius Iustinianus rectae fidei augustus omnes Gothorum substantias huic ecclesiae et beato Agnello episcopo habere concessit, non solum in urbibus, sed et in suburbanis villis et viculis etiam, et templa et aras[a], servos et ancillas, quicquid ad eorum ius vel ritum paganorum pertinere potuit, omnia huic condonavit et concessit et per privilegia confirmavit et corporaliter per epistolam tradi fecit[3], ex parte ita continentem[4]: 'Sancta mater ecclesia Ravennas[b], vera mater, vera orthodoxa, nam ceterae multae ecclesiae falsam propter metum et terrores[c] principum superinduxere[d] doctrinam. Haec vero et veram et unicam sanctam catholicam tenuit fidem, nunquam mutavit, fluctuationem sustinuit, a[e] tempestate quassata immobilis permansit'.

86. Igitur iste beatissimus omnes Gothorum ecclesias reconciliavit, quae Gothorum temporibus vel regis Theuderici constructae sunt, quae Ariana perfidia et hereticorum secta[f] doctrina et credulitate tenebantur. Reconciliavit[5] ecclesiam sancti Eusebii sacerdotis et martiris, quae sita est non longe a campo Coriandri extra urbem, Id. Novenbris[6],
c. 514. quam aedificavit Unimundus episcopus[7] anno 24. Theodorici regis absque fundamentis[g]. Similiter[8] et ecclesiam beati Georgii reconciliavit temporibus Basilii iunioris, sicut in ipso relegitur tribunali[9]. Reconciliavit ecclesiam beati Sergii, quae sita est in civitate Classis iuxta viridiarium, et beati Zenonis in Cesarea. Infra urbem vero Ravennam ecclesiam sancti Theodori[10] non longe a domo Drocdonis, qua domus una cum balneo et sancti Apolenaris monasterio, quod in superiora domus structum, episcopium ipsius ecclesiae fuit. Et ubi nunc est monasterium sancta et semper virginis intemeratae Mariae, fontes praedictae martiris[h. 11] ecclesia fuerunt. Sed de hoc fero[12] nomine 'cosmi'[i], quod Latinum sit, — unde non solum Latini, sed et Greci aliquantas altercationes inter se habuerunt — nam sine omni reprehensionem 'cosmi'[i], id est ornata, unde et mundus apud Grecos 'cosmos' appellatur. Igitur reconciliavit beatissimus Agnellus pontifex infra hanc urbem ecclesiam sancti Martini confessoris[13], quam Theodoricus rex

a) aris *c.* b) Rav̄. *c.* c) m. et minas pr. et terrores *Rub. p.* 170. d) *ita Rub.*; superinduxit *c.* e) s. numquam nec t. q. a sua stabilitate moveri potuit im. p. *Rub.* f) saeva *suspicatur Bacch.* g) fundamentus *c.* h) matricis *Eacch.* i) *in marg. eadem manu:* al. cosmedim.

1) *Fortasse vidit testamentum episcopi auctor.* 2) *Infra nihil de hac quaestione, nisi ad c.* 97. *spectat.* 3) *Exstat fragmentum papyraceum, anni ut videtur* 565, *in quo de bonis ecclesiae Ravennatis, praesente Agnello archiepiscopo, agitur (Marini, Pap. dipl. p.* 135*; cf. p.* 288*).* 4) *Sequentia Blondus dec. I, lib. VII. exscripsit.* 5) *Nomina ecclesiarum Agnello traditarum ex diplomate Justiniani et ex inscriptionibus sumta videntur.* 6) *Haud dubie dies consecrationis ex inscriptione.* 7) *Cf. supra c.* 70*; de ecclesia postea monasterio s. Eusebii v. Fantuzzi I,* 97. *a.* 896*; II,* 21. 139. 216, *a.* 956. 1169. 1262. — *De omnibus his ecclesiis Arianorum cf. v. Quast, p.* 17 *sqq.* 8) *Sequentes quatuor ecclesiae cum iisdem locis, prope quae sitae esse hic dicuntur, commemorantur in bulla Alexandri papae a.* 1169. *(Fantuzzi II,* 139*).* 9) *In inscriptione legebatur, ecclesiam anno quodam* p. c. Basilii iunioris *catholicis traditam esse.* 10) *Hodieque exstat vocata 'Spirito Santo'; Fabri p.* 344. 11) *scil. Theodori; conjungendum est* praedictae ecclesia. *Baptisterium ecclesiae s. Theodori, quod hodieque exstat, jam Agnelli tempore vocabatur 'S. Maria in Cosmedim'; de qua cf. Fabri p.* 244. 12) *Intelligendum videtur: 'referam'.* 13) *Haec quoque celeberrima basilica, nunc vocata 'Sant Apollinare nuovo', integra adhuc exstat; Fabri p.* 119*; v. Quast p.* 19*; Tarlazzi p.* 137*; cf. infra c.* 119.

fundavit, quae vocatur Caelum aureum; tribunal[1] et utrasque parietes de imaginibus martirum virginumque incedentium tessellis decoravit[2]; suffixa vero metalla gipsea auro super infixit, lapidibus vero diversis parietibus adhaesit et pavimentum lithostratis mire composuit. In ipsius fronte intrinsecus si aspexeritis, Iustiniani augusti effigiem reperietis et Agnelli pontificis auratis decoratam tessellis. Nulla ecclesia vel domus similis in laquearibus vel travibus ista. Et postquam consecravit, in ipsius cunfessoris episcopio ibidem epulatus est. In tribunali vero, si diligenter inquisieritis, super fenestras invenietis ex lapideis literis[a] exaratum ita:

'Theodericus rex hanc ecclesiam a fundamentis in nomine domini nostri Iesu Christi fecit'.

87. De praedicta vero ecclesia, cur lithostrata[b] sic cumminuta sunt, sicut audivimus, nunciemus. Erat quidem illo tempore non perfecte orthodoxus rex Wandalorum[c. 3], qui ex ipsa voluisset ecclesia pavimenta eruere et ad suam propriam deportare sedem. Nam quidem, dum omnia parata ad evellendum lastras fuissent, subito turbine dies tenebrosus fuit, nocte vero ipsius subsequente diei ventus[d] validus per ipsam ecclesiam discurrebat, mugitos ferens secum validos, sonitus factus est ingens per totam ipsius ecclesiam. Tunc vero omnes exinde concrepuerunt marmores, acsi a malleatoribus fractae et cumminutae fuissent.

88. Tamen hoc intuere potestis[e] in pariete. Ibi vero, ut dixi[4], duae factae sunt civitates. Ex Ravenna egrediuntur martires, parte virorum, ad Christum euntes; ex Classis virgines procedunt, ad sanctam virginem virginum procedentes; et magi antecedentes, munera offerentes. Sed tamen cur variis vestimentis et non omnes unum indumentum habuisset[d] depicti sunt? Idcirco, quia ipse divinam pictor secutus est Scripturam. Nam Gaspar aurum optulit in vestimento iacintino, et in ipso vestimento cuniugium significat. Balthasar thus optulit in vestimento flavo, et in ipso vestimento virginitatem significat. Melchior mirram optulit in vestito vario, et in ipso vestito poenitentiam significat. Ipse qui praevius erat, purpurato sage indutus, et per eundem significat, ipsum regem natum et passum. Qui autem in vario sage munus Nato optulit, significat, in eodem omnes languidos Christum curare, et variis iniuriis et diversis Iudeorum verberibus flagellari. Scriptum de illo est: 'Ipse infirmitates nostras suscepit et langores portavit, et putavimus eum tanquam leprosum' et cetera. Et post: 'Vulneratus est pro peccata nostra, affixus est propter scelera nostra'. Qui vero in candido munus optulit, significat, eum post resurrectionem in claritate esse divina. Sicut enim illa tria preciosa munera divina in se misteria continent, id est[g] per aurum[5] opes regales, per thus sacerdotis figuram, per mirram mortem intelligitur, ut per omnia haec ostenderent, eum esse, qui iniquitates[h] hominum suscepit, id est Christus; sic et in sagis eorum, ut diximus, tria haec dona continentur. Quare non quatuor, aut non sex, aut non duo, nisi tantum tres ab oriente venerunt? Ut significarent totius Trinitatis perfectam plenitudinem. Ex quorum[6] amore iste beatissimus Agnellus partem endothim bissinam, unde superius fecimus mentionem[7], quam Maximianus praedecessor istius non explevit, iste magorum istoriam perfecte ornavit, et sua effigies mechanico opere aculis inserta est. Is. 53, 4. 5.

89. Fontesque beati Martini ecclesia ipse reconciliavit et tessellis decoravit; sed tribunal ipsius ecclesia nimio terraemotu exagitatum[8], Iohannis archiepiscopi temporibus

a) litteritis *c.* b) latis stratis s. cummunite *c.* c) tempore *iterum add c.* d) *bis scripsit c.* e) potestis. In *distinguit c.* f) *ita pro* habuisse *c.* g) *ita Bacch.;* idem p. *c.* h) etates *c.;* iniq. *Bacch., quod propter praecedens* qui *probabile et ingeniose conjectum.*

1) *Ita saepe noster pro 'tribuna'.* 2) *Hae effigies vermiculato opere fictae, quas noster infra c.* 88. *fusius describit, adhuc ornant interiorem basilicam.* 3) *Agnelli archiepiscopi tempore reges Wandalorum jam non exstitere, priorum nemo vidit Ravennam.* 4) *De duabus civitatibus supra nihil.* 5) *Eadem habet Beda, Exp. Matth. c.* 2. 6) *scil. magorum.* 7) *C.* 80. 8) *Cf. c.* 151.

quinti iunioris cunfractum, ruit. Post haedificia camera coloribus ornavit. Fecit beatissimus Agnellus crucem magnam de argento in Ursiana ecclesia super sedem post tergum pontificis, in qua sua effigies manibus expansis orat[1]. Adquisivitque rura in ecclesia Ravennae Argentea qui dicitur, et infra ipsius ruris monasterium beati Georgii a fundamentis haedificavit, sed in senectute positus. Et sua effigies mire tabula depicta est, et ante introitum ipsius monasterii versus metricos, quos non potui clare videre.

553. 90. In[2] diebus istius expulsi sunt Franci de Italia per Narsem patricium. Et post haec apparuit stella comis mense Augusto usque in Kalendas Octubris[3]. Et mortuus
565. est Iustinianus augustus Constantinopolim quadragesimo anno imperii sui, et luctus ingens ubique fuit et moeror nimis de tali orthodoxo viro. Et apparuerunt signa rubra in caelo, et civitas Fano igne cuncremata est, et multitudo hominum flamma cunsumpta est, castrumque Cesinate incendio devoratum est. Tertio vero anno Iustini minoris[a] imperatoris
568. Narsis patricius de Ravenna evocitatus[4], egressus est cum divitiis omnibus Italiae, et fuit rector 16 annis et vicit duos reges Gothorum et duces Francorum iugulavit gladio.

91. Sub istius praesulis temporibus abundantia fuit magna et ordinatio in populo Italiae. Monasteria[b] vero in civitate Classis, quae lateribus fontique ecclesia Petriana iuncta sunt, sancti Mathei apostoli et Iacobi[5], ipse tessellis ornari iussit. Et invenietis in camera tribunae apostoli Mathei continente ita:

'Salvo domino papa Agnello. De donis Dei et[c] servorum eius, qui optulerunt[d] ad honorem et hornatus sanctorum[e] apostolorum, et reliqua pars de summa cervorum qui perierant et Deo auctore inventi sunt, haec absida[f] mosivo exornata est'.

92. Tempus est claudendi os et opilari serris. Cruce claves signemus, ne fur veniat, aperta inveniat ianua, in ima cordis zizaniam non seminet, deridat et perdat. Ideo pone, Domine, custodiam ori meo et hostia circumadstantia labiis meis; non declines cor meum in verbo malo, sed adiuva[g] me[h], ut possim istius Agnelli vitam finire. Qui
570. Aug. 1. obiit die primo Kalendas Augusti, et sepultus est in ecclesia sanctae Agathae martiris ante altarium. Et literis marmore exaratis epithaphium super corpus eius sic invenies*[6]:

'Pontificis requiem caelesti munere gessa
Agnellus virtute Dei non perdidit[i] illam[k].
Qui optatam meruit lucis cognoscere pacem,
Corporis ipse sui templum servatum[l] ut esse.
Iustus cum sanctis Christo medicante resurgit[m].
Sic quoque pro meritis gaudet[n] qui talia gessit.

Hic requiescit in pace Agnellus archiepiscopus, qui sedit annos XIII, mense I, dies VIII; qui vixit annos LXXXIII; depositus est sub die Kal. Augusti Ind. III[o]'.
Sedit annis 13, mense 1, diebus 8.

*) *In marg. c.:* obiit circa annum Domini 566.

a) Iustiniani *corr.* Iustini minoris *c.* b) Monasterio *c.* c) et s. e. *des. Rub.* d) obtulere *Rub.* e) *ita Rub.;* quorum *c.* f) sub abside in ossibus ex. *Rub.* g) *in loco raso c.* h) *in marg. c.* i) perdedit *Inscr.* k) *in marg. c.:* alias vitam. l) serbavit... *Inscr.* m) resurget *Rub.* n) *ita Inscr.;* gaudia *c.* o) *nunc in lapide legitur* II, *sed post ipsam alteram hastam reliqua pars lapidis defracta est; Rub. habet* XIV *e conjectura ut videtur.*

1) *Idem Agnellus archiepiscopus in Ursiana ecclesia suggestum marmoreum fieri fecit, in quo hucusque legitur:* Servus Christi Agnellus episcopus hunc pyrgum fecit; *Spreti I, tab. IX.* 2) *Totum cap. ex Ann. Rav. sumtum esse puto; cf. N. Archiv I, p.* 339. 3) *Cf. Exc. Sang. ad a.* 565. 4) *Similia habet Marii chron. ad a.* 568. 5) *Unum monasterium ss. Matthaei et Jacobi non longe a Petriana ecclesia commemoratur in laudata bulla Alexandri III, Fantuzzi II,* 139. 6) *Hic lapis mutilus ex ecclesia s. Agathae translatus hodieque servatur in museo archiepiscopali Ravennate; Spreti I,* 210.

DE SANCTO PETRO SENIORI XXVIII.

93. Petrus senior XXVIII. Iste grandaevus aetate fuit[1], senior sensu et corpore, c. 570-78.
capitis canitie decoratus; sanctam et mansuetam vitam duxit. Vere Petrus, quia super firmam petram templum corporis sui haedificavit. Temporibus Simmachi papae Roma in concilio sedit[2], fundavitque ecclesia beati Severi confessoris Christi, sed mors sibi interveniens, [inconsummatam[a]][3] reliquit, in civitate dudum Classis, in regione quae vocatur Vico Salutaris[4]. Iste secunda[5] indictione consecratus est Romae absque ieiunio[b] 17. Kal. Octubris, et reversus in pace, cum nimia alacritate cives Ravennates eum susceperunt; Classis vero occurrit ei obviam ad Nonam. Tunc omnes laetantes dicebant laudes: 'Deus te nobis dedit, Divinitas te conservet'. Tunc pueri ante eum cum laudibus praeibant, ut non solum maiores essent amabiles[c], sed etiam et pusilli.

94. Eo[6] anno occupata Venetias a Langobardis[d] est et invasa, absque bello 568.
expulsi sunt. Anno quinto Iustini II.[e] imperatoris pestilentia bovum[7] et interitus ubique 570.
fuit. Post vero depraedata a Langobardis Tuscia, obsiderunt[f] Ticinum, quae civitas Papia dicitur, ubi et[g] Theodericus palatium[8] struxit, et eius imaginem sedentem super equum in tribunalis cameris tessellis ornati bene conspexi[9]. Hic autem similis fuit in isto[10] palatio, quod ipse haedificavit, in tribunale triclinii quod vocatur Ad mare, supra portam et in fronte regiae quae dicitur Ad Calchi istius civitatis, ubi prima porta palatii fuit, in loco qui vocatur Sicrestum, ubi ecclesia Salvatoris[11] esse videtur. In pinnaculum

a) *deest c.* b) *ita Rub. quoque; tamen locus corruptus esse videtur, nescio an emendari possit:* a (papa) Ioanne. c) *suppl.* ei. d) Logombardis *c., postea const.* Longob. e) *e corr. c.* f) obscid. *c.* g) *superscr. c.*

1) *Ex inscriptione infra n.* 3, *cum imaginem hujus episcopi vidisse haud notaverit Agnellus.* 2) *Non hic Petrus IV, sed Petrus III, cujus vitam Agnellus omisit, cf. supra p.* 310 *n.* 2. 3) *Cf. c.* 98. *Haec ex inscriptione illius ecclesiae nunc deperdita, quam Rubeus p.* 178. *exhibet, sed ipse jam non viderat:*

Ceperat egregius hoc Petrus condere pastor,
In quo nescit eum mors retinere virum;
Sed quae tecta senex necdum perfecta reliquit,
Romae vir natus hocce peregit opus,
Successor prudens Petri pastorque Iohannes,
Qui quod inest tanto tulit honore decus.
Ipse pater populi veniens Romanus ab urbe,
Digna suis meritis haec monumenta dedit.

Huic subnectit Rubeus alteram inscriptionem certe compluribus saeculis post factam. — De hac basilica nunc funditus destructa v. Fabri p. 341. 4) *Cf. c.* 15. 5) *Quae sequuntur fortasse ex annalibus descripta sunt. In numero vero error deprehenditur, quia Agnellus hujus praedecessor currente ind. aut* 2. *aut* 3, *Aug.* 1. *sepultus est. Dies vero certus esse videtur, cum habeamus epistolam Johannis III. papae (in notis ad Gregorii M. Reg. III,* 57. *ed. Bened.) datam* 10. Kal. Oct. imperante dom. Iustino aug., *qua huic Petro pallium tributum est. Itaque Petrus IV. a.* 569. *aut* 570, *Sept.* 15, *consecratus est. Diem emortualem ejus notat noster c.* 97. 16. Kal. Sept. *additque eum sedisse a.* 8, *m.* 2, *d.* 19, *quod quidem cum diebus consecrationis et mortis minime convenit. Attamen post circa* 8 *annos episcopatus eum mortuum esse, ex eo conjicere licuerit, quod ejus successorem Johannem circa a.* 578. *ex. consecratum esse, ex cap.* 98. *computatur. In charta donationis ecclesiae Rav. a.* 572. *factae commemoratur hic Petrus (Marini, Pap. dipl. p.* 137*).* 6) Eo — fuit *ex Ann. Rav.;* Post vero — Ticinum *ex Pauli h. L. II,* 26. 27. *sumere potuit; cf. ibid. II,* 9. 15. *et Marii chron. a.* 569. 7) *Cf. Exc. Sang. et Marii chron. a.* 570. 8) *Cf. Paul. II,* 27*; Anon. Vales.* § 71. 9) *Cf. praef. p.* 272. 10) *scil. Ravennate. De hoc loco et situ locorum ibi commemoratorum perlucide egit Zirardini, p.* 100 *sqq.; cf. infra c.* 119. 11) *Quae in chartis appellatur* ad Calchi *vel* in Calce.

ipsius loci fuit Theodorici effigies, mire tessellis ornata, dextera manum lanceam tenens[a], sinistra clipeum, lorica indutus. Contra clipeum Roma tessellis ornata astabat cum asta et galea; unde[1] vero telum tenensque fuit, Ravenna tessellis figurata, pedem dextrum super mare, sinistrum super terram ad regem properans. Misera, undique invidia passa, cives inter se maximo zelo[b] ..... In aspectu ipsorum[2] piramis tetragonis lapidibus et bisalis[c], in altitudinem quasi cubiti sex; desuper autem equus ex aere, auro fulvo perfusus, ascensorque eius Theodoricus rex[3] scutum sinistro gerebat humero, dextro vero brachio erecto lanceam tenens. Ex naribus vero equi patulis et ore volucres exibant in alvoque eius nidos haedificabant. Quis enim talem videre potuit, qualis ille? Qui non credit, sumat Franciae iter, eum aspiciat. Alii aiunt, quod supradictus equus pro amore Zenonis imperatoris factus fuisset. Qui[4] Zeno, natione Isauricus, et pro nimia velocitate pedum eum Leo imperator generum sumpsit, et maximum apud imperatorem honorem accepit. Hic vero patellis genuculorum non habuit, et sic currebat fortiter, ut arrepto cursu quadrigas pedibus iungeret. Post mortem vero filii sui[5], qui avo Leoni
474. in regno successerat, iste Zeno imperator factus est; sedecim[6] annis gentibus imperavit.
Pro isto equus[d] ille praestantissimus ex aere factus, auro ornatus est, sed Theodoricus
839 in. suo nomine decoravit. Et nunc pene annis 38, cum Karolus rex Francorum omnia subiugasset regna et Romanorum percepisset a Leone III. papa imperium[e], postquam
801. Iun. ad corpus beati Petri sacramentum praebuit, revertens Franciam, Ravenna ingressus[7], videns pulcerrimam imaginem, quam numquam similem, ut ipse testatus est, vidit, Franciam deportare fecit atque in suo eam firmare palatio qui Aquisgranis vocatur.

95. Redeamus ad antiquam historiam, quod in tempore istius Petri pontificis, ut aiunt quidam, factum. Eo namque tempore post fundamentum ecclesiae positum tota Italia vexatione maxima exagitata est. Tunc illis temporibus in[8] Cesarea iuxta Ravenna a Longino praefecto palocopiam[f] in modum muri propter metum gentis extructa est. Deinde paulatim Romanus defecit senatus, et post Romanorum libertas cum triumpho sublata est. A Basilii namque tempore consulatum agentis usque ad Narsetem patricium provinciales Romani ubique[g] ad nihilum redacti sunt[9]. Post haec vero exierunt[10] Langobardi et transierunt[h] Tusciam usque ad Romam, et ponentes ignem, Petram Pertusam[11] incendio cuncremaverunt. Et construxerunt[i] praedicti Langobardi Forum Corneli[12], et cunsummata est civitas ab eis. In diebus illis excitata est gens Avarorum, in Pannonia
c 569. deventi sunt. Narsisque patricius obiit Romae, postquam gessit multas victorias in Italia

a) tenent *c.* b) *quaedam excidisse videntur, in cod. vero nulla lacuna.* c) *Zirardini p.* 112. *emendare vult* basaltis, *sed vix recte; cf. c.* 73. d) equo *c.* e) *ita Bacch.;* imperator *c.* f) *in marg. eadem manu* al. palorum copia. g) ubi *c.;* usque *Bacch.* h) *ita emend. Bacch.;* manserunt *c.* i) *malim* destr. *et postea* cunsumta.

1) *Interpretare: ubi telum tenebat (scil. Theodericus), i. e. dextra parte ejus. Ita saepe noster utitur vocabulo 'unde'.* 2) *Quorum, non constat, cum ignoretur, quanta exciderint.* 3) *Hic igitur altera effigies Theoderici describitur: illa opere vermiculato facta imago, haec statua equestris aerea. De hac cf. Walafridi* versus de imagine Tetrici *ed. Dümmler in Haupt, Zeitschr. XII, p.* 461; *Bock in Jahrb. d. V. v. Alterthumsfreunden im Rheinlande V, p.* 1 *sqq. (*1844*) et L, p.* 1—57. *(*1871*); H. Grimm, Das Reiterstandbild des Theoderich zu Aachen (Berlin* 1869, 8°*).* 4) Qui — gentibus imperavit *ex Anon. Vales. vel rectius Maximiani chron.* § 39. 40, *more suo non modo verbis, sed etiam rebus mutatis.* 5) *Leonis junioris.* 6) *XIV. Anon. Vales., rectius noster.* 7) *Cf. Ann. Lauresh. et Einhardi a.* 801, *SS. I, p.* 38. 190. 8) in Cesarea — extructa est *ex Ann. sumta puto.* 9) *Similia habet Paul. II,* 26, *ex quo tamen haec hausta esse nego.* 10) *Haec usque in finem capitis ex Ann. sumta esse, statuendum est, quamvis quaedam similia legantur Paul. II,* 26. 11. 5, *ex quo tantum* postquam — Romanorum *hausta duxerim.* 11) *Furlo.* 12) *Forum Cornelii supra c.* 79. *ab Antiocho praefecto restitutum esse dicitur.*

cum denudatione omnium Romanorum Italiae, in palatio quievit; nonagesimo quinto vitae suae anno mortuus est.

96. Igitur imperante[1] Iustino[a] II. anno 6. nepos Iustiniani, Alboin rex Langobardorum a suis occisus est in palatio suo, iussu uxoris suae Rosmundae, 4. Kal. Iulias[b]. 572. Iun. 28. Causa[2] vero interfectionis suae[c], quam scimus, non praetermittam, sed alacriter in medio proferam, ut caveatis. Quadam vero die, dum laetus duceret prandii horam, et cibus regius sibi ablatus fuisset, et crapula vini subsecutus esset, inter cetera pocula iussit deferri caput soceri sui, Rosmundae patris. Quod adductum iussit eum implere bacho usque ad summum, et sic eum totum ebibit; biberunt omnes simul vino laetificati. Tunc praecepit rex pincernae implere caput usque ad summum et Rosmunda uxori sua dari. Quod capud erat ex auro ligatum optimum margaritisque et diversis preciosissimis gemmis infixum. Quo porrecto, ait rex: 'Bibe per totum'. Illa mox ut[d] accepit, gemuit, sed fronte serena dixit: 'Iussa domini mei alacriter expleam'. Postquam bibit, reddidit pincernam, dolorem geminavit in corde[3], duritie in pectore servans. Non vagemus per multa, interfectionem prodamus. Vir autem in illis diebus in ipso erat regis palatio vir fortis, nomine Helmegis, qui vesterariam reginae concubitu fruebat. Quem regina accersitum ortabatur, ut regem extingueret. Cui ille renuens voluntati[e], dixit: 'Absit a me, ut manum meam contra dominum meum regem levem. Tu scis, quia vir fortissimus est, et non queo eum superare'. Et illa: 'Quamvis non facias, ne sciat quis'. Et ille: 'Certe numquam hic sermo de ore meo egredietur. Alium adibe interfectorem, ego non facio. Quando hoc facere voluisti, non debuisti te cum eo sociare, sed postquam rex effectus, fidem serva'. Tunc recepit se furibundam in cubiculum suum, cogitare coepit, quomodo maritum posset extinguere. Quae, excogitato consilio, vocavit vesterariam suam et ait ad eam: 'Iura mihi, quod non prodas me neque denudes consilium meum, et quaecumque dixero tibi, facito'. Postquam pollicita est, ut audistis, ait regina: 'Animus meus cotidie mecum expugnat in amore istius iuvenis, qui tecum cuncubuit. Pone ei decretum in occultum locum, quando tecum dormire debeat, et dicito ei: "Repente fruere cuncubitum, quia festinans[f] ego non possum morari". Et induam ego vestimenta tua posita in abdito, et non cognoscar'. Quadam die ille, cum vellet cum vesteraria dormire, sicut solitus erat, illa monita dixit: 'Nisi veneris illa et illa hora in tali abdito loco, non possumus amplexibus constringi, quia frequenter vocata non possum aspectu regina deesse'. Ille autem consentiens: 'Sic fiat', inquit. Fecit illa, ut ammonita fuit, et omnia verba haec retulit regina. Hora[g] autem facta tenebrosa, induit se Rosmunda vestimenta mancipiae suae, et stans in loco, ubi ad cunsummanda iniquitas fieri debere[h], tunc ille veniens, cum coepisset obsculari, subdita et levi voce dixit ad eum: 'Hora est iam, revertar ad dominam meam, ne forte quaesita tribulatio mihi accrescat'. Tunc ille mansit cum ea

a) Iustinio *c.; corr.* II *e* b) Iulius *c.* c) i. s. *in loco raso c.* d) *in marg. suppl. c.* e) volunptati *c.* f) *ita Bacch.;* festinas *c.* g) *in loco raso c.* h) *ita pro* deberet *c.*

1) imperante — Iulias *ex Ann. Rav.; cf. Exc. Sang., quod habet diem* 8. Kal. Iun. *et Marii chron. ad a.* 572, *et quae N. Arch. I, p.* 340. *notavi.* 2) *Pro reliqua hujus capitis narratione Agnellus Pauli hist. Lang. II,* 28—30. *prae oculis habuit, id quod ex singulis locis ad illum propius accedentibus cognoscitur: tamen noster suo more Pauli verba ipsa numquam retinuit, aliis ejusdem significationis quantum potuit usus. Atque vero Agnellus traditionem a Paulo recedentem sequitur, omnia gesta, quae ille de Peredeo refert, Helmechi attribuens, id quod probabilius est et magis cum aliis auctoribus (Mario, Cont. Prosp., Orig. g. Lang.) convenit, Peredei nullam facit mentionem. Praeterea autem noster, dialogos fingens personarum et quae Pauli exponant exornent compleant fabellam res licet commenticias inserens, tanquam carminis epici praebet narrationem. Neque tamen eum, qui aliis multis locis ut c.* 30. 37. *etc. eodem modo res narret, tale carmen novisse puto, statuens tantum, praeter Pauli historiam et Ann. Rav. ex memoria hominum eum hausisse. Verba* C. v. i. *ex Paulo.* 3) altum concipiens in corde dolorem *Paul.*

in eodem loco, illa se prosternente. Postquam[1] expleto scelere dixit ad eum: 'Qua ego sum'? Ille inquit: 'Vesteraria regina'. Cui illa subiunxit[2]: 'Nonquid non Rosmunda regina sum? Nonne dixi tibi, quod sponte facere noluisti, cogam invite'? Ille vero, cum agnovisset, quia regina esset, coepit plorare et dicere: 'Heu mihi, quid[a] induxisti super me hoc peccatum? Quare sine omni occidisti me gladio? Quis thorum regis aliquando maculavit aut reginam oppressit, sicut ego miser'? Tunc illa consolatoria coepit verba proferre et dicere: 'Tace! Hac ad salutem facta sunt; tamen talis inter te[b] et Albuinum regem lis misculata[c] est, ut aut tu illum punieris[2], aut ille suo te gladio truncabit. Antequam haec divulgata sint, primus irrue in eum; et cum dies fuerit aptus, mittam ad te: tu vero veni ad locum paratum, interfice eum'! Diem vero quandam, paratum regale prandium, iocundatus est rex protelante convivium, et bibit tantum vinum, quantum nunquam plurimo biberat tempore, ortante uxore sua. Et postquam se strato suo recepit, Rosmunda ingressa coepit capitis regis capillos huc illuc dividere et cutem unguibus attrectare, quasi pro delectamento ei fuisset. Qui subito somno arreptus, vino cumpulsus, tetigit bis et ter, ut probaret, forte num[d] sopore gravi depressus esset, et misit vocare sceleris sui socium, ut citius veniret. Tunc illa abstulit gladium ancipitem, qui erat ad caput eius, qui utebatur lateri regis, quem spata vocamus, et alligavit[2] iuxta capitalia lecti fortiter cum ipsa lora, qua regi praecingebatur lumbos, quod in ipsa infixa erat vagina. Interfector vero cum venisset, volens a tali evadere scelere, ut in eo[e] manum non mitteret, illa cuntra exprobrabit[f] eum: 'Si proferas, infirmus quod sis viribus et non valeas illum interimere, ego in eum manum extendam. Dic tantum, quod imbecillis sis virtute; modo cunspicis, quid fragilis faciat sexus'. Haec intentio[3] inter eos adcrevit pene hora una. Cumque molesta[g] ei esset et vim faciente, ut regem occideret, subiunxit dicens: 'Gladium eius, quem expavescis, maxime involutum et fortiter ligatum est'. Et ille: 'Tu nosti, vir quia praeliator est et fortis viribus est et validissimus manibus. Multa vicit bella, plurimos subiugavit, inimicorum castra prostravit, depopulatisque hostibus, alterius oppida termino suo iunxit. Et qui haec[h] sine alterius metu omnia quassavit, quomodo eum solus ego possum iugulare'? At illa cum tristitia dixit illi: 'Nullum mihi inpingere[i] crimen aliquod potes[k]. Recordare scelus, quod fecisti; quia si nudatus fueris, morieris; omnes enim praeter regem me diligunt. Si hoc quis scierit[l] facinus, occulte interficere te faciam'. Ad haec verba ille aporiatus, ingressus est cubiculum, ubi rex ex parte vino digesto iacebat; et accessit ad stratum regis, eduxit gladium, ut interficeret eum. Ille vero sentiens, evigilans[4] de somno surrexit. Voluit gladium evaginare, et non valuit, quia colligatus uxoris manibus fortiter fuerat. Tunc arripiens scabellum, ubi pedes ponere solitus erat[5], pro scuto usus est seque modice defendit; vociferansque, nullus erat qui audiret, eo quod iussu uxoris suae, quasi regi quies, omnes ianuae palatii clausae erant. Superatusque rex interfectus est. Volueruntque[6] Langobardi hunc interimere homicidam et reginam cum ipso; sed notum cunsilium, venit Veronam[7], donec furor populi cunquiesceret. Sed iurgantes fortiter Langobardi contra eam, depopulatum palatium, cum[8] multitudine Gebedorum et Langobardorum mense
572. Aug. Augusti Ravennam venit et honorifice a Longino praefecto suscepta est cum omni ope

a) ut *ante* quid *in marg. c. add.* b) *ita emend. Bacch.;* intente *c.* c) miscuata *c.;* nata *Bacch.* d) non *c.* e) ea *c.* f) exprobabit *c.* g) molestia *c.* h) hoc *c.* i) *ita Bacch.;* inpigere *c.* k) potest *c.* l) q. s. *in loco raso c.*

1) Postquam *noster saepe scribit pro* postea. — patrato scelere *Paul.* 2) *Fere eadem verba Paulus.* 3) *Ita saepe pro* contentio; *cf. c.* 44. 100. 4) evigilans — defendit *ex Paulo, verbis mutatis.* 5) scabello subpedaneo *Paul.* 6) *Haec verba propius ad Orig. supra p.* 5. *accedunt.* 7) *Alboin in ipsa urbe Veronensi occisus est.* 8) cum — venit *ex Ann. Rav.; cf. etiam Marii chron.*

regia. Post aliquantos autem dies misit ad eam praefectus, dicens: 'Si caritati mea copulata fuerit et se[a] lateri meo adhaerere voluerit et connubio iunxerit, amplius erit post[b], quam modo regina est. Nonne[c] ei melius est, ut regnum et principatus totius Italiae teneat, quam hoc perdat et regnum amittat'? Illa autem mandavit ei, dicens: 'Si ille vult, infra paucos dies fieri potest'. Die vero quadam, dum balneum parare iussisset, et vir, qui maritum occiderat, lavacrum ingrederet, postquam egressus de balneo, in ipso fervore corporis, quod calor obsederat, attulit Rosmunda calicem potione plenum, quasi ad regis opus; erat enim venenum mixta. Tunc ille sumens de manu eius vasculum, coepit bibere. At ubi intelligens, potum esset mortis[1], submovit ori suo poculum, dedit reginae, dicens: 'Bibe et tu mecum'. Illa vero noluit; evaginatoque gladio stetit super eam[1] et dixit: 'Si non biberis de hoc, te percutiam'. Volens nolens bibit, et ea hora mortui sunt. Tunc[2] Longinus praefectus abstulit omnes Langobardorum thesauros et cunctas opes regias, quas Rosmunda de Langobardorum regno attulerat, una cum Rosmundae[3] et[d] Alboini regis filia ad Iustinianum[4] imperatorem Constantinopolim transmisit; et gavisus est imperator et auxit praefecto plurima.

97. Ideoque viri quicunque coniugati estis, blandite uxores vestras, ne peiora patiamini quam hic. Mitigate illarum furias et litigium vos silete. Sunt qui dicunt: 'Quod ego praecepero, erit stabilis; quod tu dixeris, non fiet'. Si inflammaris, in te ipso verte; nullam inde habeo curam. Non tibi credere potero, quod talem non gustasses calicem, sed propter turpitudinem et verecundiam tacuisti, ut[e] ab aliquo verecundaberis. Profers statim: 'Illa uxor mea, pro qua me derides vel unde subsannas, non damnum meae cupit domui, bene res meas servat, dispositio eius placet mihi'. Aliter non potes dicere nisi verbis pacatis. Quod si non audierit cuniunx, inflammatur diuque litigans, maritus aporiatus, huc illuc vagans coniugis timore. Iste, qui obtinuit regnum, qui attrivit inimicos, qui praelia vicit, qui urbes depopulavit, qui sanguinem effudit, qui civitates evertit, qui hostes humiliavit: videte, quomodo blande interfectus est et plagis corpus percussus est? Quis vir in malum potest habere consilium pestiferum, quomodo iste malignus sensus? Sunt enim nunnulli, qui etiam amicum vel proximum sine cuniugis voluntate in suam non recepit domum, quia uxor super virum primatum tenet; volentes nolentes mulieris voluntatem obtemperant. In crimine cunsiderate Aegiptiam, Gen. 16. in falsitate Iezabel, in seditione Dalida, in morte Iael, in spernentia viri Vastis, in hilaritate Herodiadem, in furore Sunamitem, in ira ancilla principis hostiariam[5]. Hoc vobis dico, quia multos tales invenimus, et maxime derisimus et doluimus. Fratres, homines sumus, sicut fenum decidimus, sed si possimus, antequam veniat mors[f], nulla in nobis mala[g] sit fama, quia et sic[h] docuerunt sancti praedicatores vestri et hic cum ipsis magnus Petrus pontifex, sub cuius temporibus haec peracta sunt.

Mortuus est autem in senectute bona die 16. Kalendas Septenbris, et sepultus est, ut asserunt quidam, in ardica beati Probi confessoris in civitate dudum Classis. In arca magna saxea ibidem positus fuit, iuxta ecclesia beatae Euphemiae[6] quae vocatur ad mare, quam Maximianus pontifex tessellis variis mire ornavit[7], quae nunc demolita est. Exinde ipsa arca evulsa est et in alio loco posita est. Sedit annos 8, menses 2, dies 19[i].

a) sed *c.*; si *Bacch.*; *cf. p.* 351. b) *in marg. c. suppl.* c) Nunc ne *c.* d) *locus rasus c.* e) et *c.* f) moris *c.* g) male s. fame *c.* h) *ita Bacch.*; si *c.* i) XVIII *Cat., Chron. Rav.*

1) *Eadem fere verba Paul.* 2) Tunc — transmisit *magis cum Orig. quam cum Paulo conveniunt.* 3) *Albsuinda fuit filia Chlotsuindae, primae Alboini uxoris; cf. Orig. cap.* 5. 4) *Justinum.* 5) 3. *Reg.* 21; *Judic.* 16; 4, 21; *Esth.* 1, 17; *Matth.* 14, 6; 4. *Reg.* 4; *Joh.* 18, 17. 6) *Cf. c.* 8. 7) *De hoc nihil in vita Maximiani.*

DE SANCTO IOHANNE ROMANO XXIX.

595, Ian. — 98. Iohannes Romanus[a] XXIX. Iohannes 'gratia Dei' interpretatur[1]. Iste non de ovibus istis, sed Romana[2] fuit natione. Hic mediocris statura[3], nec satis longa habuit, nec brevem tenuit. Optimus corpore, nec macilentus, nec multum pinguis. Crispus, capillis capitis canitie mixtis. Post beati Petri amissionem opus incunsummatum, quod reliquerat, id est ecclesia beati Severi iste cunsummaverat[4] et usque ad effectum perduxit, et corpus beati Severi confessoris in medio dedicavit templo[b] .... mira magnitudine visibus ornavit. Sublatum est ab eo sanctum corpus de monasterio sancti Rophili, quod ad ipsius ecclesia latus suffultum est, virorum parte, et in media ecclesia conlocavit.

Paul. IV, 10. Temporibusque istius mense Ianuario apparuit stella cometis mane et vespere, et in ipso mense praedictus defunctus est pontifex, et sidus recessit. Iste, ut dixi, Romae natus, ab ipsa sede hic missus, doctrinam apostoli instanter praedicabat, et ut omnes a peccato

595. Ian. 11 se averterent. Postquam autem obiit hic beatissimus Iohannes die 11. mense Ianuarii[5], sepultus est in ecclesia beati Apolenaris civitatis Classis extra muros, in monasterio sanctorum Marci, Marcelli et Feliculae[6], quod ipse a fundamentis haedificavit et tessellis decoravit, et omnia cunsummavit. Et super valvas dicti monasterii versus metricos continentes invenietis ita:

'Inclita praefulgent sanctorum limina templo
Marci, Marcelli Feliculaeque simul.
Pontifices hos Roma cepit, haec[c] martir habetur.
Horum Gregorius dat papa reliquias,
Quas petit antistis meritis animoque Iohannes,
Parvula pro summis reddere dona parat.
Oraculum statuit, tanta virtute repletus,
Cuius ab auspicii[d] gratia extat opus.
c. 592. Qui bis septeno sacri[e] diadematis anno,
Tractatu vigili quo regit ecclesiam,
Hanc quoque regentem reverendi[f] culminis arcem
Iunxit[g] et eventum traxit ad arbitrium.
Miranda subito subpendens arte cacumen,
Inflexum reparat partis utraeque[h] latus.
Additus[i] his meritis felix Smaragdus[8] in aevum,
Cuius in his titulis participantur opes'.

Sedit annos 16, mense 1, dies 19[k. 7].

a) secundus *eadem manu in marg. add.* b) *quaedam excidisse videntur, licet in codice nulla lacuna sit.* c) *ita Rub.;* hanc *c.* d) auspiciis g. et e. *Rub.* e) *ita Rub.;* sacris *c.* f) verendi *Rub.* g) Vixit *c. Rub.;* Fixit *Bacch.;* Struxit? Finxit? h) uoraque *c.;* parte ab utraque *Rub.* i) Additur *Rub.* k) XVIII *Cat.*

1) *Isid. Etym. VII,* 9, 12. 2) *Hoc ex inscriptione supra c.* 93 *n.* 3. *allata discere potuit. Cf. hujus Johannis epist. ad Gregorium M. papam in Greg. M. Reg. III,* 57*:* recolo me in sinu atque in gremio sacrosanctae ecclesiae vestrae Romanae enutritum et Deo auxiliante provectum. 3) *Eadem fere verba c.* 57. 4) *Ex inscriptione modo laudata.* 5) *Annus, quo Johannes defunctus sit, cognoscitur ex registro Gregorii M., cujus postrema epistola ad hunc (Reg. V,* 15*) data est* 594, *mense Novembri; et* 595, *Febr.* 13. *scribit ad Castorium responsalem suum diaconum Ravennae constitutum:* Nimis nos Ioannis fratris et coepiscopi nostri mors cognita contristavit *etc. De hoc Johanne III., de quo noster tam pauca habet, plura scimus ex epistolis Gregorii ad eum scriptis Reg. I,* 37. *II,* 35. 40. 46. *III,* 56. *V,* 1. 11. 15*; cf. IV,* 39. *V,* 24. 6) *Cf. Greg. M. Reg. VI,* 1. 29. *X,* 30. 7) *Numeri mensium ac dierum num veri sint, mihi dubium. Ex iis enim computatur, Johannem esse consecratum a.* 578, *Nov.* 22, *quo tempore sedes Romana vacabat. Nam Benedicto I. papa a.* 578, *mense Julio exeunte mortuo, Pelagius II. demum Nov.* 27. *consecratus est.* 8) *exarchus.*

DE SANCTO MARINIANO XXX.

99. Marinianus XXX. Iste Romana[1] natione, rubea visu[a] fuerat forma, tensa et longa facies, glavaneo[2] fulgebat oculi, et in omnibus valde decorus, nepos praedicti Iohannis[3] praedecessoris sui fuit. A beatissimo* Gregorio Romae consecratus fuit et ab eo hic missus est. Et[4] cum voluisset ex hac cathedra evadere, ne pontifex esset, dicebat, se tanti honoris pondera adinplere non posse. Tunc beatissimus papa Gregorius coepit cunsolatoria verba reficere, dicens: 'Ego propter te unum parvulum faciam[b] librum. Tene eum cotidie prae manibus tuis, semper in ipsum intende, observa verba illius libri et esto securus ab omni formidine'. Et scribens Librum Pastoralem[5] et misit ei, dicens: 'Frater carissime, propter te hunc feci librum, serva diligenter, sic edoce gregem tuam[c], sicut hic continet. Sis cum sacerdotibus tuis et cum universa plebe, ut securus possis dicere in examinis die: Ecce ego, Domine, et plebs mea[d] mecum'. Et accipiens beatus Marinianus, erat cotidie legens in eo et observans[6]. 595. Iul. in.

100. Non fuit iste, ut ceteri, qui res ecclesiae devorat pro episcopati honore; etiam alterius sumunt munera, et debitores fiunt; et si contingerit orta intentio de duabus personis, sic mercantur sui honoris dignitatis, quomodo aliquem venundet. Et mittunt inter se exploratores, quantam ille largire pecuniam vult. Et cum nunciatum fortasse quingentos solidos, ille econtra deridit, quia pauci sunt. 'Ego', inquit, 'mille dabo. Interrogo[7], dicite[e] domino ordinatori meo: melius est illi, mille solidos accipere quam illi pauci'. Nesciunt miseri, quia Simoniacas hereses sectantur. Et quomodo nesciunt, quando protestatur[f] pontifex[8], dicens: 'Vide, ne per dationem[g] aut repromissionem quasi[h] Simoniacus es'? Et ille vetat. Non utrorumque suorum malorum conscii sunt[i]? Occulte tribuunt et accipiunt, et palam omnibus negant. Cur non recordamini miseri? Quod coram hominibus negatis, patefiet coram divinis oculis, coram angelis et arcangelis, et coram principatibus et potestatibus, coram tronis et dominationibus, coram caelestibus exercitibus et virtutibus, omnia occulta et secreta ibidem publicabuntur. Vis pervenire

*) *In marg. c.:* Iste fuit consecratus a beato Gregorio papa circa annum Domini 598.

a) *ita emendavi;* in se *c.* b) l. f. *corr.* f. l. *c.* c) *ita c.* d)meam *c.* e) dicente *c.* f) *ita Bacch.;* p̄testantur *c.* g) *ita Bacch.;* dicionem *c.* h) quia *c.;* quin? i) consensunt *c.*

1) *Hoc ex epitaphio infra c.* 103. *discere potuit, id quod ex multis Gregorii M. epistolis constat.* 2) *Hoc tantum loco occurrit vocabulum, quod idem significare videtur, quod 'glaucus'.* 3) *Num hoc verum sit et unde Agnellus hauserit, ignoratur; in Greg. Reg. non relatum est.* 4) *Cf. Greg. Reg. V,* 48, *ubi postquam Andreae scholastico retulit, Donatum archidiaconum et Joannem presbyterum a clero Ravennate electos ab ipso reprobatos esse:* His igitur remotis, *inquit,* cum ad eligendum de suis a nobis partes urgerentur, et nullum se habere ad hoc officium faterentur idoneum, ... tandem venerabilem fratrem Marinianum presbyterum, quem diu mecum didicere in monasterio conversatum, communi concordantique voce atque consensu saepius petiverunt. Cui refugienti diversis modis vix aliquando potuit suaderi, ut eorum praeberet petitioni consensum. *Ex qua epistola nescio an noster sua sumserit. Ex eadem patet, Marinianum a.* 595. *circa mensem Julium esse consecratum, qui jam synodo Romae* 595, *Jul.* 5. *celebratae* episcopus civitatis Ravennae *subscripsit. Mense Augusto Gregorius eidem pallium transmittit (Reg. V,* 56*).* 5) *Liber pastoralis non ad Marinianum, sed ad Johannem ejus praedecessorem scriptus est. Verba Gregorii quae noster affert ibidem non leguntur.* 6) *Breviter moneo, multo plura quam noster narrat de hoc episcopo nobis nota esse ex Greg. Reg., ubi vide ep. V,* 23. 25. 26. 28. 48. 56. *VI,* 1. 2. 24. 29. 30. 31. 34. 61. *VII,* 19. 42. 43. *VIII,* 15. 16. 20. *IX,* 10. 67. 79. 96. 125. *X,* 7. 8. 30. *XI,* 6. 7. 8. 26. 32. 33. 40. *XII,* 5. 24. *XIII,* 17. *XIV,* 6. *Spurium privilegium Gregorii Mariniano datum exhibet Rubeus p.* 189, *alii.* 7) *i. e. rogo.* 8) *An Gregorius M.? In ejus operibus saepe similia, eadem vero verba non invenies.*

ad culmen dignitatis? Conspice labores certaminis. Quid tibi prodest vestem induere preciosam, cum anima diaboli sit laqueo capta? Num parum tibi videtur ecclesia tenere regimen? Si considerare vultis, episcopus plus est quam rex. Rex purpuratus et auratus, sedens in trono regali, semper de morte cogitat, gladii conscius, semper, ut effundat sanguinem, pensat. Episcopus vero de salutatione[a] animae, de inpiorum poena solicitus, de paradisi gaudia. Videte quales inter utrumque: rex, ut demoliatur corpora, episcopus, ut coronetur anima; rex, ut captivos ducat[b] rebelles, episcopus, ut emat captivos, redimat[c] et absolvat; iste, ut quieta nocte somnum ducat, ille nocte tota in laudibus persistat divinis. Et quid plura? Etiam et ipse rex episcopus, ut pro eo Deum deprecetur, rogat. Sufficiant ista: satis de [his[d]] vobis dixi, non monendum, sed ad memoriam revocandum. Iste qui non ex nostro fuit ovile, videte, quomodo pie tenuit archieratica sede, monitus apostolica dogma.

Paul.IV,14. 101. Istius[1] igitur temporibus circa commorantes marina litora maximeque ac civitate Ravennate[e] gravissima peste vastati sunt. Et volutati anni circulo IV,15. Veronenses cives valida mors consumpsit. Post hoc visum est terribile in caelo signum, et velut hostes[2] sanguinei per totam noctem dimicantes, et lux clarissima lustrata est. Et in[f] ipso anno Theodepertus rex Francorum cum Lotbario patruele suo bellum cummisit, eiusque exercitus vehementer attritus est. Post aliqua evoluta IV,17. tempora Benedicti patris coenobium, quod situm est in castro Casino, nocte a Langobardis IV,20. praedatum[g] est, tempore Bonifacii[3] abbatis. Captaque est inter haec Agilulphi regis filia cum Gudescalcho viro suo ab exercitu Galicini patricii, de civitate Parmense[4], et IV,25. in hac urbe Ravennae capti ducti sunt. Hic[5] quoque vita[h] privatus, Smaragdus patricius ordinatus est, qui postea ab honore patriciatus a Gallinico[i] abiectus[k] est, et ipse sibi dignitatem assumens. Tunc Ravennenses cives indignati, proiecto Gallinico temerario, Smaragdum[l] in loco pristino restituerunt.

IV,26. 102. Mauricius vero augustus, post[m] 21. annum inperium tenuit, cum suis filiis Theodosio et Tiberio et Constantino a Foca ipse, stratore qui fuit Prisci patricii, occiditur. IV,27. Igitur, ut diximus, senper bellum fuit inter Ravennenses et Langobardos, et discordia grandis propter filiam suam, quae capta a Ravennantibus fuerat. Et propter ipsam iram civitas Cremona a praedicto capta et distructa est rege, et IV,29. Mantua nimis vexata est et disrupta. Regnante Foca anno secundo, indictione 8, 604. Mart. beatus Gregorius migravit ad Dominum, successitque eum Savinianus. Fuitque in ipso tempore validum frigus; messes vero vastatae[n] a muribus sunt, et alia percussae uredine. Et in eodem anno in populo famis valida, quia frugalitas omnis parva et rare inveniebatur, sicut nunc est temporibus nostris. Idcircum hoc factum est, ut indicium amissae praedicationis de morte beati Gregorii a Deo per ipsam famem validam ostenderetur[6], quia cibus animae praedicatio[o] divina est, corporis vero omnis frugalitas.

c. 606. Oct 23. 103. Igitur, ut diximus[7], mortuus est hic beatissimus die 10. Kalendas Novembris[8], et sepultus est in ardica beati Apolenaris, extra muros Classis, cum multis lamentationibus. Et est ibi epithafium exaratum ita:

a) salvatione *Bacch.* b) ducant *c.* c) *ita Bacch.;* redumat *c.* d) *deest* 2. e) Raven̄ *c.* f) *superscr. c.* g) pdatum *c.* h) *bis scr. c.* i) *ita c. cum nonnullis codd. Pauli.* k) obiectus *c.* l) Smagradum *c.* m) postquam *Paul.* n) vastante *c.* o) pdicatio *c.*

1) *Sequentia duo capita ex Paulo excepit, verbis, ut solet, quam plurimum mutatis.* 2) quasi hastae sanguineae *Paul.* 3) *Boniti.* 4) de civ. Parm. *ad* Gudescalco *pertinent apud Paulum.* 5) *Quae sequuntur finxit Agnellus ex Pauli verbis:* repulso apud Ravennam Gallicino, rediit Smaracdus, qui prius fuerat Ravennae patricius, *duos, ut videtur, discernens patricios, Gallicinum, ut supra scripserat, et Gallinicum.* 6) *Similia Paulus habet.* 7) *Minime, non dixit.* 8) *Quo anno Marinianus defunctus sit, non satis constat. Sed eum quidem Gregorio M. supervixisse scimus, amen non multo post illum mortuum esse conjicere, licet.*

'Sanctificus[a] senper monitis, memorande sacerdos,
Hoc positus tumulo, Mariniane, iaces.
Corpore defunctus, tamen est[b] tua fama superstes[c],
Artus obit terris, lux tua facta tenet.
Moenibus his veniens Romana antistis ab urbe,
Tutasti precibus sanctae Ravennae tuis[d].
Cuncta salutifero disponens tempore secla,
Te pius[l] in populo, Christo rogante[e], dedit.
Quod tamen his tenplis meruisti[f] sumere busta,
Te placuisse Deo, tanta sepulcra probant.
Utque vices cuius[g] gessisti rite sacerdos,
Ipsius inque locis sit tibi sancta[h] quies'.

Sedit annos..., menses..., dies....

DE SANCTO IOHANNE XXXI.

104. Iohannes[i. 1] XXXI. Hic plenus corpore[3], pulcer forma, pinguis facie, magnos habens oculos, alacri vultu, decorus aspectu*. Iste non ut dominus, sed ut pius pater ovium fuit, mansuete cum eis vixit, ab omnibus dilectus, inreprehensibilis vir, pater orfanorum, viduarum lacrimis consolator[4], pupillorum defensor, egenorum tributor, elisorum erector, compeditorum[k] absolutor et omnium bonorum sectator, magis in Dei laudibus gloriosus. O qualis iste, et quales modo sunt! Non laniavit oves, sed de fructu gregis semper sua erat refecta mensa, et comedebant in laetitia, exultans[l] cum sacerdotibus et universa plebe. Sed tales hodie non sunt. Ergo quales sunt? Nonne sunt episcopi ut illi et accipientes Spiritum sanctum in hora ordinationis sicut et ipsi et sunt episcopi similiter sanctificati? Sed multo magis dissimiles ab illis, quia illi pro[m] ipsorum animabus, qui partem rerum maximam suarum ecclesiis obtulerunt et ecclesias inclitaverunt, cotidie cum lamentationibus preces Deo dabant et ex ea[5] captivos redimebant, et pro talibus beneficiis peccatorum[n] expiabantur, et cotidie in orationibus misericordem Dominum deprecabantur. Modo vero non sunt tales isti ut illi. Sunt nunnulli, qui tali dono quondam[o] ecclesiae cuncesso canes nutriunt, pauperes proiciunt, aucupes gubernant, accipitres fovent et scurriles delectantur cantus; sacerdotes proiciunt, officiales ecclesia repellunt et omnis suffocant ecclesia coetus; et quod peius est, venundant frumentum ecclesia et oleum et humida vina, et faciunt ex illis pondera argenti et auri dabuntque principibus et potestatibus, ut demergant sacerdotes suos, etiam plebem universa. Illi, ut superius audistis, tribuebant ad redimendum, isti vero nunc[p] modo ad interimendum. Non sunt memores sermonis illius prophetae, qui ait: 'Principes tui in medio tui sicut leones rugientes atque animas comedentes per potentiam'. Qui sunt isti principes nisi miseri episcopi, qui res ecclesiae deglutiunt et sacerdotes suos spernunt, per occasiones res eorum auferunt et nulla illis[q] solatia impendunt, sed etiam quod illorum est auferunt? Soph. 3, 3.

*) *In marg. add. c.:* Floruit circa annos Domini 568. tempore Foce imp.

a) Sanctificis *Rub.* b) *ita Rub.;* et *c.* c) *ita Rub.;* superque *c.* d) Ravene t. *c.;* Ravennatium *Rub.* e) regente *Rub.* f) meruisset *Rub.* g) *ita Rub.;* ovis *c.* h) causa *Rub.* i) tertius *eadem manu in marg. suppl.* k) compeditoȝii *c.* l) exultas *c.* m) ꝑ *c.* n) *fortasse* peccata eorum. o) *ita Bacch.;* quandam *c.* p) i. ut nū *c.* q) illi *c.*

1) *scil. Gregorius papa.* 2) *De hoc episcopo hujus nominis quarto nihil compertum habemus. Neque Agnellus quidquam praeter nomen et annos, menses, dies episcopatus afferre valuit; secundum quos ille sedit circa a.* 606—612. 3) *Ubi viderit imaginem, non indicat auctor.* 4) *Eadem fere jam supra de pluribus aliis episcopis dicta; v. c.* 19. 21. 34. 5) *scil. ex parte rerum oblatarum.*

Ex ope ecclesia non participantur[1], sed sua perdunt. Audite improperium vestrum,
Prov 28,15. Salomonis verba: 'Leo rugiens et ursus esuriens princeps superbus super populum humilem'. Cur non recordamini inspectores episcopi, ecclesiae praesules, quod cum
Matth. 24,44. euangelium dicit: 'Quia qua hora nescitis Dominus vester venturus est'? Cur non pie vivitis et datis exemplum viventibus, ut ex vobis doctrinam sumant et pie in Christo vivant? Si autem aliquem corripere volumus, statim improperat nobis vocem derisionis plenam: 'Tu quis es? Melius es illo et illo episcopo'? Ego vidi illum talem inspectorem dantem de sua mensa panem canibus, vidi talem currentem cum equo secus canes et leporem, vidi illum manibus suis tenentem accipitrem[a]: et tu mihi praedicas? Ecce cum[b] talia et his similia audimus, confusis ab ipsis recedimus. Dicite mihi inspectatores: Unde divitia habetis? Nunquid ex vestris parentibus? Non, sed ex dimissione hominum mortuorum ecclesiae ditatae sunt. Pro qua igitur causa ipsam dimissione fecerunt, nisi ut eorum animas per vestras intercessiones mundaret et ablueret Deus per eas? Quare sanctorum patrum regulam transgredimini et relinquitis, quae praeceperunt, dicentes: 'Episcopi res ecclesiarum[c] tanquam commendaticias, non ut proprias utantur'? Dicite mihi: cum egressi fueritis de corporibus vestris, si[2] non ipsi querelaverunt adversus vos, et dimiserit vobis Deus hoc peccatum? Etiamsi dederitis[d] elimosinam ex[e] ipsis rebus, quam mercedem habebitis? Non ex vestra substantia, sed de praecessorum munere[f]. Sicut enim dominus, qui vocat villicum suum et iubet illi, ut dispendio familiae suae det centum modia tritici, et ille aliquantum teneat sibi et non omnia expendat, et qui sunt ex cunservis nuncient domino suo de eo, qui non tribuit totum, sed fraudulenter tenuit, flagellatus a domino, et moveat eum de villicatum aut foras proiciat, aut, quia missionem non explevit, mittatur in carcerem: ita et
Luc 12, 44.45 de vobis talem protulit euangelista sententiam, dicens: 'Quod si dixerit servus ille in corde suo: mora facit dominus meus venire, et coeperit percutere pueros et ancillas, edere et bibere et inebriari; veniet dominus servi illius in die qua non sperat et hora quam nescit, et dividit[g] eum partemque[h] eius cum infidelibus ponet'. Miseri! de vobis dicta sunt, qui regimen ecclesiae suscepistis, qui inreprehensibiles esse debetis absque ulla macula. Et cum rapti fueritis a morte in tali negligentia, qualis perditio est, tum episcopus[i] rapitur
1.Thess.5,2. ad supplicium, et populares invitentur ad regnum, quia dies Domini sicut fur in nocte ita veniet. Sed, patres mei, [non[k]] incaute agite, in vice apostolorum sitis, illorum tenetis cathedras, per illorum discurrite vias, ut in eorum ordine cunnumeremini.

Sed hic beatissimus Iohannes, qui pontificium humiliter regit, omnibus vitae suae laetos duxit dies. Rexit in pace ecclesiam suam, divina inplens mandata. Obiit corpore, sepultus est, ut aestimo[l], in ardica[m] beati Apolenaris. Sedit annos 5, menses 10, dies 18.

DE SANCTO IOHANNE XXXII.

105. Iohannes[n.3] XXXII, mansuetus et humilis vir, sapiens corde[4], prudens in verbis, pulcra habuit eloquia, honestam duxit vitam moresque bonos de mellito[o] sermone. Praedecessorum suorum ammonitiones inlaesas et incolumes custodivit. Hic autem, aiunt quidam cives, et civitatem Classis ab hostili populo ope multa ecclesiae tribus vicibus emit[5], non solum civitatem, sed et abitantes in ea cum suburbanis suis omnibus, ut

a) ancipitrem *c.* b) eum *c.* c) eclesiam *c.* d) E. ille deritis *c.* e) et *c.* f) sed deprecessor anime *c.* g) vidit *c.*; dividet *Bacch.* h) *ita Bacch.*; patremque *c.* i) cum ēpo *c.* k) *deest c.* l) extimo *c.* m) *ita Cat. et Bacch.*; archa *c.* n) quartus *in marg. eadem manu.* o) *ita Bacch.*; molito *c.*

1) *scil. sacerdotes.* 2) *i. e. an.* 3) *Hic Johannes* tertio iunior *in charta donationis a.* 623 *(Marini Pap. dipl. p.* 147*) occurrit. Nonnulli crediderunt, hunc cum praecedente Johanne eundem esse; quod vero minus probabile, quia noster utriusque annos, menses, dies ex catalogo, ut videtur, affert. Ex quibus numeris computatur, hunc sedisse circa a.* 613—632. *Cf. Amades. I,* 197. 4) *Fere eadem c.* 8. 5) *His temporibus Classem civitatem a Langobardis obsessam esse vel captam, nusquam traditur. Ex Droctulfi epitaphio (Paul. III,* 19*; cf. III,* 13).

fatus[a] sum, emit*. Nam observans euangelica verba, et cotidie intendebat, quod dicitur: 'Discite quid est, misericordiam volo et non sacrificium'. Audite igitur per Matth. 9, 7.
prophetam: 'Nonquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo[b]'? Ps. 49, 13.
Audi et alium prophetam, Esayam, filium Amos: 'Cum extenderitis manus vestras, aver- Ies. 1, 15.
tam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis preces, non audiam'. Quare? Ubi
est ergo David: 'Invoca me[c] in die tribulationis tuae, eripiam te, et magnificabis me'? Ps. 49, 15.
Certe et alter propheta: 'In die tribulationis clamabunt, et exaudiam'. Modo quid? Ubi cf. Ps. 85, 7.
ergo Esaya vaticinium, quod dixisti: 'Haec dicit Dominus: Cum deprecatum eum fueris, cf. Ies. 58, 9.
adhuc te loquente dicet: ecce adsum'? Et e cuntrario dicit: 'Avertam oculos meos a Ies. 1, 15.
vobis'. Una vox laetificat nos, alia cuntristat. Et quare nos non exaudiet Deus invo-
cantes se? Immo exaudiet, sed moriamur. Audi: 'Quare manus vestrae sanguine Ies. 1, 15-18.
plenae sunt? Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis
meis; quaerite iudicium, subvenite oppresso, defendite viduas, et venite et arguite me,
dicit Dominus'. Et iterum: 'Vae, qui iustificatis impium et pro munere cundempnatis Ies. 5, 20. 22.
iustum. Vae, qui dicitis bonum esse malum et malum bonum dicitis, quia non est id. 57, 21.
impiis gaudere, dicit Dominus. Sed si auferas a te omnem vinculum iniquitatis et verbum id. 58,
murmurationis et des esurienti[d] panem tuum ex animo et animam humiliatam satiaberis', 6. 7. 10.
Ysaias dicit, 'erit Deus tuus tecum semper et non declinabit a te. Tunc clamabis, et id. 58, 9.
Dominus exaudiet te; adhuc te loquente, dicet: ecce adsum'. Videte, quomodo cito
exaudiet Deus observantes praecepta sua! De iustis audi iterum David: 'Iunior fui et Ps. 36, 25.
senui, et non vidi iustum derelictum neque semen eius quaerens panem'. De pecca-
toribus autem quid scriptum est? 'Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iusti- Ps. 49, 16.
tiam meam et sumes testamentum meum per os tuum'? et cetera usque: 'intelligite, qui ib. v. 22.
obliviscimini Deo, ne quando rapiat, et non sit qui eripiat'. O karissimi, hic sermo
ante oculos vestros cotidie stare debet, ut, quantum soliciti sumus de timore, tantum
nobis proficiat ad salutem. Vae anima illa, quae sic rapitur, quomodo accipiter aves.
Hora egressionis animae nihil nobiscum tollimus nisi peccata quae gessimus. Subsan-
namur e malignis spiritibus, deridemur ab ipsis, et coartant sine misericordia. Cum
male attrectemur[e], dicunt: 'Iste christianus mentitus, Christi opera in eo non invenimus.
Ecce iste iudex captus est; en iste rex lapsus est. Non quomodo una obnoxia persona, sic
iste sacerdos in profundum praecipitatus est'? Ante humanos oculos quietum iacet corpus,
sed non videtur, qualiter a malignis spiritibus trahitur anima ipsius ad poenam. Et non
solum inspectores ecclesiae pro se examinantur, sed pro ovibus suis et pro omni populo,
qui sibi commissum est. Popularis homo fortasse pro anima sua patitur[f] poenam,
inspectores pro toto grege. Si in tenebras exterioris immittendus est, quod animam non
ad Christum adtraxit, ubi mittendus est illi, qui christianas animas perdidit? Non prae-
dicasti, tacuisti; non adquisisti; adquisitas et qui Deum serviebat cur[g] vexasti, aut
quare adflixisti? Quare in iudicio, ubi sedebas[h], periurii cunscius fuisti? Quare cri-
minis auctor? Quare homicidii cunscius? Nonne canon praecepit, ut episcopus nullam
curam secularium[i] per semet ipsum sumat, ut[k] lectionis vacet, euangelium assidue legat
et doceat? Si hoc non vis sectari, imitare isto sancto viro, aequipara[l] beatum istum
Iohannem, redime captivos, erue iuxta prophetam eos, qui ducuntur[m] ad mortem, prae-

*) *In loco raso marginis eadem manu:* Classis civitas enpta a Iohanne archiepiscopo Ravenate, que fuit destructa a Liutprando[1] rege Longobardorum proditione civium, ut supra.

a) factus *c.* b) *ita Bacch.;* parabo *c.* c) Invocate *c.* d) et deservienti *c.;* da esurienti *Bacch.* e) atratemur *c.* f) patietur *bene emend. Bacch.;* pariter *c.* g) cum *c.* h) sedebis *c.* i) seculariam *c.* k) nisi *c.;* ń *scriptum pro* ŭ. l) equiperā *c.* m) *ita Bacch.;* dicunt *c.*

constat, circa a. 580. *Classem a Faroaldo, haud dubie duce Spoletano, fuisse occupatam. Haec potius ad Johannem VI, qui saeculo VIII. sedit, spectare videntur.* 1) *Qui multo tempore post hunc episcopum vixit.*

dica, doce, releva labentem ovem, non te iustis[a] separare a fratribus tuis, ut una cum ipsis beatus sis et gratia Dei in vobis vacua non sit.

Paul. IV, 32. 106. In huius igitur temporibus Agilulphus rex Langobardorum pacem cum Smaragdo patricio facta, per annum unum, stabilis fuit. Post namque annum expletum Balneum Regis et civitas Tusciae quae cognominatur Orbevetus ab exercitu invasae sunt Langobardorum. Et in mense Aprilis et Maio stella comis in caelo apparuit.

IV, 34. Et iterum fecerunt Romani pacem cum praedicto rege tribus annis. Post haec autem invasa est Neapoli a Iohanne, et non post dies aliquos[1] Eleutherius postquam expulit, interfecit eum. Et dum cum victoria reverteretur[2], patriciatus dedignatus est fascibus, quamvis eunuchus fuisset, imperii iura suscepit. Qui egressus de Ravenna Romam vellet ire, a militibus in castro Lucceolis gladio peremptus est; cuius caput cunditum[2]

IV, 35. sacco[b] Constantinopolim imperatori delatum est. Eo quoque tempore praedictus rex Agilulphus notarium suum Stabilisinianum ad Focacem[c] imperatorem legatum misit, deinde cum legatis imperatori revertens, pacem inter utrumque facta, aliquantos annos quieta fuit Italia.

IV, 36. 107. Igitur, ut diximus[3], Focas, extincto Mauricio eiusque filiis, Romanorum invadens regnum, per [octo[d]] annorum curricula principatum tenuit. Postulante beato Bonifacio papa statuit, Romana ut ecclesia omnium ecclesiarum et capud esset et sedis, quod antea Constantinopolitana ecclesia prima vocabatur[4]. Iterumque petit ab eo praedictus[5] papa, ut in veteri fano, quod Romani pantheon vocabantur[e], destructa ydolorum sordes, ut ecclesia sanctae et intemeratae virginis Mariae et omnium sanctorum Dei martirum vel cunfessorum fieret, atque firmarentur, [ut[f]] ubi omnium cunventus daemonum cungregabantur, et ibi omnium sanctorum et Dei electorum memoria veneraretur[g]. Interea exagitatum est bellum in Orientis partibus et Aegyptiorum. Prasini et Veneti[h] inter se civili certamine gravissimas strages mactantes, multas[6] Romanorum provincias, etiam et ipsam Ierosolimam captaverunt et ecclesias depraedantes, ad nihilum redierunt[i], et opes ecclesiae ornamentaque detulerunt, et ipsum vexillum sancta qua[k] redempti sumus crucis auferentes, depopulaverunt et secum detulerunt. Heraclianus vero, qui in illis diebus Affricam regebat, cuntra hunc Focacem rebellavit, atque veniens cum exercitu, privavit eum regno et vita; Eraclius, eiusque filius, rem Romanam publicam regendam suscepit. His itaque transactis, defunctus est hic beatissimus et sepultus est, ut suspicatus sum, in ardica beati Apolenaris. Sedit annos 18, menses 6, dies 8.

DE SANCTO BONO XXXIII.

c. 633-641. 108. Bonus XXXIII.[7] iste nomine et operibus simul, macilenta et rubea effigie, plano[1] capillis capite, canitiei ornatus et omni gratia plenus[8]. Et si fortasse quis secum cogitet, dicat aut alios interroget, quomodo iste vel unde scire poterat horum sanctorum effigies, quales fuerunt illi, si macilentes, si pingues, nulla dubitatio inde adcrescat, quia pictura insinuat mihi illorum vultus.

109. Ab istius tempore vexationes gentium coeperunt crescere et fluctus illidere; sed iste de oratione consuetus[m], non cessabat preces assidue Deo dare. Pro fidelibus orabat,

a) sinas *Bacch.* b) *ita Bacch.;* saxo *c.* c) *ita c. cum nonnullis Pauli codd.* d) *deest c.* e) quod pantheum vocabatur *Paul.* f) *deest c., ex Paulo inserui.* g) veneraret *c.* h) geniti *c.* i) *ita pro* redegerunt *c.* k) ꝙ *c.* l) *cf. c.* 57. m) et suetus *c.*

1) non multos post dies *Paul.* 2) *Haec ex ingenio fingens addidit auctor.* 3) *C.* 102. 4) se scribebat *Paul.* 5) Idem alio papa petente iussit *Paul.; ille scilicet Bonifacius III, hic Bonifacius IV. papa.* 6) *Hic Pauli verbis* Persae quoque adversus rem publicam gravissima bella gerentes *aut auctoris aut amanuensis incuria omissis sententia plane perversa est.* 7) *Neque etiam de hoc episcopo praeter haecce paucissima quae noster tradidit quidquam compertum habemus.* 8) *Eadem fere c.* 53. 69. 93. *et saepius.*

ut proficerentur, pro infidelibus, ut ad gratiam pervenirent; quia, antequam destruatur mundus, omnes ad Christum cuncurrent. Audi David: 'Reminiscentur[a] et cunvertentur ad Dominum omnes tribus terrae et adorabunt ante cunspectum gentium'. Videte, quomodo ante iudicii diem omnis mundus post Christum ibit, et adorabunt solum Deum viventem in secula seculorum. Dic et cetera, o rex: 'Et adorabunt eum omnes reges terrae, et omnes gentes[b] serviunt ei'. Et Paulus apostolus clamat: 'Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret'. Et quare non credunt modo? Quia eorum obdurata sunt corda et clausa sunt viscera. Illud velamen, quod Moyses habuit in facie, illorum infixum est cordibus. Et si velatum cor habent, quomodo ergo Ezechiel clamat: 'Auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum, et scietis[c], quia ego Dominus'? Data sunt illi[d] carnea corda, sed duritia illa semper in eis adcrescat. Audi apostolum: 'Secundum duritiam autem tuam et impoenitens cor tesaurizas tibi iram in die irae et indignationem iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua'. De eorum duritia audi ipsam veritatem: 'Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae[e]'. Apud Deum omnia possibilia sunt. Et quare non suscitavit? Si voluit, quis cuntradixit ei? Cum solus omnium dominator suscitavit sanctos apostolos, qui ex Abrahae propagine fuerunt, cuius vos imitatores estis et eorum gestatis figuras. Recordamini, solicite rogo, sancta ecclesia inspectores, quamvis sublimem teneatis sedem, tamen mortales estis, semper soliciti, semper pavidi. Audite per prophetam: 'Vos sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis'. Et filius praedicti prophetae: 'Beatus homo, qui semper est pavidus; qui vero mentis est durae, corruet in malum'.

Ps. 21, 28. Ps. 71, 11. Rom. 11, 25. 26. Ezech. 36, 26. 38. Rom 2, 5-6. Luc. 3, 8. Matth. 19, 26. Ps. 81, 7. Prov. 28, 14.

Obiit autem hic beatissimus praesul die 7. Kal. Septembris[1] in senectute bona, sepultusque est in pace in basilica sancti Apolenaris sacerdotis et martiris in Classe. Sedit autem annis..., menses..., dies....

641 vel 642, Aug. 26.

DE SANCTO MAURO XXXIIII.

110. Maurus XXXIIII. Iste fortis fuit viribus; diaconus huius ecclesiae fuit et yconomos[f. 2] et abba monasterio sancti Bartolomei extitit, ubi nunc, uti conspicitis[g], ego sum, Deo favente, ex dimissione Sergii diaconi[3], patruelis mei. Hic praedictus, ut dixi, pontifex multas vexationes cum Romano pontifice habuit, multa certamina, multas turbines, multas altercationes[4]. Multis vicibus Constantinopolim attigit, ut ecclesiam suam ab iugo vel conditione Romanorum everteret. Factumque est ita, et[5] subtracta est Ravennatis ecclesia, ne unquam deinceps pontificis Romanae sedis ad cunsecrationis Romam iret futurus pastor Ravennensis ecclesia, seu nec illum regimen super se haberet, neque sub illius Romani pontificis ditione foret aliquando, sed hic cunsecrasset suum electum a tribus suis episcopis, palliumque ex[h] imperatore Constantinopolitano deferebat. Si nos discurreremus per multa et longinqua itinera, per ordinem narrare potui, quomodo hoc factum est aut pro qua causa vel quibus ingeniis. Si hoc facere voluimus, ut per omnia discurramus, cartas et atramentum expendo[6], et vos expectantes tardabitis[7]. Diaconus[i] et

c. 642-671.

a) Remiscentur *c.* b) gens *c.* c) siesis *c.* d) *ita pro* illis *c.* e) Abrahee *c.* f) ycomonos *c.* g) u. c. *in marg. suppl. c.* h) et *c.* i) Diaconi *c.*

1) *Ex successoris historia constat, ante a.* 649, *et si anni sequentibus episcopis ab Agnello tributi veri sunt, quos cur reprobemus nulla est causa, circa* 641—642. *eum diem obiisse, computatur.* 2) *Idem ac in fine hujus capitis* vicedominus. 3) *Cf. infra c.* 149. 4) *Multo tempore autem Maurus cum apostolicis concordissime vixit. Habemus enim ejus a Martino papa ad synodum Romanam a.* 649, *mense Octobri celebratam invitati epistolam (Mansi X,* 883*), qua animo erga sedem apostolicam satis dedito scribit, ipsum quidem, quominus ad synodum veniret, esse impeditum, vicarios vero mittit et orthodoxae fidei professionem facit.* 5) *Haec —* deferebat *maximam partem ex privilegio Constantis imperatoris p.* 350 *n.* 7 *allato, ut videtur.* 6) *Eadem verba in prologo libri.* 7) *Tamen c.* 112. *haec fusius narrat.*

vicedomini istius ecclesiae fuit, monasterium beati Bartolomei apostoli[1], ubi ego abbas esse videor, ipse tenuit seculum [illud[a]].

111. Igitur misit ad rectorem suum Siciliae[2] nomine Benedictum diaconum, qui igitur in tempore regebat curam de causis hac[b] rebus Ravennensis ecclesia, manipularium suum, voluit ipsum rectorem Siciliae cunstituere, per epistolam dicens[3]: 'Satis nobis servitium placuit. Senuisti; revertere ad sanctam matrem ecclesiam, ubi nutritus fuisti. Tenpus est iam, ut videam te, et istum nostrum manipularium constitue rectorem post te. Si fieri potest, non sit tibi gravis haec nostra admonitio; quod si tibi grave est hoc huius[4], vide, quomodo eum ad nos remittas'. Ille autem, sciens voluntatem pontificis, honoravit eum diversis exeniis[c] et donis, auro argentoque, vasis cuncupiscibilibus atque promiscuis aliis[d]. Cum vero deducti fuissent ad navem, obsculati sunt se invicem, et valedicentes ei, dedit illi trecentos aureos et misit illum opimum[e] ad pontificem suum. Tunc praedictus Benedictus diaconus venit iterum[5] in Siciliam, exinde[6] honeratis dromonibus quinquaginta milia modiorum tritici, sine quavis aliis aristis aut legumina, pelles arietum rubricatas et iacintinas casulas[7] et pluviales syrias[f] exornatas, laenas et cetera indumenta, vasa de auricalco et argentea, solidorum aureorum triginta unum milia. Ex his quindecim milia in palatio Constantinopolitano et sedecim milia in archivo ecclesia deportavit. Haec pensio omni anno solvebatur, triticum vero semper ad mensa unde[g] pontifex vescebatur. Reversus vero manipularius pontifici narravit omnia quae gesta sunt, et indicavit de donis quod ei largitus est, et egit gratias absenti viro. Post tertium annum iterum misit eum, qui antea fuerat, in Siciliam ad praedictum diaconum, occasione data pro orto, quem tenebat, accessionem faceret, ut iterum muneraret eum. Et misit, ut, si non possit difinire causam: 'Ne quis invadat, etiam Constantinopolim pergite et imperatori supplicate'. Ille vero, postquam legit missam sibi epistolam, suscepit eum honorifice et dixit illi: 'Ortum, de quo agitur, die domino meo, nos habemus. Cras maneamus illuc, et causam, pro qua tu missus es, sic faciam, quod tu nunquam ad Siciliam desideres venire'. Qui tribuit ei[h] argentum multum ponderaque auri plurima. Et ultra non fuit ei, postquam Ravennam attigit, necesse ad Siciliam remigare.

112. Contigit eo tempore, ut papa Romanus[8] mitteret ad eum legationem, ut

a) *deest c.* b) *pro* ac. c) exemiis *c.* d) prom. paliis *c.; an* paraliis? e) *ita Bacch.;* optimum *c.* f) sericis *emend. Bacch.* g) inde *c.* h) *superscr. c.*

1) *De hoc monasterio nihil constat, in vetustioribus chartis tale non occurrit; tamen id situm fuisse intra urbem Ravennam, conjicere licet, cum Agnellus, quamvis saepe ejus mentionem faciat, numquam de situ quidquam addat; cf. c.* 64. 136. 149. 158. *Idem monasterium commemoratur, ut videtur, in bulla Alexandri III. papae a.* 1169 *(Fantuzzi II,* 139*).* 2) *Patrimonii Siculi Ravennatis ecclesiae jam supra c.* 31. *mentio facta est; cf. Gregorii M. Reg. XI,* 8, *cujus tempore valde diminutum erat.* 3) *Agnellus, ut solet, non ipsa verba epistolae reddidisse, sed mutasse vel abbreviasse vel de suo aliquid addidisse mihi videtur.* 4) *Suppl.* officium *vel* munus. 5) *Potius remansit in Sicilia, ut ex iis quae praecedunt et sequuntur apparet.* 6) *Quae sequuntur, ut praecedentia, ex epistolis vel etiam rationibus archivi Ravennatis sumsisse videtur, quae more suo ampliavit exornavitque.* 7) *Cf. Isid. Et. XIX,* 24, 7*:* Casula est vestis cucullata *etc.* 8) *scil. Vitalianus (*657—72*), ut conjicere licet ex privilegio Constantis II. imp. (qui in eodem* Constantinus *scribitur) a.* 666, *Mart.* 1. *Mauro episcopo dato, quod exstat in Agnelliano codice Estensi et quod ab Agnello visum esse puto. Hujus autographum cum aliis privilegiis imperatorum in pugna Fontanetensi a.* 841. *deperditum esse videtur; cf. c.* 174. *Hoc minime nobis suspectum, Bacchinii editione a V. Cl. Lodio praefecto bibl. Estensis benigne cum codice nobis rogantibus collata, repetimus, paucos tantum locos nimis mendosi apographi emendare conati:* Privilegium Constantini, Eraclii imperatorum ad Maurum archiepiscopum Ravennatem. Preceptum atque fidelem animum sanctitatis vestre, quod circa nostrum pium imperium que hactenus exhibuit ipsius perfectio operis nostram sepe demonstrant pietatem; et quod

Romam pergeret, volens eum subiugare suae ditioni. Qui accepta epistola legit et cumplicuit, aiens ad legatos apostolicae sedis: 'Quid est hoc, quod facere nitimini? Nonne inter nos statutum est et sacramentum cunfirmatum, ut nec ille adversus me vel meam ecclesiam, neque sui posteri successoresque meos inquietent? Meum cyragraphum apud se habet, et ego illius detineo, post omnia inter nos cunscripta et sacerdotum meorum et illius manibus roborata. In ipsius manibus praecepta pagina confirmata sunt. Etiam vos ipsis ibidem literas exarastis. Haec iussa non cunsentio. Revertamini ad eum, qui vos misit, et quod audistis nunciate'. Qui reversi nunciaverunt per ordine gesta re[a]. Tunc indignatus papa iussit scribere epistolam obligationis, anathematis vinculis innodatam, et ipse manu propria subscribens: ut, si non ad apostolicam sedem Maurus archiepiscopus veniret, non haberet licentiam missas canere, nec nullus homo ad eius communicationem accederet, neque quicumque clericus[b] se illi adhaereret, nec ad sacrumsanctum altare cum ipso accederet, nec ullam oblationem cum eo vel pro eo offerret. Quicumque autem temerarius fuisset, non observasset, Iudaicis esset vinculis alligatus et a regno Dei alienus fuisset[1]. Haec omnia inserta in epistola deferunt legati Romanae sedis, pontifici Mauro Ravennensis civitatis obtulerunt. Quam accipiens Maurus antistes,

a) gestare *c. pro* gestas res. b) clerus *c.*

propositum suum erga nostrum servicium amplius quam amplius vivaciter exerceat, non solum suggestio gloriosi exarchi nostri, unde prestita sibi indicat solatia, verum et tue relatio sanctitatis per Reparatum Deo amabilem presbiterum et vicedominum missa, per quam etiam, ut multo amplius protectores existere debemus Christo dilecte nostre Italie provincie vel sancte eius Ravenatis ecclesie. Et ideo boni pastoris pro commisso ovili curam gerentis opus est, pro quo et cungruam dispositionem pro salute nostre Christo dilecte Italie provincie agendam, precepimus per nostram piam iussionem Gregorio exarcho nostro et hortamur sanctitatem vestram in omnibus pro nostro servicio cuncursum habere. Quia autem et pro sue postulavit protectione ecclesie, credimus eam iam satisfactam esse, quia nichil neglectum est, quod ad salutem, stabilitatem vel honoris augumentum vestrum vestreque ecclesie pertinet, privilegiis eam munientes, [pro *add. c.*] quibus ab omni maioris sedis ditione exui et sui esse iuris eam sanctamque eius apostolicam [post eam *c.*] ecclesiam sancivimus et firmam, stabilem atque inconvulsam manere iussimus perpetuo. Sed et nunc pro ampliori alacritate mentis eius per presentem nostram piam iussionem SANCIMVS amplius securam atque liberam ab omni superiori episcopali conditione manere et solum orationi [solam orationē *c.*] vacare pro nostro exorando imperio et non subiacere pro quolibet modo patriarche antique urbis Rome, sed manere eam autocephalon et sanctam eius apostolicam [post eam *c.*] ecclesiam cum omnibus sibi pertinentibus per diocesim et parochiis ordinatoribus, sicut reliqui metropolite per diversas rei publice manentes provincias, qui et a propriis consecratus episcopis, utens videlicet et decore palei, sicut nostre divinitatis sanctione superna inspiratione prelargitum est. Oportet namque nos eximia devotione honorare eos, qui se nostro servicio toto mentis intuitu instanter devoverunt. Quid vero amplius est honorabile quam ea, que ita a nobis pie tractata sunt, pertinentia ad honorem sacerdotis devoti atque sinceri, nobis nimium (dilecti) parentis [n. apparentis *c.*]. Provide hortamur paternam beatitudinem vestram, omnipotentem Dominum incessanter orare pro dilatanda credita nobis ab eius maiestate Romana re publica. Fiat! Litere imperatoris. Datum Kal. Martias Syrasusa. Imperantibus dominis nostris piissimis perpetuis augustis Constantino maiore imperatore anno xxv. et post cunsulatum eius anno xxiiii. [xiiii *c.*], atque novo Constantino, Heraclio et Tiberio a Deo coronatis filiis [cunseruati filii *c.*]. Constantini quidem anno xiiii, Eraclio autem et Tiberio anno vii. *Vocabulum* SANCIMVS *litteris magnis cursivis chartarum antiquarum papyracearum similibus exaratum eidemque superscriptum est:* litere imperatoris.

1) *Num Agnellus talem epistolam viderit, mihi valde dubium est, cum ne nomen quidem papae tradat; cf. inscriptionem c.* 114. *Praeter nostrum et allatum privilegium ac paucos Libri pontificalis locos infra laudandos de hoc Mauri schismate nullos habemus fontes.*

tristissimas legit literas. Qui et iste ira repletus, non[a] specie furiae, sed quasi furor inrevocabilis, scribens et ipse epistolam similiter obligationis ex anathemate commissa, ut nec ille papa licentiam haberet missas canendi, sicut nec iste; ad instar Romana epistola suam scribere iussit misitque Romam ad praedictum papam. Quam lectam proiecit a se, iterumque iussit colligi. Post haec voluit dirigere legatos Constantinopolim ad inperatorem[1], ut eo coherceret Maurum archiepiscopum, ad cuncilium Romam iret, quomodo ausus fuisset magistrum suum obligationis epistolam mittere. In tali vero obligatione mortui sunt ambo. Ex illa vero die nec Romae oblationes pro eo offerunt, nec hic pro isto[2]; sed tantum omni ebdomada, die quinta feria post vespertinum officium expletum conveniunt presbiteri, diacones, subdiaconi et[b] clerici, ingrediuntur in secretarium et dividunt inter se bucellam panis et botulos singulos, ciatum vini; et dicit presbiter vel quicumque in ordine prior est: 'Requiem aeternam donet dominus Deus anima illius, in cuius commemorationem hac sumpsimus', et ceteri dicunt: 'Iubeat Deus'; et his dictis recedunt. Aiunt alii, quod post mortem ipsorum, post plura tempora Romae in concilio hanc causam discussam fuisset[3]. Qui providentia episcoporum quasi pro depositione illorum inciderunt summitatem cunpadis pedis dexteri[4]. Sic illi, sic isti.

113. In hora autem mortis[c] suae vocavit omnes sacerdotes suos, plorans coram eis, petens veniam, et dixit ad eos: 'Ego ingredior viam mortis, contestor et moneo vos, non vos tradatis sub Romanorum iugo. Eligite ex vobis pastorem, et cunsecretur a suis episcopis. Pallium ab imperatore petite. Quacumque enim die Romae subiugati
671. fueritis, non eritis integri. Et his dictis obiit; sepultusque est in ardica beati Apolenaris, mirae sepulturae. Ibi fuit lapis pirfireticus ante praedictam arcam, preciosissimus et valde lucidissimus in modum vitri. Et apertis ianuis, quae respiciunt ad ecclesiam beati Severi, intuisset quis illum lapidem, sicut in speculum tam[d] homines quamque animalia sive volatilia vel qualiscunque res inde transissent, enigma quasi [in[e]] speculum videri potuisset. Sed pene annos 12, tempore Petronacis pontificis Lotharius augustus tol-
829. ex. — 830. in. lere iussit[5], et in capsam ligneam super lanam inclausit et Franciam deportavit et super altarium sancti Sebastiani, mensam ut esset, posuit. Praeceptum mihi a pontifice fuit, ut ego illuc issem, ne caementarii incaute agerent, frangeretur; sed corde dolore pleno in partem aliam secessi.

114. Iste corpus beati Apolenaris, qui dudum in ardica ipsius conditum a Maximiano praesule cum Iuliano argentario fuit[6], exinde tulit et in medio templi collocavit; et ipsius martiris historiam laminis argenteis infixit[7]. Epitaphium vero desuper invenies scriptum continente ita[8]:

a) nu *c.*; in *susp. Bacch.* b) subdiaconū cl. *c.* c) mortui *c.* d) *ita Bacch.*; nam *c.* e) *suppl. Bacch., deest c.*

1) *Constantem II.* († 668) *vel ejus filium, Constantinum Pogonatum.* 2) *Cf. Lib. pont.: (Leo II. papa),* sed et ne Mauri quondam episcopi anniversitas aut agenda celebraretur prohibuit. 3) *De tali concilio nihil constat.* 4) *Hoc quid sibi velit non intelligo.* 5) *Hoc circa finem a.* 829—830 *in. factum esse puto, quo tempore Lotharius I. in Italia morabatur, quamvis tunc eum Ravennae fuisse nesciamus. Quod si verum est, haec Vita a.* 841 *ex. vel* 842 *in. scripta est. In prius iter Italicum Lotharii a.* 824—825. *med. hoc revocari non potest, quia jam Vita Petri IV. (c.* 94*) a.* 839. *scripta est.* 6) *Fortasse Suessiones, quo corpus sancti Sebastiani a.* 826. *translatus est; cf. Mabillon, Acta SS. ord. Bened. IV,* 1, 383 *sqq.* 6) *Cf. c.* 77. *et inscriptionem apud Spreti I,* 279, *nr.* 215, *quam noster haud dubie vidit.* 7) *Anno* 1173, *cum de corpore sancti Apollinaris inter monasteria s. Apollinaris in Classe et s. Apollinaris novi contentio orta esset, hae tres laminae, quibus brevis sancti vita inscripta erat, cum corpore inventae esse dicuntur; v. relationem inventionis ex nostro cod. Est. editam Murat. SS. I,* 2, *p.* 541*; cf. Rubeum p.* 241*; Spreti I,* 280. *II,* 359. 8) *Cum Bacchinio sequentes versus inanes ineptosque emendare despero.*

'Prima fides, nostrisque pater promiserat olim
Perspiciendum oculis et legis voce vocandum,
Christum concrebrans[a], Christum sonasti[b], omnia Christum,
O nomen praedulce Mauri pontificis, lux et decus,
Praesidiumque nostrum, requies o certa laborum!
Blandus in hore sapor, flagrans odor, irriguus fons,
Castum amor, pulcra species, sincera voluntas.
Si gens[c] surda neget sibi tot praeconia de te,
Tam multas rerum voces elementaque tanta[d]
Vidisti, angelicis comitatum coetibus[e] alte
Ultima quam spacium non mensurabile tendit.
Currens namque gradibus regumque[f] sedens,
Praemia digna ferens; quae te tam laeta tulerunt
Eloquia merito primi sequaces defuisti.
Tam generis tibi celsus apex, quam gloria fandi;
Inviolatus amor[g], castae[h] praeconia vitae.
Ore decens, bonus ingenio facundus et omni[h*],
Vota probantur Deo meritisque faventia sanctis.
Omnia quae voluisti, prosperaque vidisti et idem.
Optasti quicquid, [sic[i]] contigit, ut voluisti.
Creditus et vitas hominum rationi medendi,
Inde et perfunctae manet hac reverentia vitae.
Virtutibus tuis ad culmen tuam relevasti[k] sede,
Serta tenens apostolica, ad iura propria collocasti.
Nunc etiam manes placidus pia cura restrictus[l],
Et nunc perpetuus[m] sentiris sub humo[n] sepulcri.
Corruptela patris nascentem turbida carnis,
Progenies, Christum invenies de corde parentem'.

Et ante ipsam arcam invenies in pavimento tessellis exaratum continentem ita:
'Hic requiescit in pace Maurus archiepiscopus, qui vixit annos plus minus[o] LXVII. Qui tempore domni Constantini imperatoris liberavit ecclesiam suam de iugo Romanorum servitutis'.

Sedit annos 28, menses 10, dies 18.

DE SANCTO REPARATO XXXV.

115. Reparatus XXXV. Iste iam senior aetate, et eius macilenta effigies erat in ecclesia beati Petri[1]. Hic Ravenna episcopus a tribus suis subfraganeis ordinatus est, ut mos est Romanus pontifex consecrari. De monasterio sancti Apolenaris quaesitus est, hic Ravenna non longe a posterula Ovilionis in loco qui vocatur Moneta publica[2]; exinde[3] abba fuit. Et[4] istius ecclesiae vicedominus fuit, post pontificem similiter tenuit principatum. Temporibus Constantini[5] imperatoris maioris, patris Eraclii et Tiberii, 671—677.

*) Hic fuit archiepiscopus Ravenn. circa annos Domini 668. *in marg. cod.*

a) *fortasse* concrepans. b) sonat *emend. Bacch.* c) *ita Bacch.;* signentes *c.* d) tante *c.; versum deesse Bacch. opinatus est.* e) *ita Bacch.;* celtibus *c.* f) regemque *c.; ante* gradibus *quaedam excidisse opinatur Bacch., qui* sedentem *edidit.* g) *ita Bacch:* tuors *c.* h) *ita Bacch.;* castrā *c.* h*) ore *Bacch.* i) *deest c.* k) *ita Bacch.;* revelasti *c.* l) restractus *c.;* retractus *Bacch.* m) perpetuis *c.;* perpetuo *Bacch.* n) honor *c.;* honore *Bacch.; legere possis* humore. o) plurimos *c.*

1) *In Classensi, ut videtur, postea terraemotu destructa (c.* 151*); cf. finem hujus capituli.* 2) *Cf. Zirardini p.* 27. 3) *i. e.* ubi, *scil. praedicti monasterii, postea vocati* in Veclo, *abbas.* 4) Et — fuit *et* Temporibus — obtinuit *ex diplomate supra p.* 350 *n.* 8. *edito sumta videntur.* 5) *Constantis II.*

Constantinopolim perrexit, et quicquid imperatori postulavit, obtinuit. Inter ceteras confirmationes exarare iusserunt tale praeceptum[1], ut nullus sacerdos vel quicumque clericus qualibet censum in publico dedisset, non ripaticum neque portaticum vel siliquacio aut teloneum[a] nullus ab eis exigere debuisset. Et iterum statuit atque decrevit, sive ecclesia sive ex monasterio vel commenditos[b] ipsius ecclesia aut stratores[c] vel staurofori a quocunque iudice aut exactore aut qualibet potestate essent subiecti nisi tantummodo pontifici aut rectori ecclesiae[2]. Et hoc decrevit, ut in tempore consecrationis non plus quam octo dies Roma electus moram invertat[d. 3]. Et iussit[4], et[e] eorum effigies et suam[5] in tribunali cameris beati Apolenaris depingi et variis tessellis decorari, ac subter pedibus eorum binos versus metricos describi, continens ita:

'Is igitur socius meritis Reparatus ut esset,
Aula novos[f] abitus fecit flagrans[g] per aevum'.

Et super capita imperatoris invenies ita: 'Constantinus maior[h] imperator, Eraclii et Tiberii imperator[i]'.

116. Verus pastor pie cum ovibus vixit. Non sub Romana se subiugavit sede[6]. Sublevavit ex paupertate sacerdotes, ditavit et ampliavit cleros, non eorum abstulit, ut modo faciunt, sed ex ecclesia minoribus tribuebat maioribusque augumentabat. Oves gaudebant ecclesia, pullulabat doctrina, per diem noctem vigilat. Non fuit cupiditate plenus, non timidus, non elatus, non invidus, non castromagiae[k] amator, repellens philargiriam, cenodoxiam recusabat, fugiebat[l] accidiam, spretor superbiam. Talis fuit, sicut
Ioh. ev. 1, 47. dixit Dominus: 'Verus Israelita, in quo dolus non fuit'. Quomodo recordamur seniores dicere de bonitatibus pontificum, et modo multa in eis mala conspicimus? Ipsi, qui vas fractum[m] sanare debuerunt[n], sanum ipsi cunfringunt[o]. Heu quanta nos cooperiunt lamenta, quanti nos luctus, et quantis impedimur[p] lacrimis fletibusque et singultibus! Et qui in simplicitate cordis Deum deprecari debent, maxime blasphemant, et commissa[q] peccata, ut liberentur a malis pastoribus, deposcunt[r]. Haec oratio in peccatis est iuxta
Ps. 108, 7. illud: 'Et oratio eius fiat in peccatis'. Sed melius est a Deo cotidie clamando liberari,
Ps. 80, 8. quam tacendo sub impiorum manibus redigi. Scriptum namque est: 'In tribulatione
Ps. 49, 15. invocasti me, et liberavi te', et alibi: 'Invoca me in die tribulationis tuae, et eripiam te, et magnificabis me'. Haec promissa firmiter teneamus, quia exaudiet et liberat Deus petentes se in tempore angustiae. Moises clamando liberatus est de manu Pharaonis; Ezechias clamando ex[s] caelis angelum promeruit, qui pro eo centum et octuaginta quinque milia ex Assiriorum castris prostravit; Petrus orando ereptus est de manu Herodis. Quis deprecatus est Deum non dissimulando, sed ex totis viribus, non est ereptus de

a) telonem *c.* b) *ita etiam c.* 151. c) structores *c.* d) invectat *c.* e) ut *c.* f) *ita Bacch.;* nonos *c.* g) flagrare *Bacch.* h) *ita Inscr.;* maius *c.* — Heracl. *Inscr.* i) *ita Inscr. et c.; lege* imperatores. k) castra margie *c.* l) *ita Bacch.;* rugiebat *c.* m) *ita Bacch.;* fructum *c.* n) *ita Bacch.;* deluerunt *c.* o) cunfrigunt *c.* p) *ita Bacch.;* impedimen *c.* q) amissa *c.* r) deposcant *c.* s) et *c.*

1) *Hoc si Reparato jam archiepiscopo datum est, Constantinus Pogonatus ejusque fratres Heraclius et Tiberius concesserunt.* 2) *Exstat fragmentum diplomatis papyraceum ed. A. Mai, Auct. cl. V,* 362, *ubi legitur:* Sacerdotes, clerum, tonsos, sanctimoniales feminas, actores ecclesiasticos, domesticos aut commendatos ecclesiae diverso sexu, staurophoros, cophreas, stratores vel cunctam familiam sanctae Ravennatis ecclesiae .... nullus praesumat eos ad publicam functionem aut districtionem adducere pro qualibet causa, sed sub vestra potestate successoribusque vestris constituimus dirigendum et iudicandum. *Verisimile igitur est, hoc esse Constantino Pogonato attribuendum et a nostro visum.* 3) *Cf. c.* 24. 4) *scil. Reparatus.* 5) *Hodieque exstant imagines, Constantinus Reparato privilegia porrigens, et altera hujus capitis inscriptio (Corp. Inscr. XI, nr.* 294). 6) *E contrario in Lib. pont. V. Doni legitur:* Huius temporibus ecclesia Ravennas, quae se ab ecclesia Romana segregaverat causa autocephaliae, denuo se pristinae sedi subiugavit. Cuius ecclesiae praesul nomine Reparatus e vestigio, ut Deo placuit, vitam finivit. *Verum in medio stare videtur.*

manibus inimici? Audi Dominum in euangelio dicentem: 'Iudex erat in civitate, qui Luc. 18, 2. 3.
Deum non timebat nec hominem verebatur. Vidua quaedam molesta erat ei cotidie
dicens: Vindica me de adversario meo' et cetera. Ait autem ipse Dominus: 'Deus autem ib. v. 7.
non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte'? Ideo oportet
semper orare et non deficere, sicut iste sanctus pontifex orationibus omnia obtinebat
magis quam pretio. Mortuus igitur et sepultus est in ecclesia beati Apolenaris. Epi-
taphium ipsius deletum est. Obiit, ut diximus, 3. Kalendas Augusti[1]. Sedit annos 5, 677, Iul. 30.
menses 9[a], dies ...

DE SANCTO THEODORO XXXVI.

117. Theodorus XXXVI. Iste iuvenis aetate, terribili forma, orridus aspectu et 677–691, Ian.
omni fallacitate plenus. In ecclesia Apostolorum hic Ravennae a suis episcopis cunse-
cratus fuit. Plures malitias de eo seniores nostri retulerunt. Miror, quomodo die uno
in suis malis actionibus sedem obtinere valuit. Usque istius ingressum statuta ecclesia[b],
quae in tempore Felicis papae inter sacerdotes, clerum et[c] archiepiscopum facta sunt,
permanserunt. Crudelitatem ipsius in medium proferamus[d]. Quartam[2] a clericis sub-
ripuit. Scripta statuta ecclesia....[e] continebatur, rogo praecepit cuncremari. Pon-
dera panium[f] constituit, vini minuit mensuras. Deinceps multa et alia addidit grava-
mina, quae hic, dum ad cetera ire conor, lacrimante calamo adsignare non valeo.

118. In diebus igitur illis facta est famis valida in tota terra ista, et ipse deglu-
tivit[g] totius regionis frumentum. Cum vero sacerdotes non invenirent unde emerent,
ierunt ad illum supplicantes, ut auxilium tribueret illis. Ille autem accersitum archi-
diaconum nomine Theodorum et archipresbiterum[h] similiter nomine Theodorum[3],
dixit ad eos: 'Dicite sacerdotibus ecclesiae et clero universo: "Quare vos inopia
famis cunsumit? Si dimittitis omnem quartam ecclesiae et tantum per anni
circulum pro quarta[i] donum accipiatis secundum providentiam pontificis, modo
relevabo inopiam vestram". Qui diu castigati, gravescente fame, cunsenserunt; et
ab illo tempore quarta a clericis istius ecclesiae sublata est usque in praesentem
diem. Consuetudo vero Ecclesii[k], quae in singulis voluminibus per unumquodque offi-
cium erat scripta, abstulit et igne cunsumpsit. Quadam die sedens in cathedra digni-
tatis, dum murmur sacerdotum et clericorum esse adversus eum de consuetudine Ecclesii[l],
quomodo unus ex officio habere potuisset, videns se superatum, palam omnibus dixit:
'Credite mihi, filii, quia ego in omnibus vestram consuetudinem non usurpo, sed magis
augumento'. Et data obligatione in ecclesiae coetu, ut quicumque ex illis consuetudines,
ubique scriptas reperissent, ante eum allatae fuissent. Quod, cum multae cedulae[m] ante
eum allatae fuissent, in machinatione cordis mala placuit illi. Ille vero quasi cum gaudio
accepisset, serena fronte coram omnibus, sed in pectore vulnus saevissimum erat, dixit
iterum illis: 'Exquirite etiam adhuc, ut inveniatis, et fiat cunfirmatio talis inter me et
vos, ut nunquam inter vos et meos posteros[n] lites adcrescant. Illi iterum abierunt et
scrutati sunt diligenter, quas mox, ut invenire potuerunt, adduxerunt ad illum. Ille vero
fraudulenter simulabat omnes cedulas et ait ad illos: 'Ite[o] modo, ut mecum volutem,

a) VIII *Cat.*; m. VIII d. XXVI *Rub.* b) Ecclesii *emend. Bacch.* c) et c. archiepc̄m *c.*; *fortasse* et cl. archiepiscopalem. d) p feramus *c.* e) *quaedam excidisse videntur, licet in cod. nulla lacuna.* f) panuū *c.* g) deglituit *c.* h) *ita Bacch.*; archiep̄um *c.*; *cf. c.* 121. i) quarte *c.* k) *ita Bacch.*; ecclesia *c.* l) ecclesie *c.* m) *in marg.* al. sedule *eadem manu c.* n) posteres *c.* o) ītē *c.*

1) *Annus obitus cognoscitur ex loco Libri pont. p.* 354 *n.* 6. *allato.* 2) *V. c.* 60. *bullam, qua inter alia constitutum est, ut quarta redituum ecclesiae pars clero distribuatur.* 3) *Eundem fuisse putarim, qui Theodori archiepiscopi vices gerens sextae universali synodo Constantinopolitanae interfuit.*

qualiter cunfirmem, et nunquam causatio iteretur'. Et accepta omnia coartans in volumina singula, in fornace istius balnei igne cuncremavit. Talia iste cum suas oves egit periuria pontificis, et seductio mala decepit. Utinam quia non cathedra pastoris, vel etiam loco mercenarii tenuisset! Iste in sua sede ut lupus in grege, leo inter quadrupedia, geracis[1] inter volatilia, procella in maturis fructibus[a]. Quid illi profuit pontificium? Qui etiam usque hodie, quando sepulcrum eius clerici mentiuntur[2], qui etiam post curricula annorum fortasse 180[3], corpus eius ubi umatum et destructum requiescit, maledictionem et cunvitia dicunt. Etiam ceteri, qui ignorant, ad[b] scientes dicunt: 'Insinuate nobis, ubi requiescit ille iniquissimus praesul[4]'.

119. Tempore namque illo aedificatum est monasterium beati Theodori dyaconi a Theodoro patricio[4] non longe a loco qui vocatur Chalchi, iuxta ecclesiam beati Martini cunfessoris qui vocatur Caelum aureum, quam Theodoricus haedificavit rex[5], sed sub potestate istius pontificis relatus. Fecit supradictus patricius et exarchus calices aureos tres in hac sancta Ravennate[c] ecclesia, qui sunt in praesentem diem. Cotidieque cuncurrebat ad monasterium sanctae Mariae qui vocatur Ad Blachernas, ubi Deo volente ego abba existo; et ibidem requiescit cum Ageta[d] coniuge sua. Et fecit thecam super ipsius virginis altare[e] ex blacta[6] alithino preciosissimam, habentem historiam, quomodo Deus fecit caelum et terram et creaturas mundi et Adam et progenies illius. Quis similem cunspexit? Deo favente usque hodie permanet. Ecclesia vero beati Pauli apostoli, posita est prope Wandalariam[7], ipse cum isto pontifice exaltaverunt et adauxerunt[f], quia antea sinagoga Iudeorum describebatur.

120. Istius patricii temporibus coepit Iohanicis[8] nomine in eius palatio hic Ravennae sapientia pullularet. Causa vero, pro qua in medio proferamus, non tacitam relinquamus. Contigit eo tempore, notarius praedicti exarchi divino iussu mortuus est, pro quo lamentabatur patricius, non solum pro morte eius, sed plus, quia non habebat similem virum sapientissimum, qui potuisset epistolas imperiales cunponere vel ceteras scripturas cartulis, quas necesse erat, in palatio perficere. Cum autem ille suis suam tristitiam indicasset, dixerunt ad illum: 'Nullam dubitationem dominus noster ex hac abeat causa. Est hic adolescens unus Iohanicius nomine, scriba peritissimus, in scripturis doctus[g], in sapientia fecundus[h], in consilio providus, in sermone verax, cautus eloquio omnique scientia plenus, nobilissimis[i] ortus natalibus. Si mox iusseritis venire et ante tuum cunspectum adstare, tunc placebit tibi, Grecis et Latinis literis qui eruditus est'. Quo audito verbo, quod dicebatur, exilaratus, praecepit eum venire. Et stetit ante eum, despexitque eum in corde suo, eo quod brevis erat forma et indecoris aspectu. Horruit
1. Cor. 1, 27. visibilia, dilexit postmodum invisibilia. 'Infirma[k] mundi elegit Deus, ut cunfundat[l] fortia'. Patricius autem cunversus ad obtimates huius civitatis dixit: 'Putatis, quod ipse hoc palatium per[m] suam scientiam tuere poterit? Non puto'. Et dixerunt ei: 'Iubeat dominus noster interrogare eum; quod si non valet, recedat'. Iussitque deferri epistolam, quae ad se de inperatorem venerat Grece scriptam, dixitque ei patricius: 'Lege'. At ille prostratus ante pedes eius, surrexit displicuitque et ait: 'Iubes, domine mi, ut Grece legam, ut exarata est, an Latina verba'? Quia Grece ut Latine utebatur et Latina ut Greca tenebat. Tunc admiratus patricius una cum maioribus et coetu populo, iussit

a) *ita Bacch.;* fluctibus *c.* b) id *c.* c) Rav̄ *c.* d) *leg.* Agata. e) a. v. *corr. ut editum c.* f) aduxerunt *c.* g) doctis *c.* h) facundus *emend. Bacch.* i) nobilissimus *c.* k) Infima *c.* l) cunfundit *c.* m) ꝑ *c.*

1) *Graecum vocabulum,* ἱέραξ, *accipiter.* 2) *Nescio an 'mentionem faciunt' intelligendum sit.* 3) *Numerus falsus est, nam si verus esset, circa a.* 870. *librum composuisset, quod omnibus aliis indiciis obstat.* 4) *Cf. Fantuzzi II,* 139 *etc.* 5) *Cf. c.* 86. *et* 119. 6) *i. e. blatta, purpur.* 7) *scil. portam; cf. c.* 132; *Fantuzzi II,* 139. 216. *etc.* 8) *Hic est nostri Agnelli abavus, de quo plura vide c.* 137. 138. 141. 142. 147. 148. *Quae de eo tradit haud dubie ex memoria parentum didicit.*

deferri praeceptum Latinis literis exaratum, et praecipiens ei dixit: 'Tolle hoc praeceptum in manu tua et lege idem Grecis verbis'. Accipiens vero ille, legit Grece per totum. Tunc placuit patricio sententiam eiusdem Iohanicis, et glorificavit Deum, qui abstulit animam, animatum restituit corpus. Iussitque nisi per suam scientiam extra palatium nullatenus moveret pedes, sed cotidie ante eius stare aspectum. Is itaque gestis, post tertium vero annum imperator Constantinopolitanus iussit exarare epistolam ad hunc patricium continentem ita: 'Mitte ad me virum illum, qui tales cunpositiones, quas ad me misisti, et carmina fingit'. Qui, honerata roborea travi[a] diversa necessitate, misit eum in Cunstantinopolim. Et cum eum intuitus fuisset imperator, incredibilis fuit de eius scientia. Post dies vero paucos eius claruit doctrina, et inter primates eum habuit.

121. Igitur[1] Theodorus istius civitatis pontifex non recedebat a nequitia infinita, quam coeperat. Quando anplectabatur presbiteros, omnes diaconos repellebat; post vindictam exercitam[b] iterum diligebat diaconos et presbiteros hodiebat[c. 2]. Tales dissensiones ante eos nequissimus serebat sator et utrumque mellificabat[d. 3]. Post vero omnes in paupertate redegit et penuria nimis affligit, per grandem necessitatem omnes indignati sunt maxima ira. In die namque vigilia nativitatis Domini ierunt sacerdotes unanimiter ad Theodorum archipresbiterum et ad Theodorum archidiaconum, et dixerunt eis: 'Dic domino nostro pontifici: "Male contra nos agit, satis nos opprimit sive stimulat, multa gravamina super nos imponit, quae tolerare minime[e] possumus. Quartas nobis per occasiones abstulit, statuta apostolica cunfregit, consuetudines ecclesiae incendit, matriculas demit, a gremio nos ecclesia repellit, euangelica dissimulat, corpora affligit, substantias diripit, facultates tollit, censuales nos esse nititur. Iram illius tolerare non possimus". Illi autem euntes narraverunt clericorum verba in aures pontificis. Ille, omnibus verbis auditis, quasi missile suscipiens telum, statim in ira versus, ait eis: 'Vos irritatis cleros, vos haec verba in ora eorum ponitis. Certe, qui hoc dixerunt, nunquam in melius proficient'. Et cunversus ad archipresbiterum, dixit: 'Tu es huius verborum sceleris auctor, tu sacerdotum seditionis caput, tu plenissime acerrimus hostis, tu cuncitator plebium, infestissimus undique adversarius es. Faciam post hanc festivitatem, quod[f] nunquam alium voces lacesses'. In ipsa vero ira perrexerunt omnes ad ecclesiam beatae Mariae semper virginis celebrare vigilias. Et post vero expletum officium retulerunt verba pontificis ad clerum universum; et indignati sunt, cunsiliantesque[g] mutuo, abierunt singuli in locum suum. Tunc Theodorus archipresbiterum ivit ad Theodorum archidiaconum, cunsobrinum suum, in monasterio sancti Andreae apostoli, quod est fundatum non longe ab ecclesia Gothorum[4], prope domum quae vocatur Mariniana. Pulsante eo ostium ianua, venerunt famuli domum, percussorem ligni inquirere, quis esset. At ille dedit notitiam, quia: 'Ego sum'. Illi autem citius abeuntes narraverunt, dicentes: 'Theodorus archipresbiter ostium pulsat, vult ad te ingredi'. Rapidissimus alius venit et dixit, quia in monasterio erat. Et archidiaconum ait: 'Quid prodest, quod loquimur, quia ad effectum non pervenimus'? Dixerunt ei domestici sui: 'Quid est hoc, quod irascetis[h]? Caro tua proxima est, si tunc tuus est, loquere cum eo; non separemeni. Quod si pontifex contra te saevierit, ille pro te quomodo verba proferat'? Et ingressus in praedicto monasterio, locuti sunt inter se mutuo; et antequam separarentur, dixerunt inter se: 'Quomodo haec consilia nostra stabilia erunt, quod locuti sumus'? Archipresbiter dixit: 'Deus omnipotens sit inter nos mediator et iste apostolus eius[5], et in die

a) navi *Bacch.* b) *ita Bacch.;* exertam *c.* c) habiebat *c.;* abiiciebat *Bacch.; possis conjicere* exosos habebat. d) melif. *c.* e) *ita bene emend. Bacch.;* in amne *c.* f) sed *c.;* ut *Bacch.* g) consil. *Bacch.;* cunciliantesque *c.* h) irasceris *Bacch.*

1) *Quae c.* 121—123. *narrat, ex memoria hominum didicit auctor.* 2) *i. e. oderat.* 3) *i. e. blande egit cum utrisque, ut opinor.* 4) *Quae ipsa sancto Andreae dicata erat; cf. c.* 167. 72 *n.* 5) *scil. s. Andreas.*

iudicii inter me et te: qui transgressus fuerit, requirat Deus causam fallaciae'. Archidiaconus respondit: 'Fiat, sic fiat. Talis terminus inter nos firmatus est, quem transgredere nemo[a] possumus'. 'Omnes[1] presbiteros istius aedis ad me cuncurrunt, tu convoca diaconos omnes et ceteros ecclesiae. Eamus ad ecclesiam beati Apolenaris, et intrantes domum Antioceni viri, stemus ibi ibique missas audiamus. Nullus cum eo hodie ministret. Repellamus eum, quod non sit pastor noster'. His dictis, abscedit. Nocte vero eadem ierunt omnes ad ecclesiam beatae virginis Mariae celebrare missarum solempnia; et locuti clam cum singulis officialibus[b], cunsenserunt et dixerunt: 'Utinam ante factum fuisset, ut non in talem devenissemus penuriam'. Expleta vero missa in ecclesia Apostolorum, insurgente aurora, cum Phebea lumina terram lustrassent, perrexerunt omnes unanimes ad ecclesiam beati Apolenaris, quae sita est in civitate dudum Classis; et exclamantes ploraverunt amaro animo. Factum est autem, postquam radius solis orbe emicuit, misit praedictus pontifex notarium iuxta consuetudinem, ut vocaret sacerdotes, ut procederet[c] in ecclesia et missas celebraret[c]. Qui cum venisset, nullum ex eis invenit; et reversus nunciavit ei. At ille ait: 'Fortasse dormiunt, pro eo quod in hac nocte fatigati fuerunt, ideo sopore depressi sunt'. Sustinentes autem eo quasi una hora diei, iterum misit notarium, et non invenit aliquem eorum; nunciavitque ei, quia omnes desunt. Et ait ille: 'Quid est hoc? Qualis iam hora est? Si non omnes venerunt, vel etiam quanticumque sunt veniant'. Respunderunt autem de circumstantibus, dixit ei: 'Non aestimet dominus noster nisi quod ego dico: nullum hodie ex tuis sacerdotibus reperies, qui tecum ad altare in hac solempnitate accedat'. Dixitque ille: 'Quare?' Et ait iterum: 'Quia[d] omnes transmearunt Cesareae[2] calles[e], ad sanctum ierunt Apolenarem, et ibidem missam celebrant presbiteri, diacones, subdiacones, acolithi, ostiarii, lectores cantoresque, diverso clero, illuc ambulaverunt; non est relictus ex eis neque unus; sola ecclesia est, non est ullus custos. Asserebant, se valde afflicti esse, migraverunt'. Tunc surrexit de sella, ubi sedebat, dedit sibi alapam in fronte, dicens: 'Heu victus sum'. Ab alto[f] trahens suspiria pectore, se ipsum lamentans[g], cubiculum introivit. Plebes autem in ecclesia mirabatur, ignorans huiuscemodi causam.

122. His ita peractis, statim pontifex misit nobiles viros cum velocissimis equis, ut satisfacti omnes[h] ad ecclesiam reverterent. Illi vero, cum vidissent eos ad se venientes, mox levaverunt se omnes, submissi humo vultibus, et magna voce, antequam legati pontificis locuti fuissent, dixerunt: 'Recedite, quia non habemus pastorem, sed interfectorem. Quando in hunc regressus[i] est ovile, non talem, ut facit, dedit promissa. Surge, sancte Apolenaris, celebra nobis missam die nativitatis Domini. Te nobis dedit sanctus Petrus pastorem. Ideo tui sumus oves. Ad te cuncurrimus, salva nos. Non hic consecrationem accepisti, sed ipse apostolus suis te beavit manibus et Spiritum sanctum tribuit; ad nos direxit, et nos tuam recepimus praedicationem. Ad gubernandum missus es, non ad delendum. Tu ante aequissimum iudice stas, certa pro nobis, confringe ora cruenta lupi, ut nos deducere valeas per amoena pascua Christi. Quod si non surrexeris[k] et hodie in hac nativitate missas non celebraveris, omnes unanimiter statim ex domo tua egredimur et proficiscimur Romam ad beatum Petrum magistrum tuum, et cum lamentationibus ante eum prosternemus, et cum ingenti luctu immensoque fletu magnisque cum suspiriis dicemus: "Fuimus ad discipulum tuum, praesulem nostrum et praedicatorem, quem nobis dedisti, et noluit missas in tali praecipuo die nativitatis Domini celebrare. Aut vindica nos de eo, aut da nobis novum pastorem, qui nos defen-

a) non *Bacch.; fortasse* nullo modo. b) *ita Mur.;* officiabus *c.* c) *ita pro* procederent, celebrarent *c.* d) *ita Bacch.;* Qui *c.* e) cales *c.* f) *ita Bacch.;* Ablato *c.* g) lamentas *c.* h) satisfactionis *c.* i) ingressus *Bacch.* k) surexeritis *c.*

1) *Jam archipresbyter loquitur.* 2) *Quia Caesarea in medio inter Ravennam et Classem sita erat.*

dat de ore draconis, qui infra nostra moenia[a] cubat et nostras cundoleat afflictiones. Ecce tu ipse, pastor bone, nosti, quia multi ex tuis ovibus retro abierunt pro nimia gravamina et famis penuria, recesseruntque a sancto mandato et a doctrina tua, nequissimus praesul suffocante". Quod si non nos audierit, exinde vergimus[b] Constantinopolim ad imperatorem et quaerentes[c] illi patrem et pastorem'. In his autem dictis talis lamentatio luctusque ingens ex utrisque partibus fuit, ut illi, qui ad pontificem versi sunt, pro intemperatis lacrimis atque murmurationibus omnium illorum clericorum vix verba dare valuerunt atque legationem explere nequiverunt. Tunc Theodorus archiepiscopus, metuens hoc, tristis ad palatium cum magna festinatione profectus est et omnia, quae acciderunt sibi, retulit patricio cum moerore, dicens: 'Dereliquerunt me oves meae, expoliatus sum pastorali honore et repulsus spretusque. Grege Domini mihi commisso quaerit sibi pastorem alium; properaverunt Classem, et ingressi in ecclesiam beati Apolenaris, accusant me aput Deum et derident me'. Patricius vero subito misit nobiles viros, ut revocarent universos cleros, et eorum omnes consuetudines in pristinas restitueret. Illi autem indignati coeperunt flere et dixerunt: 'Si Constantinopolim attigemus, etiam et super exarchum hunc querelabimus, quia antea corrigere eum noluit. Non venimus, sed usque horam nonam expectabimus hunc beatum Apolenarem pontificem nostrum; quod si moras fecerit, Romam grediemur'. Et reversi, largas fundentes lacrimas, nunciaverunt pontifici et patricio ut audierunt, et lamentabantur. Addiderunt, quod talis luctus mugitusque infra ipsam resonat ecclesiam, qualis nunquam nec auditus nec visus in tota Classe fuit. 'Etiam et audientes illorum moerentium voces, cum ipsis amare flevimus'. Tunc archiepiscopus moerore valde conflictus, voluit se pedibus patricii prosternere; ait enim ingenti luctu: 'Obsecro tuam clementiam, non vos pigeat illuc ire et fatigium pro me habere, ut spondeas pro me, omnia facturus pollicere, iuxta quod illis placet, et ex rebus ecclesia non amplius nisi ut unus ex illis particeps sum'. Tunc patricius faleras equum superimponi iussit, ascendit desuper, venit ad praedictum martiris sepulcrum, et cunvocans omnes ad se, fudit lenia verba pacificaque, et secum reduxit, promittens omnia emendare, sicut nuper audistis. Et venerunt et missas et vesperum una hora celebraverunt cum mansueto pontifice, vesperascente die.

123. Alio vero die venit exarchus ad domum ecclesiae, et sedit cum archiepiscopo et cunctis presbiteris, a terga eorum diaconi stantes, una cum omni clero ecclesiae steterunt in cunflictum. Cum multa controversia et alterna verba inter eos essent, convictus est pontifex, et[d] statim restaurati sunt omnes de honore et dignitatibus, et sortiti sunt opes ecclesiae, et non fuit ex eis aliquis, qui quandam partem ecclesiae non haberet, etiam et subtractos actores et prastias[1] ab huius ecclesiae familiaribus, et perrexerunt omnes laeti ad monasteria sua, et benedicebat Deum. Quibus antea solus pontifex utebatur, postea omnes sortiti sunt, et ex illo die tale foedus inter pontificem et sacerdotes statutum est, antequam cunsecraretur, per repromissionem, ut familiares ecclesia auctoriam curationem[2] habeant.

124. Igitur post paululum tempus ipse praesul dolorem in pectore servans nocendi[e] suis sacerdotibus, recordatusque malum, quod in eum exercuerunt, et quia minime poterat, ut volebat, suos parentes de rebus ditare ecclesia, occulte suggestionem Romam mittens ad Agathonem papam, quasi pro causa sanctarum Dei ecclesiarum in fide catholica cum eo tractaturus, illuc eum iuberet venire. Qui mox scripsit epistolam, ut Theodorus praesul pro sancta et intemerata fide catholica Romam properaret[3]. Qui ostensam

a) *ita Bacch.;* i. neomenia *c.* b) pergimus *Bacch.;* vadimus *Mur.* c) quaeremus *Bacch.* d) ι *c.* e) nocendis *c.*

1) *i. e.* proastia, *praedia suburbana. Ceterum locum obscurum satis perspicere non valeo.* 2) *An 'ut libere de sua bonorum ecclesiasticorum parte disponant'?* 3) *Legisse videtur auctor epistolam, qua Theodorus ad synodum de Monothelitarum haeresi Romae celebrandam vocabatur; cetera, quae de dolo archiepiscopi tradit, haud dubie sibi finxit.*

coram omnibus suis sacerdotibus legens replicuit dixitque ad illos: 'Quid[a] vobis videtur? Ecce apostolicam epistolam vidistis, et quod infra cuntinet scitis: quid vobis videtur? Extra vestram non faciam voluntate. Unum abeamus cunsilium, fratres, una voluntas, unus animus sicemus[b] et antecessemus'. Illi vero in simplicitate respundentes, nescientes occultum cunsilium, dixerunt: 'Oportet nos omnibus pro fide orthodoxa et sancta Dei
680. ecclesia mortis subiacere periculo'. Cum autem pervenisset Romam[1], subiugavit se suamque ecclesiam sub Romano pontifice. Romanus gavisus pontifex, qui adquisierat quae praecessores sui perdiderant, gratulanter suscepit eum et cunsensit ei quicquid postulavit, et quod petit largitus est voluntati eius. Mortuus vero Agathus papa, cum
682-83. successore Leone omnia placita adimplevit[2]; statutaque inter se fecerunt, ut, qualem electum hic ex Ravenna sacerdotes Romam deportassent, ipsum cunsecrasset; non amplius in tempore cunsecrationis Romae manerent nisi octo diebus; ultra iam illuc non veniret, nisi die natalis apostolorum legatum ex sacerdotibus mitteret; et Ravennensis pontifex esset quietus, et alia multa capitula, quae non possimus exarare, cunfirmata per manum
691 Jan. 18. Leonis cum[c] presbiteris. Igitur[3] obiit iste ferocissimus die 18. mensis Ianuarii[4], cum multa alacritate sacerdotum et omnium gratulatione humu submersus est, in ardica beati Apolenaris consubtus iacet[5]. Epitaphium vero eius clare legere non potui. Sedit annos 13, menses 3 et dies 20.

DE SANCTO DAMIANO XXXVII.

692. Febr. 125. Damianus XXXVII. brevi corpore, non satis pinguis, ex isto ovile, cunsecratus Romae[6], humilis homo, mansuetus et pius. Eo regente cathedram, magna quies in sacerdotibus et populo fuit[7]. Sicut nobis vetustiore retulerunt, audite. Contigit eo tempore, sicut narrante audivi, venit quaedam[d] mulier cum infante parvulo, ut pontifex Spiritum sanctum per manum inpositionis et unctionem crismatis daret; ille vero tondebatur. Manipularii[e] namque eius dixerunt mulieri: 'Expecta donec tondebatur'. Illa autem vociferabat, dicens: 'O quanta insania, viri! Puer moritur, et non vultis subvenire animae praecedentis neque nunciare, et ego[f] taceo? Cucurrite, dicite domino pontifici, ut cunsignet hunc parvulum, quia in extremis est, antequam moriatur, ne post funus pueri noxii teneamini'. Illis autem habeuntibus et moram facientibus, mortuus est puer. Tunc mulier coepit vociferare et magnis vocibus clamare theatrumque exitare, plangore tubicinum spargebat in vulgus. Audiens haec pontifex coepit interrogare, quid hoc esset. Et illi volentes obtegere huius facta rei, avertere pontificem ab ira, et non potuerunt. Mulier vero exclamavit: 'Ecce multis hic morata sum horis, et nullus nunciare voluit ex tuis, ut cunsignasses[g] puerum; modo vero anima[h] eius non est in eo. Corpus mortuum quomodo potest paraclitum suspicere Spiritus[i] sancti, tu videris, optime

a) Qui *c.* b) *ita c.*; sit, eamus an cessemus *Bacch.*; *nihil probabilius habeo proponendum.* c) *ita Bacch.*; in *c.* d) quidam *c.* e) Manipulum *c.*; *cf. c.* 111. f) *ita Bacch*; eo *c.* g) cunsignases *c.* h) animas *c.* i) Spiritu *c.*

1) *Interfuit synodo Romae a.* 680, *Mart.* 27. *celebratae et subscripsit epistolae synodicae Agathonis papae ad Constantinum imp. directae. Indeque misit Theodorum presb. vicarium suum cum legatis Romanae sedis ad concilium oecumenicum Constantinopolitanum (Mansi XI,* 235. 314*); cf. Lib. pont. Agatho c.* 1. 3. *(ed. Vignolii).* 2) *Cf. Lib. pont. Leo II, c.* 4. 3) *Hunc locum repetit Rubeus p.* 211, *sed ita a nostro codice recedentem, ut jam non, ex Agnelli codice eum esse exscriptum, credere possis.* 4) *Annus obitus modo ex numeris a nostro infra relatis computatur, qui bene cum sequentis episcopi certo tempore conveniunt.* 5) *Ibi hodieque legitur titulus sepulcri:* Hic requiescit in pace v. b. Theodorus archiepiscopus *(Spreti I, p.* 321 *et I, p.* 108 *nr.* 42. *alia ejusdem inscr.).* 6) *Lib. pont. Sergius c.* 16*:* Hic ordinavit Damianum archiepiscopum sanctae ecclesiae Ravennatis. 7) *Damianus primus archiepiscopus in codice traditionum eccl. Rav. Bavaro occurrit, ed. Bernhardt p.* 29—31. 33. 34. 38. 39. 54. 68. — *Inscriptionem ejus v. Spreti I, p.* 283, *no.* 320.

praesul'. Tunc accipiens eum pontifex in ulnas suas, valde gemens et flens ingressus est post absidam ecclesiae, prostravitque se cum eo pronus in terra flens et orans diutissime, caeleste Dominum invocante. Eo autem orante, reversa est anima pueri in viscera eius, et cunsignans eum, emisit spiritum. Eo namque tempore reversus est praedictus Iohanicis Constantinopolim Ravennam[1], et claruit eius sapientia in tota Italia.

126. Nos vero fratres semper in excubiis sumus, sicut milites in procinctu; et quando omnipotentis Dei nostri miracula audimus, gratulamur, quia dignatus est labentes ad regnum erigere; et quando diabolum audimus aliquem laedere et suis laqueis inretire, tristamur, quia captus ille non certavit fortiter cuntra invisibilem hostem. Sed tamen nullus adversus eum dimicare poterit, nisi caeleste fuerit clipeo munitus. Ille tergiversator, ut qui se altissimus esse voluit et Filium Dei derisit, si non vos stare pigeat, audietis, qualia sua calliditatis opera in istius praesulis temporibus in hac seminavit civitatem. In priscis igitur temporibus cunsuetudo orta fuit, usque nunc talis horrenda et cavenda, detrahenda, iniqua, fuit et permanet usque nunc. Die omni dominico vel apostolorum die Ravennensis cives non solum illustres, sed homines diversae aetatis, iuvenes et ephibi[a], mediocres et parvuli, promiscui[b] sexus, ut diximus, post refectionem per diversas portas aggregatim egredientes, ad pugnam procedunt. Delirati et insani, quando sine causa inter se morti subiciunt.

127. Contigit[2] eo, ut diximus, tempore, ut Tiguriensis porta[3] iniret[b*] certamen cum posterula quae vocatur Summus vicus iuxta fossam Lamisem. Qui ingressi in prima fronte a fundibalariis insecuti, terga Pusterulenses dederunt. Tigurienses vero eos insequentes, multa straverunt corpora humo et venerunt ad praedictam[c] pusterulam, minaverunt residuis[d] infra et cunfrigerunt molchos[4] et serras, cum victoria in sua reversi sunt domos. Et post dies octo, dominico ex utrasque egressi sunt portas; et parvuli cum modica orbitella, sicut mos erat illorum, relicto ludo, irruentes inter se, cum baculis sua capita fregerunt. Alii vero se interficiebant procul manibus missile saxo; alii rugitum runbulorum[5] territi per diversa fugiebant loca; alii vero hinc et inde induti iuvenilibus armis, contra senes[e] strages iniebant[f] coaevos. Et non erat ulla requies. Undique vulgo caedentium gladio ex pusterulae parte mortui sunt; alii namque semivivi relicto, et calidus efluebat sanguine vero[f*] de pectore rivus, et alii erant, quorum ore aperto emanabat roseus sanguis; multique ex corporis plaga largissima fundebant cruorem, oreque terra mordente, spiritum exalabant. Quicumque vero suis hostibus petebat vitam, dicens: 'Heu anima, anima mea', cessabat ictus, et non occidebatur. Ita et nunc, qui se cunfidit mori et vitam animae postulat, sinit[g] eum vivere, et ultra non percutitur. Factaque est plaga magna in regione illa, qualis non fuit aliquando a priscis temporibus, quam seniores nostri memorare potuissent. Ecce perditio prima in regione illa et luctus et vae. Secunda vero perditio et interemptio maxima lamentatio est.

128. His[h] itaque gestis, post has strages modica quies fuit. Diabolus vero perniciosissimus et invisibilis hostis, invidus generi humano, stimulavit Posterulensium corda, et quasi quis hostium pulsans, sic eorum cotidie praecordia[i] vorabantur. Initoque omnes consilio, qualiter possent Tegurienses viros morti subicere et funditus eradicare, tunc unusquisque dixit ad cumpatrem suum et cuntubernalem amicum: 'Quid adhuc nobis vita? Ecce omnes socios nostros Tigurienses interfecerunt viros, et nos dominico die interimere[k] moliuntur. Natos relinquamus orfanos, nesciemus cui servituri[l] sunt; uxores

a) ephili *c.* b) promiscuis *c.* b*) et *add. c.* c) predictum *c.* d) residuus *c.* e) sors *c.*; suos *Bacch.* f) timebant *c.*; mittebant *Bacch.* f*) *conjecerim* nigro. g) sicut *c.* h) *ita Bacch.*; Hic *c.* i) precordie *c.* k) nutrire *c.* l) *ita bene Bacch.*; servitutis *c.*

1) *Cf. c.* 120. 2) *C.* 127—133. *ex traditione populari sumta sunt.* 3) *Dicta a flumine Teguriensi; cf. Fantuzzi I,* 143. *a.* 957; *prosp. p.* XL. *et II, p.* LIX. 4) *Vocabulum graecum* μοχλός, *vectis.* 5) *'rombola' ital.*

nostrae remanebunt viduae; omnem censum nostrum inimici nostri deglutient. Ut quid nobis adhuc vita? Sumus fortissima pectora in bello'. Et elevata voce omnes fleverunt. Post depositum luctum dixerunt: 'Venite, insidiemur illis. Occulte aptemus contra eos dolosa mendacia et improba fingamus verba et decipiamus eos in falsa humilitate'. Subsequente die dominico infra Ursianam ecclesiam rogaverunt clam Posterulenses viros, et ut Tegurienses pranderent cum illis, et petierunt, ne quis sciret. Expletis vero divinis eloquiis, abiit unusquisque ad petitorem suum, et per mansiones singulas dispersi, et per[a] diversis dapibus propinaverunt mortem. Alii vero pugione perhempti humo commendati sunt; alii vero securibus cerebro illisi in stabulo sub stercore equorum sepulti sunt, ne signa interfectionis invenirentur; nonnulli vero missile per femur transfossi sunt telo; aliique pulsantibus pannis exuti cloacas proiecti[b] sunt; alii namque celidonio[1] mucrone irruentes, dies finierunt et vitam; multi vero percussi volatili ferro in cuniculam proiecti[b], luto obtecti sunt. Tegurienses miseri a Postirulensibus diversis poenis sunt interempti, et sic occulte factum est, ut nec interfectionis nec sepulturae signum neque amicorum quis scire potuisset. Alia vero die fit luctus ingens, moerore undique, tota in luctu civitas morabatur. Clausa sunt balnea, cessaverunt spectacula publica, mercatores retexerunt pedes[c], oppilaverunt caupones tabernas, nondinatoris[d] reliquerunt negotia, sacerdotes gemebant in ecclesiis, seniores lugebant, omnes iuvenes in plateis erant moerentes, omnis maritus sumpsit lamentum, matronaeque a thoro maritali moerebant, viduae indutae sunt veste lugubri, speciositas virginum immutata est, parvuli singultibus nimium quatiebantur, in amaritudine animae omnes afflicti erant. Alii plorabant patrem ignotae mortis, alii spectabant[e] filios, nescientes, si esset fugitivi, alii fratrum ignorantes periculum, alii viros spectantes[e], nec[f] quid certius sciebant; unusquisque diversas illuc atque illuc incedebant vias, quaerentes et minime eorum inveniebant. Verba vero moerentium haec erant: 'Si vero terra eos absorbuit, forte aliquis eorum vidisset; si in profundo pelagi demersi essent, fluctus nobis eorum corpora reddidissent; si bestiae devorassent, ossa non deglutissent; si quis ipso gladio interfecissent, cruor vero mortem eorum nobis ostenderet'. Et multa alia opinabant lugentes populi, submissi humo[2], capillos et barbas extrahentes, unguibus ora foedantes, vestes a[g] pectore scindentes, fratres et cognatos, filios et nepotes plorantes, amissos cunsanguineos requirentes, tota cives finierunt ebdomada in lamento.

129. Tunc sanctus vir Damianus videns hanc civitatem in tanto luctu morantem, ipse se in maximis dedit lamentis. Die dominico praedicavit ieiunium, ut secunda, tertia et quarta feria incessanter Deum deprecaretur, ut de caelo auxilio divino muniti, alicui hoc excidium revelaret. Praesul vero praecepit populo[3], ut segregatim incederet. Ipse cum clericis et monachis in unam partem, laici vero, senes, adolescentes et pueri unus praecepit ut esset chorus; nuptae vero mulieres et innuptae, viduae et puellae in alteram partem; turma vero pauperum separatim. Non omnes in unum incedebant, sed separatim, quasi medio iactu lapidis. Sacerdotes vero, sanctis depositis vestibus, saccos induti sunt, et sparso in capitibus cinere et pedibus nudis incedebant. Omnes nobiles et ignobiles ciliciis se operierunt, inculta capita squallidaque barba moerendo incedebant. Matronae, depositis vestibus iocunditatis, lugubrem indutae sunt vestes. Omnes decalvabant vertices suas et cutem nudabant. Speciositas virginum sublata est; abstulerunt a se mutatorias vestes et pallia proieceruntque[i] a se inaures et anulos et dextralia et pereselidas[4] et munilia et olfactoria et acus et specula et lunulas[k] et liliola[5]

a) et per *ejecit Bacch.* b) proicti *c. saepius.* c) *vocabulum vix integrum est.* d) nundinatores *Bacch.;* non diutaris *c.* e) expect. *Bacch.* f) ne *c.* g) *ita Mur.;* ac *c.* h) *ita Bacch.;* curens *c.* i) que *in loco raso c.* k) lumulas *c.*

1) chelidoniacus gladius *cf. Isid. Etym. XVIII,* 6, 7. 2) *Cf. c.* 122: submissi humo vultibus. 3) *Sequentia ad exemplum Pauli hist. Lang. III,* 24. *scripta videntur.* 4) *i. e. periscelidas; cf. Isid. Etym. XIX,* 31, 19. 5) *Collare quoddam.*

praesina[a.1] et laudosias[b] et omnia iocunda et cuncupiscibilia proiecti, carmen lamentationis indutae[b*] sunt. Parvuli ab uberibus matris suspensi sunt; planctus hominum, mugitus parvulorum, fletus[c] matrum, mugitus bovum, innitus equorum, balatus pecorum, ceterumque feminarum, animalium, tota civitas cunclamabant. Expletis[d] tribus diebus afflictionis, ante solis occasum omnipotens Deus, qui revelat profunda de tenebris et abscondita producit in lucem, fecit mirabilia, qualia nunquam in gentibus audita sunt. Ab amphitheatro, quod fuit priscis temporibus iuxta porta quae vocatur Aurea[2], usque ad iam dictam posterulam factus est quasi crepitus et sonitus ingens, et elevatus est fumus quasi nebula, et hiens terra omnes mortuos, quos infra se clausos habuit, quos Posterulenses demoliti sunt, cum nimio foetore[e] in suo sinum ostendit. Tunc populi, audito sonitu, ad foetorem currentes, invenerunt singuli mortuos suos per singulas casas, infra plagas vermes nutrientes. Tunc adprehenderunt homicidas, iudicaverunt[f] eis digna factis et regionem ipsam cum haedificiis subverterunt[g] et ad nihilum redigerunt, et vocaverunt illam regionem Latronum[3] usque in praesentem diem. Non solum ipsi, sed et coniuges et filii eorum diversos modos poenarum perpessi sunt. De rebus vero eorum nihil aliquis contingere voluit, sed pyrae traditae sunt ad pontem qui vocatur Milvius, qui nuper diruptus est, et idem in ipsa regionem fuit Latronum iuxta tribunal monasterii beati cunfessoris Christi Severini[4].

130. Igitur fuit in hac civitate Ravennae vir religiosissimus et bonae famae; et quando ad Ursianam ecclesiam veniebat, eiusque superiori columnae templi parte murorum[h] scapulae adhaerebant. Ante[i] introitum missarum psalmos cantabat, cum nullo homine aliquando ibidem colloquia habebat, et post introitum missarum semper in faciem pontificis intuebatur. Quadam vero die iussit eum pontifex adire ad benedictionem sancti Apolenaris, ut esset particeps pontificis mensae. Post extensum dapibus ventrem et fibras pectoris repleta essent musto, sed tamen sobrii mente, interrogavit eum pontifex, quid[k] hoc esset, quod in ecclesia semper in eius aspiciebat vultum. At ille respondens, dixit: 'Non te intueor, optime praesul, tantum, quantum illum qui post tergum[l] tuum stat, cuius pulcritudinem non pleniter tolerare possum. Et cum sanctificas, iuxta te stat. Vultus tuus modo non est ipse, qui tunc; est semper tecum ad missarum solemnia et nunquam te deserit'. Post aliquot vero dies secessit in pace; et audierunt eum quidam dicentem ante tempus obiti sui, quod quadam[m] dominico die, dum nocte antiphonam ad benedictiones[n] cantarent omnes et dicerent: 'Montes et colles cantabant coram Deo laudes', testificabat hic, quod etiam ipsi lapides ecclesia, columnae et lastae atque latere, tegulae necnon etiam omnia metalla, praedicta antiphonam simul cum omnibus cantabant. Post igitur virum istum humatum, iussit pontifex ad praedictam columpnam cancellos modicos fieri, ut ne quis basis columpnae, ubi sancti steterunt pedes, indignis pedibus attererent[o], et modicam crucem infigi iussit pro memoriale sempiterno[5], quod permanet usque in praesentem diem. Ies. 55, 12.

131. Sed et de Iohanne abbate monasterii sancti Iohannis, trans Cesaream situm in dudum Classis, quod vocatur Ad Titum, non praetermittamus. Fuit iste temporibus huius Damiani antistis presbiter nomine Iohannes, abbatem monasterii sancti Iohannis qui vocatur [Ad[p]] Titum, quod rustici nescientes vocant eum Ad Pinum. Qui[q] prae-

a) presidia *c.* b) *hoc ignotum vocabulum ex* sandalias *corruptum esse possit, quod tamen commendare nolo.* b*) imbutae *Bacch.* c) fletibus *c.* d) *ita Bacch.;* expleti sunt *c.* e) fetrore (?) *c.* f) indicaverunt *c.* g) *ita Bacch.;* subverteretur *c.* h) virorum *probabiliter conj. Bacch.* i) Antea *c.* k) qui *c.* l) postergum *c.* m) *cf. c.* 133. n) al. ad benedictus *in marg. ead. manu c.* o) adererent *c.* p) *ins. Bacch.; deest c.* q) Quod *c.*

1) *i. e. fibula mamillari affixa vel ipsum mamillare: Du Cange s. v. ex gloss.* = προκόλπιον. 2) *Cf. c.* 2. 3) *Fantuzzi V,* 163, *a.* 1143; pusterula Latronorum. 4) *Ib. I,* 389. 391. *II,* 63 *etc.* 5) *Inde narratio orta esse videtur.*

dictus presbiter, cum multas altercationes et iudicia de rebus sui monasterii beati Iohannis cum singulis hominibus haberet et nullatenus finis imposita fuisset, sed maxime volebant multi praedia monasterii iniuste deglutire, attigit Constantinopolim, et moratus igitur ibidem multis diebus, faciem imperatoris non vidit. Qui infra semet ipsum varia consilia volvens, die quadam stetit deorsum iuxta murum cubiculi, ubi imperator sedebat sursum, Hebr 10,37. istius vocatorii de adventum Domini dicens: 'Qui venturus est veniet, et non tardabit; regnum in manu eius et potestas et imperium'. Imperator audiens haec, delectabatur abscultans. Ivitque thironos[1], voluit eum amovere de eo loco; et iussit imperator desuper, ne quis ei esset molestus, donec expleret. Finitoque toto invitatorio, vocavit eum sursum; stetitque ante imperatorem et suam, pro qua venerat, causam ordinabiliter cognitam fecit. Iussitque imperator tale exarare praeceptum, ut ipsa res in eo monasterio in perpetuum esset et ut ipsum munimen pro[a] sempiterna lege fuisset. Post haec autem prostravit se pedibus diu praedictus presbiter Iohannes, flens agensque[2]: 'Iubeat mihi dominus meus exarare epistolam ad exarchum, ut non obligata fideiussor meus tollat, quia crastina dies erit constitutum placitum, ut ego cum adversario meo in conflictu stare debuissem'. Paruit autem imperator postulationis eius et iussit scribere epistolam ad exarchum, ut nullam distinctionem de hac fieret causa, neque in iudicio eum quis deduceret, nec obligata fideiussor tolleret, nec ullo modo eum molestaret. Scripta vero epistola, quali mense, quali die vel hora, munita sigillo, data manibus eius, secessit et venit vesperascente die ad portum ipsius Constantinopolitanae civitatis, ut forte usum navis discurrentis Ravennae aut ad Siciliam invenire potuisset. Et requisitis omnibus carabis et celandriis atque dromonibus[b], non invenit. Ille autem iuxta litus maris arripuit iter. Nox ei nigras expandens alas inimicitiam praestitit. Quantum illi tenebrae offensae fuerunt, tantum silenitis suos sparsos radios ei beneficium praestitit, et quantum altius in sublimitate se erigebat, tantum clarior terra apparebat. Dum autem spatiatur in litore et cogitaret quid ageret, apparuerunt ante oculos eius tres viri in nigra veste eique dixerunt: 'Quid turbata mente, abba Iohannes, in hoc litore versaris[c]'? At ille respondens, dixit: 'Omnia quaecunque ab imperatore petivi obtinui, multo tempore cummoratus sum, navis deest, ut Ravennam revertar, ideo mihi tristitia undique est'. Dixerunt ei inprobi viri: 'Si ea, quae diximus tibi, facies, crastina die eris in domo tua infra domesticos tuos'. At ille dixit eis: 'Facio quod vultis'. Et illi: 'Accipe virgam in manu tua et designa in hoc sabulo navem, deinde vela, remigia, scafas nautasque'. Fecit ita, ut sibi imperatum[d] fuerat. Iterum dixit ad eum: 'Iace in cathaleta[e] navis infra sentina iuxta carinam. Audies mugitus ventorum, postquam ingressus pelagus, audiens voces periclitantium, audiens tempestate et horrores[f], audiens sonitus aquarum inundantium, et sic oppila os tuum, ut nec etiam signum crucis manus tua inprimat'. Qui iacuit in terra prospiciens iuxta se maria. Ecce undique factus est repente sonitus quasi frangor nubium et velut procellosa tempestas; dabat ventus mugitus, ipsas suas verberabat pelagus undas. Frangitur remi, inciduntur antennae, solvuntur scaphae, dabant nautae nigerrimi teterrimos[g] luctus, et ipse sic se coegit abba, ut nec flatum illius quis audiret potuisset. Ad pullorum vero cantus inventus est super tectum monasterii sui; et videns se solum, exclamavit voce magna ad suos, ut eum desuper de tecto deponerent. Illi denique putantes eum fantasma esse, nolebant parere praeceptis domini sui. Tunc ille clamabat vocem maiorem nominatim unumquemque eorum, aiens: 'Deponite me, et cognoscetis, quia ego sum. Vos scitis, quia in Constantinopolim fui civitatem pro utilitatibus istius monasterii, et modo venio; et ut non paveatis, scitote, quia validis ventis huc proiectus sum'. Illi, his verbis auditis, citius posuerunt scalas, et

a) p *c.* b) dormonibus *c.* c) *ita Bacch.;* versatus *c.* d) *ita Bacch.;* imperavit *c.* e) *ita p.* 368*;* catheleta *hoc loco c.* f) t. ethercas *c.* g) teterrinos *c.*

1) *Vocabulum graecum,* θυρωρός. 2) *i. e.* aiensque.

descendit. Agnitus est a[a] suis, obsculatusque per ordinem universos[b], iussit pulsare tabulam, dicens: 'Iam matutinum hora est'; et post opus Dei expletum eum petit quies.

132. Alia autem die lustrata Cesarea egressus est et a Wandalariam portam, quae est vicina portae Cesarea, relicto Laurenti palatio[1], Theodoricanus ingressus est, iubetque se exarcho praesentare. Ille laeto animo suscipiens eum, et iussit legere praeceptum; et cumplicatum[c] reddidit presbitero[d] offerenti sibi, dixitque ad eum: 'Hoc praeceptum in perpetuum tibi tuisque posteris tutamentum sit. Sponsionem fideiussori tuo tollam, quia negligens fuisti cum adversario agere tuo'. Ad haec ille respondens, dixit: 'Dominus noster imperator suum praeceptum per epistolam [confirmavit[e]], ut omnia obligata mea facta sint in iudicia invalida'. Denique in ira versus patricius, accepit epistolam de manu presbiteri legitque, invenit exaratam secundum quod superius diximus, et retinens epistolam, in achemeniam versus[2], inrupit, dicens: 'Dic, falsitatis auctor, quando haec exarata fuit epistola?' Iohannes presbiter respondit: 'Heri in hora nona'. Patricius dixit: 'Et quo tam cito venire potuisti? Eo quod nullus est, qui in tribus mensibus Constantinopolim ire et revertere possit'. 'Quomodo ergo[f] reversus sum', presbiter ait, 'pontifici meo indicabo, negotia mea et mea poenitentia, pariter[g] in me hoc manet. Tamen si me falsitatis urgues causa, mitte mecum legatos tuos, et pergemus illuc. Si haec falsa inventa fuerint, secundum patet, vos[h] audite diffinitum'. Tunc inde removens pedem, venit ad episcopium istius ecclesiae, et ingressus ad Damianum papam, prosternit se ad vestigia pedum eius et narravit ei omnia facta rei; indicavitque, quomodo eum fantasmae per discrimina maris duxissent et super tectum sui monasterii posuissent et solum ibidem reliquissent. Exortationem autem pontificis egit veram poenitentiam, et finivit dies suos in pace.

133. Obsecro vos, fratres, stare non pigeat vos, adhuc unum restat miraculum. Quadam die dominico post finitam orationem dominicam[i], corpus Domini praedictus pontifex cum sacerdotibus frangeret, sicut soliti sumus, Iudeus unus, qui solitus erat stare ad virgines in loco qui dicitur Ermolas, cucurrit citius ad sanctum properans altarium et ait pontifici: 'Obsecro te, optime praesul, da mihi partem ex corpore agni, quae nunc manibus vestris discerpitur'. Cui summus sacerdos: 'Non est tibi licitum corpori sociare Domini, quia sancto baptismate lotus[k] non es'. Iterumque Iudeus: 'Non tibi[l] panem sanctum quaero, pater, sed carnem agni, quam manibus vestris discerpitis, quem ego super hanc aram vos adtractantes humanis video oculis meis. Ex agno, quem video, quaero; non panem cupio, quia nec video'. Ad hoc sanctus vir respondit, dicens: 'Non possumus et sanctum inmundis dare, donec quoinquinatus aqua sancta mundetur. Accipe signum agni, et ex eo agno vescere nobiscum'. Statimque ipse Iudeus dedit nomen suum, et instructus a pontificem, accepit baptismum immortalem et ex infidele factus est fidelis.

134. Hic vero praesul ex Dalmatiarum fuit partibus[3], sed obtulerunt eum huic sui parentes ecclesiae. Et iste sacris literis eruditus ad hunc[m] ecclesia apicem pervenit. Fuit enim temporibus Constantini[4] imperatoris. Eo tempore archivus[5] ecclesiae istius

a) *superscr. c.* b) universas *c.* c) *ita Bacch.;* cumplacitumque *c.* — reddidid *c.* d) p̄bio offerentis *c.* e) *deest c.* f) ego *Bacch.* g) pater *c.;* patere *Bacch.* h) paternos *c.; locus valde corruptus esse videtur, qui vix integer restitui possit.* i) dominicum *c.* k) *ita Bacch.;* latus *c.* l) est *et in marg.* vel tibi *c.* m) huc *c.*

1) *Idem haud dubie quod alibi vocatur* ad Lauretum *vel* in Lauro, *ideoque hic fortasse legendum est* Laureti pal., *ut monet Zirardini p.* 82. *Theodoricanus est Theodorici domus.* 2) *Infra c.* 141*:* in achameniam versus. *Du Cange-Henschel s. v. dicitur vocabulum ex* ἀχηνία *(paupertas) ortum esse, certius ab* ἄχος *(dolor, ira) ducendum est.* 3) *Hoc ex epitaphio sequente.* 4) *Minime. Constantino Pogonato* 686. *mortuo, Damianus a.* 692. *ordinatus, sedit sub imp. Iustiniano II, Leontio, Tiberio.* 5) *Hoc vocabulum noster c.* 111*. pro horreo usurpat, hic vero tabularium significat.*

ab igne cuncrematus est, et ibidem multa monumina flamma cunsumpsit, et multa a malignis hominibus rapta sunt et absconsa. Tunc cungregatis omnibus sacerdotibus, sedit cum eis pontifex praedictus in Propina deditque anathemata maledictionis, ut[a], quicumque ex praedictas haberet muniminibus et non redderet, illi anathema esset, et
708. Mai. 13. quicumque redderet, innocens esset a culpa. Obiit hic beatissimus vir 3. Idus Mai[1]. Epitaphium invenies super sepulcrum eius continentem ita[2]:

'Sanctificis semper meritis, memorande sacerdos,
Hoc positus tumulo, Damiane, iacis.
Corpore defunctus, tamen est tua fama superstes;
Artus obit terris, lux tua facta tenet.
Dalmatiae is veniens antistes beatus a rure,
Tutasti precibus sancta Ravenna tuis.
Cuncta salutifero deponens tempore secla[b],
Te pius in populo Christus orante dedit.
Quod tamen his templis meruisti sumere busta,
Te placuisse Deo, tanta sepulcra probant;
Utque vices cuius gessisti rite sacerdos,
Ipsius inque locis sit tibi sancta quies'.

Hoc[c] infra ecclesiam beati Apolenaris scriptum super sepulcrum ipsius invenimus. Sedit annos 16, menses 2, dies 16.

DE SANCTO FELICE XXXVIII.

708. post Mai. 136. Felix XXXVIII.*[3] Iste brevi corpore, tenuis facie, modicis oculis, macilenta effigie, spiritus sapientiae plenus fuit et fons irriguus, optimus pater, egregius praedicator, multorum cunditor voluminum[4], in sua sancta fecundus ecclesia. Expositum,
Matth. 24, 15. quem usque nunc habemus, de die iudicii, ubi ait in euangelio: 'Cum videritis abominationem', ipse dictavit[5]. Et solus iste a sacerdotibus liberatus[6], nam reliqua omnia volumina manibus suis igne cuncremavit[7]. Iste monasterium beati Bartolomei, ubi ego Deo favente abbas, praefuit et vicedominali gubernacula[8] suscepta luculentissimus tenuit. Sed tamen post multas tribulationes, quas in Constantinopolim sustinuit, ut audituri estis[9], cum corona victoriae ad propriam eum Dominus revocavit sedem. Sic et mihi de praedicto monasterio cuntigit. A Georgio pontifice per pauca annorum curricula sine causa privatus ad hoc monasterio fui. Nam antequam in tale culmen ascendisset, sic eramus ad invicem quasi ex uno duo uterini[d] germani[10]; et postquam accepit archieraticam

*) *In marg. eadem manu:* Hic fuit archiepiscopus in tempore circa annum Domini 793.

a) aut *c.* b) *ita c.* 103; seda *c.* c) Hec *c.* d) *ita emendavi;* venire *c.*

1) *Annus obitus ejus ex numeris a nostro relatis et sequentis episcopi certo tempore intelligitur. De ejus tempore multa inutilia Amadesi I,* 205. *profert.* 2) *Hoc epitaphium ad verbum ex eo Mariniani episcopi c.* 103. *descriptum est, versus tantum quintus mutatus, in secundo* Damiane *pro* Mariniane *insertum est; minime tamen dubitandum est, quin hic verus sit titulus sepulcri Damiani.* 3) *A Constantino papa, qui a.* 708, *Mart.* 25. *consecratus erat, ordinatus, statim cum eodem in dissidiam venit, referente Lib. pont. in Constantino c.* 2. 9. *et in Nicolao.* 4) *Eadem de Petro Chrysologo c.* 47; *cf. c.* 10. 5) *Jam non exstat.* 6) *i. e. servatus.* 7) *V. infra c.* 150. 8) *In Cod. Bavaro ed. Bernhardt p.* 38. *commemoratur:* Donatio quam fecit Felix diaconus et vicedomino in sanctam Rav. ecclesiam tempore Damiani archiepiscopi, *qui haud dubie fuit idem Felix archiepiscopus.* 9) *C.* 137. 138. 143. 144. 10) *Nescio an idem sit Georgius presbyter S. Severi Classensis supra c.* 26. *commemoratus. Quod si ita esset, certe prima pars hujus libri jam vivente Petronacio archiepiscopo scripta esset, ut Scholasticus v.* 26. *supra p.* 275. *asserit.*

dignitatem, Deum offendit, omnes sacerdotes demolivit, cuncta occupans monasterii totasque gazas ecclesiae, quas praedecessores sui aquisierunt, pro reatu sui corporis expendit[1].

137. Igitur in istius temporibus, Constantini[2] imperatoris a suis militibus cum[a] aliquibus civibus Ravennae nares et aures abscissae[3] fuerunt, de praestantissimo dimissum reddiderunt corpus, et de aula expulsus, proiectus[b] est in litore, cupientes eum 695.
truncare. At illi post debelitata menbra vitam precabatur, asserens, se totum imperium esse oblitum. His itaque gestis, dum aegrum spatiabatur in litore[4], cunsilio inito cum Bulgaris, in sua restauratus est sede; et potitus imperio, nares sibi et aures ex obrizo[c] 705.
fecit. Recolens populorum iram, iubet truncari proceres ferro[d.5]. Fit ingens clamor gravorum[e], deleta iuventa, et multi ad limina plectebant capita sua; alii transfossi, caputum stridens, praecordia texta; nonnulli culeo[f] in pelagus iactati in altum[6] consumpti; multi piris[7] flammis incensi[g] medullis; infelices alii prandia interanea dissoluti petebant[8]; nonnulli plumbeas poenas, tirannicum[h] ex ipsis multos recepit nicopos[i]; cunsumptaeque undique urbes. Ad Ravennam corda revolvens[k] retorsit, et per noctem plurima volvens, infra se taliter agens[9]: 'Heu, quid agam, et contra Ravennam quae exordia sumam'? Et videns animam, per multa consilia vagans, haec alternatim infra se mens rapit in diversa. Monstraticum[10] fidelem suum tacito vocat, ut aptet ratem et socios in litora ducat, expensas paret. Et quae sit res, omnis ignorat. Dissimulare iubet sese, quousque tempore fuerit aperto. Tunc sic alloquitur illum et talia verba iubet: 'Esto cunstans meis parere praeceptis, firmiterque age, et meus nuncius ibis; alloquere Ravennenses et mea dicta celerius refer. Ipsa gens inimica mihi per[l] fraudulenta cunsilia nares mihi absciderunt et aures. Pone papilionem tuum super ripam Eridani[11], et cumpone blanda verba et iram serenam tege fronte, et pro me illis salutatoria profer[m] verba, et dona tribue et invita eos ad solempnia mensae. In oculis eorum esto iocundus, in corde sis hostis'. Qui egressus ex urbe, attigit ratem iussitque ventis vela dari, et cunsedit transtrum[12] sulcabatque undas salsas carina. Lustrato Drapani[n] portu, venit Pachinium

a) cum a. c. R. *eadem manu suppleta c.* b) proictus *c.* c) *ita Chron. civ. Rav.;* ebrizo *c.* d) fereo *c.* e) gravatorum *Bacch.* — delicta inventa *Chron. civ. Rav.* f) *ita Bacch.;* culeum pel. *c.* g) intensi *c.* h) tirranicum *c.; fortasse* tiranni, tum. i) *an* receperunt copos (κόπους)? k) revolves *c.* l) pro *c.* m) profert *c.* n) *ita c.* 145*;* Dranpa *et in marg. eadem manu:* al. diapani *c.*

1) *Cf. c.* 171. *et praef. p.* 271. 2) *Potius Justiniani, ut infra c.* 138. *recte scribitur, hic fortasse ab amanuensi corruptum, sed ita legitur etiam in Chron. civ. Rav. Mur. I,* 2, *p.* 577. 3) ῥινοκοπήσαντες καὶ γλωσσοκοπήσαντες *Theoph. I,* 566, *itaque Niceph. p.* 44. *(ed. Bonn.), ubi vera lege de hujus depositione. Noster suo more quaedam fictitia addit. De Ravennatibus hujus rei participibus nihil notum est.* 4) *Postquam decem annis Chersone exulavit. Cf. Paul. VI,* 31. 32. *Ridiculus sane hoc loco noster.* 5) *Similia de immanitate ac crudelitate Justiniani tradunt Graeci auctores Theoph. I,* 574*; Niceph. p.* 48. 6) *Cf. Verg. Aen. I,* 3. 7) *i. e.* πυρός. *Cf. Virg. IV,* 66*:* Est mollis flamma medullas. 8) *i. e. fame necati sunt.* 9) *Quae sequuntur commenticia Vergilianis verbis enarrat; cf. Aen. IV,* 283 *sqq.:*

Heu quid agat? ....
..... quae prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partisque rapit varias perque omnia versat.
..... vocat fortemque Cloanthum:
Classem aptent taciti, socios ad litora cogant,
Arma parent, et quae sit rebus caussa novandis
Dissimulent; sese interea *etc.*

10) *i. e.* μονοστρατηγός, *ut opinor, cujus nomen fuit Theodorus, referente Libro pont. in Constantino c.* 2, *ubi c.* 4. *'strategus' appellatur.* 11) *Caput Padi prope Ravennam mari influens.* 12) *Cf. Verg. Aen. IV,* 546. *V,* 136. 158*:* et longa sulcant vada salsa carina.

delatus Siculi hora[1]. Desaeviente[2] pelago nigra super aequora nube, acquosus Orion, inretractabile caelum: invitus loco moratus est. Pontus placidum fluctum et mare videns tranquillum, Adriaticum penetrans sinum, prospexit gaudens Ravennam, et fallens dolo vox prorupit, dicens: 'O sola infelix et sola crudelis Ravenna[a], qui rura extrinsecus, acerrimum latet intus venenum! Aequalis solo videris, sed caput nubila tangis'[3]. Inter haec verba navis vicina facta est litoris et expansis remis Eridani ripam sulcavit; et cum populi gloriam omnes exierunt ex urbe, [cum[b]] venisset monstraticum[c] Graiorum ex egregia aula, iussitque sibi parari sedilia super viridissimum gramen, et omnes maiores natu ad se invitans, in hostensu hominis libenti animo suscepit. Alia vero die iussit diversa pallias per cortinas ex utraque parte extendere, non minus quasi stadio uno, et invitat proceres omnes, qui ad limina veniebant, duos et duos a se introduci. Et cum-
c. 709. prensi, mittebant cuneos ligneos in ora eorum, et ligabantur post tergum capita, et proiciebantur sub cathaleta navis. In tali vero dolo sunt omnes nobiles capti. Ibi et Felix pontifex istius urbis deceptus est[4], ibi Iohanicis sapientissimus captus est, ibi et mediocres multi vincti sunt, et nullus ex civibus hanc fraudem prius agnoscere valuit, sed postquam in trabibus ruborum cavis[d. 5] ingressi sunt, et fugam petierunt[d], sicut dampna, eorum fraus manifestata est. Tunc residui introeuntes intra moenia muri, subposuerunt civibus ignem. Tumultus erant populis, et dabant fremitum usque ad caelum. Planctus undique ingens[e] erat; prostrati omnes in terra. Non similes marinus fluctus dat sonitus nec tonitribus nubes, nec cum magna cadit moles ex Alpibus iugis, nec cum magno vento quassantur in montosae silvae cipressi. Tubicines per plateas errant[f], maximas dant voces, et insonabant terra. Lacrimis salsis funderunt metus de praesenti fletus[g] nimius; consolatio nulla[h] nec reparatio vitae. Undique clamor, undique suspiria, et[i] iam terram mugitus ad sonitus eorum dedit.

138. Quadam vero die, dum praedones et exules per vitrea discurrerent rura[6], quinquies deni post excidium[k] urbis et Classis, dixit Iohanicis ad fratrem suum: 'Defer cartam et nigrum liquorem et scribe, quia hodie hora tertia cognata tua, uxor mea, mortua est; et ego illic[k*] vindicor, tuque reverteris cum maximis opibus'. Igitur ingressi Constantinopolim, invenerunt imperatorem Iustinianum in smaragdina aurea [sede[l]] sedentem, et limbo cinctum caput, quas illi sua ex auro et margaritas discreverat regia coniunx. Et iussit omnis poni in custodia, quousque eos possit diversa expendere poena. Omnesque senatores graviori modo[m] interempti et deleti sunt, adstruxitque scelus iurandum[n], quod pontificem interimeret. Nocte vero eadem, pro quo dies venisset, antequam oceanum aurora dedisset et Phebeam lampadas[o] illustrasset[7], dum caperet divus augustus pectore placidum sompnum, astitit ante eum nobilissimus iuvenis, omnis gloria decoratus, una cum Felice pontifice, ait ad eum: 'Parce unico gladio viro'. Et statim evanuit. Iterum in sompnis respiciens vidit super caput eiusdem antistis quasi dextera hominis hinc et inde fulgore micantem. Expergefactus autem imperator retulit suis; et propter

a) *in marg. cod. eadem manu*: alias o infanda inproba crudelis Ravena. — *Sequentia* q. r. *corrupta videntur; fortasse* que tuta. b) *deest c.* c) *ita supra et c.* 153; menistraticum *hoc loco c.* d) intralibus r. canis *c.*; canis — petierunt *in loco raso.* e) *ita Bacch.*; gens c. f) erant c. g) fluctus *c.* h) *ita emend. Bacch.*; multa *c.* i) ei *c.* k) exciduum in Cl. u. *c.* k*) illa *c.* l) *deest c.* m) graviorum *c.* n) adstrinxitque se iusiurandum *cum Bacch. emendandum esse duco.* o) lampades *corr.* lampadas *c.*

1) *Nomina ex Verg. sumta. — Constantinopoli Ravennam navigans certe Drepanum (Trapani) non vidit.* 2) *Verg. Aen. IV,* 52:

Dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion,
Quassataeque rates, dum non tractabile caelum.

3) *Cf. Verg. Aen. IV,* 177. 4) *Eadem narrantur in Lib. pont. Constantin. c.* 2. 5) *Cf. Verg. Aen. III,* 199: Vastumque cava trabe currimus aequor. 6) *i. e. per mare, v. c.* 139; *cf. Verg.:* vitrea unda. 7) *Cf. Verg. Aen. IV,* 6: Postera Phoebea lustrabat lampade terras, *et IV,* 129. 522.

iusiurandum quod iuraverat, ne mentitus esset et urbici eum non interficeret, iussit deferri ferculum magnum et falso et mundissimo argirio, et missus[a] in ingentem rogum post nimium calefactum, acetum acerrimum super illud iussit fundi; et coactus pontifex ibidem diutissime intueri, amisit amborum lumina oculorum[1].

139. Interea Ravennenses, qui et Melisensis[b], sicut incertis de suis vinctis, inter se varios sermones trahebant, et moesta ex die nefanda acre[c] valde in luctu morabantur. Dies vero quadam, praeveniente diluculo, antequam alas[d] raperet, quadriga submota, humida nox[e], dum armati pelago specularentur, procul in pontu intuentes, ecce maxima navis discurrens per vitrea rura, fortiterque sulcabat[f] vitreos campos. Gubernator vero postquam aspexit moenia urbis, cuntorsit clavos[2], coepit navis circumflectere cursum, praeterit portus, adhaerens Eridani litus. Tunc adventui viri omnes exierunt ex urbe[g] armatis manibus, induti corpora ferro. Corda pavor pulsans, pallidos omnes colores, agnoscunt captos[3], lacrimis coeperunt inter se fundere. Et interrogaverunt ex eis virum, qui prae omnibus erat, dixeruntque ad eum: 'Testamur caput animamque tuam, ut non mendatia fingas, quia non est in tempore hoc tota fides, sed fraus periuriaque[h] in hoc praesenti seculo regnat'. Tunc ille tendens ad sidera palmas ad caelumque lumina torquens[4], vocem cum magno gemitu dedit: 'Testor caelum et terram per intemeratam fidem et inviolabilem aethereum regnum, mendatia non fingam falsamve inaniam non dicam — mendax et inprobus mendatia diligit semper'. Dixerat, et omnes intenti cunticuerunt[5], super eum erant pendentia hora, et cunspicientes eum omnia agmina circum, exposuit eis quae viderat, omnia letalia verba. Et elevata voce fleverunt; feriens[i] aethera clamor[6], gemuitque terra et insonuerunt montes.

140. Tunc[7] elegerunt sibi Ravennenses praestantiorem virum, ymeneos[8] Iohanicis filium, nomine Georgium, qui illo tempore prudens in verbis, providens in cunsilio, verax in sermonibus et in omni elegantior gratia. Devoverantque se universi pariter praeceptis eius, et quisquis esse inobediens, vindicaretur. Ille vero murino[k] sedens sonipede, extrinsecus lustrata Italia, sexta reversus est hora, et ait ad socios: 'Demus excubias istis, quo peragravimus, civitates. Fateor ex ore serpentis, qui ex Bizantie ponto hic delatus est, cuncti ex eo tetrum[l] bibimus venenum. Et tumidis corde Danais[m] terga non demus. Estote fidentes! Praeparate, necesse si est, animus pugnae et date robustissima pectora ac ferrea; adhibite socios et terribili clangite tuba. Ite velocius, subponite civibus: noctem nigrantem, foederati viri de montuosis veniant locis. Toxos adhibete in armis[n], cuntortum cervinum tendite nervum[9], ut segetes spicula iacite, volatile lignum. Prima pubes castra movat cum iuvenilibus armis; sonent arma, humeris[o] clarescant splendentia scuta, lanceas excutite, fulgore aeris[p] rutilent aequora maris. Sinite vestrorum parentum matura corpora, et vetulorum misereatur[q] senectute. Copia sit illis ecclesia, pars orandi, cum sacerdotibus eant, caeleste auxilium quaerant et ad aram thura crement et hostia sancto altari ferant. In propugnacula per diem[r] nobis igniformus con-

a) missas *c.* b) *ita c.* 153; qui exmelicesis *c.* c) arce *c.* d) *ita Bacch.;* alios *c.* e) mox *c.* f) *ita Bacch.;* subcalabat *c.* g) urba *c.* h) q̄ (qui) *c.* i) *ita Bacch.;* ferens *c.* k) *fortasse* crinito *ut c.* 174. l) utrum *c.;* unum *Bacch.* m) dona is *c.* n) almis *c.* o) humilis *c.* p) *ita emendare conatus sum;* foderis *c.* q) misceritur *vel* miscatur (?) *c.* r) *supplendum fortasse:* maneamus dum *vel tale aliquid.*

1) *Cf. Lib. pont. l. l.:* idem archiepiscopus lumine privatus est .... et exul in Ponticam transmissus est insulam ac regionem; *epitaph. c.* 150. 2) *Cf. Verg. Aen. V,* 177. 3) *scil. quosdam eorum qui Constantinopolim abducti erant.* 4) *Verg. Aen. I,* 93. *VII,* 448; *cf. c.* 20. 5) *Ib. II,* 1. 6) *Ib. V,* 140. 7) *Noster omittit, quae in Lib. pont. Constantin. c.* 4. *traduntur, Ravennates Johannem Rizocopum exarchum ab Justiniano missum occidisse et contra imperatorem rebellasse ideoque sibi ducem instituisse.* 8) *i. e. legitimum, ut opinor.* 9) *Cf. Aen. XI,* 622; *III,* 46; *IV,* 71.

trarius sistit, purpureus nasci, sed[a] postquam in aethere vectus, oceanum relinquens; cum se aderit[b], polo igneos exuflans radios, humo quadrigis reddiderit, quaerite pupuleas et nudo incidite ferro, nonnulli bipennas sumat, intonsa serrate[c] viburna, texite arbustis virgis et miscite querno[1]; scenofactoreis operam date. Capita ab ardore defendite vestra. Nullus sit ignavus[d], ubi primum acciderit signum, nulli eum metus nullaque sententia tradet. Omnes Ravennae coetus omnesque certamina ponant. Qui valet pedum cursu et qui viribus pectore audax, pigrum non sustineat[e], sed iaculo tepente sagittas . . . .[f] Hoc videntes socios praeparant animos pugnae. Non paveatis muros vestra defendere dextra; socios iungentur vobis ex suburbano undique, qui nostram defendant arcem et civitatem salvent. Sint[g] tuta litora et per omnes vigiliae portus. Sarxena[2] excubet; Cervia[h. 3] aequoris ad nonas[i] papia armis flavia[k] instet, quae curva vocatur Cesena; Pipilienses[4] viri adhaereant Sapis[5] portus, iuxta cunscendant[l] fluctusque marinos; coloni decumani speculentur iuxta portus Candiani[6]; Livienses[7] accolae instent in litore curvo; Bedente[8] vetere amne castra Faventina scrutentur post Lachernum portus et Eridani ora; Cornelienses acies lustret Coriandri campos et loca omnia circa; phalanges armatae Bononienses, transmisso Eridano, Porte-Lionis[9] servent[m] planceta'[10]. His igitur actis, omnes voces ad sidera mitterent, benedicent in caelum et terram laudibus resonabant. Tunc imperat Georgius manu, iubet validas mutescere voces. Post haec autem rogaverunt eum viri religiosi Melisenses, ut, sicut est vallata civitas in ambitu corona, ita intrinsecus excubias poneret. Acquievitque petitioni eorum et divisit populum civitatis in undecimas partes; duodecima vero pars ecclesiae est reservata. Unusquisque miles secundum suam militiam et numerum incedat, id est: Ravenna, bandus primus[11], bandus secundus, bandus novus, invictus, Constantinopolitanus, firmens, laetus, Mediolanensi, Veronense[12], Classensis[n], partes pontificis cum clericis, non[o] honore digni et familia et stratoribus vel aliis subiacentibus ecclesiis. Et haec ordinatio permanet usque in praesentem diem.

141. Deflectamus ad aliam urbem stilum et de amissis nostris civibus per ordinem enarremus. Igitur Iustinianus in achameniam versus[13], iussit deferri ante cunspectum suum Iohanici; quasi nescius in inlusionem interrogans de eo, dicens: 'Nunquid iste est Iohanicis scriba?' Et ubi responsum est de eo, quia ipse est, surrexit altius divalia ira. Arundinem deferri iubet et sub ungulis omnibus illius digitorum in furore . . .[p] praecepit usque ad secundum articulum; cartam calamoque dari imperat, ut scribat. Quam cum accepisset, inter duos digitos calamum coegit. Noluit cum liquore, sed cum sanguine, quae fluebat digitis, literas exaravit continentes ita: 'Deus, in adiutorium meum intende. Domine, ad adiuvandum me festina. Libera me de inimicis meis, Deus meus, et de manu iniqui imperatoris istius'. Et proiecit ipsam cartulam in faciem ipsius imperatoris in edra sedentis, dicens: 'Accipe, iniquissime, et satia te sanguine meo'. Et minatur divus,

a) *malim* scilicet *vel* sol. b) *ita pro* abdiderit (?) *c.* c) serate *c.*; servate *Bacch.* d) *ita Bacch.*; ignarus *c.* e) sustinent *c.* f) *quaedam exciderunt. In cod. vero nulla lacuna.* g) Sin tuta *c.* h) Cervia *corr.* Cervie *vel* Ceivie (?) *c.* i) *fortasse* ad Novas; *cf. c.* 169. k) *locus valde corruptus videtur;* Papia *urbs hic commemorari non potuit.* l) cunscendunt *c.* m) servient *c.* n) Classeñ *c.* o) nō *c.*; cum *Bacch.* p) *unum bisve verba excidisse videntur; in cod. nulla lacuna.*

1) *Aen. XI,* 65: Arbuteis texunt virgis et vimine querno. 2) *Sarsina.* 3) *Cervia.* 4) *Cives Fori Popilii (Forlimpopoli).* 5) *Savio.* 6) *Ad aquilonem haud procul a Ravenna situs fuit, ubi hodieque fossa Candiano.* 7) *Cives Fori Livii (Forli).* 8) *Ronco, ut videtur; cf. Fantuzzi II, p.* XLVIII. 9) *Cf. c.* 39. 10) *Nescio num sit nomen loci, an potius idem quod palancata.* 11) *Cf. c.* 39. *et* 77. *Duo* domestici bandi primi *occurrunt inter testes chartae a.* 764, *Fantuzzi II,* 4. 12) *Zirardini p.* 226. *monet, jam antea tales bandos ac numeros exstitisse, quia jam in papyro a.* 639 *(Marini p.* 147*)* Stefanus primicerius numeri Veronensium *occurrit.* — *Reperiuntur* Prim. num. Rav. *(Marini p.* 169, *no.* 109*);* Dom. num. fel. Letorum *(ib. no.* 110*; cf. p.* 325*);* Opt. num. victr. Mediol. *(ib. p.* 145*) etc.* 13) *Cf. c.* 132.

dicens: 'Quid, moriture, agis? Periet audacia tua'. Iussitque apparitoribus, ut duceret eum ad locum vitae puniendum, et praeconem clamari iussit: 'Iohanicis Ravennianus ille[a] facundus poeta, quia invictissimo augusto cuntrarius fuit, inter duas fornices murina morte[b] privetur'. Electi sibi septam[c] cervicem, vectes mittentes in anulos ferreos, levaverunt duriter desuper lapidem. Ille autem flammantia lumina ad caelum retorsit, cum cruentis extendens cruentas ad sidera palmas[1]. Expleta oratione, dixit interfectoribus suis: 'Cras eademque ut nunc est hora interficietis imperatorem vestrum, et erit mecum ante aequissimum iudicem. Sic dicetis illi'. Et extensum desuper lapidem unum, et aliam plathomam desuper viventi in[d] colla emissa fregit corpus eius, et relinquerunt eum mortuum. In tali tormento et martirio vitam finivit.

142. Alia vero die, hora qua praedixerat ille, irruentes super imperatorem, non sustinentes populi eius malignitates, occiderunt eum. Alii latus inter et ilia[e] lancea figunt[f], alii telo transfundunt inguines, renes. Vomebat cruor, et sparsis crinibus aulam, 711.
ligatis stuppa pedibus, per clivum tractus ad ima, laceratus, frigidum corpus irruit mors obscura tenebris. Diversis circumspiciunt, uno ense arreptus, comam cuncludens manu, capite avulsus divali, stridens, micanti ferro, traiecit corpore humo[2]. Consilioque inito inter se, cundiderunt illud sacco[g] et miserunt per totam Ytaliam[3]. Soror vero praedicti Iohanicis hoc audiens, cum fletu caelestem Dominum[h] rogabat, ut videret Iustiniani ablatum capud, sicut rumor erat, et statim obcumberet morte. Factum est autem, cum per singulas plateas duceretur iam dictum capud in summitate lanceae fixum, nunciatum est ad praefatam feminam, quod truncatum capud inde sit ferendum. Quae subito in superiora ascendit domus, per fenestram respiciens, stare illum portatorem rogavit; et cum diutissime idem intueretur[i], lacrimis obortis[k] pectusque replevit, agens gratias Deo, quia quod desideravit cunspexit. Et dum vellet se ad fenestram deflectere, cecidit retro et quassata mortua est.

143. Post mortem vero Iustiniani augusti levaverunt super se Pelasgi[1] novum 711.
imperatorem[4], et cunstituerunt eum dominum universae terrae, ac imperium cunfirmatum fuit in manu eius. Dixit ad Felicem pontificem[5]: 'Revertere in terram tuam et in sedem tuam'. Cui pontifex respondens, dixit: 'Quo revertar, aut quo vadam?' Et imperatorem ad eum: 'Et quare non? Pro qua causa?' Respondit pontifex: 'Lumina oculorum amissa habeo. Omnes fortunae meae ecclesia hic cunsumptae sunt, et quas antecessores tuos, pii principes, in ornamenta ecclesia dederunt, detulerunt, in hac deportata sunt civitate, et nihil remansit nisi ambitus murorum'. Dixit autem ad eum imperatorem: 'Et quis eas abstulerunt? Si tua tibi non sunt, vel etiam ex nostra tolle'. Dixitque ad eum Felix antistes: 'Sufficiunt mea mihi, si reddere iubes, quia diversi diversa tulerunt'. Tunc imperator misericordia[m] motus iussit praeconem per totam clamare urbem, ut, quicunque ex Ravenna ecclesia aliquid haberet, velocius ad palatium deferret. Et allata sunt vasa et pallia, et omnia ornamenta ecclesiae pontifex suscepit. Non perdidit ex eis nisi candelabrum unum. Post haec autem rogavit imperator pontificem, ut ex palatio eius aliquam benedictionem acciperet. Qui respondens ad eum inquid: 'Sufficit mihi tantummodo gratia tua. Tamen si pro remedio animae tuae mea ecclesia vis dona offerre, habes gemmas cristallinas in illo et in illo loco infra huius gazam palatii, quae

a) *ita Bacch.;* ul' a *c.* b) vita *inserit Bacch.* c) septenam *c.* d) viventium *c. c.* e) *ita Bacch.;* inter retilia *c.* f) fingunt *c.* g) saxo *c.* h) dm̄ *c.* i) intuerentur *c.* k) *ita Bacch.;* ab ortis *c.* l) *ita c.* 153; Pelagi *hoc loco c.* m) misericordiā *c.*

1) *Haec verba Vergiliana (Aen. I,* 93*; Georg. III,* 433*) supra jam bis c.* 20. *et* 139. *legis.* 2) *Haec de nece Justiniani tradita commenticia sunt. Ille ab Elia patricio Damastry, quo fugerat, occisus est.* 3) *Caput imperatoris in occidentem Romamque missum esse, narrant quoque Theoph. I,* 584. *et Niceph. p.* 53. 4) *scil. Philippicum.* 5) *Tempore Philippici imp. Felicem esse reversum ab exilio, tradit quoque Lib. pont. Const. c.* 9.

possunt ad hornatum ecclesiae mirifice et optime decorari'. Quo audito, imperator misit fidelissimos viros ex Mirmidonibus, ut cumprobaret, in loco illo si esset, ut pontifex dixit, et inventa sunt. Iussit deferri et dare ei omnia vasa, quae ibidem inventa sunt. Descriptione facta ex ea, graterem uno cristallicium, grandis, ex auro et gemmis ornatus, et alios grateres duos ex gemma onichina, et ipsi ex auro et gemmis; canistrum unum magnum, in quo erat ymagines hominum et diversas volatilia, ex vitro mundo, simile cristallo; amas, una ex ipsa et bene sculpta; urceus ad aquam manu similis, et ipse aquimanile[a] desupra ex[b] argento investito talis, qualis visus hominis in hoc tempore nullo modo videri potest; trullas duas ex cristallo; corona ex modico auro una, sed tamen habuit preciosissimas gemmas, ut temporibus nostris interrogatus Iudeus negotians Karolo imperatori, quo precio venundari possit, adiecit, quod[b*] omnes opes istius ecclesiae et omnia ornamenta etiam et tuguria[c] venundetur, non potest eam explere. A tempore Georgii[1] non cumparuit.

144. His itaque gestis, dum vellet ex urbe egredere, unus ad portae aditum simulans se claudum et omnia debilia habere menbra, ut munera acciperet, exclamavit dicens: 'Fortunate Felix, adiuva invalidum corpus'. Stans autem beatissimus papa dixit ad eum: 'Fili, quare te esse simulas quod non es? Quare me illudis? Quamvis exterioribus luminibus privatus sum, interiora tamen fulgida per gratiam Christi intus patescunt'. Et adprehensam manum eius, dicens: 'Surge, leva, vade, et servos Dei noli iterum subsannare'. Viri autem civitatis, qui erant cum eo iuxta portam, coeperunt signare facies suas et territi dixerunt intra se, quia: 'Hic homo iustus est'. Egressus vero illius ex moenibus urbis, dum a ratibus longius modicum esset, expectabant eum domidas[d. 2], ut acciperent aliquid ab eo. Initoque inter se pessimo consilio, dixerunt: 'Dicunt, quod iste vates Ravennianus vir elimosinarius sit et ad tribuendum largas[e] habet manus. Probemus, si veritas est in eo. Unus ex nobis sub falsa morte in humo iaceat, et quaeramus pro sepultura munera et quicquid nobis dederit sortiamur'. Quo facto, transeunte pontifice, levaverunt ululatus, voces fictas, lacrimas, moerentes[f] et dicentes: 'Adiuva nos, pastor bone, tribue nobis, ut sepeliamus mortuum nostrum'. At ille exuens se, clamidem, qua indutus erat, tribuit illis, dicens: 'Tollite, si vere mortuum habetis, sepelite eum'. Illi autem ficte plorantes, ovans[g] plusque ovantes acceperunt. Cum autem pontifex paululum discessisset, putaverunt praedictis[h] domidas, collegam suum sub falsa morte terram iaceret. Dixerunt ad hominem iacentem exanimem: 'Surge, leva, ecce habemus pontificis clamidem'. Illi mors, quem ad se deridendo et simulando invitaverat, propria venit. Dicidente latera hic et inde, sed nullis[i] ille movetur fletibus falsis, nec respicit lacrimas; volvent eos, inmotus manet. Haec fama velocius inplevit regiam urbem. Audiens autem divus, iussit reverti beatum Felicem a nave, et suscepit eum in domum mirifico marmore factum, et postulavit ab eo benedictionem et obtulit ei multa dona, id est duos magnos discos ex cristallo et cannatas ex eo et alia vascula in ornamentum ecclesiae. Et iussit exarari privilegia omnia secundum petitionem pontificis, et quicquid ab eo postulavit, optinuit. Et naves praeparare divus imperat et omnia necessaria et cuncupiscibilia honerari; et osculans eum, valedicens ei, percepta[k] ab eo benedictione, secessit. Et privilegia, ut sibi placuit, exarari iussit, et exaltavit eum multo magis, ut antea fuerat. Laetusque et gaudens ad propriam suam sedem eum remisit.

145. Interea[3] relicta regia urbe, iussit ventis dari vela et remis expandere alas[4] sulcantes pelagus. Quaeritur salsa carina[5]. Drapani lustrat portus, Siculas attigit ora.

a) *ita Bacch.;* quimamile *c.* b) et *c.* b*) que *c.* c) tuguriā *c.* d) *ita paulo infra;* dimoras *hoc loco c.;* dromidas *Bacch.* e) largus *c.* f) merentes *c.;* mentientes *Bacch.* g) *emend.* re vera *vel tale verbum;* vere *Bacch.* h) predictis *corr. ut videtur* predictas *c.* i) nullus *c.* k) precepta *c.*

1) *Ravennatis archiepiscopi, cujus vitam postremam noster descripsit.* 2) *Vocabulum ignotum.* 3) *Eadem fere repetit, ex parte Vergiliana, quae c.* 137. *leguntur.* 4) *Cf. Aen. III,* 520. 5) *Male ex Aen. V,* 158: longa sulcant vada salsa carina *conjunxit* salsa *cum* carina.

Aliquantis hic[a] moratus diebus, proprias res ecclesiae sua[1] disponens, susceptus Panurmus[b], paucis ibidem moratus est diebus; pervenit Tindaridis. Exinde transgressus, a Pachinia[c. 2] devenit litora. Et dum sol novos spargit radios terras[3], aequatas procederet iubet classes, relicto sine remige portu, diseruerunt litora, torquebant[4] spumas et caerula verrunt, discurrentes vitrea rura. Blanda respirante aura, transmisso Adriatico sinu, Eridani attigit portus; ingressusque urbem, ipsam sedis alacriter clamans suum suscepit c. 712. sessores. Post vero annos tres haedificavit domum infra episcopium, quo de suo nomine domum Felicis nominavit.

146. Igitur antequam hominum[d] strages et pernicies facta fuisset, sapientissimus Iohanicis istius in temporibus claruit. Et rogatus a pontifice, ut omnes antiphonas, quas canimus modo dominicis diebus ad crucem sive sanctorum apostolorum[5] aut martirum sive cunfessorum necnon et virginum, ipse exponeret non solum Latinis eloquiis, sed etiam Grecis verbis, quia in utraque lingua fuit maximus orator. Ex ipsa autem arbore et ex eius generositate habemus ramuscolos et pronepotes. Iohanicis Agnem genuit, Agnes Andream procreavit. Ex Andrea Basilii[6] natus est Basilius, qui genuit Andream presbiterum, editorem huius Pontificalis. Sed quae[e] eius notarius, qui postea huius sancta ecclesia ab eo eruditus scriniarius fuit, nomine Ilarus ad eius nepotem, filius filia sua, Andream, ut diximus, nomine, avus meus, pater matris meae[7], de eo retulit, in medium proferamus.

147. Cum per singulas noctes per sanctorum Dei ecclesias graderetur et tardius ad suam diverteret domum, notarius eius, quem superius nominavimus, volens inlicita penetrare, quae necesse ei non fuerat: in silentio noctis conticinio hora surgens de mollibus stratis, ad ecclesiam beati Iohannis euangelistae iter arripuit. Notarius vero eius factus est cum [eo[f]], ut videret quid ageret. Dicebat enim intra se: 'Videbo, si homo iste nocte clam cum exarcho init[g] cunsilium, aut forte cum meretricibus delectatur, aut pro qua causa solus graditur'. Cumque pervenisset praedictus Iohanicis ante eadem pilam ecclesiam, statim patefactae sunt ianuae, et vectes et serrae in aliam tacite evulsae sunt partem. Et orans diutissime ante cunspectum Salvatoris, in ardicam ecclesiae ipsius apostoli ingressus est, et patefactis omnibus claustris, pronus in terra oravit. Post orationem recessit, et ianuae clausae sunt, omnia illarum arctamenta discurrerunt, unaquaque in locum suum. Videns haec omnia Ilarus obmutuit amens et abdicavit[8] se in angulos ipsius introiti, ubi corpus suum sine anima pro ipso testimonio ponere infra marmore iussit. Et cum pervenisset ad locum, leniter emisit vocem, dicens: 'Ilare, cur te proripis

a) *ita em. Bacch.;* his *c.* b) Parnurnius *c.* c) apach. *c.* d) hēmus *c.;* huiusmodi *Bacch.* e) *ita Bacch.;* quia *c.* f) *deest c., ins. Bacch.* g) inito *c.*

1) *Scil. patrimonii Siculi.* 2) *Qui Constantinopoli navigat prius Pachynum (Capo Passaro) quam urbes in septentrionali litore Siciliae sitas attingit. Jam non monendum est, haec omnia auctorem sibi finxisse.* 3) *Aen. IV,* 584*:*

Et iam prima novo spargebat lumine terras.
. . . . . .
Vidit, et aequatis classem procedere velis,
Litoraque et vacuos sensit sine remige portus.

4) *Ib. v.* 582*:* Litora deseruere . . . . . .
Adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

5) *Scil. diebus.* 6) *Suppl.: filio. Fuit igitur hic Basilius Agnetis maritus, Agnelli proavus.* 7) *Locus aliquantum obscurior hoc tantum modo explicandus est: Agnellus enarrare vult, quae Ilarus Andreae, nepoti Johannicis, avo Agnelli, retulerat. — At hic Andreas, secundum quae antecedunt non fuit pater matris, sed pater patris Agnelli; quam ob rem Bacch.* patris mei *pro* matris meae *legere mavult.* 8) *i. e. abdidit, ut infra c.* 158.

et vis latere? Quod vidisti, quousque ego vivo, ne cui indicas[a]. Quod si me viventes dixeris, statim invaderis a morte'. Testificabatur et alia de eo, quia in quocumque loco hiemis tempore aspiciebat in die pauperem, et ubi infirmos videt, iubebat[b] sibi praeparari coenam, et cum ante eum attulissent, ut gustarent, simulabat gravitudinem, et iubebat integrum reponi usque ad crastinum. Nocte vero visitabat infirmum, detulebat[c] coenam quam reponere imperabat, tribuebat infirmo. Et postquam recipiebat infirmus[c*] vires, per ecclesias Dei abscondite gradiebat, in sua se modo postmodum recipiebat.

148. Monasterium sancti Andreae apostoli quod vocatur Ierichomium sua ipsius fuit domus. Quingenta pondera librarum aerearum vascula ibidem reliquid in usum ipsius monasterii, et super altarium, ubi corona dependebat — per cathenulas aereas dependebat — filum ex auro, quod nobilissimae utuntur virgines Ravennianae, in fronte posuit. Et ubi coronae pendebant — per cathenulas aereas dependebant — zonae aureae muliebri suspendi praecepit. Dicendo de viro isto, non[d] tantum pro gloria prolis, sed ut illius manifestaremus opera, per multa longius itinera a pontifice vagati sumus. Sed quod semel incepimus, relinquere non possimus, donec expleamus. De illius tumulo requisivi, firmiter et certius inveni, sicut mihi Maurus diaconus pene dies 30 retulit, qui ex Constantinopolim veniens dixit: 'Ad portam quae vocatur Aurea'. Ibidem ipsius modica ecclesia est, ibique fui et in eodem templo preces omnipotenti Deo fudi.

149. Igitur beatissimus hic Felix post abditam[1] ecclesia multas reliquias cundidit et paginas ex argento extruxit, et supercilii arcum versus cuntinentes ita .....[e] Multasque ibidem sanctorum reliquias cundidit, et capsam in altaris ex cypressino facta fuit, atque usque ad Petronaci pontificis tempus. Quam postmodum Sergius diaconus[2], abba monasterii sancti Bartolomei apostoli, ubi praedictus pontifex abba et diaconus et istius sedis yconomus fuit[3], ubi Deo iuvante post praedictum Sergium diaconum ex eius largitate nunc a divino nutu abba existo, praedictum altarium renovavit[f] ex proconiso lapide, cum diversis marmoribus, ornamentis mirifice, inter quas et ego opera decoravimus. Fecit hic beatissimus Felix salutatorium, unde procedunt usque hodie pontifices ad introitum missarum, palam populis videntibus. Et super ipsius regias invenies[g] scriptum continentem ita:

'Forma loci dudum[h]
Squalida sed tantum pervia plebis erat.
Postquam pontificis meritis iuveniscere visa[i] est,
Vicinum ecclesiae cuncepit inde diem.
Turba sacerdotum melius hic pergit in aula,
Oblicum nescit carpere pastorem[k].
Per medios gradiens populos, reverentia crescit,
Cum super effundit cognita verba Deo.
Nunc ritum servent, veniens quicumque sacerdos;
Nam via, quae media est, fixa[l] manere solet.
Reparat haec meritis felix dignusque sacerdos,
Ne finem teneat pontificalis apex.
Fama loquax tantos nunquam retinebit[m] honores'.

Nam antea de vespertino salutatoria erat egressio.

a) nec uindicas *c.* b) *ita Bacch.;* videbat *c.* c) *ita c.; an* detulerat? c*) infirmos *c.* d) *ita Bacch.;* ut *c.* e) *nulla lacuna in c.* f) removit *c.* g) invenisse *c.* h) *nulla lacuna in c.* i) *ita Bacch.;* iuvenis certe iussa *c.* k) pontificem *em. Mur.; velim* c. pastor iter. l) est c̄fixa, *quod ex* est (c̄) *bis scripto ortum videtur.* m) reticebit *Bacch.*

1) *i. e. adytum. De qua ecclesia hic agatur, non intelligitur, conjecerim tamen de cathedrali Ursiana.* 2) *Patruelis Agnelli; cf. c.* 110. 3) *Cf. c.* 136.

150. Qui cum prope esset vicinae morti, adiuravit sacerdotes et cleris, ut, quicumque ex eius habuisset homeliis aut quaecumque dicta, ante eum attulissent. Quae cum omnia ante se allata fuisset, statim iussit praeparari piram, et omnes incendio cuncremavit. Qui cum interrogatus a sacerdotibus fuisset, quare hoc fecisset, dixit: 'Ego orbatus de meis luminibus, nihil videre possum aut retractare quos edidi libros. Fortasse ego superposui, aut scriba fefellit, ne quis post me veniat et vitia ex meis proferat verbis. Habetis libros Grisologi Petri, quos videtis, ingeniose[a] et luculentissime scripsit, ipsum tenete, utimini, ut vobis placet'. — His autem expletis, defunctus est die 25. mensis Novembris sepultusque est in ecclesia beati Apolenaris[1], non longe a monasterio sanctae Feliculae[2]. Epitaphiumque ipsius invenies abens continentes ita: 724, Nov. 25.

'Inter almas laudes virtutumque triumphos,
Quibus coronantur praesules digni Deo,
Summa patientiae Felix amator fuit.
Moribus praecipuus vitam digessit honestam,
Pastorali culmine magnanime floruit.
Uno cunctas animo respectat pontifex plebes[b],
Nec tristem quemquam tolerat cunspicere.
Subtilis ingenio, acutus, prudens et gravis,
Praecessorum compar.
Culmen apostolicum colere summe novit,
Cuius ope fretus profana dogmata pellet[c].
Facundus eloquio, dictantia[d] copia solens,
Doctus, eruditus, color[e] memorabilis dicta videri.
Pertulit pro patria nimias praesul aerumnas,
Exulem dampna, famem, nuditatem, caedem, pericla,
Contemptus, exitia[f], terrores, vincula, fustis;
Summusque pontificis, subferre ludibria, honor.
Finibus ademptus, propria de sede privatur.
Lumen carens corporis divina nactus[g] est lucem[3].
Arto in tellure scopulo Ponti[g*] portatur,
Ubi victus deerat, sed panis aderat Christus,
In quo toto corpore atque virtute sepultus,
Gratia summa Dei est cunsolatus antistes,
Erectusque gravi de claustra insulae Ponti.
Demum[h] ad dilectae vectus est patriae portum.
Extractus[i] omnia, pristina sede ornatur.
Ubi corde puro hostia Domino libans,
Lustra super terra, geminos simul prorogat[k] annos[l.4].
Hic itaque sacer conditus funere iusso[m],
Planctus cuius casibus nunc[n] numeratur donis'.

Sedit annos 16[o.5], menses 7, dies 19[p].

a) inveniet *c.* b) opbles *c.* c) polet *c.* d) dic dict. *c.; emendarim:* dictandi c. pollens. e) *emendare nequeo;* cultus *Bacch.* f) exilia *Bacch.* g) natus *c.;* ornatus *Bacch.* g*) Punti *hoc loco c.* h) Cellum *c.;* Caecus *susp. Bacch.* i) Extratus *c.; post quod fortasse* per *inserendum est.* k) p̄rogat *c.* l) *ita Bacch.;* amicos *c.* m) vel iusto *in marg. eadem manu c.* n) n̄c *c.; locus corruptus.* o) *ita Cat.;* VIII *c.* p) XXIIII *Cat.*

1) *Ibi hodieque in ejus sarcophago legitur:* Hic tumulus clausum servat corpus domni Felicis sanctissimi ac ter beatissimi archiepiscopi *(Spreti I,* 284*).* 2) *Idem quod supra c.* 98. *monast. ss. Marci, Marcelli et Feliculae vocatur.* 3) *V. c.* 137. 138. 4) *Interpretandum esse duco: 'duo lustra et duos annos', i. e.* 12 *annos.* 5) *Hic numerus haud dubie verus est. Nam Felicem a.* 708. *electum, circa* 712. *ab exilio reversum esse, constat, postea* 12 *annos vixisse, ex*

DE SANCTO IOHANNE XXXIX.

c. 725. 151. Iohannes[a] XXXIX. Hic patientissimus fuit, humilis et mansuetus. Istius temporibus ecclesia Petriana cecidit terraemotu[b] post expleta solempnia missarum die dominico. Et Liutprandi regis regnum Langobardorum regentes[c], ab ipsius exercitus praedicta[1] civitas* corona cincta et devastata est, a suis decepta civibus, simulata fraude, a porta quae dicitur Vicus Salutaris, quae erat iuxta fluvium Pantheum[2]. Omnes cives cucurrerunt illuc. Unus autem ex illis, infensus suis civibus, promissa pecunia, allatis clavibus, subductis molchis[d] portae, quae pergit ad vicum Leprosum, ubi est pons ex basibus factus[e], reseratis claustris omnibus patefactisque portis, inimici ingressi civitatem[f] et eam subverterunt. Nam iudicio Dei ipse, qui insidiator suorum civium fuit et pilae[g] claustra opperuit, quod primum tigni stipite perfossum interiit, promissam pecuniam non accepit, sed ante omnes suum sanguinem dedit nec terrae commenditus est.

152. Igitur[3] irati Ravennenses cives cuntra pontificem hunc, in Venetiarum partibus eum exilio religaverunt, et fuit exul per annum unum. Tunc Epiphanius scriniarius, videns excidium sanctae istius ecclesiae et patrem patriae in angustia et matura detinere afflictionem, eum per huius civitatis exarchum ad hanc propriam revocavit sedem. Post autem in pontificali solio restitutus[4], quadam die praedictus Epiphanius scriniarius ait ad eum: 'Domine pater, non te pigeat in palatium ad exarchum ire et offerre illi ex argiriom palaream[5] magnam; et postula ab eo, ut coartet viros illos ad iudicium, qui te in exilium miserunt, ut vindicemus nosmet de illis. Et hoc, quod das, decuplum ex eis restituam. Tu pontificalis tenes mores, ego cum eis litigabo, et scio iuvante Domino de hostibus reportabo triumphum'. Factumque est, ut superius audistis. Et ut mox recepit se praedictus Iohannis pontifex infra maternum ecclesiae sinum. Alia vero die auctor cunsilii, idem Epiphanius[h] scriniarius cum singulis hominibus in cunflictum stans, ita aiebat: 'Praeceptum ex rebus exaratum habes, ut nunquam contra sanctam hanc ecclesiam aut contra huius sedis pontificem de quacumque causa agas aut ore mussites. Dic nunc[i], qualis ovis tu es[k], quia pastorem tuum, dum ille te foveret et per gramineos duceret campos, tu cornu percussisti et contra eum cirographa cunscripsisti'? Convincti in iudicio, vigies[l] collegit, quod exarcho dedit. His itaque gestis, venerunt humiliter omnes unanimes ad eum, petentes misericordiam; et nullus eum postmodum in amaritudinem deduxit.

*) Ista videtur fuisse civitas Classis *eadem manu in marg.*

a) quintus *eadem manu in marg. add.* b) *in marg. eadem manu suppl.* c) *suppl.* tempore. d) *ita emendavi ex cap.* 127. e) factis *corr.* factus *c.* f) i. cives civ. *c.* g) *ita Bacch., quo vocabulo pro* porta *utitur noster c.* 147; pilli *c.* h) Epifanus *c. hoc loco.* i) digno *c.* k) *ita Bacch.;* tue *c.* l) iugies *c.*

epitaphio discimus. Exstat etiam inscriptio vivo Felice archiep. indictione 6. *facta, quam in a.* 722/23. *ponendam esse, mihi persuasum est, licet a Ravennatibus a.* 708. *tribuatur (Spreti I,* 293, *no.* 10 *nimis mendose edita, emendatius apud Amadesium II,* 6). *Menses vero ac dies a nostro relati non satis cum diebus emortualibus praecedentis archiepiscopi Damiani et hujus Felicis conveniunt.* 1) *Nulla civitas 'praedicta' est. At ecclesia Petriana (cf. c.* 28, *saepius), vicus Salutaris (cf. c.* 15. 97) *et vicus Leprosus (cf. Zirardini p.* 213. 251) *in Classe sita erant, quae c. a.* 719. *a Liutprando capta est; cf. Lib. pont. in Gregorio II. c.* 13. *De Ravenna ipsa circa decem annis post a Liutprando expugnata noster nihil tradit.* 2) *Pantium fl. occurrit in chartis a.* 1013. 1110. *ap. Fantuzzi II,* 347. *VI,* 244; *cf. ibid. II, p.* XLIV. *et Zirardini p.* 251. 3) *i. e.* Tunc *non* Ideo. 4) *Anno* 731. *synodo Romanae interfuit; cf. Chron. Grad. infra edendum; Lib. pont. in Greg. III, c.* 3. *Inscriptio de donatione fundorum eodem anno ab hoc archiepiscopo facta hodieque exstat in ecclesia s. Apollinaris Classensi; Spreti I,* 284. 5) *Vocabulum ignotum.*

153. Temporibus[1] Iohannis venit iterum monstratico Ravennae, ut eam depopularet, putante[a], se ut antea evaderet. Quo cogniti Ravenniani egressi sunt ad eum more praeliandi ut in campum Coriandri. Qui simulata fuga terga dantes, cum pervenissent ad stadium tabulae[2], ubi pro signo terminus lapideus fixus est[b], reversi, Grecorum frontem coeperunt fortiter dimicare; et non erat requies undique caedentium[c], gladio strages maximas Grecorum peremptas. Sacerdotes vero una cum pontifice et senioribus prostrati humo, cilicium induti, asperso in capitibus eorum cinerem, omnipotentem Deum deprecabantur. Seniores vero saccis sunt cooperti, inculti[d] capitibus et squallidis, lacrimosis oculis, in caelum clamabant; similiter et omnes, qui infra urbem relicti sunt, masculi et feminae Omnipotentis auxilium expectabant[e]. Reliqui vero accincti ferro, sumpti iuvenilibus armis, caedebant hostes sine intermissione. Tunc, sicut a narrantibus audivimus, apparuit inter utrosque exercitus quasi effigies magni tauri et coepit cuntra Grecorum exercitum pedibus pulvere exspargere, et vox mox insonuit — unde venisset aut cuius fuisset, nullus agnovit — in auribus omnium increpuit, dicens: 'Eia Ravenniani, fortiter pugnate! Victoria vestra erit hodie'. Videntes vero Pelasgi, cornu suum esse cunfractum, coeperunt fugere infra dromonibus, putantes se liberare. Tunc Melisenses, id est Ravenniani cives, circumdederunt eos cum cymbis et carabis, et irruentes super Bizanteos, omnes interfecerunt et corpora eorum in Eridanum praecipitaverunt. Et sic fuit, ut per annos 6 ex Patereno[3] nullus inde unquam piscem comederet. Hoc autem factum est in die sanctorum Iohannis et Pauli, et coeperunt agere diem istum quasi Iun. 26. diem festum paschae, ornantes plateas civitatis cum diversis palleis et lethaneis ad eorum ecclesiam[4] gradientes, benedicentes Deum in secula seculorum, amen[5]. Mortuus et sepultus est in basilica beati Apolenaris. Epithaphium invenies super eum continens ita*: ..... Sedit annos 8[6], menses..., dies....

DE SANCTO SERGIO XL.

154. Sergius XL[7]. iuvenis aetate, brevis corpore, ridens[f] facie, decorus forma, glaucis oculis, nobilissimis ortus natalibus[8]. Iste laicus fuit[9] et sponsam habuit. Quam, post[g.10] regimen ecclesiae suscepit, eam Eufimiam sponsam suam diaconissam cunsecravit, et in eodem habitu permansit. Quia in tempore istius zelum sacerdotibus et iurgium[h] habentibus, non unitis animo, scissa est multitudo; et postquam Romae cunsecratus est, spreverunt eum sacerdotes, et separaverunt se ab eo ministri, et nullus erat, qui cum eo

*) Hic deest epitaphium, quod non inveni in originali *eadem manu in marg.*

a) putate *c.; fortasse* putat enim. b) f. e. *in loco raso c.* c) ced. *c.* d) incubti *c.* e) *emendarim* expetebant. f) *ita Bacch.;* ridie *c.; fortasse* rubea *ut c.* 69. 109. g) *ita etiam Cat.* h) virginum *c.*

1) *Sequentia, si quid veri iis inest, ad id tempus referenda sunt, cum Leo imp. de imaginibus destruendis cogitans, contra Gregorium II. papam per Paulum exarchum ageret, cui, referente Libro pontif.,* omnes Pentapolenses atque Venetiarum exercitus . . restiterunt. 2) *Cf. c.* 22. 3) *Badareno.* 4) *Quae primo commemoratur a Venant. Fort., Vita s. Mart. lib. IV, ed. Luchi I, p.* 472, *ex eo supra a Paulo II,* 13*; cf. Fabri p.* 215*; Tarlazzi p.* 261. 5) *Chron. civ. Ravennatis (Mur. I,* 2, *p.* 577*) post locos ex nostro exscriptos tradit, ad memoriam hujus victoriae a Johanne archiepiscopo fundatam esse ecclesiam s. Georgii in Tauro.* 6) *Hic numerus falsus est, cum, a.* 742. *Johannem vixisse, ex Gestis pont. Zachar. c.* 12. *sciamus. Quando defunctus sit, non constat.* 7) *Post a.* 742. *et ante a.* 752. *ordinatus est. Recte enim Ughelli et Amadesi II, p.* 12. *mihi videntur statuisse, eum esse a Zacharia papa consecratum.* 8) *Nescio an idem sit Sergius consul Ravennas, qui a Liutprando rege captus, petente Zacharia papa, a.* 741. *liberatus est (G. pont. in Zacharia c.* 9*).* 9) *Cf. G. pont. in Stephano III, c.* 19*:* quia et Sergius archiepiscopus Ravennatium laicus existens archiepiscopus factus est. 10) *i. e. postquam*

ad sanctam accederet aram. Haec autem civitas vexabatur a Langobardis et Veneticis[1]. Non possumus per tanta discurrere, quia olescit; tamen cunpendii proferamus causam. Pontifex vero misit ad diaconos et ad reliquos ministros ecclesiae, ut se omnes in gremium cunglobarent ecclesiae. At illi in ipso perdurantes doloris stimulo, renuerunt. Tunc excogitato consilio, cunsecravit presbiteros et diaconos. Illi vero duri corde haec audientes, venerunt et die dominico cum eo ad solempnia missarum processerunt. Novellae vero oves, qui se putaverunt sublimiter stare, a veteribus sacerdotibus repulsi sunt, et verecundati oppilaverunt ora. Tunc pontifex blande et leniter priores refovens sacerdotes, blanda circa eos eloquia fundens, quousque ab ira eos in mansuetudinem revocaret. Tunc inter se multa volventes[a], post foedus pacis statuerunt de novella consecratione, ut diacones relicta dalmatica superhumeralem inponerent more Grecorum et circa altare resisterent. Et ex illo die coeperunt levitae multiplicare, nam canones proibent, apostolica auctoritate muniente.

155. Eo namque tempore Zacharias papa Romanus egressus de Roma, hora attigit[b] Franciae[2], postulans tutamina atque praesidia ad expellendos Langobardos Romanorum
751. finibus, quia Austulphus rex Italiam duriter opprimebat. Sed eiecto a solium Francorum
754. altero rege, Pipinus sceptrum regni accepit et papae manibus benedictus est atque crismate sacro ab eo perunctus est; Romamque reversus est. Et antequam reverteretur Romam,
743, Iun. in ecclesia beati Apolenaris missam celebravit[3] et endothin ex blatta alitheno[4] cum margaritis mirifice ornatam obtulit, et suum nomen ibidem exaratum est. At ut vidit Austulphus rex, quia undique super se ingravata essent mala, dextera Italis petit, quia tempus cum non adiuvabat, et ivit ad limina beati Petri principis[5] et obtulit dona et exenia[c] multa; deinde Ravennam[6] reversus, clamidem ex auro pictam, qua erat indutus, super sanctum altarium Ursianae ecclesia posuit. Ecclesiam Petrianam, quae funditus eversa est per terraemotum[7], sponte haedificare voluit, et piramides per in girum erexit, columpnas statuit, quae manent usque nunc, sed non cunsummavit.

156. De praedictus regis nomine, [cur[d]] Austulphus rex vocatus est, eloquar, an sileam? Tamen narrabo[8]. Quinque in una[e] hora, in uno partu, ex uno ventre parvulos sua peperit mater. Quod cum nunciatum regis fuisset et innotuisset admiranda res, novo inito cunsilio, iussit eos ante se deferri in unum maximum calathum. Et videns, eos voluit proicere in sterquilinium[f]; orrebat esse pater, qui fuerat genitor. Praecepit deferri regalem cuntum, dicens suis: 'Quicumque ex eis manu cuntum adstrixerit, hic vivat'. Statim ut in medio contus positus est, inter ceteros fratres iste contum tenuit extento brachio. Tunc vocavit eum pater Austulphus. Revertamur ad superiora eloquia.

157. Vir autem iste Sergius praesul, cum Paulus[9] papa Romanus Franciae iter per Tusciam pergeret, non ei obvius fuit; et indignatus papa de valle quae dicitur Calle

a) *ita Bacch.;* volentes *c.* b) *in loco raso c.* c) exemia *c.* d) *deest c.* e) *ita Bacch.;* Q. intima *c.* f) sterquilinum *c.*

1) *Hoc ad captionem Ravennae per Aistulfum regem circa a.* 750. *referendum esse videtur; Venetos tunc Langobardis fuisse conjunctos, aliunde nescimus.* 2) *Hic res gestas noster valde perturbat. Non Zacharias, sed Stephanus II. in Franciam profectus Pipinum adiit et coronavit, et Zachariae tempore non Aistulfus, sed Liutprandus et postea Ratchis reges rei publicae civitates aggressi sunt.* 3) *Zacharias papa Ticinum pergens, ut Liutprandum regem adiret, Ravennam venit; cf. G. pont. in Zach. c.* 13. 4) *Cf. c.* 119. 5) *Haec quoque falsa.* 6) *Quam circa a.* 750. *ceperat.* 7) *Cf. c.* 151. 8) *Similem fabulam de Lamissione narrat Paulus I,* 15. 9) *Omnia haec quoque valde turbata sunt. Quae enim de Paulo papa narrat, ad ejus praedecessorem et fratrem Stephanum II, et quae de Stephano ad Paulum referenda sunt, quem Sergio addictum fuisse, scimus, scribentem Cod. Carol.* 14 *(Jaffé p.* 74*):* Sergio archiepiscopo . . . indesinenter inminemus, ut suae restituatur ecclesie, *et qui nunquam in Franciam profectus est.*

Collata, quae rustico more Galiata dicitur, cum ira magna exivit[a. 1]. Lustrato Langobardorum regno, calcata[b] praecelsa cacumina[c], Iovis montis[2] pertransiit iugum; deinde Franciae arripuit iter, et quicquid ad Pipinum postulavit regem, optinuit. Deinde reversus, Sergium archiepiscopum vexare coepit. Ille autem fiduciam habens in rege, ut rex adminiculum ei praeberet; et fefellit is illum[d], et deductus est Romam a suis civibus, atque fraude deceptus. Et congregatis episcopis, iubente papa, et voluerunt eum honore privare et de gradu pontificalis prohicere. Apostolicus talem contra eum proferebat sententiam: 'Neophitus es, non ex ovile fuisti nec secundum canones in Ravennensi ecclesia militasti[e], sed subito invasisti cathedram quasi latro, et sacerdotes tuos, qui digni donis[f] ecclesiae perfrui, reppulisti, et per secularium favorem, potenter tamen, sedem obtinuisti'. Ad haec Ravennae pontifex aiebat: 'Et non mea praesumptione, sed eligerunt me cleros[f*] et plebs universa. Interrogasti per ordinem canonico more, et de me omnia vobis patefacta sunt, quomodo laicus fui[g] et sponsam habui et ad clericatum perveni, et cognitum vobis factum est, et dixisti, nullum obstaculum mihi esse potest. Postquam talia de me sensisti, cur me cunsecrasti'[3]? Diversas autem sententias inter se episcopi ferebant, et infra unumquodque cubiculum cordis magna quatiebatur tempestas. Dicebant enim omnes: 'Quomodo possimus, cum simus discipuli, magistrum iudicare'? Haec audiens papa, in furore versus, asseruit, se die[h] crastino manibus suis orarium a collo eius evelleret. Tunc Sergius antistes Ravennensis nocte eadem cum lacrimis proicit se ad altarium beati Nicolai et se totum in magnis lamentis dedit. Prostrato corpore tandiu lacrimas fudit, quod locum ubi moerebat valde roravit[i] et rivulos produxit. Iudicio Dei nocte illa mortuus est Paulus papa, repente raptus est, subito quievit, et tenuerunt eum sui occulte usque mane. Insurgente vero aurora diei, antequam ex eo radius solis splendesceret et terram Phebea[4] perlustraret radiis, venit ad eum Stephanus, urbis Romae diaconus, germanus praedicti papae, in ipsa custodia, ubi Sergius pontifex erat. Ait ad eum: 'Quid mihi daturus es, si reversus fueris cum pace ad domum tuam et omnibus honore et dignitate ampliatum'? His auditis praesul, quasi de laqueo ereptus, egressus ait: 'Non parva tibi statuo dare munera, nisi quod audis facio. Veni tu ipse Ravennam et ingredere infra episcopium in ea ecclesia et scrutare diligenter omnes gazas ipsius domus, aurum, argentum, vascula vel nummos; omnia sunt tibi data, et quantum vis pro benedictione dimittere, dimitte[k]'. Super haec verba iuraverunt sibi mutuo. In ipsa vero die electus est praedictus germanus defuncti papae in solio apostolatus, et statim solvit omnes captivos et omnibus noxiis veniam cuncessit. Tunc iussit venire Sergium Ravennensem pontificem cum omni honore et gloria; et cum vidisset eum, sublevavit se de sella ubi sedebat, et cum[l] prostratus humo petisset et vultu submisso, elatis manibus sublevatus, et irruit super collum eius, obsculans eum, et iussit deferri sedem illius iuxta sedem suam, et locuti sunt inter se pacifica et dulcia verba, et permisit eum redire ad sedem suam cum gaudio magno et alacritate. Post tertium annum Ravennam ingressus est, quem suscipientibus eum suis, modica gratulatio fuit et modica quies. Ivit Sergius pontifex ad monasterium beatae virginis Mariae qui vocatur Cosmiti. Post missam celebratam prostravit se ante altarium beati Nicolai, orans diutissime et lacrimas fundens, quae apparet usque in praesentem diem.

754 ex.

c. 758.

a) eum exuit *emend. Bacch.* b) *bis scriptum c.* c) *ita emendare conatus sum;* munit *c.* d) f. ire ulum *c.* e) militastis sed *c.* f) *ita vel* bonis *emendandum esse opinor;* de his *c.* f*) *i. e.* clerus. g) fuit *c.* h) *ita Bacch.;* de *c.* i) *ita Bacch.;* oravit *c.* k) *ita Bacch.;* dimittite *c.* l) eum *c.*

1) *Stephanus II. papa ex Gallia revertens, in monasterio s. Ilari Galliatensi, sito in diocesi Popiliensi ad fluvium Ronco, moratus, idem ecclesiae Ravennati subtractum Anscauso episcopo Fori Popilii tradidit. Ita narrat Paulus papa in bulla a.* 759, *Febr.* 5 *(Jaffé* 1793*), qua illud monasterium ecclesiae Ravennati restituit.* 2) *Cf. Fredegarii cont. IV.* 3) *Cf. p.* 377, *n.* 7. 4) *scil. lampas, ut c.* 138.

158. Eo namque tempore exiens Stephanus papa Romanus Roma, Franciae arripuit iter, properans huc Ravennam, infra episcopium eius applicitus est[1]. Scientes autem et videntes sacerdotes, quod ipse scrutaretur gazas atque omnes opes ecclesiae deglotire deberet, erant inter eos incommoda verba. Alii dicebant: 'Suffocemus eum'; alii: 'Non, serventur[a] ecclesia fortunae'. Erant dispares voces in vulgo. Tunc Leo diaconus[2] et ipsius domui vicedominus sacerdotibus dixit: 'Cum coeperit depopulare omnia[b], vocemus eum occulte quasi aliquid ad ostendendum ei, et praecipitemus[b*] eum, ut dimersus in profundum aquae nunquam cunpareat'. Hoc erat inter eos cunsilium, et verba incommoda et commoda agebantur et cunclusa. Alii, cum quasi facta fuisset, remotionem criminis meditabantur. Audiens haec Uviliaris[c] archidiacono istius sedis Ravennae de monasterio sancti Bartolomei, qui illo tempore ibidem sistebat abba, ubi Deo favente post ipsum quartus ego sum modo, ad episcopium[d] ecclesiae cum summa velocitate occurrit et vidit omnes sacerdotes in talibus machinamentis sermocinationum sistere et diversa inter se cunsilia volvere; agnoscens suum in contraria coeptum, complosis manibus cuntra eos vocem misit: 'O quanta insania, fratres! Si ista meditati estis perimere[e] pontifice, non aequa cunsilia in pectoribus vestris gestatis. Adquiescite mihi, ut papa honorifice hinc abscedat, manusque vestrae servate innoxiis, et sacramentum praesulis nostri servemus[f] illaesum. Cum incubare[g] coeperit atra nox[3] et Romanorum cum fuerit corpora ex dapibus et lucidissimo lyeo opleta[h], prima quies, quasi sepulti iacent: cuncta[i] atrii lichna[k] extinguantur, ne illi flammae candelarum nocte solatia praestent, et quid possimus[l] occulte abdicare, omnia in criptis celentur[m], ignorante pontifice nostro, et apertis locis divitiarum quas papa Romanus invenerit tollat'. Placuitque omnibus hoc cunsilium, et decreverunt, quia haec Uviliaris melior est quam ceterorum sententia prolata mente. Et ingressi sacerdotes infra singula loca gazarum, abscunderunt quantum valuerunt. Intempestivum vero noctis[4] venit praedictus papa Stephanus. Allatae sunt ante eum omnes claves a vesterariis[m*] ecclesiae, et reserata sunt ei omnia ostia. Abstulit reliquias, quas non potuerunt sic citius occultare, ex auro plenas balantias novem, vascula argentea plurima et[n] coclearia argentea tractoria, quaternaria una et diversas alias aureas et argenteas species, et sic in Franciam perrexit, unam vero [ex[o]] cuclearibus Romam transmisit. Tunc cognitum Ravennensibus civibus, postquam papa egressus est, depopulationem ecclesiae, voluerunt prosequi plaustrum, quod argentum vegebat[5], sed timidi vehiculatores in Ariminum delati sunt, et Ravennenses ad suam reversi sunt civitatem.

159. Igitur iudicavit[p] iste a finibus Persiceti[q. 6] totum Pentapolim et usque ad Tusciam et usque ad mensam[r] Walani[7], veluti exarchus, sic omnia disponebat[8], ut soliti sunt modo Romani facere. Reversus vero papa Stephanus ex Francia Romam, inito antea cum archiepiscopo cunsilio, pernimia[s] blandimenta et pacificas epistolas ad aliquantos nobiles Ravennenses iudices misit, ortantes, ut Romam pergerent illi, qui in necem pontificis cunsenserunt. Inter quos etiam avus[9] patris mei fuit, et tandiu Romae sunt coartati, quousque omnes ibi mortui sunt. Et post haec cuniunxit foedus pontifex cum Veneticis[10], ut ne deterius quod[t] ei contingerat postmodum veniret, quia fefellit ei

a) serentur *c.* b) *in marg. suppl. c.* b*) precipitimus *c.* c) Wil. *semper c.* d) *ita Bacch.;* episcopum *c.* e) derimere *c.;* de Romano *susp. Bethmann.* f) serviemus *c.* g) incubere *c.* h) lyico pleta *c.;* lyaeo plena *Bacch.* i) *ita Bacch.;* chureta *c.; fortasse* clarentia. k) liclina *c.* l) poscimus *c.* m) *ita Mur.;* in cripuscelentur *c.* m*) vestariis *c.* n) ex cocl. *c.* o) *deest c.;* cucloaribus *c.* p) indicavit *c.* q) *ita conjeci;* Persice *c.;* Perticae *Bacch.* r) *vocabulum corruptum videtur; fortasse* amnem. s) pro nimia *c.* t) *fortasse* quam.

1) *Stephanum II. in itinere Francico Ravennam venisse et opes a Sergio exegisse, etsi crediderim, reliqua tamen omnia quae noster de hac re tradit valde dubia et fabulosa.* 2) *Idem qui post Sergium archiepiscopus ordinatus est.* 3) *Cf. Verg. Aen. I,* 89*:* Ponto nox incubat atra. 4) *Cf. c.* 16. 5) *i. e. vehebat.* 6) *Haud procul a Mutina situm, hodie S. Giovanni in Persiceto.* 7) *Volano, caput Padi, ut videtur.* 8) *Cf. Cod. Carol.* 51 *(Jaffé p.* 172*).* 9) *Fortasse Basilius, pater patris Basilii, cujus filius Agnellus fuit.* 10) *Cf. Cod. Carol.* 31, *p.* 114.

Langobardorum rex, et ultra non fuit credulus illi; et destributa pecunia in Veneticis[a], 7 balancias per nobilissimos viros aurum expendit. Aedificavit iste cellam beati Apolenaris de parte virorum, ubi et monachos statuit, et reliquid ibidem multas possessiones[b. 1]*.....

DE SANCTO LEONE XLI.

160. Leo XLI. Iste ex isto fuit ovile[2], non multum procera statura, nimis maci- 770 ex. vel 771 in.
lentus, sed fortis viribus. Hic primus Francis Italiae iter hostendit per Martinum diaconum suum[3], qui post eum quartum ecclesia regimen tenuit; et ab eo Karolus rex invitatus Ytaliam venit, regnum Langobardorum depopulavit, et rex eorum Desiderius socer 774.
suus in Francia captivus portatus est. Adelgisus, filius praedicti regis, una cum exercitu suo ante eum terga dedit et in partes Chaonides[4] fugit, et per aliquantos dies Salerno commoratus, exinde cum Karolus Romam venisset, timidus cum suis aliquantis fidelibus Apr. 2.
Constantinopolim perrexit[b. 5]**.....

DE SANCTO IOHANNE XLII.

161. Iohannes[c. 6] XLII. iunior[d] ..... Haec audita pontifex aspera verba, c. 778.
immutavit faciem suam, et factum est cor eius ut fremitus leonis, et ait ad archidiaconum

*) *In marg. sup. et infer. scriba adnotavit haec ex Gestis pont. sumta:* De Sergio archiepiscopo taliter invenio de eius morte: His vero peractis contigit *ex Vita Steph. III, c.* 25. — — detineri fecit. Sicque[7] predictus Leo in monasterio *ex eadem c.* 32. — extitit. Quia prima noctis hora *ex V. Hadriani c.* 10. — — corpus eius vulneratum. Et hoc sufficit de Sergio archiepiscopo Ravennate. *Et iterum:* De isto archiepiscopo Sergio tali invenio*:* Circa[8] annos Domini 914. Iohannes X. papa fuit. Hic fuit filius Sergii archiepiscopi Ravennensis, qui invasor ecclesie fuit et ab omni populo Ravenatus depositus est.

**) *In marg. manu scribae:* De Leone archiepiscopo taliter invenio de eius morte: Dum depositus fuisset de archiepiscopatu Sergio archiepiscopo Ravenatus, electum fuit in archiepiscopum Leonem, qui de eo ovile erat clericus[e], et statim surgens Michelius scriniarius ipsius ecclesie, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus Ariminum ad Mauricium ducem Ariminensem. Et congregans ipse *etc. ut supra ex G. pont.* — vitam finivit.

a) ... inventibus *c. et in marg.* al. iuvenibus; iuvantibus *susp. Bacch.* b) *multa exciderunt, in cod. nulla lacuna.* c) sextus *in marg. add. c.* d) *multa desunt, sed in codice nullum lacunae vestigium.* e) clericit *c.*

1) *Plura de hoc Sergio scimus ex cod. Carol.* 32, *p.* 114. *et Bavaro passim. Ad synodum Romanam a.* 769, *Apr. celebratam legatos misit (Mansi XII,* 713*) et paulo post* 769, *Aug.* 25. *mortuus est (G. pont. Stephan. III, c.* 25*; Rubeus p.* 227*; cf. Amadesi II,* 19*). Ejus epitaphium mutilum v. apud Spreti I,* 248, *nr.* 202. 2) *Sergio mortuo duo a Ravennatibus electi sunt Michaelius scriniarius et Leo archidiaconus, qui, illo in vinculis Romam misso, a Stephano III. papa consecratus est; cf. G. pont. Steph. III. c.* 25. 26*; Cod. Carol.* 88, *p.* 266. 3) *Cf. Abel, Karl der Grosse p.* 120. 4) *i. e. Epirus. Quomodo haec cum sequentibus stare possint, non video; cf. Ann. Laur. min. et maj. SS. I,* 118. 152*; Pauli Gesta ep. Mett. SS. II,* 265. 5) *De reliquis rebus gestis Leonis vide Cod. Carol.* 51. 54—56, *p.* 171. 182—188*; G. pont. in Hadriano c.* 9. 14—17*; Cod. Bav. p.* 31. *Eundem mortuum esse a.* 777. *vel* 778, *computatur ex numeris sequentium archiepiscoporum. Diem emortualem Febr.* 14. *affert Rubeus p.* 229. 6) *Septimus nostri ordinis. Idem fortasse diaconus, qui a.* 769. *a Sergio archiepiscopo missus synodo Romanae interfuit.* 7) *Auctor marginalium notarum hic inepte ad Sergium archiepiscopum refert, quae in G. pont. de Sergio secundicerio Romano narrantur.* 8) *Haec ex Chron. civit. Ravennatis (Mur. I,* 2, *p.* 578*), ubi de Johanne et Sergio III. papis dicta erant, depromta sunt.*

suum[1]: 'O quanta insania in corpore vegetas! Auxiliare ei[2], si potes'. Tunc ira cuntra iram insurgentes, veluti nebulam in altum se erigens aut tumidas hundas elevatas in praeccelso et verberat litus, sic sacerdotum corda diversa pulsabant. Post haec autem dixit archidiaconus ad archipresbiterum: 'Vis ut eamus, excutiamus eum foras'? Et ille[a]: 'Eamus'? Et dixerunt ad reliquos sacerdotes: 'Eamus, fratres, visitemus fratrem nostrum, tribulemus cum eo. Membrum nostrum et caro nostra est, ex unus sumus ovile, unum patrem abemus et incorruptam matrem, in uno fonte loti'. Et ierunt omnes ad ianuam Cuthina[3], et ambo recto poplite, archidiaconus una cum archipresbitero fregerunt ianuam ipsius excubiti calce percussa[b], et extraxerunt eum foras, et ierunt omnes in ecclesia cum eo, et sederunt in sacrario, usque dum nuncius desursum venit, rogaret, ut omnes ascenderent, ut mos est. Et invenerunt litigantem pontificem et magnis vocibus perstrepentem, sed non sunt sacerdotes eius territi minis[c].

162. Igitur quadam die dum praedictus pontifex post tribunal ecclesiae resideret cum sacerdotibus et multi ex plebe, subito Iohannes abba monasterii sancti Donati qui vocatur in Monterione, extra porta sancti Laurentii iuxta Wandalariam, non longe a monasterio sanctae Mariae qui vocatur Ad Blachernas — ibi Deo volente ego abba existo — protinus in terram cecidit et factus in extasi est, et spiritus ei evanuere[d], et reversus ad proprium sensum, interrogatus a circumstantibus, pro qua causa contigisset, ille erectus dixit eis: 'Si dixero vobis, mors me cunsumet'. Tunc palam omnibus eum pontifex interrogavit: 'Ex[e] qua causa accidit tibi'? Et ille respondens dixit: 'Mortuus est Leo ipatus[f. 4] statim, et vidi animam eius in linteo lucidissimo ab angelo in caelum deferente alacri vultu'. Stupefacti omnes praesentes adstantes mirabantur; et ut veritas probaretur, statim misit unum ex cubiculariis pontifex, ut veritas probaretur: et invenit eum ipsa hora mortuum. Abba vero ille post octo obiit dies.

163. De morte vero pontificis vobis insinuare festino[g]. State et videte divina et iusta iudicia Dei. Erat in hac civitate nobilissimi filius[5] viri, qui post mortem patris tenebat possessionem monasterii sancti Martini quae vocatur in Aqua longa[6], avunculus matris meae. Cotidie pontifex insidiabatur, ut praedictum monasterium invadere posset; et quia vim ei inferre non poterat propter nobilitatem parentum, maledictionis et blasphemia lingua cum gladium incidit. Die vero natalis sancti Apolenaris obtulit ei ipse, quem maledicebat, puer oblationem, qui renuit praedictus pontifex, sed maledixit eum, dicens post maledictionem: 'Videam mortem tuam et statim moriar'. Ibat ille repulsus et scandalizatus plorans. Ille vero post expleta missarum solempnia ivit ad viduatam marito matrem et retulit ei omnia plorans et ita denunciavit: 'Quod etiam corpus Domini mihi tradere noluit'. Factum est autem post haec divina iussione, ut Deusdedit, infirmitate stomachi detritus[h], mortuus est in villa quae dicitur Aureliacus[7], longe ab urbe miliario 12, iuxta aquaeductus prope Herculem. Turbata tota illius domus est. Et postquam lavaverunt corpus eius, posuerunt super plaustrum, ibique tumulatus iacebat exanime. Multi orbati impleti sunt lacrimis. Prostrata humo diurna mater iacebat; alii tondebat[i. 8] pectora, alii ora unguibus foedabant, alii salicum vimina intexebat crates, alii tondebat salicum ramos, qui operiebant glosochomum, alii lustrabant desuper virentias herbas,

a) ut *c.* b) percusse *c.* c) nimis *c.* d) *ita Bacch.;* evovere *in loco raso c.* e) Eius *c.* f) Leopatus *Bacch.* g) festinet *c.* h) deteritus *c.* i) tendebat *c.*

1) *Gratiosus fuit archidiaconus tempore Johannis VII, cf. c.* 164. 2) *scil. clerico cuidam ab archiepiscopo in custodiam misso, quem e carcere a clero liberatum esse, postea narratur.* 3) *Nescio num sit nomen an vocabulum corruptum.* 4) *i. e.* ὕπατος *(consul?), nisi legendum sit* Leopertus *vel* Leopartus, *nomen fortasse clerici ab archiepiscopo in custodiam missi.* 5) *scil. Deusdedit, filius Petri tribuni, ut infra dicitur.* 6) *Situm decimo miliario ab urbe; cf. Fantuzzi II,* 346. 347. *a.* 1001. 1037. *etc.; de Aqua longa v. ibid. II, p.* XLV. 7) *Cf. Fantuzzi I, p.* XLVIII *et de aquaeductu eundem passim in proleg. et Zirardini p.* 268. 8) *i. e. tundebant.*

alii evellebant ebulos, faginos, adferebant[a] saxos, velocius ut discurrerent rotas, alii undique praecidebant diversas salicum virgas, alii stimulo boves exagitabat, nonnulli vero gramineos substernebant corpore flores. Hirculenses[1] antecedebant onerosa animalia, carnarini[b] qui et lecticarii virgis costis agitabant taurorum, et ibant cum naribus patulis per viam lactea per cornuaque[c] ducti iuvencis, et pervenerunt usque ad pontem Odionis. Tunc Andreas[2], cognatus ipsius defuncti viri, stare imperavit corpus et puberes per in giro figere gradus iubet. Ornaveruntque diversis palleis exanime corpus, et lenbum[3] a barba usque ad caput innodatus erat, quod illi sua ex auro Basilii[4] mittente[d] mater. Tunc exeuntes omnes de civitate a magno usque ad parvum, nobiles et ignobiles, anus[e] et innuptae puellae, et erat maximus planctus et luctus undique, et non solum lugebant tumulatum corpus, sed orbatam de filio matrem. Tunc colla levatus virorum, perductus in monasterio sanctae Eufemiae in sancto Calinico[5], ibi sepelierunt eum. Tunc ingressa in civitate turbam plorantem, dederunt obtabiles voces in aures pontificis. Et interrogavit, quid hoc esset. Et dixit ei nuncius, qui viderat: 'Deusdedit, filius Petri tribuni, mortuus est'. Iterum misit alium nuncium, ut certius sciret; et venit, dicens similiter. Et dum sederet ad mensam post tribunal ecclesiae super vivarium, elevatis sursum manibus, respiciens ad vultum Salvatoris, dicens: 'Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, et tibi, beate Apolenaris, quia exaudistis me. Hunc diem semper desideravi'. Et dixit pincernae suo: 'Misce, quia, Deo gratias, exauditus sum'. Tunc pincerna accipiens ex ialico dimia[f] impleta mero porrexit pontifici. Quem ille accipiens, ebibit usque ad dimidium poculum, et subito in latere sinistro puncta percussus, celeriter calicem ministro dedit, et iussit removere mensam, et gaudia dapium in tristitiam versae sunt, et dedit [se[g]] in lectum; septimo die post excessum iuvenis mortuus est. Et iocundabatur mater orbata libero, sicut et ille gavisus de morte adolescenti fuit. Ecce vindicta divina! Sepultus est in basilica beati Apolenaris confessoris. Epitaphium super sepulcrum eius invenietis exaratum[6]. Sedit annos 7, menses 1, dies 3. c. 785.

DE SANCTO GRATIOSO XLIII.

164. Gratiosus XLIII. Iste humilis et mansuetus, pulcer aspectu, modice recalvatus, extenso in quantitate gutture, oculos grandes, decora forma et dulcia eloquia. Ex monasterio beati Apolenaris[7] abba fuit, quod est fundatum non longe ab ecclesia sanctae redemptricis Crucis[8] ad Monetam veterem, unde sanctissimus Reparatus[9] fuit. Vere Gratiosus, quia gratia Dei perfusus; istius sedis archidiaconus fuit. Istius temporibus apparuit signum terribile mortiferae cladis, ut, in cuius apparebat vestimentis aut in quolibet[h] indumento vel cherumanica[10] sive calciamento tres guttas venenatas[i], in tertia[k] die rapiebatur morte; et erant strata corpora humo, quae vix viva tradere sepulturae valebant. c. 785 vel 786.

165. Et venit in illis diebus Karolus rex Francorum Ravennae[11]; et invitatus, ut 787, Apr.—Iun.

a) *ita pro* auferebant *legendum esse puto;* adherebant *c.* b) *ita conjeci, a vocabulo* carnarium *ducens hoc verbum nunquam alibi quantum scio occurrens;* camarini *c.* c) l. qui cornua aque d. *c.* d) intexit *licet vix bene emendare ausim;* mitente *c.* e) *ita Bacch.;* avus *c.* f) *nescio quid sit;* calicodimia *Bacch., qui suspicatur* calicotheca. g) *deest c., suppl. Bacch.* h) qualibet *c.* i) *ita conj. Mur.;* venetas *c.* k) tertii *c.*

1) *Incolae, ut videtur, regionis quae supra dicitur* prope Herculem, *non urbanae quae vocatur Herculana.* 2) *Haud dubie avus Agnelli; cf. c.* 146. 3) *i. e. limbo.* 4) *Pater Agnelli, ut videtur.* 5) *Cf. Fantuzzi I, p.* XXII. 6) *Sarcophagi inscriptionem v. apud Spreti I,* 283, *nr.* 322. 7) *Quod vocatur 'in Veclo'.* 8) *De hac cf. supra c.* 41. 9) *scil. archiepiscopus; cf. c.* 115, *ubi hic commemorata* Moneta vetus *vocatur* Moneta publica; *cf. Zirardini p.* 28. 10) *Vocabulum compositum ex* χείρ *et 'manica', Du Cange-Henschel.* 11) *Anno* 787. *post pascha Carolus Roma in Germaniam revertens Ravennam venisse videtur, quod alibi non traditur. Posthaec musiva et marmora palatii Ravennatis Carolum ab Adriano papa petiisse, conjecerim (Cod. Carol.* 89, *ed. Jaffé p.* 268).

ibidem epularet, gratanter venit. Dixerunt enim sacerdotes suo pontifici: 'Domine, retine simplicitatem tuam et cave, ne aliqua loquaris, quae apta non sit'. Quibus ille respondit: 'Non, filii, non, sed oppilo os'. Cumque comederent et biberent, coepit pontifex rogare regem, dicens: 'Pappa[a], domine mi rex, pappa', et admiratus rex interrogavit[b], dicens: 'Quis est hic sermo, quem vates loquitur, pappa, pappa'? Tunc de circunstantibus sacerdotibus dixerunt ei: 'Non adtendat dominus noster rex, quod aliqua iniuria aut illusionis sit verba, sed suasionis. Vir iste servus et orator vester magnae simplicitatis est; sed sicut mater, quae blandit filios suos et prae nimio amore suadit, ut aliquid comedat, ita et iste magna clementia postulatus est vestram clementiam, ut comedatis et iocundemini'. Tunc rex palam omnibus imperat silentium, vocem erupit,
Ioh.ev.1,47. dicens: 'Ecce vere Israhelita, in quo dolus non est'. Post haec autem, quicquid imperavit ab eo praesul, obtinuit. Alium vero exponam orribilem, quod factum est in aethera,
774. signum. Tempore illo, quo Karolus Langobardiam accepit, visum est multis hominibus post solis obitum in caelum equi cum ascensoribus suis inter se invicem decertantes, et erat motus ubique.

166. Igitur*, carissimi, non sitis segnes, sed state et audite, quid Dominus per meum erit locutus [os[c]], ut sciatis quae ventura sunt. Ego propheta non sum, sed ipse spiritus, qui locutus est in prophetis, potest similiter nostra se effundere corda. Ipse
Ioel 2,28. Spiritus sanctus per Iohel clamat: 'Effundam de spiritu meo super omnem carnem', et
Ierem. 5,14. ad Ieremiam ait: 'Ecce dedi verba mea in ore tuo', et Iacob patriarcha dicens: 'Con-
Genes. 49, 1. 2. gregamini[d], filii Iacob, audite Israhel patrem vestrum, unde adnunciet vobis, quae ven-
Luc. 21,15. tura sunt', et ipse Filius aeterni Patris ait: 'Ego dabo vobis os et sapientiam'. Quid mirum, si ante incarnationem Spiritus sanctus prophetarum corda replebat, ut praenunciaret ventura, et nunc post[1] nostra socius est carnis effectus, totam verba[e] sua largitus
Ioh ev.1,16. est gratia plenitudo, dicente euangelista: 'Nos omnes de plenitudine eius accepimus'? Si ergo idem Spiritus per gentium et infidelium os, sicut per tirannum crudelem Nabuchodonosor regem et gentilium poeta Virgilium et per vatem Sibillam locutus et futura praedixit[2]: quare ergo modo ipsa divina maiestas per christianum hominem et sanguine
Luc. 2,36. redemptum non loquatur? Si enim in fragili sexu, Annam scilicet et Sibillam ipse
Ioh. ev. 3,8. habitavit Spiritus, ergo non dubii sitis[f] euangelica verba dicentia: 'Spiritus ubi vult spirat'. Sed ego vobis dico, fratres mei, commilitones mei, Ravennenses cives, quia veniet tempus in ea, quale nullus ibidem commorantium memorare poterit. Et erit ex suis omnibus minorata donis, et a suis civibus maxime cunsummabitur, et erunt inter se bella et diversas lites inter se invidentes, maligna cogitantes, ex ore pacifica verba loquentes, gladium in corde habentes. Capud omnium est in obsidione, et cunculcabunt ea inimici sui; undique erit in ea vastitas, et insurgunt cuntra hostes suos et videntes eos, territi revertentur[g]. Et adsumunt spolia vicinantium civitatum, et cunculcabunt sanctorum ecclesias et apostolorum depraedabuntur. Et veniunt ex occiduis partibus rasi barbas pro defensione eius, sed ipsi maxime laedent. Eritque in tempore illo maxima fames, perditio multa. Eruntque circa marina litora pestilentia gravis, pelagusque tumidas undas fortiter suos vorabit litos, et levabit[h] mare cuntra creaturam suam; quos nunc gratanter invenerit in aequora suos proiciet pisces. Omne genus corrumpet semen suum. Etiam ipse caelum serenitas obscurabit et opportunitatis tempore rorem retinet, et nubes

*) Hic vaticinat Gratiosus archiepiscopus Ravennae et non auctor istius operis[3] *in marg. manu ead.*

a) Papa *hoc loco c.* b) interrogare *c.* c) *deest c.* d) Congregavimini *c.* e) *fortasse* per verba. f) scitis *c.* g) reverterentur *c.* h) iuvabit *c.*

1) *i. e. postquam, ut saepe.* 2) *Cf. Daniel c. 2. 7; Verg. Aen. III,* 445 *sqq.* 3) *Errat marginalium notarum auctor.*

sua temperantia pluviam stringet, sed recollecta radia tenebrosam diem ostendet. Veniet prophetia illa, quae scripta est: 'Occidit illi sol meridie', quam ex sole iustitiae dixisset Christus[1], qui medio die crucem ascendit. Tamen et spiritualiter et carnaliter intelligitur. Et luna minuetur de lumine, id est doctrina sancta mea ecclesiae per malos et inscios sacerdotes minuetur. Quia veniet tempus nequissimum in hac ecclesia: antecedent iuvenes senes et doctrina seniorum et sancta derident ecclesia. Discentes[a], si sapientes estis, stulti erunt et iuxta apostoli verba 'semper discentes, nunquam ad scientiam veritatis pervenientes'. Hii sunt idiotae et maxime pravi et duri corde, qui in talia agunt. Lac ecclesiasticum nullo modo sugere valent. Hii non proprii sunt filii, sed privigni. Ravenna paulatim paulatimque cuntrarietur. Non invenietur in ea viri quatuor unam voluntatem habentem, et tres in una si inventi fuerint domo, invicem se zelantes mordebunt. Et erunt in hominibus et in creaturis saevus et pessimus vulnus. Et terra non dabit fructum suum, et ipsa mater omnium matertera efficietur[b]; et desiderabilia deficient poma, et omnia gaudia in moerore vertentur. Et quod nunc est Romanorum imperium desolabitur, et super augustalem solium reges sedebunt. Et erunt christiani censuales aliis christianis, et unusquisque misericordiam contra proximum suum non abebit. Hoc erit initium signorum, cum sacerdotes elati et cupidi esse coeperunt et honorem nullum antecedentibus repraesentabunt. Per[c] malos pontifices ecclesia Ravennatis[d] deiscens, pro suo honore thesaura ecclesiae tribuent et munera spargent[2], et postquam omnia cunsumpserint ornamenta ecclesiae, praedia tribuent. Et veniet tempus, ut ad ecclesia mensam cum vasculis ligneis ministrent, et interficient pastores oves suas. Non adtendent quae Dei sunt, sed seculum diligent plus. Et veniet circa litora maris gentes ignotae Deum[3], et interficient christianos et praedabuntur regiones eorum, et qui residui fuerint, erunt ei tributarii. Et insurgent christiani contra christianos, et pessime oppriment eos, et res illorum deripient, et corpora illorum affligent, et pro nimia debilitate blasphemabunt in caelum. Universus contra se excitatur invicem mundus. Et Agarenorum gens ab oriente insurgunt et praedabunt civitates in marinis litoribus sitas, et non erit qui eruat. Nam in cunctis regionibus terrae erunt inopes reges et diligentes munera, et oppriment populos sibi subiectos, et peribit Romanorum[e] Francorum imperium, et sedebunt reges super augustalem solium[4], et minuentur omnia, et praecellent servi[f] ante dominum suum, et in his mugiet terra, et elementa dehiscent[g], et cunfident unusquisque in gladio suo, et omnia terrae corda fremebunt, et deficient seniores, et iuvenes exaltabuntur, et non recordabuntur antiqua praecepta, sed unusquisque in sua pravitatis ambulabunt viam[h]. Et commovebuntur ex caelo astra, et percussio erit in creatura et in pecoribus et in iumentis, et gemebunt multi nimia penuria sustinentes, multorumque deficient corpora propter penuriam famis, et vadent nobiles Romani in aliena terra captivi propter suas divitias. Depopulabitur a suis Roma et cuncremata incendio erit. Et omnis terra sterilis, et fructus non erit in ea, et quicumque pacem[i] aut auctoritatem dilexerit, abominabilis erit. Iustitiam autem non memorabitur, et erunt perversa[k] iudicia, et munera excaecabuntur oculos eorum, et suffocabunt pauperum causas, et super viduas iocundabitur. Et erunt monasteria disrupta, et ecclesia exterminabunt, et in tantum exagitat diabolus in[l] sanctas ecclesias, quas a fidelibus christianis demoliantur[5], et erit tenebrosa domus Dei, et ministri auferent[m] thura a sancto altario, et imministrabunt[n],

Amos 8, 9. cf. Ies. 60, 20. 2. Tim. 3, 7.

a) Dicentes *c.* b) efficiet *c.* c) Pre *c.* d) Ravenatas *c.* e) Romanum *Bacch.* f) servum d. *c.* g) *ita Bacch.;* dehiscens *c.* h) viā *c.* i) *bis scripsit c.* k) p̄versa *c.* l) *ita Bacch.;* ut *c.* m) auferetur *c.* n) ī min. *c.;* et non min. *Bacch.*

1) *Interpretandum videtur: de sole justitiae scilicet Christo.* 2) *Haec de Georgio archiepiscopo dicta esse videntur.* 3) *i. e. quae Deum ignorant.* 4) *Hoc jam paulo supra dictum ad divisionem imperii inter filios Ludovici I. spectare videtur. Noster enim a parte Lotharii imperatoris contra reges fratres ejus stetit, cf. c.* 174. 5) *Cf. supra c.* 68.

et vexabunt sacrificia multa, quia sacerdotes non honorabuntur ab hominibus, sed cum aliquem cupiunt ammonere, deridentur ab eis. Sacrificium autem non Deo placabile erit, si perfecte huius seculi cupiditas sacerdos [non[a]] abiciatur; si autem ira ab animo non ammoverit, munus immaculatum non erit. Et erit in diebus suprascriptis, nubunt servis cum filiabus domini sui et ignobiles cum nobilibus, et procreabunt filios et filias, et ex stupru nascentibus[b] erunt iudices et duces, et subvertent terram. Et multi non ferentes opprobrium exeunt de civitatibus suis et de locis suis et commorabuntur in terra aliena, et erunt ecclesiae castra subversa et sacerdotes dispersi etiam et sanctemoniales oppressae a singulis hominibus vitae et invitae, aliae namque[c] partus suos negantes[1], ne ventris fructus et testis et proditor fiat. Haec, fratres, de profundis pauca
Iob 1, 2 ausi[d], ... quia a dolore capitis consumor; 'sed tamen', iuxta beati Iob eloquia, 'cunceptum sermonem tenere quis possit'? State, prudentissimi, et dimicate cum perniciosissimum hostem, ne caput doleat, ne oculos caligit, ne aures surdescant, ne os taceat, ne lingua sileat, ne manus[e] a signo crucis quiescat, ne brachia arescat, non cor tumescat, non friget[f] pectoris animo, ne venter a cibo extendatur, non genua rigescant, non incurvata dorsa, non indeflexo poplite, non pigrior pede, sed totum firmum stabile sit corpus. Estote, Deo volente, perfecti, sicut hic beatissimus Gratiosus fuit omnibus diebus vitae suae. Obiit
788 vel 789, Febr. 23 autem die 23. mensis Februarii[2], et sepultus est in ecclesia beati Apolenaris sacerdotis[3] et martiris Christi in civitate Classis. Sedit autem annos 3, menses 0[g], dies 11.*

DE SANCTO MARTINO XLVI.

167. Martinus XLVI[4]. Iste longam staturam, grande caput calvusque, omnem densitatem corporis plenus, de monasterio beati Andreae, quod situm est non longe ab ecclesia Gothorum, archidiaconus huius sedis fuit[5], et pene annos 80 istius adeptus est sedis, consecratus Romae per manus Leonis III. papae. Qui cum ex Roma reversus fuisset, misit missos suos in Francia ad Karolum imperatorem, et iocundatus exinde

*) *Post haec inserit scriba:* Hic et Valeri[6] archiepiscopi istoria debet esse, sed deest; et ista pauca de illo scrita hinc non est de dicto Agnello, sed inveni in aliis cronicis[7], unde hic posui.

DE SANCTO VALERIO XLV[8].

Valerius XLV. Quatuor Chalendas Februari in Classis ecclesia celebratur festum.

a) *deest c.* b) e. n. *c.* c) alienaque *c.* d) auriunt *c.; hic fortasse quaedam verba exciderunt, ut* et hic concludam *vel talia.* e) animo *c.* f) non fribet pecatoris animo extendantur ne *c.;* non fibrae pectoris a. ext. *Bacch.;* extendantur *anticipatum videtur ab amanuensi.* g) *ita c.*

1) *i. e. necantes.* 2) *Adriani papae epistola, Cod. Carol.* 88, *ideoque ante a.* 791. *scripta, de electione successoris Gratiosi defuncti agit. Certius tempus ex numeris a nostro allatis computatur. Brevi tempore Gratiosum sedisse, etiam ex Cod. Bavaro conjici possit, in quo semel tantum p.* 69. *occurrat.* 3) *Inscriptionem sarcophagi ejusdem v. ap. Spreti I, p.* 283, *nr.* 323. 4) *Ante a.* 810, *Jul. eum ordinatum esse, ex sequenti capite cognoscitur.* 5) *Cf. c.* 160. 6) *Inter Gratiosum et Valerium Chron. ep. Rav. Johannem quendam inserit, cujus solum nomen affert. Idem secuti sunt omnes Ravennates, Rubeus, Amadesi II, p.* 31. *etc. Bacchini vero hunc Johannem ejicit, cui assentiri malim. Constat enim, eodem monente Bacchinio, hunc non exstitisse in serie Agnelli, qui supra c.* 160. *scribat, Martinum quartum post Leonem archiepiscopum sedisse, (cf. etiam n.* 8). *Valerius igitur circa a.* 789. *electus, ante a.* 810. *mortuus est, de quo paucissima comperta habemus; cf. c.* 70. 169; *Spreti I, p.* 284, *nr.* 326; *Cod. Bav. p.* 69. 77. 7) *scilicet in Chron. ep. Rav.* 8) *Chron. ep. Rav. habet XLVI, cum Apollinarem, non Aderitum primum episcopum numeret et Johannem ante hunc inserat; Agnellianae vero seriei hic est quadragesimus quartus, itaque codicis nostri numeri ordinales abhinc unitate superant eos archetypi. Quod intelligitur etiam ex Scholastici versibus* 65—67 *(p.* 276), *qui Petronacium, in Estensi codice quadragesimum septimum, quadragesimum sextum numerat.*

augustus est. Iste monasterium sanctae Mariae qui vocatur Ad Blachernas ad Andream[1] largivit presbiterum, eratque adhuc puer; et accepit ab eo praedictus pontifex solidos aureos 200 pro utilitate suae ecclesiae, et fecit exinde amulam auream, adhibens plus aurum, in similitudinem coculam marinam, et est ad utilitatem crismae usque in praesentem diem. Igitur talis fuit in suo corpore, ut dixi, vastus[a], ut praedictis 200 aureos, quos ego ei in gemella porrexi, in sola cunclusit laeva; et ammirati sunt proceres istius Melisenses urbis una cum sacerdotibus haec videntibus.

168. Munivit hic antistes ecclesiam beatae Eufemiae quae vocatur Ad Arietem[2], quam olim aqua dominabatur. Mortuus est istius temporibus Pipinus Langobardorum 810. rex, et voluto tempore obiit Karolus imperator die 30. mensis Ianuarii[3], et suscepit 814. imperium Lodovicus, filius eius, pro eo. Eo namque tempore Leo Romanae ecclesiae et urbis antistes misit cubicularium suum nomine Crisafum[b] et reliquos caementarios, restauravit tecta beati Apolenaris[4], omnia ex trabibus et laquearibus abiegnis, et omnia illius martiris tegumenta; uno cum suo dispendio[c] omnes suburbanae civitates veniebant, omnia docaria[5] et subtegulata et omnia ligna abiegna et quae necessaria erant Ravennenses cives volventes in angaria cum funibus[d] et ingemas[e] cetera. Caementariique ordinabant trabes super parietes, et perfecta sunt omnia; solaque hypocartosis[f] hic pontifex infigere praecepit.

169. Non post multum tempus iratus Leo papa cum[g] Martinum antistitem, misit legatum suum Franciam ad Lodovicum imperatorem, volens cuntra praedictum Martinum agere pontificem. Tunc Lodovicus imperator cunsensit voluntati eius et misit Iohannem Arelatensem[h] episcopum[6], praecipiens illi, ut iret cum Martino pontifice Romam et ageret cum Leone papa. Qui praedictus Iohannes Arelatensis sedis antistes veniens Ravennam, et inito [cum[i]] archiepiscopo cunsilio, coegit eum per fideiussorem, ut iam dictus Ravennas[k] sedulus[7] Romam iret, et fideiusserunt eum viri per solidos aureos duo milia, excepto infirmitate corporis. Post 10 vero dies de sua egressus sede, ibat, ut properaret Romam, et veniens non longe a Ravenna quasi miliarios 15 ad Novas[8], ubi olim fuit civitas nunc dirupta, infra ecclesiam beati Stefani, per 15 dies ibi cummoratus est. Et misit legatum suum Romam, qui diceret, quia egressus de civitate venire voluit et infirmavit. Ille autem equitare non valebat, quia minus[l] erat corpus; ex parte simulabat infirmitate. Quo audito, Romanus pontifex tristatus est valde, quia eum ad se accersire non potuit, ut valde eo coartaret. Tunc sinivit[m] eum et iussit reverti una cum legato imperatoris ad propriam sedem. Post haec autem, expleta legatione, Arelatensis sacerdos ingressus est Ravennam, et suscepit eum Martinus pontifex cum gaudio magno et alacritate multa, et prae dapibus repleti, Ravennas[n] sedulus vascula argentea tota expleta mensa, facta in modum platani, quam ex dimissione Valerii archiepiscopi[o] in suo palatio erat, quod suis[o] in temporibus fecit, et alapas euangeliorum aurea parva[p], mechanicis facta operibus[q]....

170. Eo tempore defunctus est Leo papa, cuius Stefanus succedit in sede. Et 816, Iun. hic profectus[r] in Francia papa ad Lodovicum imperatorem, quicquid postulavit

a) vastis *c.* b) Crisafun *c.* c) dispendio. Omnes *distinguit c.* d) finibus *c.* e) *ita c.; an* ingeniis? f) hypocrastos *c.;* hypocaustos *Bacch.* g) contra *Mur.* h) Arelet. *hoc loco c.* i) *suppl. Bacch.; deest c.* k) Ravenā *c.* l) *malim* maius. m) finivit *c.* n) Ravenna scedulus *c.* o) archiep. — suis *in marg. cod. suppl.* p) parvum *c.;* parum *Bacch.; fortasse* permirum. q) *hic quaedam excidisse videntur, in cod. nulla lacuna.* r) predictus *c.*

1) *i. e. Agnellum ipsum; cf. praef. p.* 270. 2) *Cf. c.* 1. 3) *Potius Jan.* 28, *Einhardi Vita Caroli c.* 30. 31, *SS. II, p.* 460. 4) *Cf. G. pont. in Leone III, c.* 106. 5) *Vocabulum ortum ex graeco* δοκός *(trabs), Du Cange-Henschel s. v.* 6) *Secundus hujus nominis.* 7) *Nescio an hoc explicandum sit 'qui tenet sedem Ravennatem', cf. paulo infra.* 8) *Inter Ravennam et Ariminum ad mare situm, hodie Porto Cesenatico, ut putat Cluver., Italia ant. I,* 299.

816, Nov. ab eo, optinuit; et venit Ravennam, et obsculati sunt ambo pontifices, Romanus et Ravennianus. Et celebravit Romanus antistes missas in ecclesia Ursiana, et ostendit sandalias Salvatoris, quas omnis populus vidit. Et laetus ex[a] civitate egressus, ad propriam reversus est sedem. Igitur istius Martini temporibus misit Lodovicus imperator ex dimissione sui genitoris Karoli[1] ad Martinum pontificem huius Ravennatis sedis mensam argenteam unam absque ligno, habentem infra se anaglifte[b] totam Romam, una cum tetragonis argenteis pedibus et cum diversa vascula argentea, seu et cuppam aurea unam, quae cuppa haesit in cratere aureo sancto, quo[c] cotidie utimur[2].....*

DE SANCTO GEORGIO XLVIII.

171. Georgius XLVIII[3]. Iste iuvenis aetate, capillo crispo capitis, grandes oculos. Ab Gregorio IV. papa Romanus cunsecratus fuit. Sed postquam sacramentum a corpore beati Petri praebuit, egressus Romam, statim cuntrarius ordinatori suo extitit. Hic postquam accepit regimen, omnes gazas ecclesiae cunfregit et criptas disrupit et thesauros praedecessorum pontificum extraxit[4], et ut filiam Lotharii de fonte levaret, magnas ope exinde expendit. Eo anno ivit Papiam; et post omnia exenia[d] augustali tributa, emit ex palatio eiusdem imperatoris vestimenta baptismalia quingentos aureos, ex auro ornata, bissina alba; et suscepit filiam praedicti augusti nomine Rotrudam[5], quam mihi porrexit, et manibus meis vestivi et calciamenta in pedibus decoravi auro et iacintho ornata, et postmodum missas ad augustum celebravit. Pariter Ermengarda augusta stipata puellis, induta clara veste, aureo circumdata limbo, cunligata crines vittis, iacintinis[e] gemmis, prosobsi velata, facies stillatas sarduisque, smaragdis[f], auro[g]. Et ante introitum[h] missarum fatebat[6], se exardescere siti, et bibit occulte plenam fialam vini peregrini, et post haec caelesti participavit mensae infra palatium eiusdem civitatis in monasterio sancti Michaelis.

*) *Post haec scriba inserit:* Hic multum deest de isto Martino; et post istum sequitur Petronacius archiepiscopus, sed deest, nec in originali reperi. Sed ista pauca de illo Petronacio archiepiscopo scrita hinc non est de dicto Agnello, sed inveni in aliis cronicis[7], unde hic posui:

DE SANCTO PETRONACIO XLVII.

Petronacius XLVII, qui iuravit honorem Karolo imperatori[8]. Huius tempore Andreas qui et Agnellus, abba Sancte Marie Ad Blachernas et Sancti Bartolomei hunc codicem pontificalem composuit, ut patet supra in principio huius libri in versus[9] quod incipit: 'In Patris ac Nati'. Item et istius tempus repertum est corpus beatissimi Maximiani archiepiscopi Ravennatis, ut habes supra in capitulo 'Maximianus'[10], et iste Agnellus Andreas Ravennatis ecclesie fuit presbiter cardinalis.

a) 9 *c.* b) una gliste *c., et in marg.* al. anaguste. c) que *c.* d) exemia *c.* e) iachintinis *c.* f) smaragdus *c.* g) *fortasse quaedam exciderunt, ut Bacch. suspicatus est.* h) introitu m. *c.*

1) *Cf. Caroli testamentum in Einhardi Vita Car. c.* 33, *SS. II, p.* 462. 2) *Martinus circa a.* 817. *vel* 818. *mortuus est, die Nov.* 10, *ut habet Rubeus p.* 236. 3) *Primo occurrit in charta a.* 838, *Mai* 8, *Fantuzzi II, p.* 5. *Post a.* 827, *et, ut opinor, haud brevi tempore post, ordinatus est.* 4) *Cf. c.* 136. 5) *Nec nomen, nec quo anno nata sit alibi legitur, conjiciendum vero est, hoc factum esse circa a.* 835—839, *quo tempore plerumque in Italia et saepe Papiae moratus est Lotharius I.* 6) *scil. Georgius, ut opinor; non satis vero liquet.* 7) *scil. ex Chron. ep. Rav., addit vero scriba pauca verba.* 8) *Falsum hoc, Petronacius enim post Caroli M. mortem ordinatus est, qui primo in bulla Paschalis papae a.* 819, *Jul.* 11 *(Jaffé nr.* 1939*) occurrit; deinde in charta papyracea a.* 824, *Marini, Pap. dipl. p.* 151, *nr.* 97 *(ibi male in a.* 854. *posita). Subscripsit actis synodi Romanae a.* 826, *Nov.* 15. *celebratae (Mansi XIV,* 999*). Inter a.* 827. *et* 837. *mortuus est.* 9) *Scholastici; supra p.* 275. 10) *C.* 83.

172. Igitur tempore illo, die 7. mense Madii dedicatio basilicae sancti Michaelis[1], hic Ravennae pluit sanguinem. Indictione 2, 8. eiusdem mensis, in[a] vigilia noctis apparuit in caelum signum mirabile discurrentium inter se stellas ab oriente in occidentem velocissimum cum luna 20[2]. Item die quinta mensis Madii, indictione 3. factus est meridie sol tenebrosus nimis per universum mundum usque ad horam nonam. Et apparuit in caelum stellam ardens tanquam facula[3], superans virtutem solis, et aliqua modica sub ipsius[b] quasi passos duos ibant ab orientem in occidentem, et post virtutem radiat[b*] solis, iterum candor earum in ipsis erat stellis. Mortuusque est Lodovicus imperator, ut aiunt quidam, ipsa die. Et successit Lotharius, filius eius, post eum. Et antequam hic moreretur augustus, divisit imperium suum inter reges filios suos: Lotharius augustus maxima pars, Pipinus[c] Aquitania regnum, Lodovicus Baioariae. Hiis Ermengardae filii. Ad Carolum vero plus fertilem et optimam[d] largivit partem, et Giselam, filiam suam, tradidit marito Curadum[e.4] nomine, piissimus homo. Hic et haec[5] Iudit augusta parturit. Mortuo autem Lodovico, semper bellum inter germanos fuit, eratque pax, sed instabilis. 839, Mai 8. 840, Mai 5. Iun. 20.

173. His itaque gestis, sensit Georgius archiepiscopus, quod legati sedis apostolicae Franciam ire deberent ad impetrandum inter fratres pacem: misit missos suos ad Lotharium augustum, ut peteret ad Gregorium papam, quatenus ipse cum legatis Romanis Franciam pergeret. Factumque est ita; et ivit cum maledictione apostolica[6]. Et putans se ipse Georgius vicem apostolicam tenere, ivit cum equis 300, qui diversa portabant onera; et sumpsit secum aurum multum et argentum, depopulata gaza ecclesia, et coronas aureas, quas beatus Petrus antistes[7] fecit, et calices et patenas aureas et diversa vascula et argentea et aurea, et gemmas de cruce et coronis, quas demolivit, secum detulit, ut ad omnes larga manu largiret. Cogitansque, quod per eam posset subvertere imperatorum corda, ut exiret desub potestate Romano pontificis; et privilegia, quae Maurus[8] et ceteri pontifices Ravennenses meruerunt a sacris principibus, omnia deportabat.

174. Et pervenit cum legatis Romanis usque ad imperatorem, et invenerunt eum in campo praelii in loco qui dicitur Fontaneum, contra Carolum dimicantem. Tantaque plenitudo exercitus Lotharii erat, ut aiunt, ut nulla quadrupedia aut minuta volatilia evadere vel transvolare[f] potuissent. Igitur inito certamine die sabbato post esterno die[9] sancti Iohannis baptistae, diversa inter se miscebant lucida tela. Sonant arma, humeris ventilantur splendida scuta[10], tremebant multi animo, se terga dabant, pavida corda et gemitos immensos, cadebant corpora ferro. Lotharius armatus se medium mersit in hostes, videns victos suos fugientes passim undique, nec erat quies secantium gladiis membra. In media inimicorum, ut dixi, arma deventus, non ex eius lateri qui posset auxilium erant praebere, sed

841, Iun. 25.

solus acer multa demolivit cadavera hasta[g].

Bella solus vicit, sed sui omnes terga dederunt. Crinito sedens sonipede[10], pictas[h] ornatus faleras ostro[i], calce equo percutit, inimicos morsibus vastans. Qualis in hoste solus, decem

a) mensis. In *distinguit c.* b) *locum valde corruptum, ut videtur, restituere nequeo.* b*) *fortasse* rediit? c) Pepinus *c.* d) opimam *Bacch.* e) *legendum:* Evrardum. f) transvelare *c.* g) cadavera. Hasta bella *distinguit c.* h) pictus *c.* i) *ita conjeci;* rostro *c.; cf. Verg. Aen. IV,* 134: ostroque insignis et auro stat sonipes.

1) *Die Mai.* 8. *celebrabatur apparitio sancti Michaelis. De tali basilica v. supra c.* 77. 2) *Anno* 839, *Mai.* 8. *fuit luna* 20. 3) Stella ardens tanquam facula *in antiquis Annalibus cometa dicitur; noster vero haec quondam lecta male intelligens, dicit, ut videtur, sole deficiente, stellas effulsisse; cf. Vita Ludov., SS. II,* 646; *Simson, Ludwig der Fromme II, p.* 226 *n.* 4. 4) *Eberhardo marchioni Forojuliensi; cf. Dümmler in Jahrb. für vaterländische Gesch. (Wien* 1861) *I, p.* 173 *sqq.* 5) *scil. Carolum et Giselam.* 6) *Cf. Prudentii Ann. a.* 841, *SS. I, p.* 437; *Dümmler, Ostfr. I, p.* 156 *n.* 70. 7) *Quotus hujus nominis non constat.* 8) *Cf. c.* 110. 9) *i. e. postridie.* 10) *Cf. c.* 140.

841. sicut ille fuissent, imperium divisum non esset, nec tantos in sedilia reges. Interea versa est victoria in manus Caroli. Adiuvabat eum Lodovicus, frater suus, Baioariorum rex. Sed postquam venit Pipinus, filius Pipini, Lotharii nepos, rex Aquitaniae[1], cunfortatus exercitus Lotharii, iterum commissum est bellum, et aliquanti ex parte Caroli ceciderunt, quia erant vagi per loca. Quos colligentes se, inito certamine, ex parte Lotharii et Pipini ceciderunt amplius quam 40 milia hominum. Captus est ibi Georgius archiepiscopus, deposueruntque eum de equo invite et abstulerunt pluviale, quod erat cooopertus, et cumpellebat eum ire hostis suis ante equum suum quasi unum ex pecudibus; et cum non valebat gressu pedum incedere, percutiebat eum lancea hasta. Tunc unus ex illis posuit eum pro subsannationem in iumentum dorso disruptum, sine stramento, aures et cauda abscissa valdeque deformis, et ibat moerens. Iterumque alius venit, deposuit eum exinde, et sedere[a] fecit illum super alium iumentum strata ulta, flascones et sitarcium ad sellam ligatum, et perduxerunt[b] eum ad Carolum regem, et iussit eum excubias detinere per dies tres. Sacerdotes vero eius omnes dispersi sunt, et[c] opes ecclesiae distructae[d] sunt per manus praedantium. Legati vero Romani episcopi, qui fuerunt tres, fuga arrepti, iverunt in civitatem Altisiodorum. Tunc Carolus misericordia motus iussit, ut, ubi inventi fuerint sacerdotes ecclesiae Ravennensis vel clerici, inlaesi et incolumes honorificeque ante eum allati fuissent. Iudit vero, Caroli mater, dedit eisdem[e] sacerdotibus tribilion argenteum modicum unum, asserens, se non plus habere, dicens: 'Tollite hunc ferculum, refocillate[f] penuriam vestram'. Carolus vero et Lodovicus, germani ex uno patre nati, audientes de malignitate Georgii, eo quod saevus et pessimus esset, voluerunt eum [in[g]] inrevocabile exilium mittere. Sed diu, quamvis malus fuisset, pro eo sui sacerdotes decertantes[h], cum[i] Iudit augusta, Caroli mater, ad misericordiam adcommodans animum[k], cito postulavit filium et privignum suum, ut ad suam Georgius remitteret sedem. Tunc iussit eum Carolus ante se venire. Prostratus humo, eius pedibus se advolvens; stans autem rex indutus iuvenilibus armis[2], indutus purpurea, succinctusque aureas fibula, veste[3], ex sinistro latere obriziaca pendentia bulla, connixa smaragdus et iacintinis fulgens gemmis, clipeo tectus humero, lorica indutus[4], hastam tenens manibus et iuncta[l] lancea ferro, stans acer in armis, cristatus in agmine caput[4], emissam palam omnibus erumpens de pectore vocem[5]: 'O tu pastor, si in te istud permanet nomen, cur reliquisti ecclesia tibi commissa et plebem, quam afflixisti, non recuperasti, sed per longinquo itinere, ut videres praelium, venisti? Quid tibi necesse fuit tuam depopulare ecclesiam, et quod a christianis principibus vel imperatoribus illatum fuit et a tuis praedecessoribus adquisitas una amisisti hora? Sciam[m], si centum vivas annos, non recuperabis'. Tunc Georgius vates gemens, audiens improperium talem, deflexit transversa lumina terram et statim obmutuit amens et stabat aporiatus[6] prae cunfusione nec valebat respondere purpurato regi. Submissoque in terra vultu, aiebat cum largissimis fletibus: 'Nos pacem postulare venimus, non contra vos arma parare'. Ad haec superiunxit Carolus, dicens: 'Ut video, inreverens et infronitus[7] es. Dic modo fronte duelli[8]: Nonne hesternam cum esses die, in tua dicebas tentoria, quia: "Cum victus fuerit Carolus et innodatus lora brachia, post exutas palmas[n] ego eum clericabo et ad meam deportabo parrochiam"? Quare propria dicta negabis? Ecce duo mala, una, inexpedibilia quia dixisti, altera, propter metus hominis inhonoras Deum et periuras

a) *bis scripsit c.* b) preduxerunt *c.* c) ut *c.* d) distractae *Bacch.* e) eiusdem *c.* f) refociliate *c.* g) *deest c., add. Bacch.* h) deprecantes *Bacch.* i) *malim* tum. k) nimium *c.* l) *ita Bacch.;* lucta *c.* m) Etiam *Bacch.* n) *leg.* palmatas.

1) *Cf. Dümmler, Ostfr. I, p.* 152 *n.* 58. 2) *Eadem dicta c.* 140. 3) *Cf. Verg. Aen. IV,* 139*:* Aurea purpuream subnectit fibula vestem. 4) *Similia dicta c.* 37. 5) *Cf. c.* 166. 6) *Saepius vocabulum apud nostrum occurrit.* 7) *Nisi* 'infrenatus' *legendum est, vocabulum a Graeco* φρήν *ductum* = ἄφρων. 8) *Cf. versus p.* 278.

Deum viventem in caelum, qui te ex nostris liberavit manibus. Cum venerit, secundum 841.
tua propria reddet tibi. Ecce, sicut mea praecepit genitrix, solvam. Revertere ad propriam sedem'. Tunc iussa regum allatae sunt sanctorum reliquia et sanctum lignum crucis Domini sanctaque euangelia, et eiectis omnibus foris, introducti sunt postea viri, non multa matura corpora, et praebuit sacramentum Georgius Ravennae sedis episcopus, iuxta quod sibi fuerat imperatum, et statim dimisit eum. Et ubicumque de rebus ecclesiae apud eum inventae sunt, statim reddere iussit. Euangelia vero habentes alapas aureas[1] unus ex clericis in superiori sinu habens, dolorem simulans, pronus super eum recubans[a], per quinque dies noctesque haec laborante liberavit. Privilegia antiqua, cum quibus se fatebat ex potestate Romani papae subtrahere, in loto proiectae sunt et ab hastis lanceae comminutae. Corona vero aurea de ecclesia beatorum martirum Iohannis et Pauli ibidem capta fuit, habens preciosissimas gemmas, similiter et canistrum aureum et calicis gemmas infixas et multae species ibi sublatae sunt. Sacerdotes vero et alii populares, qui non sunt inventi in manu Caroli, nimia ab hostibus afflictione omnia perdiderunt, tantum in linea veste dimissi sunt, et qui antea ascensores erant equorum, postea pedestres effecti sunt, et veluti peregrini omnes elemosinas petebant per vias. Hora vero eadem cum se recepisset[b] a suis, promittens fortiter coram inopibus sacerdotibus in cunspectu divini, omnia emendare et resipiscere[c] a mala, quae antea perpetravit. Et cum aliquantos solidos ab his, qui fuga lapsi sunt, inventi fuissent et se cibum potuique refocillasse, reversus a mala conscientia, postquam Iovis montem obtectus nube istis partibus calcatas vias remeantes, mentitus est[d] omnia, quae dixit, et non recordatus iusiurandum, quod Domino pollicitus est. Sacerdotes vero adnihilati et fame cunfecti dixerunt ei: 'Mutua nobis aliquanta pecunia unde vivamus. Ibimus Ravennam, duplum exige'. Qui noluit adquiescere petitioni eorum, sed amplius in crudelitate sua permansit.

175. Istiusque temporibus die dominico crepitavit panem in furno cuiusdam iudicis, et inventi sunt omnes panes lutum et omnes oblatas nigras sicut fuliginem; similiter in furnum ipsius episcopi. Multique proceres mutuaverunt ad vicinos panes, et facta est lamentatio in civitate ista. Sed haec, fratres, quid aliud in hoc ostenditur nisi tenebrosa sacerdotis opera, ut manifestaretur, qualis ille fuisset et quale sacrificium offerre deberet? Adprobat hoc, quamvis de sua malitia oves suas dicere contra pastorem suum non ausissent, oblationes, quas discerpere segnius solebat, ipsa contra eum clamabat et a se suum repellebat sacrificatorem. Miranda talia sunt signa et lacrimanda, fratres mei, quando creatura in variam per nostras facinoras mutantur figuram. Cum enim non cunvertimur, ut emendemus, nec sanctam acquiescemus nobis protestantem scripturam neque euangelica praecepta, per creaturam nobis cuminatur, ut resipiscere[c] debeamus. Interea infirmavit pessima infirmitatem, et dicunt quidam, quod male tradidisset animam suam, quod mihi[e] necesse dicere non est, quia melius est maligni facta praeterire, quam laus iusti tacere. Mortuus est die 20. mensis Ianuarii[2], et nunc est sepultus, sicut mos est, a suis sacerdotibus, sed cum deducebatur[f] .....

a) s. e. r. *bis scripsit c.* b) *ita conjeci;* sero cepisset *c.* c) rescipiscere *c.* d) et *c.* e) nichil *c.;* nobis *Bacch.* f) *quaedam desunt, quod vero in cod. nullo indicio notatur, ubi additur:* Explicit Pontificalis ecclesie Ravennatis edito ab Andrea dito Agnello, abbas ecclesie sancte Marie Ad Blachernas, cuntinet vitam et finis istis sanctissimis presulis. Amen.

1) *Cf. c.* 27. 169. 2) 844, *Jun. Romae a parte Drogonis Mettensis episcopi contra Sergium II. papam egit, ut tradit Lib. pont. in Sergio II. (in cujus editionibus 'Gregorius' scribitur, quem Dümmler, Ostfr. I,* 239. 495. *non recte Georgii successorem fuisse putat). Quo anno mortuus sit, non satis constat; cf. tamen Amadesi II, p.* 41.

CHRONICA PATRIARCHARUM GRADENSIUM.

Codex Romanus Barberinae bibliothecae XI, 145, *s. XI,* 8, *ante Ivonis Panormiam 'Cronicam' praebet 'de singulis patriarchis Gradensis aecclesiae' usque ad a.* 1049. *deductam, in qua praesertim de initiis hujus metropolis agitur, post plerumque sola patriarcharum nomina et tempora traduntur. Quae ante annum illum scripta esse, eo probatur, quod eorum pars etiam in codice Vaticano Urbin. Nr.* 440. *legitur, eadem manu s. XI. inc. scripta qua chronicon vetus Venetum. Pertz eo adductus est, ut Johanni diacono, qui hoc composuit, etiam Gradense tribueret chronicon, codicem Barberinum ex hoc excerptum et in fine auctum esse ratus. Sed hanc stare non posse sententiam, jam alii viderunt*[1]. *Codex Urbinas non solum, temporis fortasse injuria, in fine mancus est, sed, uno saltem loco, pluribus omissis, sensu plane caret*[2], *praeterea de initiis Gradensis metropolis inter se pugnantia refert, longam eamque fabulis plenam exhibens narrationem, quae a simplici chronici, quod in cod. Barberino exstat, relatu valde differt, cujus fontem vero in historiola a collectore chronici Altinatis servata*[3] *facile agnoscas. Quae cum ita sint, non possum quin hujus epitomen postea demum, sive a Johanne sive ab altero quodam, cum genuino chronico Gradensi conjunctam esse statuam*[4]. *Hoc igitur nondum editum hoc loco exhibendum duxi. Historiolam vero in chronico Altinate servatam cum ceteris ejus partibus edendam nunc praetereo.*

Codicem Barberin., cujus apographo a b. m. Röstell facto Pertz (SS. VII, p. 43*) usus est, iterum exscripsi. Qui satis nitide exaratus mendis tamen non caret, quae ope codicis Urbin.* (2) *tollenda erant. Nam mera illius apographa sunt Barberin. XL,* 14 *et Vatican. Nr.* 3922, *chart. s. XVII. Ex Urbinate vero descriptus est codex chronici Altinatis Venetus, cujus liber IV. cum chronico Gradensi, quale illic legitur, plane convenit, editus ab Ant. Rossi a.* 1845 *(Arch. stor. VIII, p.* 116*). Genuino vero chronico usus est Johannes etiam in chronico Veneto*[5] *et qui brevem patriarcharum catalogum confecit (ibid. lib. II, p.* 41*; cod. Dresd. App. V, p.* 62*).* *G. W.*

1) *A. Rossi, Arch. stor. Ital. VIII, p.* 105*; Kohlschütter, Venedig unter H. Peter II, p.* 63*; Simonsfeld, Andr. Dandolo p.* 56. *Idem jam a.* 1846. *V. Cl. R. Wilmans dissertatione scripta probavit, quam nuper inter schedas nostras inveni.* 2) *Legitur enim:* Isdem vero papa providens *etc. Sed quae de hoc papa antea dicta erant sunt omissa.* 3) *Cod. Dresd., Arch. stor. Ital. App. V, p.* 73 *sqq.; partim etiam cod. Venet. Arch. stor. VIII, p.* 54. 4) *Cf. quae N. Arch. II, p.* 378 *sqq. exposui.* 5) *V. locum p.* 7, *ubi verba* 'de memorato Calcedonense synodo' *nonnisi ex integro Chron. Gradensi explicari posse, jam Wilmans notavit.*

CRONICA DE SINGULIS PATRIARCHIS NOVAE AQUILEIE QUAE GRADENSIS AECCLESIA VOCATUR A TEMPORE DOMINI HELIAE EIUSDEM AECCLESIAE PATRIARCHAE.

1. Temporibus Tyberii Constantini aug. Helias patriarcha Aquileiensis in Gradensi castro ecclesiam sanctae Eufemiae[a] fabricari precepit ibique synodum congregavit[1]. In qua synodo quicquid de Calcedonense concilio dubitabatur, pulsa dubietate[b] confirmatum est. Ibique statuit aecclesiam Gradensem caput et metropolim totius provinciae Histriensium et Venetiarum[2], cuius Venetiae terminus a Pannonia usque ad Adam fluvium protelatur, epistolamque pro his statutis accepit[c] a beatissimo papa Pelagio[3], consentientibus universis episcopis iam dictarum provinciarum.

Paulus siquidem, precessor eius, hostile periculum non ferens, Longobardis advenientibus cum omni thesauro aecclesiae Gradus se contulerat[4], afferens secum corpora sanctorum martyrum Hylari[d] et Taciani et reliquorum. Defuncto vero Paulo et in aecclesia Gradensi humato, cuius sepulchrum usque modo[e] ibi manet, Probinus Gradensium, id est Novae Aquileiae, rexit aecclesiam. Cui succedens memoratus Helyas patriarcha, hec que supra scripta sunt ordinavit; et iam dicta corpora sanctorum ibi[f] miro ordine locavit domumque sibi a fundamentis fabricari precepit, asserens in synodo supra statuta: 'Karissimi fratres, intervenientibus malis nostris cottidie hostile perpetimur flagellum. Et iam pridem ab Atila Unorum[g] rege Aquileia civitas nostra funditus destructa est. Et postea Gothorum incessu et caeterorum barbarorum cassata, vix aspirans[h], sed et[i] nunc Longobardorum nefandae gentis flagella sustinere non potest. Quapropter dignum ducit mansuetudo nostra, si vestrae placet sanctitati, in hoc castro Gradensi nostram confirmare metropolim'. Quo[k] dicto, omnibus placuit episcopis, et facto libello statutae suae, id est[l] de memorata Calcidonensi synodo et de hac ipsa sede[m], subter manibus suis conscripserunt[m], primus Helias patriarcha[n], deinde Marcianus[o] episcopus sanctae aecclesiae Opetergine, Leonianus episcopus Tyborniensis, Petrus episcopus Altinatis, Vindemius episcopus Cessensis, Bergullus episcopus Patavinae aecclesiae, Iohannes episcopus Celeianae, Clarissimus episcopus Concordiensis, Patricius episcopus Emonensis, Adrianus episcopus Polensis, Maxencius episcopus Iuliensis, Severus episcopus Tergestinus[p], Solacius episcopus Veronensis, Iohannes episcopus Parentinae aecclesiae, Aaron episcopus Avonciensis[5], Ingenuus episcopus secunde Retiae, Agnellus episcopus Tridentinus[q], Vigilius episcopus Caravaciensis[r], Fontegius episcopus Feltrensis, Marcianus episcopus Petenatis[6], Laurentius presbiter et Martinus[s] presbiter atque Emerius presbiter provinciales et presbiteri ceteri tam metropolitani quam et plebani: omnes isti supra-scripti consentierunt et omnia in eodem loco confirmaverunt. Post[t] annos 5, his omnibus suprascriptis peractis, in ipsa sede metropolitana Gradensi defunctus est[i] supra memoratus Helias patriarcha, qui annos pontificatus[u] rexit 14 et menses 10, dies 21, et sepultus est in ecclesia beatae Eufemie.

Paulus rexit ecclesiam ann 12, tempore Iustiniani imperatoris qui Totilam superavit.

Probinus rexit ecclesiam ann. 1.

Helias ann. 14, m. 10, d. 21.

a) Eufimiae 2. b) ambiguitate 2. c) acceperunt 2. d) Ellari 2. e) hodie 2. f) in 1. g) Ungarorum 2. h) aspirat 2. i) *deest* 2. k) Quod dictum 2. l) *signum quod* i. (id est) *legi possit habet* 1; id est 2. *Chr. Ven.* m) et omnium supradictorum *add.* 2. n) *idem signum quod n.* l *hoc loco habet* 1. o) Marcellus 2. p) Tergestinae aecclesiae 2. q) Tridentine aecclesiae 2. r) Scaravasiensis 2; Scuranaciensis *Chr. Alt.; Scarabantiae Pannoniae urbs intelligi videtur.* s) Marinus 2. t) confirmaverunt post annos 5. His 1; hec omnia suprascripta peracta 2. u) pontificatum 2.

1) *Eadem fere verba in historia fund. Grad. (Chron. Altin. cod. Dresd., Arch. stor. App. V, p.* 82*) leguntur; cf. N. Archiv II, p.* 381. 2) *Haec an vera sint valde dubium; cf. De Rubeis, Aquileja p.* 236 *sq.; Rossi l. l. p.* 111. *Certe Paulus de his plane tacet.* 3) *Jaffé, Reg. Spuria CCXXXII.* 4) *Ita Paulus II,* 10. *Cf. supra p.* 78. 5) *Fortasse: Aguntinensis.* 6) *Pettau?*

2.[a] Huic successit Severus patriarcha ad regendam ecclesiam[b. 1]. Qui omnes suas res, quas de parentum iure habuit, in iam dicta aecclesia sanctae Eufemiae reliquit, per testamentariam[c] vocem commendans sacerdotibus ipsius metropolis Gradensis, ut ipsi superstites[d] seu posteri eorum pro his rebus specialiter omni die sabbato[e] pro ipso missas celebrent[f] atque oblationes offerrent, mensamque pauperum instituit. Cuius et testamenti cartula apud ecclesiam Gradensem manet[2], et res quas ibi reliquit ipsa possidet ecclesia. Defuncto vero ipso beatissimo viro apud Gradensem metropolim ecclesiam, sepultus est in basilica sanctae[g] Eufemiae; qui pontificatum rexit annis numero 21[h], dies 31[i].

Severus ann. 21, d. 31.

3. Huic successit Marcianus patriarcha[k], qui aecclesiam Gradensem rexit annis[l] numero 3, m.[m] 1, d. 5. Mortuo vero ipso apud Gradum[n], sepultus est in ecclesia beatae Eufemiae. Huic successit Candidianus patriarcha in ipsa supra scripta metropoli Gradensi. Sub cuius tempore per consensum Agiulfi[o] regis Longobardorum Gisulfus dux per vim[p] episcopum in Foro Iulii ordinavit Iohannem abbatem[3]. In quo tres episcopi consenserunt, Deo sibi contrario, et eum consecraverunt.

Marcianus ann. 3, m. 1, d. 5.

606/7.

4. Tamen postea per epistolam domni Bonifacii[4] pape urbis Rome sub eandem metropolim Gradensem se subiugaverunt. Defuncto vero Candidiano patriarcha apud Gradense castrum, qui annis rexit ecclesiam numero 5, successit Epiphanius, qui sanctam ecclesiam Gradensem rexit[q] ann. 1[r], menses[s] tres, d. 11. Qui mortuus et sepultus est in aecclesia sanctae Eufemiae. Huic successit Ciprianus patriarcha ad regendam ecclesiam Gradensem, qui rexit[t] ann. numero 15[u], m. 3, d. 20.

Candidianus ann. 5.

Epiphanius ann. 1, m. 3. d. 11.

Ciprianus ann. 15, m. 3, d. 20.

5. Et hoc mortuo atque[v] sepulto in eadem basilica ubi suprascripti precessores humati sunt[w], *Fortunatus quidam hereticus pontificatum arripuit; qui quintam synodum minime credens, ob sui erroris piaculum pavens, totam aecclesiam Gradensem metropolitanam denudans in auro et vestibus vel ornamento, simul et ecclesias baptismales provinciae Hystoriae[5] et sinochagia[6], quae ad eandem aecclesiam Gradensem pertinere videbantur, fugam in Longobardiam petiit, apud castrum Cormones super civitatem Aquileiam miliario 15.

*SS. VII, p 45.

6. Contra cuius nequitiam et heresim episcopi Venetiarum[x] et Hystriensium et clerici Aquileienses[y], qui etiam Gradensis aecclesiae, scripta sua ad Honorium papam direxerunt. Idem vero papa providens utilitati sanctae Dei aecclesiae, Primogenium diaconum et regionarium sedis apostolicae ad eandem metropolim regendam direxit, dans et epistolam auctoritatis apostolicae innodantem memorati Fortunati heresim[7]. Idem autem Primogenius per visionem ammonitus corpora beati Hermachore et martiris atque pontificis et sancti Felicis et Fortunati, sita miliario tercio, in Gradensem civitatem adduxit ibique diligenti cura deposuit, et usque hodie pontifex civitatis Gradensis pallei benedictionem a summa sede apostolica promeruit.

628.

7. At vero supra memoratus patriarcha Primogenius apocrisiarium suum dirigens

a) *nulla capitis distinctio in* 1. b) Gradensem eandem e. 2. c) testamenta iam 1. d) *ita* 2; superstes posteri 1. e) sabbati 2. f) celebrarent a. o. offerrerent 2. g) beatae 2. h) viginti et octo et d. 2. i) XI *Chr. Alt.* k) *signum* i. *add.* 1. l) amnis 1. m) m. 1 *deest Chr. Alt.* n) Gradus id est novam Aquileiam 2. o) Agilulfi 2; Agisulfi *Chr. Alt.* p) forciam 2. q) G. ann. 1—11 gubernavit 2. r) V *Chr. Alt.* s) mensem 1. t) eam r. 2. u) XXV *Chr. Alt. cod. Dr.* v) sepultus est 2. w) *desinit* 2, *verba tantum* Isdem vero papa pr. ut. s. D. e. interventu supradictorum Pr subdiaconum, r. s. ap. — direxit *exhibens.* x) Venetiatum *c.* y) Aquileiense *corr.* —si *c.*

1) *De quo cf. Paul. III,* 27. 2) *Jam non exstare videtur.* 3) *Cf. Paul. IV,* 33. *Auctor quae ibidem III,* 27. *narrantur de tribus Histriae episcopis, qui coacti a Smaracdo patricio Johanni archiepiscopo Ravennati communicarunt, huc retulisse videtur. Paulus l. l.:* Exempto vero, *inquit,* anno a Ravenna ad Grados reversi sunt. *Cf. De Rubeis p.* 287 *sq.* 4) *In cod.* 2 *in margine additur:* In hoc loco necessaria est epistola Bonifacii pape. *Sed deperdita esse videtur.* 5) *Ita nonnumquam etiam Pauli codices.* 6) *i. e. xenodochia.* 7) *Jaffé Nr.* 1562.

in regiam urbem ad virum piissimum Iustinianum[1] augustum, huius rei indagandae causa, qualiter ipse baptismales aecclesiae denudatae fuissent, quod et Longobardi suos episcopos a diocesi eius subtrahere voluissent et ipsum thesaurum apud se ipsi retinuissent. Tunc demum ipse piissimus imperator aurum et argentum plus remisit quam perdiderant, et insuper sedem beatissimi Marci euvangeliste dirigens, quam ab Alexandria Heraclius augustus in regiam urbem adduxerat.

8. Mortuo vero beatissimo viro Primogenio, qui ann. numero 20, m. 3, d. 7 rexit pontificatum, sepultus est iuxta corpus antecessoris sui beatissimi Cypriani in basilica beatae Eufemiae. Huic successit Maximus presul, qui ann. numero 20 rexit pontificatum, et sepultus est in eadem basilica. Deinde successit ad regendam aecclesiam Stephanus presul, qui ann. numero 5 pontifex fuit[2]. Eo vero mortuo atque sepulto in eodem castro iuxta basilicam beati Iohannis euangeliste, Christoforus presul suscepit ecclesiam Gradensem regendam, qui in patriarchatu vixit ann. numero 32[a], et mortuus est atque sepultus in eadem basilica. Huic successit Donatus antistes, cuius tempore Longobardi per fortiam Sereno Foroiulensis aecclesiae archiepiscopo a summa sede palleum detulerunt apostolica primitus. Cui beatissimus papa Gregorius epistolam direxit, interdicentem inter cetera[b], ne umquam aliena iura invaderet aut temeritatis ausu[c] usurparet iurisditionem cuiusquam, sed in his esset contentus[d] quae usque tunc possedisset. Et ex auctoritate apostolica precepit ipse beatissimus papa: nec ullo modo terminos excederet a Donato presule Gradense possessos, sed sibi sufficeret in his quae possidebat, nec amplius quam in finibus procul dubio gentis Longobardorum gressum tendere presumeret. Quod si inobediens fuisset, apostolici vigoris indignus iudicaretur.

Primogenius ann. 20, m. 3, d. 7. Maximus ann. 20. Stephanus ann. 5. Christoforus ann. 32. 723.

Mortuo vero Donato patriarcha, qui ann. numero 7 rexit pontificatum, sepultus est in basilica sanctae Eufemiae.

Donatus ann. 7.

9. Incipit epistola beati Gregorii papae missa Sereno episcopo Foroiulensi, in his verbis interdicens[3]:

'Tanto munere quisque ditatur, quantum in sublimitate positus de se ex mandato domini Redemptoris humiliter sentit. Etenim pastoralis dignitas singulariter ex humilitate ornatur. Spernendum[e] quippe apostolica lectio arguit elatos[e], et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Nam dum ad cumulum tui honoris precibus eximii filii nostri regis flexi, plurimum etiam pro rectitudine fidei, quam te tuamque aecclesiam tenere et amplecti cognovimus, provocati, palleum tibi direximus, interdicentes et inter cetera[e*]: ne umquam aliena iura invaderes aut temeritatis ausu[f] usurpares iurisditionis cuiusquam, sed in his esses contentus quae usque hactenus possedisti. Nunc vero, ut cognovimus, Gradensis presulis niteris pervadere iura atque ex his, quibus possedit nunc usque, usurpare. Ne ergo in quoquam existas temerator, ex apostolica auctoritate precipimus, ne ullo modo terminos excedas ab eo possessos, sed solum suffitias in hisque te habeto, quae modo usque possedisti. Nec amplius quam in finibus procul dubio gentis Longobardorum existentibus gressum tendere presumas, ut non iniuste te suscepisse gratiam collati pallei ex presumptione ostendas; et in apostolici vigore concilii, si inobediens fuisses[g] conprobatus, indignus iudiceris. Data K. Decemb., indict. 7'.

10. Idem Gregorius pro hac re talem ad episcopos Venet. et Hystriae direxit epistolam[4]: 'Gregorius servus servorum Dei episcopus universis episcopis Venet. seu Hystriae vel plebi eiusdem. Quamquam ex ministerio, quod miseratione superna[h] regi-

a) xxxv *Chr. Alt.* b) ceteras *c.* c) ausi *c.* d) contemptus *c.* e) *ita c.* e*) prohibentes *add. Dandulo, chron. p.* 132. *P.* f) usu *c.* g) fuisse *c.?* h) *corr. ex* superba *c.*

1) *Heraclius tunc temporis erat imperator.* 2) *Hoc loco Agathonem inserit Catal. chron. Altin., ipsique tribuit* 10 *annos.* 3) *Exstat etiam in Danduli chron. Ven., Muratori SS. XII, p.* 132 *(Jaffé Nr.* 1659*).* 4) *Ibid. p.* 133 *(Jaffé Nr.* 1660*).*

723. mus, quicquid provide deliberando peragere absque obstaculo conveniat[a], illa cupimus persequi, quae non[b] ad lesionem cuiusquam, verum potius ad munitatem respitiant, et[c] illa satagere, unde ex potestate divinitus concessa non[b] supplicia sed premia sperentur. Convenit enim, ut, cum unius votis paremus, alterius iura non fraudentur. Quia igitur missa relatione nos a Deo salvata communitas vestra[d] petiit, contra Foroiulensem antistitem agentes, quod cupiat invadere ditionem[e] Gradensis patriarchae et ut numquam excedere terminum vel iura invadere aliena, sed nec velle in ea quae hactenus possedisset esse contentum, cui etiam in presenti, ne ea temptet, ex auctoritate apostolica interdiximus, eique concessum palleum[f] sub hac esse conditione, dilectissimi, sciatis. Cui denuo, ne presumat excedere, precipimus. Ne ergo incuria quadam aut discidio locum gens eorum insidiando, ut assolet, invadat, pervigiles cavete, potius solliciti de vestra post divinum presidium percogitate salute. Quia illud non occasione agitur, sed ubi possunt, Deo eis[g] resistente, virtute perpetrare nituntur. Optantes vos de reliquo in amore domini nostri Ihesu Christi pollere et ab omni inmunes aversitate manere. Bene valete!'

731. 11. Interim autem hic beatus Gregorius defunctus est Romae; cui successit beatissimus Gregorius papa tercius, qui post obitum Donati Gradensis patriarchae epistolam suam direxit universis Venetiensis seu Histriae et cuncto populo, ut electionem in Gradensem patriarcham facerent. Qui precepto eiusdem papae Gregorii elegerunt Antoninum virum probatissimum in nova sancta Aquileiensi patriarcham ecclesia[h]. Qui a beato Gregorio papa tercio iuxta decessorum suorum exemplar privilegium cum benedictione pallei consecutus est[1].

12. Hic Antoninus patriarcha ammonitus est a predicto Gregorio papa Romam ad synodum occurrere[2], ad quam synodum Iohannes archiepiscopus Ravenas vocatus est, propter imagines, quae in regia urbe deponere iubebant Leo atque Constantinus augusti, et inlicita[i] coniugia, quae per diversa loca fiebant. Post hanc vocationem Antoninus patriarcha cum suis suffraganeis Romam ad synodum perrexit. In qua synodo definitive divisio facta est inter Antoninum Gradensem patriarcham et Serenum Foroiulensem antistitem, iuxta edictum beati Gregorii secundi, confirmante tota synodo et sententiam anathematis in huius confirmationis violatores dictante[3].

Antoninus ann. 20, m. 10, d. 20. Emilianus ann. 8, d. 6. Vitalianus ann. 12, m. 2, d. 15. Iohannes ann. 36.

13. Mortuo vero ipso Antonino patriarcha, qui ann. rexit pontificatum 22, m. 10, d. 20, sepultus est in eodem castro in aecclesia sanctae Eufemiae. Huic successit Emilianus patriarcha, qui rexit pontificatum ann. 8, dies 6[k]. Mortuo vero, sepultus est in eadem aecclesia. Huic successit Vitalianus, qui rexit aecclesiam metropolitanam ann. 12[l], m. 2, d. 15, et sepultus est in eadem basilica. Huic successit Iohannes patriarcha, qui rexit aecclesiam metropolitanam ann. 36, et sepultus est in eadem aecclesia beatae Eufemiae. Post hunc successit Fortunatus[m] patriarcha, qui a Leone papa privilegium cum benedictione pallei iuxta suorum decessorum exemplar consecutus est[4]. Hic tantae famositatis fuit, ut dive memoriae Karolus imperator spiritalem patrem eum habere optaret. Cuius ad augmentum aecclesiae idem reverentissimus augustus quam plurima contulit precepta[5]. Qui Fortunatus rexit aecclesiam ann. 27. Cui successit Venerius[6], restaurator ecclesiarum, qui rexit pontificatum ann. 24, m. 8, et sepultus est in sanctae

c. 825. Fortunatus ann. XX.... Venerius ann. 24, m. 8.

a) attamen ne frustra iudicium egisse videamur *add. Dand.* b) *deest c.* c) et i. *des. c.* d) et v. *c.* e) ditionem — invadere *des. c., suppl. ex Dand. P.* f) pallium *corr.* palleum *c.* g) eius *c.;* eis non *Dand.* h) ecclesiam *c.* i) inlicite *c.* k) v *Chr. Alt.* l) xxii, d. xv *Chr. Alt.* m) Fornatus *c.*

1) *Ipsa charta non exstat; cf. Jaffé Nr.* 1719. 2) *Jaffé Nr.* 1720. 3) *Jaffé Nr.* 1722. 4) *Cf. Simson, Ludwig d. Fr. I, p.* 173 *sq.; Simonsfeld p.* 74. 5) *Sickel, Reg. Kar.* 188. 189. 6) *Duae ejus exstant epistolae imperatoribus Ludovico et Lothario a.* 813. *et* 821. *datae ex cod. Tarvis. f.* 31. 33. *a Pertzio descriptae.*

Eufemiae aecclesia. Huic successit Victor, qui rexit aecclesiam ann. sex, m. 3, d. 4, et sepultus est in eadem aecclesia sanctae Eufemiae. Cui successit Vitalis patriarcha[1], qui rexit pontificatum annos 19, mensem 1, dies 6, et sepultus est in aecclesia beate Agathae. Post hunc successit Petrus patriarcha, qui aecclesiam rexit annos 4, menses 6, d. 8, et sepultus est ante ecclesiam sanctae Eufemiae.

Victor ann. 6, m. . . , d. 4. Vitalis ann. 19 . . . , d. 6. Petrus ann. 4, m. 6, d. 4.

14. Cui successit Victor iunior, qui rexit ecclesiam annos 17, m. 11, d. 13, et sepultus est ante aecclesiam sanctae Eufemiae. Huic successit Gregorius patriarcha, qui rexit pontificatum annum 1, m. 6, d. 22.

Victor ann. 17, m. 11, d. 13. Gregorius ann. 1, m. 6, d. 22.

15. Huic successit Vitalis iunior patriarcha, qui rexit aecclesiam annos 3, m. 3, d. 14, et sepultus est in aecclesia sanctae Eufemiae iuxta corpora sanctorum martyrum Hermachorae et Fortunati.

Vitalis ann. 3, m. . . , d. 14.

16. Huic[2] successit Dominicus patriarcha, qui rexit pontificatum annos 7, m. 11, d. 3[a]. Post hunc successit Laurentius patriarcha, qui rexit aecclesiam annos 12, m. 9, d. 24[b].

c. 900. — Dominicus a. 6, m. 11, d. 3. Laurentius ann. 11, m. 3, d. 24.

17. Cui successit Marinus patriarcha, qui tenuit pontificatum annos 34[c], m. 3, d. 7. Huic successit Bonus patriarcha, qui rexit aecclesiam annos 9, m. 6, d.[d] 2. Post hunc successit Vitalis[3], qui rexit pontificatum annos 50[e] et m. 6. Huic successit Urso[4], qui omni virtute plenus rexit ecclesiam annos 37, d. 45[f].

Marinus ann. 30, m. 3, d. 7. Bonus ann. 9, m. 6, d. 2. Vitalis ann. 50, m. 6. Urso ann. 37, d. 45.

a) IV *Chr. Alt. cod. Dr.; cod. Ven. hunc Vincentium dicit.* b) IX *Chr. Alt. cod. Dr.* c) XXIIII *Chr. Alt. cod. Dr.* d) d. 2 *des. Chr. Alt. cod. Dr.;* m. 6, d. 2 *des. cod. Ven.* e) I *Chr. Alt.* — m. V *cod. Dr.* f) XIV *Chr. Alt. cod. Dr.*

1) *Cui pallium concessit Benedictus III. papa a.* 858, *Jaffé Nr.* 2014. 2) *Cum deinceps ne de sepultura quidem episcoporum referatur, primum chronici auctorem jam his annis substitisse, conjici fortasse possit. De libro qui Vitali II. tribuitur v. N. Archiv II, p.* 379. 3) *Vitalis III, qui annis* 963—967. *sedisse dicitur, excidit.* 4) *Sedit a.* 1018—1045.

GESTA
EPISCOPORUM NEAPOLITANORUM

EDIDIT G. WAITZ.

Episcoporum Neapolitanorum historiam quae Johannis diaconi nomine fertur tribus constare partibus, et codex qui exstat unicus venerandae antiquitatis et totus operis tenor probant.

Codex ille est Vaticanus Nr. 5007, *membr. in* 4. *minori. Prima ejus pars jam foliis* 100 *constat, quorum quatuor priora fasciculo juncta sunt non signato; sequuntur fasciculi signati III—XIII; ultimi fasciculi duo saltem folia desunt. Omnia scripta litteris quas dicunt uncialibus. Sequuntur quatuor fasciculi non signati, ultimo sex constante foliis, litteris Beneventanis, duabus manibus exarati. Quarum posteriori breve tantum fragmentum Vitae Athanasii II. debetur, cui verba praemittuntur:* Huc usque Iohannes diaconus. Quae sequuntur Petrus edidit Neapolitanae sedis subdiaconus. *Quo testimonio freti quae antecedebant omnia Johanni illi tribuerunt viri docti. Sed ejus aetate, exeunte saeculo IX, litteras unciales in libris profanis describendis adhibitas esse, nullo probari potest exemplo*[1]*; neque ejusdem libri partes tam diverso charactere exaratas esse, verisimile est. Ideo prioris codicis partem Johanne esse vetustiorem, nullus dubito quin statuam. Id quod operis indole et sermone prorsus comprobatur. Johannes vivide et loquaciter res a saeculi octavi et noni episcopis gestas, quantum compertas eas habuit, narravit, sermone usus, qualem facile agnoscas, non ubique puro, meliori vero quam plerique ejus aevi auctores; priorum vero episcoporum historia jejuna et sicca, cujus auctor ubique contra grammaticae regulas peccat et ne leve quidem Johannei styli vestigium praebet.*

Auctor primae partis quisquis fuit s. VIII. exeunte vel IX. ineunte[2] *opus suscepisse videtur, quo catalogum episcoporum Neapolitanorum cum historia pontificum Romanorum et aliarum rerum in diversis mundi partibus gestarum narratione conjunxit, ita ut chronicon fere universale dicere posses. A pontificum Romanorum catalogo orsus — quem cave ne ab ejus opere alienum putes*[3] *— res praesertim ecclesiasticas*

1) *Cf. quae monui N. Arch. I, p.* 537. 2) *De medio saeculo IX. cogitandum esset, si quod c.* 2. 6. *de complurium episcoporum sepulchris jam in ecclesia Stephania collocatis narratur cum iis conjungatur quae Johannes c.* 59. *de Stephano episcopo corpora praedecessorum in hanc ecclesiam transferente tradit. Neque tamen verba c.* 2. *cum his plane conveniunt, neque video quid vetet, ne jam ante Stephani tempora nonnulla sepulchra locum mutasse statuamus. Certe ne sic quidem unus totius operis auctor agnosci posset.* 3) *Quod Bethmann, Arch. XII, p.* 247, *voluit; sed c.* 3. *auctor diserte ad catalogi illius partem deperditam provocat; et postea diligenter Romanorum pontificum historiam prosequitur.*

Cod Vaticanus 5007.

ad locutionem continuit.
Sepenamq; prauorum con
uiciis insectatus est sed
gratia xpi predictus usq;
ad id tempus quo eadem
ecclam sui presentiam
catholicis est reddita
perfidis obstitit arria
nis. Nam his consulib.

cathedra. de dom iohanne electo aclé
sermonem fecit ad populum. Scitis fr
kmi qui a peccato tum mole depssus
iusto iudicio hominib; absq; misericordia dedi
sum. reddatur qui deducat ad infestos tribu
lationis et seducat. quiq; cum atempatio
gone prouentum faciet ad sustinendu
pmisit presentem filium meum dom
iohannem utrum ingredere sedem qua
tenus habetem maxime tribulationis
solacium. Ideoq; nolum; utrum lactete
auctoritatem. qui adeo tenuatae quae et go
me impendia humanitate egam si
omnib; membris loqueter. nullatenus;

respexit, quas ex libris, quos ad manus habuit, elegit. Hi vero fuerunt: chronica Hieronymi, Marcellini, Isidori et Bedae; Gregorii Turonensis Historia Francorum, Pauli Diaconi Historia Langobardorum; Vitae Severini, Paulini, Gregorii Magni. Quam plurima ex Gestis pontificum Romanorum sumsit, quae tamen non ultra Sergii vel Gregorii II. tempora continuata novit. Paucissima sunt quae ad certum fontem referri nequeunt, pauca etiam quae de antiquis urbis suae episcopis narranda habuit, quorum ne ordinem quidem certum, nedum tempora vera tradidisse videtur. Saeculo demum octavo quaedam 'ex auditu' retulit memoria digna, quorum partem iniquo fato deperditam esse, non possumus quin doleamus. Non ultra annum c. 763. *progressus est, sed annis triginta saltem post scripserit oportet, quippe qui Pauli historia Langobardorum usus sit*[1].

Telam nescio an auctoris morte abruptam, inde a Paulo episcopo c. a. 763. *electo continuandam Johannes suscepit, fortasse in hoc ipso volumine, quo diversas libri partes conjunctas videmus. Sunt quidem quae obstare videantur, quominus ipsius Johannis manu exarata credamus folia, quibus opus ejus continetur. Aspersa sunt calami erroribus, quos potius librario quam ipsi auctori tribueres. Attamen non tanti vel tales sunt quin etiam Johannes eos committere potuerit, nisi velis, in calamum amanuensi sua eum dedisse. Scriptura sane ipsi subaequalis.*

Opus, ut ipse profitetur[2], *adolescentiae tempore aggressus est et ad annum usque* 872, *Athanasii I. emortualem, deduxit; postea alia conscripsit, quae eum usque ad saeculi decimi initium superstitem fuisse ostendunt. Ideo non ille Johannes diaconus haberi potest, qui Paulo diacono in Casinensi monasterio traditus 'apprime', ut ait, 'eruditus effulsit'*[3]. *Neque qui modesto excellit animo, talem de se ipso protulisse laudem credendus est. Libro ne nomen quidem inscripsit.*

Praepositus fuit diaconiae s. Januarii, id est ecclesiae xenodochio annexae, ideoque diaconi titulo insignis. Scripsit praeter Gestorum partem libros de translatione s. Severini anno ut videtur 901. *facta et de vita s. Januarii et translatione s. Sosii, illum precibus Johannis abbatis S. Severini, hunc jussu Stephani episcopi adductus*[4]. *A quo ut quasi cogi deberet, causa fuisse videtur, quod quae antea ediderat vituperium non effugerant*[5]; *quod praesertim in Gesta cadere potest, quibus candide res sui temporis narraverat. Illis vero translationum historiis plura memoria digna retulit, quare eas hic repetendas duximus. Vertit etiam passionem* 40 *martyrum Sebastenorum Graece ab Evodio episcopo Caesareae scriptam in Latinam linguam, ejusdem abbatis Johannis voto obsecundans*[6].

Ubique scriptorem agnoscas veri studiosum, res sive ab ipso visas sive ab aliis

1) *Praecipuas ejus lectiones in Pauli editione attuli.* 2) *C.* 56*:* non dico meae adolescentiae, cuius sensus propter aetatem adhuc intercluditur, verum etiam sagacioribus oneri fuerat. 3) *C.* 42. 4) *V. praefationes. Haec opuscula alteri Johanni tribuenda esse, recte negarunt Mazochius, De s. Neap. eccl. episcoporum cultu p.* 81 *n.; Bollandini, Acta SS. Sept. VI, p.* 769. 5) *Ita praefationes ad s. Sosii translationem intelligo.* 6) *V. praef. Acta SS. Mart. II, p.* 12*:* Domnus Iohannes spiritalis noster pater, abbas quoque monasterii sancti Severini, cum me infelicissimum Iohannem diaconum, servum sancti Ianuarii martyris, non meis meritis, unice diligeret et crederet, suis iussis in nullo me ire sinistrum, coepit *etc. — Baronius etiam Acta sanctorum Eustrathii et sociorum a Johanne ex Graeco in Latinum translata dicit, cui Muratorius I,* 2, *p.* 288. *adstipulatur. Sed recte, ut hic monet, jam Bollandini Guarimpotum auctorem e cod. bibliothecae Barberinae laudarunt. Ibi (XII.* 26*) legitur:* Athanasius iunior Parthenopensis ecclesie presul Athanasii patrui sui magnifici studia secutus, mirabilis acuminis ingenio pollens, imperio suo me Guarimpotum impulit, ut de Greca in Latinam vocem vitam sanctissimi Eustracii transfundere minime recusarem. *Hunc codicem a Johanne diacono Neapolitano s. IX. scriptum dicit Bethmann, Arch. XII, p.* 379, *nescio quam traditionem secutus. Equidem nulla Johannis vestigia*

traditas luculenter exponentem. Non solum facta, etiam verba referre studet; sermone utitur vivaci et florido, sed de se plura quam oportuit verba faciendo, similia repetendo[1] *longiorem quam graviorem dictionem praebet.*

Qui post Johannem Gesta continuanda suscepit Petrus subdiaconus ecclesiae Neapolitanae una cum illo translationi s. Sosii, a. 910, *ut videtur, factae, affuit*[2]*, sed etiam posteriora tempora vidit, ita ut non tantum Athanasii vitam addidisse putandus sit*[3]*; exstant praeterea Miracula s. Antonini et s. Agnelli episcopi ab ipso conscripta; ex illis fragmenta infra exhibemus, quae post a.* 960. *adhuc auctorem vixisse probant*[4].

Qui postea in historia episcoporum Neapolitanorum versati sunt auctores catalogi, de quo mox sermo, Vitarum Athanasii infra edendae, Severi[5] *(Ughelli ed. 2. VI, p.* 36*; Acta SS. April III, p.* 768*), Johannis episcopi Johannes Cimeliarcha*[6] *(Acta SS. April I, p.* 34*), Translationis s. Euticetis (Caraccioli, De sacris eccl. Neapol. monum. p.* 349*), ex Gestis plura descripserunt. Sed ultra fines ecclesiae eorum vestigia vix deprehendes, neque per medium aevum codex descriptus esse videtur. Apographa recentioris aetatis nunc exstant in bibliothecis Neapolitanis nation. X, C.* 31, *manu s. XVII, et Branc.* 3. *G.* 26 *(olim II. D.* 25*; Arch. XII, p.* 525*), necnon Mutinensi VI. F.* 31. *Talibus Caracciolus, Ughellus, Bollandini usi sunt; hi singulas vitas collectioni inseruerunt (April I, p.* 32*; Juli IV, p.* 75 *etc.).*

Muratorius vero exemplum codicis Vaticani a P. Eustachio Caracciolo nactus, quod Nicolaus Carminius Neapolitanus cum illo contulit, primam paravit editionem integram, sed ab archetypo nimis recedentem (SS. I, 2, *p.* 289*). Quae repetita est 'Raccolta di varie croniche' III, p.* 11. *et in Appendice libri d' Aloe, 'Storia della chiesa di Napoli' (*1861*)*[7]*. Nunc codicem Vaticanum accurate cum editis comparatum quam fidelissime exprimendum duxi, iis tantum emendatis, quae aperta amanuensis menda cognoscas. Neque quae secunda manus, quamvis antiqua, correxit in textum recipere volui; notas temporum quibus episcopi sedisse dicuntur, quas haec vel supplevit vel emendavit, uncis inclusi, ut eas post additas esse ostendam. Ex Muratorii annotationibus eas retinui quae ad rectius intelligendam vel judicandam hanc episcoporum Neapolitanorum historiam facere videbantur. Post eum A. S. Mazochius diversis operibus, praesertim vero libro De sanctorum Neapolitanae ecclesiae episcoporum cultu edito (Neapoli* 1753*) non parum ad illustrandam Gestorum narrationem fecit, quare ex eo quaedam excerpsi, alia, praesertim ea quae de lacunis in episcoporum serie obviis exposuit, apud eum ut quaerant lectores rogatos velim.*

reperi neque codicem saeculo XII. antiquiorem habuerim. — Denique homeliam in honorem s. Agrippini Johanni tribuit Caracciolus; v. Murator. l. l. 1) *Saepissime legis:* Quid multa? Quid multis moror? Quid plura? Quid enim? Quid ergo? 2) *V. Johannis narrationem infra edendam.* 3) *Stephanum, Athanasii successorem, recenset catalogus ex Gestis excerptus, de quo mox dicetur.* 4) *V. Mazoch. p.* 330 *sqq., qui de Petro diligenter disseruit. S. Agnelli miracula, quae in cod. Corsiniano exstant, se editurum esse promisit, neque tamen, quod sciam, votum exsecutus est.* 5) *Auctor addidit miracula, ex quibus hoc unum quod recipiatur ex cod. Corsiniano descriptum dignum est:* Tempore quo Enricus Teotonicorum rex, Conradus *(ita c.)* filius, Romam, ut imperii coronam ab apostolica sede sumeret, advenit, Iohannes Neapolitanorum magister militum et Campaniae dux cum suo exercitu ad Puteolos applicuit, ibique defixis tentoriis, machinamentis quibus valuit expugnare nisus est. Dum haec sepius fierent, accidit, ut die quadam Capuanus, quem in prelio posuimus, inter pugnantium agmina forte astaret, quem quidam ex oppidanis sagitta appetens graviter vulneravit. 6) *Cf. Mazoch. p.* 284. 7) *Ita Capasso, 'Le fonte della storia delle provincie Napolitane' in 'Archivio storico per le provincie Napolitane' I, p.* 25 *n. Haec appendix in exemplari bibliothecae Berolinensis desideratur. Ipse Capasso novam promisit editionem.*

In appendice nonnulla historiae Neapolitanae monumenta sunt collecta.

I. Catalogus episcoporum Neapolitanorum. Hunc Blanchinius ex cod. bibliothecae S. Marci Florentino, litteris Beneventanis s. X, ut videtur, scripto, primus edidit (Vitae pontif. Rom. II, p. LXI), Mazochius commentario amplo instructum repetivit (l. l. p. 19); ex illo Raccolta III, p. 95; Migne, Patrol. Lat. CXXVII, p. 131. Cum ex Gestis tam antiquis quam a Johanne confectis hunc excerptum judicasset Blanchinius, Mazochius communem gestorum et catalogi fontem ostendere conatus est. Quod tamen vix feliciter ipsi cessit. Hujus auctor ita Gesta sequitur, ut etiam posterioris manus lectionem reddat; plerumque illorum verba in brevius contrahit, pauca tantum mutat, eos praesertim locos qui indicant, quorum quisque episcopus sederit pontificum Romanorum et imperatorum tempore, horum, ut videtur, catalogo adjutus. Praeterea priorum 11 *episcoporum annos et aetatem refert, sive in Gestorum codice quaedam nunc erasa legerit, sive haec aliunde, fortasse ex ipsius ingenio hauserit. Uno saltem loco codicis lacunam explet. Desinit in Stephano III, unde conjicere licet, etiam Petri continuationem non longius productam fuisse. Illo vivo catalogum scriptum esse, Mazochio non concesserim*[1].

Codicem nunc Laurentianum (antiquo numero S. Marco 604[2] *signatum) V. Cl. Guill. Meyer Monacensis quam accuratissime cum editis conferens, non paucos errores sustulit.*

II. Vita et Translatio s. Athanasii ab uno eodemque auctore scriptae, qui in altero alterum librum laudat[3]. *Hic rebus se supparem profitetur*[4], *et quamvis tam Johannis diaconi narrationem quam Erchemperti librum duces habuerit et verbis inanibus valde indulgeat, nonnulla tamen addit, quae rerum tunc temporis gestarum cognitionem produnt. Quare saeculo X. inferiorem eum non putarim*[5]. *Certe quae Mazochius affert*[6], *ut eum saeculo XII. demum scripsisse ostendat, hoc evincere et diserta auctoris verba refellere non possunt.*

Petrus diaconus Casinensis vitam in registrum s. Placidi transcribi fecit, at nonnusquam mutatam et in fine truncatam, unde eam publici juris fecit G. Cuperus, Acta SS. Juli IV, p. 77*; cujus editionem Muratorius, SS. II, 2, p.* 1051, *repetivit. Integram praebet codex Romanus bibliothecae Corsinianae Nr.* 777, *membr. fol. min., olim S. Severini in Neapoli, cujus scripturam Beneventanam saeculo XI.*[7] *tribueres, nisi f.* 87. *etiam Acta Aspreni episcopi ab Alberico scripta jussu Petri archiepiscopi, qui ab a.* 1226 — *c.* 1252. *sedem Neapolitanam tenuit, contineret*[8]. *Quam plura sanctorum*

1) *Quae p.* 48. *affert ex eo pendent quod translationes s. Severini et Sosii, Severi tempore factas, in a.* 910. *collocat. Quod dubium esse, jam Muratorius I, 2, p.* 288. *monuit.* 2) *Cf. Arch. XII, p.* 727*; Duchesne, Lib. pontif. p.* 50. 3) *Quae in fine Vitae leguntur non ad sequentem Translationis historiam, sed ad ecclesiae regesta, in quae tum Translationis tum Miraculorum series stylo simplici scriptae traderentur, referenda esse, Mazochius p.* 356. *conjectura parum probabili statuit.* 4) *Vita c.* 1: nostris nuper temporibus; *Transl. c.* 2: ut ipsa nunc refert. 5) *Vitam ante translationem corporis scriptam putat Cuperus, Acta SS. l. l., quia c.* 7. *legitur:* iungitur basilicae S. Benedicti, ubi exuberant multa mirabilia per eum . . . usque in presentem diem. *Haec in codice antiquissimo deesse, non recte Mazochius refert p.* 358*; sed non tam stricte interpretanda esse videntur.* 6) *p.* 358 *ff. Leprosos Lazaros esse dictos (p.* 362*), vera codicis lectione non confirmari, ipse agnoscit; Neapolitanam ecclesiam metropolitanam haberi, ex verbis c.* 1: eiusdem provinciae praesul *et* novem civitatum dominatrix *vix elici potest; s. Januarii ecclesiam, in quam translatum corpus dicitur, cathedralem esse intelligendam, quae saec. demum XI. hoc nomen sortitus sit, certe non extra omnem dubitationem positum videtur. Verba n.* 4. *allata Mazochius frustra infringere conatur, haec ex Regestis fictis descripta ratus. Recte vero Petro diacono Neapolitano, de quo Muratorius II, 2, p.* 1043. *cogitavit, eum abjudicare videtur.* 7) *Ita Bethmann judicavit, non saec. IX ex., ut Archiv XII, p.* 394. *impressum est.* 8) *V. Mazochium*

Neapolitanorum acta conjuncta habentur: f. 122. *Acta s. Agrippini; f.* 130. *Vita et Miracula s. Agnelli; f.* 150. *Translatio s. Athanasii; f.* 157. *Depositio s. Severi; f.* 175. *Vita s. Athanasii. Quaecumque in Bollandina desunt editione et praecipuam lectionis varietatem inde Mazochius vulgavit (p.* 363 *sqq.). Partem libri postea Bethmann descripsit, integram Vitam vero iterum cum editis contuli, Translationem V. Cl. Heller in usus nostros vertit. Uterque liber, sed ille levius, correctoris manum sensit, quae nonnumquam librarii menda sustulit, saepius vero, praesertim in Translatione, scribendi rationem et ipsum sermonem satis arbitrarie mutavit. Quae in Vita tantummodo annotare fas duxi; ex Cuperi vero editione (2 indicata) nonnisi ea recepi quae alicujus momenti esse videbantur. Annotationes paucas adjeci, plerasque ex Mazochii libro sumtas.*

III. Translatio s. Severini a Johanne diacono scripta, cujus partem primus edidit Cajetanus, Vitae Sanctorum Sicul. II, p. 6. *s. t. Martyrium s. Procopii episcopi Tauromenii, quem secuti sunt Carusius, Bibliotheca hist. Sicul. I, p.* 19. *et Muratorius, SS. I, 2, p.* 269*; sed non solum praefatio et finis sunt omissa, alia quoque excerpta potius quam descripta vel sermone mutato reddita. Integrum vero opus prodiit in Actis SS. Januar I, p.* 1098. *'ex mss. a Beatillo erutum'; unde, cum frustra in bibliothecis Casinensi et Neapolitana codicem quaesierim, hic est repetitum, capitum vero divisio mutata.*

IV. Ex ejusdem Johannis libro de vita s. Januarii et sociorum ea recepi quae s. Sosii translationem, cui ipse praesens interfuit, referunt, editionem Bollandinorum Sept. VI, p. 874 *sqq. secutus, quae 'ex mss. Neapolitano et Romano tabularii Vaticani collatis cum editionibus Surii et Falconii' parata est.*

V. Ex Miraculis s. Agrippini, quae ex codice Corsiniano Mazochius p. 336 *sqq. edidit, unum cum lectoribus communicandum duxi locum, qui historiam s. X. illustrat. Ea a Petro subdiacono, qui Gesta continuavit, scripta esse, ille probavit. Codicem exscripserunt VV. Cl. Heller et Ewald.*

VI. Narrationem de victoria quae a Neapolitanis de Sarracenis reportata esse fingitur e codice Vaticano Ottobon. Nr. 2940, *s. XIV, f.* 69. *descripsit Bethmann. Quam, quamvis plane fabulosam, hoc loco addere liceat.*

GESTORUM PARS PRIMA.

Isid. 1. Anno quadragesimo secundo imperii cesaris Octaviani, cessante regno ac sacerdotio Iudaeorum, secundum oracula prophetarum, dominus noster Ihesus Christus pro nostra salute ex virgine nasci dignatus est.

Peractis igitur Octavianus a primordio regni sui ann. 56 et mensibus 6, Tiberium pre-
Beda. vignum suum reliquit in regnum, qui regnavit ann. 23. Huius quintodecimo imperii anno Dominus post baptismum regnum caelorum adnuntiavit. Octavodecimo eiusdem anno sua passione mundum redemit. Et predicaturi per regiones Iudeae apostoli, Iacobum, fratrem Domini, Hierosolymis ordinant episcopum et 7 diacones. Et lapidato beato Stephano, ecclesia per regiones Iudeae et Samariae disseminata est.

Isid. Gaius regnavit ann. 3, mens. 10, dies 8. Per idem tempus Matheus apostolus euangelium in Iudea primus conscripsit.

Beda. Claudius regnavit ann. 13, mens. 7, dies viginti octo.

Hier. Huius secundo anno beatissimus Petrus apostolus, cum primus Anthiocenam fundasset
G. pont. ecclesiam et 7 ann. ibidem pontificalem cathedram sedisset, ad expugnandum Simonem magum

p. 202. 329, *qui accurate de hoc codice egit ejusque aetatem inter a.* 1220. *et* 1280. *constituit. Teste Constantino Rogerio, qui ejus exemplar fecerat, monuit, eum aliquando apud card. S. Severinae fuisse, eoque mortuo ad Josephum a Costa jure propinquitatis delatum; plura vero ejus apographa in Neapolitanis bibliothecis exstare.*

Romam pergit. Ibique cathedram sacerdotalem tenuit ann. 25, mens. 2, dies 3. Fuit autem temporibus Tiberii cesaris et Gaii et Claudii et usque ad ultimum Neronis annum. G. pont. Beda.

Iacobus, frater Domini, cum 30 ann. Hierosolymorum rexisset ecclesiam, 7. Neronis anno a Iudeis lapidatur. In cuius thronum Symeon, qui et Simon, secundus adsumitur. Hier. G. pont. Beda

Marcus quoque, auditor Petri et de baptismo filius, euangelium, quod Romae scripserat, Aegypto et Alexandrie, Petro mittente, predicat. Huius temporibus Simon magus cum altercationem proposuisset cum Petro et Paulo, dicens, se quamdam virtutem Dei esse magnam, medio die dum ad Patrem volare promittit in caelum, in aere a demonibus ferebatur, adiurante eos Petro per Dominum, Paulo vero orante, dimissus crepuit, et confracta sunt crura eius; ob cuius necem a Nerone Petrus crucifigitur, capite ad terram verso et in sublime pedibus elevatis, asserens se indignum, si sic crucifigeretur ut Dominus eius. Paulus gladio ceditur. Alvinus Florus Festo magistratui Iudeae succedit, cuius luxuria et avaritia ceteramque nequitia non ferentes Iudaei, contra Romanos revellaverunt. Adversum quos Vespasianus magister militiae a Nerone transmissus est. Vespasianus apud Iudaeam imperator ab exercitu appellatus est, et bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur. Titus, Iudaea capta et Hierosolymis[a] subversas, sescenta milia virorum interfecit. Iosephus vero scribit, undecies centena milia fame et gladio perisse et alia centum milia captivorum publice venundata. Ut autem tanta multitudo Hierosolymis repperiretur, causa azymorum refert fuisse, ob quae ex omni gente Iudea ad templum confluentes, urbe quasi carcere sunt reclusi. Oportuit enim in his diebus pasche eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerant. Colligitur omne tempus a quintodecimo anno Tiberii cesaris et ab exordio euangelice praedicationis ann. 42. Hier. Isid. Beda. Isid. Hier.

Linus papa, a beato Petro apostolo episcopus ordinatus, primus post eum Romane ecclesiae pontificalem cathedram tenuit ann. 11, mens. 3, dies 12. Fuit autem temporibus Vespasiani et Titi[1]. Qui Titus bellum iam dictae Hierosolymae in annis quattuor consummavit. Templumque stravit. G. pont. Hier. Beda.

Cletus sedit ann. 12, mens. 1, dies 11. Fuit autem temporibus Titi et Domitiani, iuniori fratris sui, sub quo apostolus Iohannes in Patmo insula religatus est. G. pont. Beda.

Clemens sedit ann. 9, mens. 2, dies 10. Fuit autem residui . . . . . .
. . . . . .
. . . . . [b]

2. I. Aspren episcopus[c].

Fuit amator pauperum et tante beatitudinis, ut omnem hominem a maiore usque ad minimum libenter exciperet et per dominici talentis acceptionem populos ad viam salutis cotidie evocaret.

II. Epithimitus episcopus.

Prioris exempla sequens, distributo talenti munere, cum lucro Domino consignavit.

III. Maro episcopus.

Cum his praedecessoribus suis ob sanctitatis meritum in ecclesia Stephania translati esse videntur[d].

IV. Probus episcopus.

Omni provitate conspicuus, nominis sui operibus copulans, placida morte quievit.

V. Paulus episcopus.

Mirabilis in opere, mirabilis in factis, mitis in prosperis, prudens in adversis; post diuturna tempora gaudens et ipse migravit ad Dominum.

a) *vocabulum erasum.* b) *in cod. unico lacuna, integro, ut videtur, fasciculo* (II) *deperdito (non tantum paucissimis voculis omissis, ut voluit Mazochius p.* 195*); v. praef. p.* 398. c) *quaedam post* episcopus *ubique fere erasa sunt c., annorum ut videtur, indicationem continentia.* d) videntur *corr.* videtur *c.*

1) *Hieronymum sequitur.*

VI. Agrippinus episcopus.

Amator patrie, defensor civitatis, qui cotidie pro nobis suis famulis exorare non cessat. Hic signis multis et miraculis coruscat. Plurima auxit Domino turba credentium et gremio sancte matris ecclesiae collocavit. Unde merito audire meruit: 'Euge, serve
Matth. 25. 21. bone, quia in modico fidelis fuisti, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini tui'. Denique in ecclesia Stephania translatus, merito cum honore quiescit.

VII. Eusthasius episcopus[a].

In altario beate Dei genetricis semperque virginis Mariae, que dicitur Cosmidi, populi devotio exequentes, conditus est atque translatus.

VIII. Ephevus episcopus.

Pulcher[1] corpore, pulchrior mente, plebi Dei sanctissimus prefuit et fideliter ministravit. Ipse vero post quorundam incursionibus translatus deductusque Neapolim, ecclesiae Stephaniae reconditur.

c. 350. IX. Fortunatus[2] episcopus.

Sanctissimus extitit vitae, sanctissimis orationibus die noctuque indesinenter agens, regna caelorum, sicut desideravit, adeptus est. Qui sepultus foris urbem quasi ad stadia quattuor. Deinde post longo tempore populi, patrocinia eius petentes, ab ecclesia sui nominis consecrata transferentes[3], per manus pontificum conlocarunt in ecclesia Stephania, parti[b] dextrae introeuntibus, sursum, ubi est oratorium, in caput catatumbae.

X. Maximus episcopus.

Ab ineunte aetate sua strenuus et omnimodo moderatus, sancte ecclesiae militavit. Nam et ipse prius in ecclesia beati Fortunati sacerdotis et Christi confessoris est conditus. Nunc vero in oratorio ecclesie Stephanie partis leve introeuntibus sacro altario adeptus exultat.

3. XI. Zosimus episcopus[4].

c. 360. Fuit temporibus Meltiede iam dicti papae, usque ad undecimum Silvestri pape
G. pont. annum, et Constantini imper.[5]. Hic sanctus Silvester exilio fuit in monte Serapi, et postmodum rediens cum gloria, baptizavit Constantinum augustum, quem curavit Dominus a lepra.
Isid. Iste primus imperatorum christianus effectus, licentiam dedit christianis libere congregari et
Beda. ad honorem Christi basilicas construi. Ipse autem fecit Romae, ubi baptizatus est, basilicam beati Iohannis baptistae; quique inter alias constructas ecclesias etiam et in urbem Neapolim basilicam fecit, asserentibus multis, quod Sancta Restituta fuisset[6].

Huius Constantini temporibus heresis Arriana exoritur, Nicenumque concilium
Isid trecentorum decem et octo patrum a Constantino ad condemnationem Arrii congregavit, et
G. pont. damnaverunt Arrium et Fotinum et Sabellium vel sequaces eorum.

4. XII. Severus episcopus sedit ann. 46, mens. 2, dies 11.

c. 390. Hic fecit basilicas 4[7]; unam foris urbem iuxta Sanctum Fortunatum[8] et aliam in

a) *nil erasum, linea plena c.* b) parti *corr.* partis *c.*

1) *Sicuti in Probi episcopi nomine luserat, parem prorsus allusionem et in Ephebo usurpavit: aevo seriore* ephebus *idem erat qui 'pulcher'.* MAZ. *p.* 215. 2) *Cf. Papebroch, Act. SS. Jun. Vol. II, p.* 1052, *qui hunc ordinem contra illos defendit, qui tres episcopos inter Ephevum et Fortunatum inserere voluerunt.* 3) *Quod quo tempore factum sit, non constat; cf. praef. p.* 398 *n.* 2. 4) *Pulso in exilium Maximo legitimo pastore, ab Arrianis in ejus locum Zosimus iste intrusus est c. a. Chr.* 362. MUR. 5) *Longe postea Neapolitanam cathedram ille invasit.* MUR. 6) *Cf. infra catalogum, ad quem Mazochius p.* 21. *monet, longe aliam fuisse ab ea quae hodie eo nomine insignitur.* 7) *Vita, cod. Corsin. f.* 157 *(Ughelli VI, p.* 36*), inseruit:* Nam et corpus beati Ianuarii sacerdotis et martiris ipse condivit manibus suis in aecclesia foris porta huius civitatis miliario uno, in qua nunc requiescit usque in presentem diem. *Haec falsa esse actaque non ante s. XIII. scripta, contendit Mazochius p.* 247. 8) nominis sui *add. Vita, quae haec exscripsit; et Catal. infra edendus.*

civitatem mirifice operationis, in cuius apsidam depixit ex musivo Salvatorem cum 12 apostolos sedentes, habentes subtus quattuor prophetas, distinctos pretiosis marmorum metallis. Esaias cum olive coronam nativitatem Christi et perpetue virginitatis Dei genetricis Mariae designare voluit, dicendo: 'Fiat[1] pax'. Hieremias per uvarum offertionem virtutem Christi et gloriam passionis prefiguratur, cum dicitur: 'In virtute tua'. Danihel spicas gerens Domini adnuntiatur secundum adventum, in quo omnes boni et mali colliguntur ad iudicium. Propterea dictum est: 'Et abundantia'. Ezechias proferens manibus rosas et lilias, fidelibus regnum caelorum denuntians; unde scriptum est: 'In turribus tuis'. Etenim in rosis sanguis martyrum, in liliis perseverantia confessionis exprimitur.

Prius ipse foris urbem iacuit in ecclesiam sui nominis consecratam[2]. Nunc vero requiescit in ea ipsa ecclesia Neapolim constituta, quem alii Severianam, alii propter oratorium ibi factum Sanctum Georgium vocant. Et [fecit[a] monasterium sancti Martini et sancti Potiti martyris]. Fuit autem temporibus Silvestri pape et Constantini augusti, et perduravit usque ad Damasum papa, transiliens apostolicos hos, Marcum, Iulium, Liberium, Felicem.

5. Silvester papa constituit, ut chrisma ab episcopo conficeretur. Et pribilegium epi- G. pont.
scopi, ut baptizatum confirmet propter hereticam suasionem. Et hoc constituit, ut baptizatum liniret presbyter chrisma, levatum[b] de aquam, propter occasionem transitus mortis. Hic constituit, ut diacones in ecclesia dalmaticas uterentur et palia linostima leva eorum tegeretur. Hic constituit, ut sacrificium altaris non in sericum nec in pannum tinctum celebrari, nisi tantum in lineum terrenum procreatum, sicut corpus domini nostri Ihesu Christi in sindonem lineam mundam sepultum. Sedit sancti Silvestri tempora beatus Severus ann. 12[c], et supervixit ann. 24. Post Silvestrum papam sedit Marcus papa ann. 2, mens. 8, dies 20, et post eum G. pont.
Iulius papa sedit ann. 15, mens. 2, dies 6. Fuit autem temporibus Constantini et Constanti, fratris sui. Qui Constans Arrianus effectus, catholicos toto orbe persequitur. Cuius etiam Isid.
favore fretus Arrius Constantinopolim pergit, adversus ecclesiam iterum dimicaturus. Divertens per forum Constantini ad necessariam causam, viscera eius repente simul cum vita effusa sunt. Liberius papa sedit ann. 6, mens. 3, dies 4. Fuit temporibus Constantini, filius Con- G. pont.
stantini, usque ad Constantio. Hic exilio deputatur. Athanasius Alexandriae episcopus, cum Beda.
a Constantio quereretur ad poenam, honorifice susceptus est. Donatus, artis grammatice scriptor Isid.
ac preceptor Hieronimi, Romae insignis habetur.

Beatus Antonius monachus centesimo quinto aetatis anno in heremo moritur. Ossa Beda.
Andreae apostoli et Lucae euangeliste Constantinopoli transferuntur. Hilarius Pictaviensis episcopus, qui pulsus ab Arrianis in Frigia fuerat, Gallias redit. Felix papa sedit ann. 1, G. pont.
mens. 3, dies 2. Hic declaravit Constantinum, filium Constantini, hereticum et secundo rebaptizatum ab Eusebio Nicomediense iuxta Nicomedia in Aquilone villa. Iuliano[d] apostata Hier.
imperatore[e] facto, ad idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, inliciens magis quam inpellens ad sacrificandum, in qua multi voluntate propria corruerunt. Qui etiam Isid.
dum in odio Christi templum Hierosolymis Iudaeis reparare permisisset, atque ex diversis provinciis Iudaei collecti nova templi fundamenta iacerent, subito nocte abruto terremoto, saxa ab imo fundamentorum excussa, longe lateque sparsa sunt. Ignis quoque ab interiore aedi templi egressus, plurimos eorum suo prostravit incendio. Quo terrore reliqui pavefacti, Christum confitebantur inviti. Et ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis illorum crucis apparuit signum. Eodem tempore sanctus Athanasius[f] episco- Hier.
pus Alexandriam revertitur. Pagani apud Sevasten Palestine urbis sepulchrum beati Iohan- Beda.
nis baptistae invadunt, ossa dispergunt. Eadem rursum collecta et cremata latius dispergunt. Sed Dei providentia adfuerunt ex Hierosolymis monachi, qui mixti colligentibus, quaeque ipsi

a) fecit mon. — marty. *post addita, sed scriptura s. VIII. c.* b) lebatum *eadem manu corr.* levatum *c.* c) *numerus deletus c.* d) Iul..... *c.* e) i. f. *in loco raso c.* f) Athasius *c.*

1) *Verba quatuor prophetis tributa sunt Ps.* 121, 7. 2) *S. Severi a Peruozzo.* MAZ.

Beda. poterant, ablata, ad patrem suum Philippum pertulerunt. Post multum vero temporis sub Theodosio principe Theophilus eiusdem urbis pontifex, destructo Serapis sepulchro, sancti
Isid. Iohannis ibidem consecravit ecclesiam.

Iobianus, dum se ab exercitu imperatorem fieri conspiceret, se christianum adfirmans, paganis praeesse non posse asserens. Et illi: 'Nos', inquit omnis exercitus, 'qui per Iulianum
Beda. nomen Christi abiecimus, tecum Christi esse volumus'. Quibus auditis, imperii sceptra suscepit, et honorificis atque officiosissimis litteris beatum Athanasium requisivit; ab ipso formam fidei et ecclesiarum disponendarum suscepit modum. Sed eius pia laetaque principia mors inmatura corrupit.

6. XIII. Ursus episcopus sedit ann. 4.

Fuit autem temporibus Damasi papae et Valentiani augusti.

Beda. Ambrosius Mediolanensis ecclesiae episcopus ad fidem rectam Italiam convertit. Hilarius episcopus Pictavis moritur. Ipse vero Ursus episcopus sepultus est in cymiterio foris ab urbe, ubi et beatus requievit Ephevus.

XIV. Iohannes episcopus sedit annos [27 a].

Hic tante severitatis plenus fuit, ut etiam sanctus Paulinus Nolanae sedis episcopus, sicut in vita sua legitur [1], eum accersiret atque vocaret ad Christi gloriam intuendam. Post triduum autem deposito corpore, neophitorum pompa prosequente, in eo oratorio, ubi manu sua dicitur condidisse beatissimum martyrem Ianuarium a Marciano sublato, et ipse parte dextra humatus quievit. Nunc in ecclesia Stephania, ubi beatus Fortunatus, similiter parti dextre quiescit.

c. 400. Fuit autem temporibus Damasi [2] et Siricii papae et Valentiniani et Valentis, Gratiani et Theodosii imperatoribus.

Isid. 7. Huius Gratiani diebus Martinus episcopus Turonis, Galliae civitatis, multis
Marcell. miraculorum signis effulsit. Gregorius Nanziazenus, facundissimus Christi sacerdos et Hieronimi praeceptor, ecclesia apud Vizantium ab Arrianis capta, plebem catholicam in beate Anastasiae oratorio catholico cotidianam adlocutionem continuit. Sepe namque pravorum conviciis insectatus est. Sed gratia Christi praeditus, usque ad id tempus, quo eadem ecclesiam sui praesentiam catholicis est reddita, perfidis obstitit Arrianis. Nam his consulibus Theodosius Magnus, postquam de Scythicis gentibus triumphavit, expulsis continuo de orthodoxorum ecclesiam Arrianis, qui eam per quadraginta ferme annos sub Arrianis imperatoribus tenuerant, catholicis
381. et orthodoxis restituit imperator, mense Decembrio. Eucherii et Euacrii. Centum quinquaginta sanctis patribus in urbe augusta congregatis adversus Macedonium, in sanctum Spiritum naufragantem, ab isdem episcopis sancta synodus firmata est, Damaso videlicet sedem beati Petri tenentem, Constantinopoli vero per Timotheum Alexandrinum perque Miletium Anthiocenum et Cyrillum Hierosolymitanum episcopum, Nectario ex pagano protinus baptizato [b] et in prefata synodo pontifice ordinato. Athanaricus rex Gothorum, cum quo Theodosius imperator pepigerat, Constantinopolim mense Ianuario venit eodemque mense morbo periit. Hiero-
Isid. nimus presbiter in Bethleem toto mundo clarus habetur. Per idem tempus caput Iohannis baptistae Constantinopolim est perductum et in septimo miliario civitatis debite venerationis humatum est. Gentium quoque templa per totum orbem iuvente Theodosio eodem tempore subversa sunt; nam adhuc intemerata manebant.

8. XV. Nostrianus episcopus sedit annos [17 c].

Hic fecit valneum in urbe et alia in gyro aedificia, qui usque hodie Nostriani valneus vocatur [3]. Qui bonis operibus agens, in Domino requievit. Et sepultus est in ecclesia beati Gaudiosi Christi confessoris, foris urbem euntibus ad Sanctum Ianuarium martyrem in portico sita.

a) XXVII *post add. c.* b) baptizano *c.* c) XVII *post add. c.*

1) *i. e. Uranii epistola de morte s. Paulini, quam v. Acta SS. Iuni IV, p.* 199. *et ap. Mazochium p.* 253. 2) *Non Damasi temporibus floruit Johannes, sed quidem longe serius, ut indicat etiam s. Paulini episcopi Nolani mentio.* MUR. 3) *De cujus situ cf. Mazoch. p.* 107 *sq.*

Fuit autem temporibus Anastasi et Innocenti, Zenonis[1] et Bonifatii pontifices Romanorum, et Theodosii et Arcadii et Honorii[2]. Huius Theodosi imperatoris tempora sanctus Martinus obiit. Iohannis anachorita insignis claruit. Qui etiam Theo- Isid.
dosio consulenti de Eugenio tyranno victoriam illi praedixit. Ambrosius Mediolanensis episcopus Marc.
orator catholicus ad Christum dominum commigravit.

Iohannes Anthiociae natus, ibique a Meletio eiusdemque civitatis episcopo eodemque confessore lector ecclesiae ordinatus, per singulos officii gradus ascendit. Ubi per quinquennium diaconus multos divinosque edidit libros. Presbyter quoque factus, per duodecim annos pluriores confecit. Tanta dehinc opinione ubique merito propagatus, Constantinopolim in locum Nectarii pontifex suffectus est. Ubi plurima dulciaque divinarum scripturarum volumina suo operi catholicis addidit.

Repugnante eo contra Eudoxiam, Arcadii uxorem, propter quod superinvasit quaedam[a] viduae villam, et quod porfyreticam columnam, argenteam statuam, Marc.
iuxta ecclesiam posita constitueret, Iohannem Constantinopolitanum episcopum cum nonnullorum episcoporum consensu, nolente Arcadio principe, in Cuccusum[b] Armeniae oppidum exulem miserunt. Eumque post annum unum in villam Ponticae regionis .....[c] de exilio in exilium religarunt. Hunc[d] ibidem mortuum religiosa[e] orthodoxorum plebs in atrio Basilissi episcopi idemque martyris, ab eodem martyre in somnis ammonita, in nobum moxque repertum sepulchrum recondidit.

Septimo Honorii principis anno Luciano presbytero revelavit Deus sepulchrum et reliquias Beda.
beati protomartyris Stephani et Gamalielis ac Nicodemi, qui in euangelio et in Actibus apostolorum leguntur. Scripsit ipsam revelationem Greco sermone ad omnium ecclesiarum personam. Quam revelationem Habitus presbyter, Hispanus genere, in Latinum vertit eloquium, et adiecta epistula sua, per Orosium presbyterum occidentibus dedit. Qui etiam Orosius ad loca sancta perveniens, quo eum beatus Augustinus ad sanctum Hieronimum pro discenda animi ratione miserat, reliquias beati Stephani accepit, et patriam reversus, primus intulit occidenti. Hieronimus presbyter obiit duodecimo Honorii anno, 2. Kalendas Octobr., anno aetatis suae 91.

9. XVI. Timasius episcopus sedit annos [31][f].

Fuit autem temporibus Caelestini et Xysti papae et usque ad eloquentissimum et doctissimum Leonem papa, tenentem imperium Theodosio[g] minore, Arcadio filius.

Effera gens Wandalorum, Alanorum et Gothorum ab Hispaniis ad Africam transiens, omnia Beda.
ferro, flammas, rapinis, simul et Arriana impietate foedavit. Sed beatus Augustinus Hipponiensis[h] episcopus et omnium doctor eximius ecclesiarum, ne civitatis suae ruinam videret, tertio obsidionis eius mense migravit ad Dominum 5. Kal. Septembris, cum vixisset annos 76, in clericatu autem vel episcopatum annos quadraginta complesset.

XVII. Felix episcopus sedit ann. 9, mens. 3, dies 6.

Fuit temporibus supradicti domni Leoni papae et Mauricii[3] et Valentiniani aug.

His diebus heresim Eutychianam horta est. Tunc beatissimus Leo papa misit G. pont.
ad Marcianum augustum, fidelem principem catholicum, et factam conlationem cum eodem principem, collecti sunt episcopi in Calcedona in martyrium sanctae Eufimiae, et congregati sunt 256 sacerdotes et aliorum 406 episcoporum, qui congregati una cum thomum, hoc est fidem apostolicae aecclesiae Romanae, et cum chirografum sancti archiepiscopi Leonis, sed et catholici principis Marciani presentia augusti, congregatum concilium, exposuerunt fidem catholicam, duas naturas in uno Christo, Deum et hominem. In quo loco piissimus augustus Marcianus una cum uxorem suam augustam Pulcheriam[i], deposita regia maiestate, fidem suam exposuerunt ante conspectum

a) quaedam *post corr.* quadam *c.* b) Cocc. *corr.* Cucc. *c.* c) *spatium vacuum relictum c.* d) Nunc *c.* e) liosam *e corr. c.* f) *e corr. post. c.* g) Theodosius minor ..... Arcadii *e corr. c.* h) Hip. *corr.* Hyp. *c.* i) r *e corr. c.*

1) *lege* Zosimi. 2) *Aetatem male collocavit scriptor noster, in viam, a qua aberravit, nondum regressus.* MUR. 3) *lege* Marciani.

G pont. sanctorum episcoporum. Ubi et damnaverunt Eutychium et Nestorium; et iterum fidem suam imperator Marcianus augustus cum coniugem suam Pulcheriam[a] augustam chirographo proprio fidem suam exponentes, postulaverunt sanctum concilium, ut dirigeret ad beatissimum papam Leonem, damnantes omnes hereses. Iterum multas epistulas fidei misit beatissimus Leo archiepiscopus, quae hodie recondite archibo tenentur.

Hic firmavit frequenter suis epistulis synodum Calcedonensem. Ad Marcianum epistulas 12, ad Leonem augustum epistulas 13, ad Flavianum episcopum epistulas 8, episcopis per orientem epistulas 18, quas fidei confirmavit synodi. Horum temporibus, Valentiniani Marc. videlicet et Marciani et Pulcheriae uxori suae, caput beatissimi Iohannis praecursoris Domini et baptistae, in urnam missum, [qui[b]] sub terram reconditum fuerat, eo revelante Marcellino quodam presbytero, in eodem specu inreprensibiliter habitantem, ostenditur mense Februario, die vicesimo quarto, media ieiuniorum paschalium septimana.

10. XVIII. Soter episcopus sedit ann. 21.

Hic ecclesiam catholicam beatorum Apostolorum in civitatem constituit et plevem[1] post Sanctum Severum secundus instituit. Qui usque nunc Domino propitio sedole laudes Christo referre non cessant. Humatus autem in ecclesia est atque translatus, quae et Stephania nuncupatur. Fuit autem temporibus Hilarii, Simplici atque Felicis Romanorum antistitum et Leonis augusti.

G. pont. Hic[2] fecit decretalem et per universum horientem sparsit, et epistulam de fide catholica, confirmans tres synodos, Niceni, Ephesini et Calcedonense, vel thomum sancti archiepiscopi Leonis, et damnavit Eutychetem et Nestorium vel omnes sequaces eorum et omnes hereses, et confirmans dominationem et principatum sanctae sedis catholicae et apostolicae.

Beda. Simulque et Leo imperator misit per universum orbem singulis orthodoxorum episcopis singulas consonantes epistulas, rescribi postulans, quid de eodem thomo sentirent. Quorum adeo consonantia de vera Christi incarnatione suscepit omnium rescripta, acsi uno tempore, Paul. I, 19. uno praedicante fuissent universa conscripta. Huius finitis temporibus [inter[c]] Odoacar, qui in Italia per aliquot iam annos regnabat, et Feletheum, qui et Feva dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum fomes exarsit. Qui Feletheus illis diebus ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam a Norici finibus idem Danubius[d] separat. In his Nuricorum finibus beati tunc erat Severini coenobium, qui omni abstinentiae sanctitate praeditus, multis iam erat virtutibus clarus. Qui cum isdem in locis ad vitae usque metas habitasset, hunc sepius, de quo diximus, Feletheum eiusque coniugem, cui vocabulum Giso fuit, ut ab iniquitate[e] quiesceret, verbis caelestibus monuit. Quibus pia verba spernentibus hoc quod eis postmodum contigit longe ante futurum praedixit.

c. 500. 11. XVIIII. Victor episcopus sedit ann. 11, mens. 10.

Hic fecit basilicas duas foris civitatem Neapolim, unam longius ab urbe ad miliarium unum, ante ecclesias beati Ianuarii martyris et sancti Agrippini confessoris, ad nomen beati Stephani lęvitae et martyris; et alia in medio itinere, modicum discreta a portico[3] euntibus partis sinistrae, ad nomen beatae Eufimiae martyris dedicavit. In qua et ipse sepultus quiescit. Fuit autem temporibus Gelasii papae et Zenonis augusti.

G. pont. Hic papa Gelasius invenit Manicheos in urbe Rom., quos exilio deportari praecepit. Quorum codices ante fores basilicae sanctae Mariae incendio concremavit. Igitur Ferderuchus[f] V. Sever. c. 45. inmemor contestationis, et comperta beati Severini morte, abrasis omnibus monasterii rebus, parietes tantum, quos Danubio non potuit transferre, dimisit. Moxque in eum ultio denuntiata pervenit. Nam intra mensis spatium a Frederico, fratris filio, interfectus, praedam pariter

a) r *e corr. c.* b) qui *post add. c.* c) *deest c.* d) Dabius *c.* e) u *post add. c.* f) *ita c.*

1) *Ecclesiae baptismales sive parochiales titulo plebis olim distinguebantur, unde Italicum* pieve. MUR., *qui tamen propter sequentia verba hanc interpretationem in dubium vocavit.* 2) *Hilarius.* 3) *Mazochius p.* 347. *eam habet quae vulgo Anticaglia vocatur.*

amisit et vitam. Cumque generalis transmigratio provenisset, doctoris praecepti non inmemores venerabilis presbyter Lucillus cum cuncta congregatione transferentes corpus eius, iuxta vaticinium praedicentis: 'Post mortem meam Deus visitavit vos, et asportate ossa mea hinc vobiscum', ad castellum montem Feletem, multis emensis regionibus, perduxerunt; atque ex rogatu inlustris femine Barbariae, cum sancti Gelasii sedis Romanae pontificis auctoritate, et Neapolitano populo exequiis reverentibus occurrente, in castello Lucullano per manus sancti Victoris episcopi in mausileo, quod praedicta femina condidit, collocatum est; residente ibidem Marciano venerabili presbytero cum sancta eius congregatione. Corpus Barnabae apostoli et euangelium Mathei, eius stilo scriptum, eo tempore, ipso revelante, reppertus est. Odoacar rex Gothorum Romam optinuit et Hitaliam infestavit. Honoricus[a] rex Wandalorum Arrianus, in Africa plus quam 334 episcopis catholicis[b], ecclesias eorum clausit, plebem variis affecit suppliciis, et quidem innumeris manus abscidens, linguas praecidit, nec tamen loquella catholicae confessionis eripere potuit. V. Sever. c. 45. c. 40. c. 46. c. 47. Beda.

12. XX. Stephanus episcopus sedit ann. 15, mens. 2. Hic inter alias bonitatis studia fecit basilicam ad nomen Salvatoris, copulatam cum episcopio, quae usitato nomine Stephania vocatur[1]. Fuit autem temporibus Anastasii et Symachi Romanorum antistites atque Anastasii aug.

13. Transemundus Wandalorum rex catholicas ecclesias clausit et 320[c] episcopos exilio Sardiniam misit. Per idem tempus apud Carthaginem Olimpius quidam Arrianus in valneis sanctam Trinitatem blasphemavit, ignis iaculo emittente visibiliter est combustus. Barbas quoque quidam Arrianus episcopus dum contra regulam fidei quendam baptizans dixisset: 'Baptizo te, Barbas, in nomine Patris per Filium in Spiritu sancto', statim aqua, quae fuerat ad baptizandum deportata, nusquam comparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat, confestim ad ecclesiam catholicam abiit et iuxta morem fidei baptismum Christi suscepit. Beda. Isid.

Symmachus autem papa inter multa ecclesiarum, quae vel a fundamentis creavit vel prisca renovavit, etiam omni anno per Africam vel Sardiniam ad episcopos, qui in exilio erant retrusi, pecunias et vestes ministrabat. Hic captivos per Ligurias et per Mediolana et per diversas provincias pecuniis redemit et dona multiplicavit et dimisit. Hic constituit, ut omni die dominicum vel natalicia martyrum 'Gloria in excelsis' diceretur, angelicum hymnum. G. pont.

14. XXI. Pomponius episcopus sedit ann. 28, dies 10. Hic fecit basilicam intra urbem Neapolim ad nomen sancte Dei genetricis semperque virginis Mariae, quae dicitur ecclesiae maioris, grandi opere constructam. Qui fuit temporibus Hormisdae papae et Iohannis, Felicis et Bonifatii, beatorum apostolicorum, necnon et Anastasii et Iustini augustis.

15. Idem vero papa Hormisda misit ex constitutum[d] synodum in Grecias, humanitatem ostendens sedis apostolicae, quia Greci obligati erant sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum et Acacium Constantinopolitanum episcopos. Cum consilio regis Theodori direxit episcopos euntes ad Anastasium aug., nihil egerunt. Iterum secundo misit Ennodium episcopum et Peregrinum episcopum portantes epistulas confortatorias fidei et contestationes secretas numero 19 et textum libelli. In quo libello noluit consentire Anastasius aug., quia et ipse in heresim Eutychianam communis erat. Volens itaque legatos per remunerationem corrumpere, legati vero sedis apostolicae, contemto Anastasio augusto, nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi satisfactione sedis apostolicae operaretur. Tunc imperator repletus furia eiecit eos per pusterula et inposuit eos in nave periculosa cum milites et magistrianos et praefectianos nomine Helidorum et Demetrium. Qui hoc dedit eis in mandatis imperator Anastasius, ut nullam civitatem ingrederentur. Legati vero sedis apostolicae secretius supra scriptas epistulas fidei 19 per manus G. pont.

a) Honori..cus *c.* b) *vocabulum omissum est c.* c) XI *corr.* XX *c.* d) titutum *c.*

1) *Quam sub primo episcopo Aspren aedificatam esse, fabulosa narrant hujus Acta, ap. Mazochium p.* 209.

G. pont. monachorum orthodoxorum exposuerunt[a] per omnes civitates. Quae tam epistulae ab episcopis civitatum, qui erant complices Anastasii augusti, omnes eas epistulas fidei pro caritate Constantinopolim perduxerunt. Furore repletus Anastasius contra papa Hormisda, inter alia sacra sua scripsit, dicens: 'Nos iubere volumus, non nobis iuberi'.

Eodem tempore nutu Divinitatis percussus est fulmine divino Anastasius imperator et obiit.

Sumpsit itaque imperium Iustinus orthodoxus et direxit auctoritatem[b] suam ad papam Hormisdam sedis apostolicae, ut redintegraretur pax ecclesiarum. Tunc papa Hormisda cum consilio regis Theoderici direxit a sede apostolica Germanum Capuanum episcopum et Iohannem et Blandum presbyteros et Felicem et Dioscorum diacones sedis apostolicae et Petrum notarium, quos monitos ex omni parte fidei et textum libelli paenitentiae. Qui venientes iuxta Constantinopoli, suscepti sunt a Iustino orthodoxo augusto cum gloria. Omnis itaque clerus una cum episcopo Iohanne Constantinopolitano, sentientes, eo quod gratanter suscepti sunt, sentientes, qui erant complices Acaci incluserunt se in ecclesia maiore, quae vocatur Sancta Sophia; et consilio facto, mandaverunt imperatori, dicentes: 'Nisi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus est episcopus noster Acacius, nullatenus consentimus sedis apostolicae'. Hic papa Hormisda perrexit ad regem Theodericum Ravennam, et cum eius consilio misit auctoritatem ad Iustinum, et cum vinculo chirographi et textum libelli reintegravit ad unitatem sedis apostolicae Petrum et Acacium vel omnes hereses. Post papa Hormisdam cathedram sanctae Romanae ecclesiae beatus tenuit papa Iohannes. Hic vocatus est a rege Theodorico Ravenna. Quem ipse rex rogans, misit Constantinopolim ad Iustinum imperatorem orthodoxum, quia eodem tempore Iustinus imperator ardorem fidei religionis christianae voluit hereticos extricare et omnes ecclesias Arrianorum catholicas consecrare. Pro hanc causam hereticus rex Theodoricus exarsit et voluit totam Hitaliam ad gladium extinguere. Eodem tempore Iohannes papa aegrotus infirmitate cum fletu ambulavit, et senatores et exconsules cum eo, hoc est Theodorus, Inportunus, Agapitus, exconsules, et alius Agapitus patricius; qui hoc accipientes in mandatis legationum, ut redderentur ecclesias hereticis in partes horientis; quod si non, omnem Hitaliam ad gladium perderet. Qui dum ambulassent cum Iohannem papam, occurrerunt beato Iohanni a miliario 15. omnis civitas cum cereos et cruces in hono-

Beda. rem beati Petri et Pauli. Qui cum venisset ad portam quae vocatur Aurea, in conspectu

G. pont. omnium roganti caeco lumen dedit. Tunc Iustinus augustus dans honorem Deo, humiliavit se pronus et adoravit beatissimum papam Iohannem, gaudio repletus, quia meruit temporibus suis vicarium beati Petri apostoli videre in regno suo. De cuius manibus cum gloria coronatus est Iustinus augustus. Eodem tempore papa Iohannes cum senatores supra scriptos

cf. Paul. H. R. cum grandi fletu rogaverunt Iustinum augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu eius; qui iam dicti omnia meruerunt, et liberata est Hitalia a rege Theodorico heretico.

G. pont. Cumque idem papa Iohannes reversus fuisset et omnia optinuisset a Iustino augusto, rex Theodoricus hereticus cum grandi dolo et odio suscepit eos, id est papam Iohannem et senatores, quos etiam gladio voluit interficere. Sed metuens indignationem augusti, quos tamen in custodia omnes adflictos cremavit, itaque ut beatissimus Iohannes episcopus, primae sedis papa, in custodia afflictus deficiens moreretur; qui tamen defunctus est Ravenna in custodia 15. Kal. Iunias martyr. Post hoc factum nutu Dei omnipotentis, nonagesimo octavo die, postquam defunctus est beatissimus Iohannes in custodia, Theodoricus rex hereticus subito interiit

Beda. et mortuus est. Cui successit in regnum Athalarico, nepote eius. Heldericus rex Wandalorum episcopos ab exilio reverti et ecclesias instaurare praecepit. Benedictus abbas virtutum gloria claruit; quas beatus papa Gregorius in libro dialogorum scripsit.

16. XXII. Iohannes episcopus Mediocris[1] sedit ann. 20, dies [11[c]]. Hic absidam ecclesiae Stephaniae labsam ex incendio reformavit. In quem ibidem ex musivo depixit transfigurationem domini nostri Ihesu Christi summe operationis. Fecit et basilicam

a) et p. *c.* b) auctorem *c.* c) dies XI *e corr. c.; scriptum fuit:* mens.. dies XIIII (?).

1) *Cognomen, quod Mazochio judice ad ejus mediocrem staturam non satis scite a Muratorio refertur.*

beati Laurenti levitae et martyris mirificis constructionibus digestam. Qui etiam quasi ad lineam omne stratum ex marmorum crustis ordinatum, placabile[a] oculis omnium videntur. Fuit autem temporibus Iohannis, Agapiti, Silverii atque Vigilii pontificibus sanctae apostolicae sedis et Iustini maioris atque Iustiniani augusti.

17. Temporibus vero papae Iohannis religiosus vir Iustinianus augustus summo amore G. pont. christiane religionis misit fidem suam scripto chirographo proprio ad sedem apostolicam per episcopos Epiphanium et Demetrium. Agapitum vero papa misit Theodatus rex Gothorum ad Iustinianum augustum; quia eodem tempore domnus Iustinianus augustus indignatus est Theodato regi, eo quod occidisset reginam Amalesuinta, filiam Theodorici regis, commenditam sibi. Qui vero Agapitus ambulavit Constantinopolim 10. Kalend. Mai. Ingressus Constantinopolim, et susceptus est Agapitus episcopus cum gloria. Et primum coepit habere altercationem cum piissimum imperatorem de religione. Cui beatissimus Agapitus episcopus constantissimae fidei apostolorum responsum reddidit de domino Ihesu Christo, Deum et hominem, hoc est duas naturas in uno Christo. Et dum intentio verteretur, ita Dominus adfuit, ut episcopum Constantinopolitanum nomine Anthemum inveniret hereticum. Et cum intentio verteretur cum augusto et Agapito papa, hoc dixit ei imperator Iustinianus: 'Aut consenti nobis, aut exilio te deportari faciam'. Tunc beatissimus Agapitus papa respondens cum gaudio, dicens ad imperatorem: 'Ego quidem peccator ad Iustinianum imperatorem christianissimum venire desideravi; nunc autem Diocletianum inveni. Scias tamen, quod minas tuas non pertimesco'. Et dixit ei iterum Agapitus venerabilis papa: 'Tamen, ut scias te idoneum non esse religioni christianae, episcopus tuus confiteatur duas naturas in Christo'. Tunc ex precepto augusti accersito episcopo Constantinopolitano nomine Anthemo, et discussione patefacta, numquam voluit confiteri in doctrina catholicae responsionis ad interrogationem beati papae Agapiti duas naturas in uno domino[b] Ihesu Christo. Quem convicit sanctus papa Agapitus, glorificatus est ab omnibus christianis. Tunc piissimus augustus Iustinianus gaudio repletus humiliavit se sedis apostolicae et adoravit beatissimum Agapitum papam.

Eodem tempore erexit Anthemium a communionem et expulit in exilio. Tunc piissimus augustus Iustinus rogans beatissimum papam Agapitum, ut in loco Anthemi episcopum catholicum consecraret nomine Mennam. Qui vero Agapitus papa omnia optinuit, ex qua causa directus fuerat. Post dies vero aliquantos aegritudini commotus, defunctus est Constantinopolim 10. Kal. Mai. Cuius corpus in loculum plumbeum translatum usque in basilicam beati Petri apostoli, et sepultus est 12. Kal. Octobr. Post quem Silverius Romae pontificalem sedem optinuit. Post menses vero 2 nutu divino extinctus est Theodatus tyrannus, et levatus est rex Guitigis. Eodem tempore Guitigis ambulavit Ravennam, et cum vim tulit filiam Amalasuntae reginae sibi uxorem. Hoc indignatus imperator Iustinianus, quia regina sibi commendatam occidisset Theodatus, misit Vilisarium patricium cum exercitu, ut liberaret omnem Hitaliam a captivitate Gothorum[c].

18. De vita autem excedente Silverio, relictus est in eius loco Vigilius. Eodem tempore Vilisarius patricius misit bellum cum Vitigen regem Gothorum. Qui rex fugiens noctu, insecutus est eos Iohannes magister militum, cognomento Sanguinarius; tenuit eum et adduxit ad Vilisarium et ad Vigilium papa Romanum. Tunc dederunt ei sacramenta in vasilica Iulia, ut salvum illum perducerent ad Iustinianum imperatorem. Quem cum duxissent Constantinopolim, gavisus est imperator, et fecit eum patricium et comitem, et transmisit eum iuxta fines Persarum, et ibi vitam finivit. Tunc gratias egerunt imperator et augusta, et data ei dignitate, iterum miserunt in Africa. Qui veniens in fines Africae, sub dolo pacis interfecit Beda. Guinterim regem Wandalorum; et redacta est Africa sub re publica, Carthago quoque anno excessionis suae 95. recepta est.

19. XXIII. Vincentius episcopus sedit ann. 23. Hic fecit praefulgidam basilicam ad nomen beatissimi praecursoris Iohannis baptistae. Quem amplis aedificiis in gyro distinxit. Fecit et altare, quem cum columnis et cyburi desuper investivit argento. Fecit fara argentea et arcus quattuor[d] investitos argento.

a) bile o. o. videntur *e corr. c.* b) n̄ *post add. c.* c) *una et dimidia lineae erasae c.* d) *e corr. in loco raso c.*

Fecit baptisterium fontis minoris intus episcopio et accubitum[1] iuxta positum grandi opere depictum.

c. 550–560. Fuit autem temporibus Pelagii[2] et Iohannis papae et Iustini minoris, ab ultimo[3] 12. Iustinianis anno et usque in initio primis anni Tiberii Constantini.

Paul. I, 25. 20. Iustinus etiam quattuor institutionum libros, quibus breviter universarum legum textus conprehenditur, noviter composuit. Novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactis, eundem codicem novellam nuncupari sancivit.

G. pont. Eruli quoque levantes sibi regem Sindoal, premebant cuncta Hitalia. Qui egressus Narses ad eum, interfectus est rex, et omnem gentem Erulorum sibi subiugavit. Deinde venit Amingus dux Francorum et Buccellinus, simili modo et ipsi premebant Hitaliam; sed auxiliante Paul. II, 5. Domino et ipsi a Narsete interfecti sunt. Erat enim tota Hitalia gaudens. Igitur deleta vel superata Narsis omni Gothorum gente, dum multum auri sive argenti seu cetera specierum divitias acquisisset, magnam a Romanis, pro quibus multa contra hostes laboraverat, invidiam pertulit. Qui contra eum Iustinum augustum et eius coniugis Sophiae in haec verba suggesserunt, dicentes quia: 'Expedierat Romanis, Gothis potius servire quam Grecis, ubi Narsis eunuchus imperat et nos servitio premit; haec noster piissimus princeps ignorat. Aut libera nos de manu eius, aut certe ei civitatem Romanam et nosmet ipsos gentibus tradimus'. Cumque hoc Narsis audisset, haec breviter retulit verba: 'Si male feci cum Romanis, male inveniam'. Tunc augustus adversus Narsetem commotus est, ut statim in Hitaliam Longinum praefectum mitteret, qui Narsetis locum optineret. Narsis vero, his cognitis, valde pertimuit; et in tantum maxime ab eadem Sophia augusta territus est, ut regredi ultra Constantinopolim non auderet; cum illa inter cetera, quia eunuchus erat, haec fertur mandasse, ut eum in genecio lanarum faceret pensa dividere. Ad quem verba Narsis dicitur haec responsa dedisse: talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa, dum viveret, texere non posset. Itaque odio metuque exagitatus Neapolim Campaniae civitatem secedens, legatos mox ad Langobardorum gentem direxit, mandans, ut paupertina Pannoniae rura desererent et ad Hitaliam cunctis refertam divitiis possidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera aliarumque rerum species, quarum Italia ferax[a] est, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos possit inlicere. Langobardi laeta nuntia et quae ipsi praeoptabant[b] gratanter suscipiunt dequę futuris commodis animos attollunt.

G. pont. Ut cognovit Iohannes papa, festinus venit Neapolim, coepit rogare Narsetem, ut reverteretur Romae. Tunc Narsis dixit: 'Dic, sanctissimę papa, quid malum feci Romanis? Vadam ad pedes eius qui me misit, et cognoscat omnis Italia, quomodo totis viribus lavoravi pro ea'. Respondit Iohannis papa, dicens: 'Citius ego vadam, quam tu de hac terra egressus fueris'. Reversus est Narsis cum sanctissimo Iohanne papa et ingressus est Roma. Post multum autem temporis mortuus est, eiusque corpus in lucello positus, reductus est cum omnes divitias eius Constantinopolim. Ipsoque tempore Iohannes papa et ipse mortuus est et sepultus in basilica beati Petri apostoli. In cuius loco Benedictus papa adsumitur. Eodem tempore Paul. I. I. apud Italia noctu signa visa sunt; hoc est igneas acies in caelo apparuerunt, eum scilicet G. pont. qui postea effusus est sanguinem coruscantes. In sequenti vero gens Langobardorum totam invasit Italiam, simulque et famis nimia, ut etiam multitudo castrorum se tradidissent Langobardis, ut temperarent inopiae famis, cum essent ab incarnatione Domini quingenti[c] sexaginta Paul. II, 7. et octo anni elapsi.

c. 580. 21. XXIV. Redux episcopus sedit ann. 3, dies 24. Fuit autem temporibus iam dicti Benedicti papae usque ad exordium Pelagii papae[4] et temporibus Tiberii Constantini.

a) ferox *c.* b) praeortabant *c.* c) quing..... *c.*

1) *Hoc est triclinium seu coenaculum.* MUR. 2) *Recte hujus episcopi tempus adnotatur.* MUR. 3) ultimis 12 Iustiniani annis *Maz. scribere proposuit.* 4) *Ipsum a Pelagio ordinatum dicit inscriptio codicis Parisiensis, quam Mabillon, Anal. ed.* 2, *p.* 60, *edidit, Mazochius*

Beatus Gregorius, postquam a monasterio abstractus ecclesiastici ordinis diaconii sublimatus fuisset officio, apocrisiarius[a] Constantinopolim mittitur, eiusdem urbis episcopum in fidem nostrae resurrectionis errasse, Tiberio praesente, convicit. Docebat enim idem Euticius[b], corpus nostrum in illa resurrectionis gloria inpalpavile ventis aerique subtilius esse futurum. Quod ille audiens et ratione veritatis et exemplo dominicae resurrectionis provabit, hoc dogma orthodoxae fidei omnimodis esse contrarium. Catholica enim fides habet, quod corpus nostrum illa inmortalitatis gloria sublimatum subtile quidem sit per effectum spiritualis potentiae, sed palpavile per veritatem naturae, iuxta exemplum dominici corporis, de quo a mortuis resuscitato dicit ipse discipulis: 'Palpate me, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere'. In cuius assertione fidei venerabilis pater Gregorius in tantum contra nascentem heresem n o v a m laborem contendit, tanta hanc instantia, iuvante etiam piissimo imperatore Tiberio Constantino, comminuit, ut nullus exinde sit inventus, qui eius resuscitator existeret. Paul. V. Greg. Beda. Paul. l. l.

22. XXV. Demetrius episcopus sedit annos 3[c.1]. Fuit temporibus Pelagii papae et Tiberii Constantini usque ad exordium Mauricii Tiberii.

Eodem tempore, postquam venerandus levita Gregorius Romam regressus est, tante pluviae fuerunt, ut omnes dicerent, quod aquae dilubii superinundaverunt. Tanta inundatio Tiberis fluvius alveum suum egressus est tantumque excrevit, ut eius unda super muros[d] urbis influeret atque in ea maximas regiones occuparet, ita ut plurima antiqua q u e aedium m u n i m e n t a deiceret. Subsecuta est e vestigio clades quam inguinariam vocant. Nam in medio mense undecimo adveniens, primum omnium iuxta illud quod in Ezechielem legitur: 'A sanctuario meo incipite', Pelagium papam perculit et sine mora extinxit. Quo defuncto, tanta strages populi facta est, ut passim subtractis habitatoribus domus in Urbe plurimae vacuae remanerent. In hac tanta tribulatione beatissimus Gregorius a cunctis generaliter papa electus est. Qui dum septiformem letaniam fieri ordinasset, intra unum hore spatium, dum hi Deum deprẹcarentur, octoaginta ex eis subito ad terram corruentes spiritum exalarunt. Sed non destitit sacerdos dandus[e] populo praedicare, ne ab oratione cessarent, donec miseratione divina pestis ipsa quiesceret. Septiformes autem lętania ideo dicta est, quia omnis orbis populus a beato Gregorio in septem partibus deprẹcaturus Dominum est divisus. In primo namque choro fuit omnis clerus. In secundo omnes abbates cum monachis suis. In tertio omnes abbatisse cum congregationibus suis. In quarto omnes infantes. In quinto omnes laici. In sexto universae viduae. In septimo omnes mulieres coniugatae. Paul. V. Greg. G. pont. Pel. Paul. V. Greg. et H. L. III, 24.

23. XXVI. Fortunatus episcopus sedit ann. 7, dies 11. c. 600.

Hic fuit temporibus praedicti beatissimi domni Gregorii papae et Mauricii aug.

Hic sanctus Gregorius exposuit omelias euangeliorum numero quadraginta, Iob, Ezechihelum et Pastoralem et multa alia, quae i n e i u s V i t a i n v e n i u n t u r c o n s c r i p t a. Eodem tem- G. pont.

a) *duae litterae erasae c.* b) Eumticius, *littera* m *e corr. c.* c) *e corr. c.* d) os *e corr.* e) tantus *Vita Greg.*

p. 264. *repetivit:* Et orationibus beatae et gloriosae semper virginis Mariae hunc codicem excerptorum, quae ex opusculis sancti Augustini beatae recordationis Egipius presbyter et abba fecit, et eum codicem Dei aspiratione pro amore divinarum scripturarum adhuc in laica vita constitutus Redux misericordia Dei episcopus conscribi fecit, et privatu [praefatus *emend. Mab.*] Redux, Dei gratia faciente, in eadem Neapolitana civitate a viro beatissimo Pelagio sedis Romae pontifice est episcopus ordinatus; et eo iubente ego Petrus notarius sanctae ecclesiae catholicae Neapolitanae, ut potui, emendavi sub die Iduum Decembrium, imperatore domino nostro Tiberio Constantinopolis [Constantino pp. *i. e. perpetuo, emendavit Maz.*] agusti anno septimo, post consulatum eiusdem agusti anno tertio, indictione quinta decima, obsidentibus Langobardis Neapolitanam civitatem. Quem codicem pro memoria recordationis nominis sui praedictus episcopus devote sanctae ecclesiae Neapolitanae, cui praeest, pro aedificatione populi christiani noscitur obtulisse. Et obtestor vos sanctos successores ecclesiae suprascriptae Dei gratia succedentes, in diversis ordinibus constitutos *etc.* 581.

1) *Hunc depositum dicit Gregorius M. epist. II,* 6. *a.* 591.

G. pont. pore venit Romanus patricius Romae, et dum reverteretur Ravenna, retenuit civitates, quas a Langobardis tenebantur, Sutrum, Polimartium, Hortas, Tuder, Sutrum, Poliria, Perusia, Luceolis et alia multa.

Paul. III, 25. Hoc tempore isdem beatus Gregorius Augustinum et Mellitum et Iohannem cum pluribus aliis monachis timentibus Deum in Brittaniam misit eorumque praedicatione ad Christum
G. pont. Anglos convertit. Hic sanctus Gregorius augmentavit in praedicationem canonis: 'Diesque nostros in tua pace dispone' et cetera.

24. XXVII. Paschasius episcopus sedit ann. 14, d. 6.

Fuit autem temporibus Sabiniani et Bonifatii seu alii Bonifatii papae et Focae imp.

Paul. IV, 29. Huius secundo anno, indictione octava beatus Gregorius papa migravit ad Dominum. Cuius in locum ad apostolicatus officium Savinus est ordinatus.

G. pont. Huius temporibus fuit famis in civitate Roma gravis, et iussit aperire horrea ecclesiae et venundari frumenta per solidum unum triticum modia treginta. Qui postquam unum annum et quinque mens. cum 9 dies sedisset, defunctus est, et Bonifatius in eius loco adsumtus[a].

Hic optinuit apud Focatem principem, ut sedem apostolicam beati Petri apostoli caput esse omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana prima se omnium ecclesiarum
Paul. IV, 36. scribebat. Idem, alio Bonifatio petente papa, iussit in veteri fano quod pantheum vocabatur, in quo fecit ecclesiam beatae semper virginis Mariae, ablatisque idolorum sordibus, nomina ibidem martyrum dedicavit, ut, ubi quondam omnium non deorum, sed daemoniorum cultu agebatur, ibi omnium deinceps fieret memoria sanctorum.

25. XXVIII. Iohannes episcopus sedit ann. [20[b]], mens. 7, dies 14. Hic fecit consignatorium alvatorum[c. 1] inter fontes maiores a domino Sotero episcopo digestae et ecclesiam Stephaniam, per quorum baptizati ingredientes ianuas a parte leva ibidem in medio residenti offeruntur episcopo et benedictione accepta per ordinem egrediuntur parti sinistrae. Id ipsud et in parietibus super columnas depingere iussit. Fuit autem temporibus Deusdedii, Bonifatio et Honorio[d] papae atque Heraclio augusti.

G. pont. Deusdedi temporibus factus est terremotus maior mense Augusti indictione 6. Post haec secuta est clades magna in populo percussio scavearum, ut nullus potuisset mortuum suum cognoscere. Quo defuncto, levatur in loco eius Bonifatius papa; ante cuius diem ordinationis Eleutherius patricius et eunuchus factus intarta adsumpsit regnum; veniente eo ad civitatem Rom. in castrum qui dicitur Luciolis, a militibus Ravennatis interfectus est. Cuius caput ductus est Constantinopolim. Qui postquam papa Bonifatius quinque ann. sedisset, Honorius cathedram pontificalem suscepit.

Beda. His temporibus Anastasius Persa monachus nobile pro Christo martyrium patitur. Qui natus in Persida magicas a patre puer artes discebat. Sed ubi captivis christianis Christi nomen acceperat, in eum mox animo totus conversus, relicta Persidę, Calcedoniam Gerapolim[que[e]], Christum quaerens, ac deinde Hierosolymam petit, ubi accepit baptismatis gratiam. Quarto ab eadem urbe miliario monasterium abbatis Anastasii introivit, ubi septem annis regulariter vivens, dum Caesaream Palestinae orationis gratiam venisset, captus a Persis, et multa diu verbera inter carceres et vincula Marzabana iudice perpessus, tandem mittitur Perside ad regem eorum Chosronem, a quo tertio per intervallo temporis verberatus, ad extremum una suspensus manu per tres hore diei, sic decollatus cum aliis 70 martyrium complevit. Mox eius tunica indutus quidam daemoniacus curatus est. Interea superveniens cum exercitu Heraclius princeps, superatis Persis, christianos, qui erant captivati, reduxit gaudentes. Reliquie beati martyris Anastasii primo monasterium suum, deinde Romam aductae venerantur in monasterio beati Pauli apostoli, quod dicitur Ad Aquas Silvias.

a) est *post ut videtur add. c.* b) xx *e corr. c.* c) albatorum *Cat.; Mur. censet scribendum* cons. ablutorum, *hoc est locum, quo sese recipiebant e sacro fonte baptizati, ut ab episcopo sedente sacro confirmationis oleo ungerentur.* d) Honorio *corr.* Honorii *c.* e) que *post add. c.*

1) *De hoc disseruit Mazochius, De Neap. cath. unica T. I, p.* 26.

26. XXIX. Cesarius episcopus sedit ann. 4, dies 4. Fuit autem temporibus supra dicti Honorii papae et Heraclii aug. His temporibus exortum apud Scottos in observatione paschae errorem idem Honorius papa per epistulam redarguit et rectis ordinibus stabilivit. Postquam autem Honorius papa ex hac luce migravit, devastatum est episcopius Lateranensis a Mauricio chartulario et Hisacio exarcho Italiae, dum adhuc electus esset domnus Severinus. Sed antequam veniret Hisacius patricius, Mauricius dolo ductus adversus ecclesia Dei, consilio inito cum quibusdam perversis hominibus, incitaverunt exercitum Romanum, dicentes: 'Quid prodest[a], quod tantae pecuniae congregatae sunt in episcopio Lateranense ab Honorio papa, et milites isti nihil exinde subventum habent, dum quando et rogas, quas domnus imperator vobis per vices mandavit, ibi sunt a supra scripto viro reconditas'? His auditis, exarserunt omnes adversus ecclesiam Dei, et venerunt omnes animo concitati et armati, qui inventi sunt in civitate Rom. a puero usque ad senem in episcopio supra scripto Lateranense, et non potuerunt manu militare introire, quia restiterunt eis qui erant cum sanctissimo domno Severino. Tunc videns Mauricius, quia nihil potuerant facere, dolo ductus fecit ibi exercitum sedere intra episcopio Lateranensem, et fuerunt ibi dies tres. Post triduo autem introivit Mauricius cum iudices, qui inventi sunt cum ipso in consilio, et sigillaverunt vestiaria ecclesiae seu cymilia episcopii, quas diversi christianissimi imperatores seu patricii et consules pro redemptione animarum suarum beato Petro apostolo derelinquerunt, ut pauperibus singulis temporibus pro alimonia erogarentur seu pro redemptionem captivorum. Et postmodum misit Mauricius epistulas suas ad Isacium patricium Ravenna de hoc quod actum fuerat, quomodo ipse cum exercitu sigilasset omne vestiarium episcopii, et quia sine aliqua lesione omnem substantiam saepe dictam potuisset depraedare. Cumque hoc verius cognovisset Isacius, venit in civitatem Rom., et misit omnes primatos ecclesiae singulos per singulas civitates in exilio, ut non fuisset, qui resistere debuisset de clero. Et post dies aliquantos ingressus est Isacius patricius in episcopio Lateranense, et fuit per dies octo, usque dum omnem substantiam illam depraedarent. Eodem tempore direxit exinde ex parte de ipsa substantia in civitatem regiam ad Heraclium imperatorem, et postmodum ordinatus est sanctissimus Severinus, et reversus est Isacius Ravenna. Beda. G. pont.

27. XXX. Gratiosus episcopus sedit ann. 7.

Fuit autem temporibus Iohannis et Theodori papae et Heraclonis et Constantii, filii Heraclii. Hic Iohannes papa temporibus suis misit per omnem Dalmatiam seu Histriam multas pecunias per sanctissimum et fidelissimum Martinum abbatem propter redemptionem captivorum, qui depredati erant a gentibus. Theodori papae temporibus Mauricius chartularius, per quem multa mala operatus est Isacius patricius, cum iam increvisset peccata eius beato Petro apostolo, ut eos hereditaret ignis inextinguibilis, consilio ductus supra scriptus Mauricius cum ipsis, quibus antea devastaverant ecclesiam Dei, revellavit adversus Isacium patricium et misit per omnia castra, qui erant sub civitate Rom. per circuitum, et congregavit eos, et constrixit se cum ipsis in sacramento, ut deinceps nullis ex ipsis debuisset oboedire Isacio neque hominibus eius, eo quod adfirmabat eum, quia sibi regnum inponere voluisset. Audiens haec Isacius patricius, eo quod Mauricius cum omni exercitu Italiae sibi sacramenta dedisset, misit Donum magistrum militum et sacellarium suum ad civitatem Rom. cum exercitu. Qui veniens, omnes iudices seu exercitus Romanus, qui prius se cum Mauricio sacramenta constrinxerant, timore ducti dimittentes Mauricium chartularium, seseque cum Donato fecerunt. Et ingressus Romam, fugiit Mauricius ad Beatam Mariam ad Praesepe. Quem tollentes de ecclesia, miserunt boiam in collo eius; similiter et omnibus qui in consilio fuerant cum ipso inboiati, misit eos Ravenna. Qui ducentes eos pervenerunt in locum qui dicitur Ficuclas, duodecimo miliario a civitate, et ibi decollaverunt Mauricium, quia sic in mandatis acceperant a supra scripto Isacio, ut vivus civitatem Ravennatem non ingrederetur. Posteaquam decollatus est, levantes[b] caput eius, duxerunt eum Ravenna. Videns autem Isacius caput Mauricii, gavisus est, et fecit eam ad exemplum multorum in circo Ravennate in stipite poni. Illos G. pont. ib. Theod.

a) prodeest *c.* b) lavantes *c.*

G. pont. autem qui cum ipso directi fuerunt omnes inboiati iussit sub arta custodia in carcere mitti, cogitans quomodo eos puniret. Sed cum haec ageretur, mox nutu Dei iudicio ipsis diebus percussus, divino ictu interiit Isacius et mortuus est. Hii autem qui reclusi erant eicientes de carcere, reversi sunt singuli per loca sua. Audiens hoc imperator, quia defunctus est Isacius, misit Theodorum patricium et exarchum, cui cognomento Caliopas, ad regendam omnem Italiam. Ipsis temporibus venit Pyrrus ex Africa, qui fuerat patriarcha Constantinopolitanus, in urbe Roma ad limina apostolorum; qui ingressus, libellum optulit cum sua subscriptione apostolicae sedis coram cuncto clero et populo, condemnans in eodem libello omnia quae a se vel a decessoribus suis scripta vel acta sunt adversus inmaculatam fidem. His itaque ab eo peractis, fecit eum munera erogare in populo et cathedra ei iuxta altare poni, honorans eum ut sacerdotem regiae civitatis. Postea rursus more canis ad proprium impietatis vomitum repedavit. Tunc sanctissimus Theodorus papa convocans universos sacerdotes et clerum in ecclesia beati Petri apostolorum principis, condamnavit eum sub vinculo anathematis. Qui praedictus Pyrrus reversus est in partibus horientis. Sanctissimus vero Theodorus papa scripsit Paulo patriarchae regiae civitatis, tam rogans quamque regulariter increpans, necnon per apocrisarios praesentaliter ammonens et contestans, quatenus proprium emendaret commentum atque ad orthodoxam fidem catholicae ecclesiae remearet. Et neque rogantes neque increpantes potuerunt eum a suo conamine quoquo modo revocare. Propter quod iusta ab apostolica sede ipse depositionis ultione perculsus est.

28. XXXI. Eusebius episcopus sedit annos 6.

Beda. Fuit autem temporibus Martini beatissimi papae et Constantini[a]. Hic Constantinus deceptus est a Paulo, sicut Heraclius, avus eius, a Sergio, eiusdem regiae civitatis episcopo.

G. pont. Mart. Qui Paulus Constantinopolitanae urbis episcopus inflammatus superbie spiritu adversus recta sanctae Dei ecclesiae dogma, audacter praesumpsit paternis definitionibus contraire. Quod numquam nec a prioribus hereticis praesumptum est, ipse inlicitę presumere studuit, in tantum ut apocrisiarii, qui ex praeceptione apostolicae auctoritatis eum commonuerant, ut de tali heretico intentu recederet, persecutionibus diversis cum aliis orthodoxis viris et venerabilibus sacerdotibus insecutus est, quosdam eorum custodiae retrudens, alios in exilio deportans, alios autem verberibus summittens. Quibus poene[b] ad apostolicam sedem plurimi orthodoxi detulisse monstrantur, coniurantes, ut totius mali per apostolicam auctoritatem abscidatur commentum. Tunc beatissimus Martinus misit et congregavit episcopos in urbe Rom. numero 105, et fecit synodum secundum instituta patrum orthodoxorum[c] in ecclesia Salvatoris iuxta episcopium Lateranense, residentibus episcopis, presbyteris adstantibus cum diaconibus et clerum universum, et condemnaverunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrum et Paulum patriarchas Constantinopolitanos, qui novitates contra inmaculatam fidem presumpserunt innectere. Et faciens exemplaria, per manus orthodoxorum fidelium per orientis et occidentis finibus disseminavit.

Beda. Post haec missus ab imperatore Theodorus exarchus tulit Martinum papam de ecclesia Constantiniana perduxitque Constantinopolim. Qui post haec directus in exilio in loco qui dicitur Cersona, ibi, ut Deo placuit, in Christi confessionem vitam finivit, multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. Facta est autem synodus prefata anno nono imperii Constantini, mense Octob., indict. 8.

c. 650. 29. XXXII. Leontius episcopus sedit annos 4.

Hic fecit crucem auream mediocrem[1] cum lapidibus pretiosis. In quem medio reclusit ex portione vivifici ligni[d], in quo Dominus noster pependi pro salute generis humani dignatus est. Pro cuius venerationis gratiam sexta feria ebdomadae maioris et inventionis seu exaltationis sanctae crucis omnes promiscui sexus confluunt, devote flagitantes auxilia. Fuit autem temporibus Eugenii papae et supra dicti Constantini impera-

a) *corr.* Constanti imp. *c.* b) *desunt plura ex Gestorum narratione.* c) orthodoxum *c.* d) lignii *c.*

1) *i. e. parvam; v. Mazoch. p.* 176.

toris. Huius temporibus Petrus patriarcha Constantinopolitanus direxit synodum[a] ad sedem apostolicam, valde obscurissimum et ultra regulam, non autem declarans operationes aut voluntates in domino nostro Iesu Christo. Olympius vero veniens Romam, invenit sanctam Romanam ecclesiam coadunatam cum omnes episcopos Italiae seu sacerdotes et clerum. Volens tamen adimplere quae sibi fuerant imperata, secum armans exercitum virtutis, voluit scisma sanctae ecclesiae intromittere, atque per potentiam virtutis episcopos Italiae indirecto typo subscribere faceret. Cumque per plurimum tempus actum fuisset, non permisit omnipotens Deus quae nitebatur perficere. Videns ergo, se a sancta Dei catholica ecclesia[b] superatum, machinavit se quasi a mala intentione declinare, ut, quod non poterat manu armata facere, subrepticio modo per missarum sollemnia in ecclesia Dei genetricis semperque virginis Mariae ad Praesepe, ad communionem dum veniret, Eugenium papam conprehenderet ac teneret. Sed omnipotens Deus, qui solitus est servos suos orthodoxos circumtegere et ab omni malo eripere, nequaquam fieri permisit. Nam cum porrecturus Olympio exarcho communionem venisset, eius spatharius sanctissimum papam, ut ei iussum fuerat, ferire voluisset, excaecatus, non est permissus videre pontificem, quando exarcho communionem porrexit. Videns ergo Olympius exarchus, quia manus Domini circumtegebat, populum[1] vel clerum, eo quod talem synodum direxisset Petrus Constantinopolitanus episcopus, qui non reciperetur, propter quod magno cum strepitu a sancta Dei ecclesia proicitur, et non prius isdem papa a populo et clero in eadem ecclesia Dei genetricis [Mariae[c]] missas celebrari dimissus est, quousque[d] typus ille abiceretur. G. pont. Eugen. ib. Martin. ib. Eug.

30. XXXIII. Adeodatus episcopus sedit ann. 18. Fuit temporibus Vitaliani papae et iam dicti Constantini augusti. Hic Vitalianus papa direxit responsales suos iuxta consuetudinem in regia urbe ipsi imperatori de ordinatione sua. Et dum suscepti essent, renovantes privilegia ecclesiae, reversi sunt. Per eosdem vero missos direxit beato Petro apostolo euangelia aurea cum gemmis alvis mirae magnitudinis in circuitu ornatas. G. pont.

His diebus Constantinus iam dictus augustus, qui et Constans est appellatus, Italiam a Langobardorum manu eruere cupiens, Constantinopolim egressus, per litoraria iter habens, Athenas venit, indeque mare transgressus, Tarentum applicuit. Qui tamen prius ad solitarium quemdam, qui prophetiae spiritum habere dicebatur, adiit, studiose ab eo sciscitans, utrum gentem Langobardorum, quae in Italia habitabant, superare et optinere possit. A quo cum servus Dei spatium unius noctis expetisset, ut pro hoc ipso Dominum supplicaret, facto mane ita eidem augusto respondit: 'Gens Langobardorum superare modo ab aliquo non potest, quia regina quaedam ex alia provincia veniens basilicam beati Iohannis baptistae in Langobardorum finibus construxit, et propter hoc ipse beatus Iohannes pro Langobardorum gente continuę intercedit. Veniet autem tempus, quando ipsud oraculum habebitur despectui, et tunc gens ipsa peribit'. Quod ita factum esse provatum est. Qui ante Langobardorum perditionem, quo trans Padus caperetur, eandem beati Iohannis basilicam, quae utique in loco qui Modicia dicitur est constituta, per viles personas hordinari conspecta est, ita ut indignis et adulteris non pro vitae merito, sed praemiorum datione, isdem locus venerabilis largiretur. Constantinus vero Tarantum egressus, Beneventanorum fines invasit, omnesque poene per quas venerat Langobardorum civitates coepit. Luceriam quoque, opulentam Apuliae civitatem, expugnatam fortius invadens diruit, ad solum usque prostravit. Acerentia sane propter munitissimam loci positionem capere minime potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedit et eam vehementer expugnare coepit; ubi tunc Romoald, Grimoaldi filius adhuc iuvenculus, ducatum tenebat. Qui statim ut imperatoris adventum cognovit, nutricium suum nomine Sesoaldum ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obsecrans, ut quantocius veniret filioque suo ac Beneventanis, quos ipse nutrierat, potenter succurreret. Quod Grimoald rex audiens, statim cum exercitu filio laturus auxilium Beneventum pergere coepit; eundem Paul. V, 6. c. 7.

a) synodicum *G. p.* b) *e corr. c.* c) *post add. c.* d) *e corr. c.*

1) *Pergit ex Vita Eugenii, valde depravans quae hic et in Vita Martini leguntur, fortasse codicem secutus, in quo foliorum ordo erat turbatus.*

Paul. V, 7. nutricium eius ad filium misit, qui ei suum adventum nuntiaret. Qui cum prope Beneventum venisset, a Grecis captus imperatori delatus est; qui ab eo unde adveniret requirens, ille se a Grimoaldo rege venire dixit eundemque regem citius adventare nuntiavit.

c. 8. Imperator quoque, accepta obside Romoaldi sorore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit; eiusque nutricium Sesoaldum ad muros duci praecepit, mortem eidem minatus, si aliquid Romoaldo aut civibus de Grimoaldi adventum nuntiaret, sed potius asseveraret, eundem venire minime posse. Quod ille ita se facturum ut ei praecipiebatur promisit. Sed cum prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit. Quod cum Romoald[a] citius advenisset, sic ad eum locutus est: 'Constans esto, domine Romoald, et habens fiduciam noli turvari, quia tuus genitor citius tibi auxilium praeviturus adherit. Nam scias, eum hac nocte iuxta Sangrum fluvium cum valido exercitu manere. Tantum obsecro, ut misericordiam exhibeas cum mea uxore et filiis, quia gens ista perfida me vivere non sinevit'. Cumque hoc dixisset, iussu imperatoris caput eius abscisum atque cum belli machina quam petrariam vocant in urbem proiectum est. Quod caput Romoald sibi deferri iussit idque lacrimans osculatus est digno-

c. 9. que in loco tumulari praecepit. At vero Constantinus augustus, dimissa Beneventi obsidione,

G. pont. Vital. Neapolim venit per indictionem 6, egressusque Neapolim, Romam perrexit. Cui sexto ab Urbe

Paul. V, 11. miliario Vitalianus papa cum sacerdotibus et Romano populo occurrit, et suscepit eum

G. pont. quinta die mensis Iulii, feria quarta, indictione supra scripta. Ipsa die ambulavit imperator ad Sanctum Petrum ad orationem et donum optulit; die sabbato ad Sanctam Mariam itemque donum optulit. Dominicorum die processit ad Sanctum Petrum cum exercitu suo.[b] Omnes cum cereis, et offeruit super altare ipsius palleum auro textilem, et celebratae sunt missae. Sabbato sequenti venit ad Lateranis, lavit et ibidem pransit in basilica Vigilii. Item dominicorum die fuit statio ad Sanctum Petrum, et post celebratas missas vale fecerunt sibi invicem

Paul. imperator et pontifex. Duodecim dies in civitate Roma perseverans, omnia quae fuerant antiquitus instituta ex aere in ornamentum civitatis deposuit, in tantum ut etiam basilicam beatae Mariae, quae aliquando pantheum vocabatur et conditum fuerat in honore omnium deorum, discoperiret tegulasque aereas exinde auferens easque simul cum aliis omnibus ornamentis

G. pont. Constantinopolim transmitteret. Et postmodum secunda feria egressus de civitate Rom.,

Paul. reversus est Neapolim. Inde itinere terreno perrexit civitatem Regium, ingressusque Siciliam per indictionem septimam, habitavit in Syragusa, et tales afflictiones posuit populo seu habitatoribus vel possessoribus Calabriae, Siciliae, Africae atque Sardiniae, quales antea numquam auditae sunt, ita ut etiam uxores a maritis et filii a parentibus separarentur. Sed et alia multa et inaudita harum regionum populi sunt perpessi, ita ut alicui spes vitae non remaneret. Nam et vasa sacrata vel cymilia sanctarum Dei ecclesiarum imperiali iussu et Grecorum avaritia sublata sunt. Mansit autem imperator in Sicilia ab indictione septima usque in quintadecima

G. pont. Paul. die mensis Iulii duodecimae indictionis. Sed tandem totarum iniquitatum poenas luit, atque

G. pont. dum se in valneo lavaret, a suis extinctus est. Et non multo post iam dictus sanctissimus vir vitam finivit.

c. 670. 31. XXXIIII[c]. Agnellus episcopus sedit ann. 21, dies 15.

Hic fecit basilicam intus civitatem Neapol. ad nomen sancti Ianuarii martyris, in cuius honorem nominis diaconiam instituit[1], et fratrum Christi cellulas collocavit, delegans ab episcopio alimonias duocentorum[d] decem tritici[e] modiorum cum duocentas decem vini hornas perennis temporibus per uniuscuiusque successionem annualiter largiri. Sed et pro labandis curis[2] bis in anno, nativitatis et resurrectionis Domini anni circulum exsequendum, saponem dari sancivit. Sic itaque usque hodie, Domino annuente, perficitur. Atque mille siliquas in nativitate Domini milleque in ipsius resurrectione tribuitur.

a) Romoad *c.* b) *ante* Omnes *tres vel quatuor litterae erasae c.* c) xxxiii *c.* d) duo *c. corr.* duc. *c.* e) trici *corr.* tritici *c.*

1) *S. Januarii ad Ulmum post dicta.* 2) *Ughellus ita scribit: 'Pro lotione et cultu utensilium ecclesiae et fratrum Christi'.* MUR. *Alia proposuit Mazochius p.* 141.

Fuit autem temporibus Adeodati beatissimi papae et successorum eius Doni, Agathoni, Leoni, Benedicti et Iohannis usque ad Sergium papam, necnon et Constantini, filii Constantii superioris regis, et Iustiniani, filii Constantini, imperatoribus.

Huius Adeodati[a] papae et Constantini imp. temporibus gens Sarracenorum, Paul. V, 13.
quae iam Alexandria et Aegyptum pervaserat, audita morte Constanti[b] imp., subito cum multis navibus venientes, Siciliam invadunt, Syracusas ingrediuntur multamque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima[c] castra et iuga confugerant montium, auferentes quoque praedam nimiam et omne illud quod Constans augustus a Roma abstulerat ornatum in aere et diversis speciebus; sicque Alexandriam reversi sunt.

Hoc tempore tante pluviae tantaque tonitrua fuerunt, quanta ante nullus meminerat c. 15.
hominum, ita ut innumera hominum et animantium milia fulminibus essent perempta. Eo anno legumina, quae propter pluvias colligi nequiverunt, iterum renata, ad maturitatem usque perducta sunt. Post annos autem quattuor et mens. 2 diebusque[d] 5 Adeodatus papa diem clausit G. pont.
extremum. Quem subsequens Donus papa, sedit annum unum, mens. 5, dies 10. Hic dum adhuc esset electus, a parte orientis Augusto mense stella apparuit a gallocantu usque mane per menses tres. Cuius radia caelos penetrabat. In cuius visione surgentis omnes provinciae et gentes mirabantur. Qui post semet ipsa reversa disparuit. Ea recedente, maxima mors a parte orientis subsecuta est.

32. Agatho papa, qui post Donum pontificalem sedem promeruit, ex rogatu G. pont. et Beda.
Constantini, Heraclii et Tiberii principum piissimorum, misit in regiam urbem legatos suos Abundantium Paternensem, Iohannem Regitanum et Iohannem Portuensem episcopos, Theodorum et Gregorium presbyteros, Iohannem Romanae aecclesiae diaconem, post vero episcopum, Constantium subdiaconum cum alius religiosus servus Dei, pro adunationem faciendam sanctarum Dei ecclesiarum. Quos benignissime suscepti sunt a reverentissimo fidei catholicae defensore Constantino in oraculo beati Petri apostoli intra palatium die 10. mensis Novembr. nonae indictionis. Quas dum suscepisset scripta pontificis, monens eos, ut per[e] philosoficis disputationibus pacifico conloquio de fide vera perquirerent atque per sanctarum scripturarum, patrum, synodicae provatae fidei decreta satisfacerent. Dans indutias ad retractanda scripta et tribuens eis omnia quae ad sustentationem sufficerent, in eorum expensas, in domo qui appellabatur Placidiae, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum, Beda.
quos petebant, libellis. Adfuerunt autem episcopi 150 ex diversis orientalium locis, praesidente Georgio patriarcha regiae urbis et Anthiociae Macario. In basilica intro palatio, quae G. pont.
Trullus appellatur, suscepti sunt missi sedis apostolicae cum centum quinquaginta episcopis, quos imperator residere praecepit. Et facta inquisitione ab eius pietate, cuius partis deberet ostensio adprovari, legati sedis apostolicae dixerunt: 'Oportuna veritas et ratio exigit, ut pars eorum qui unam voluntatem et operationem in domino Ihesu Christo asserunt[f] apostolicae sedis exponere'. Qui audientes, laeti effecti, paratos se esse dixerunt; et accepta licentia, ea hora suos intromiserunt libros, quos falsaverant. Nam non per veritatem se superari arbitrati sunt, sed per mendacia et diversa commenta vincerent, quod in libris ipsi damnaverant, unam voluntatem et operationem dicentes; quod quoram principe claruit. Alia die catholicae fidei defensor pius princeps secretario residens, inquisitiones de ipsos codices facta, repperit, falsa noviter addita fuisse; praecipiens, ut omnes libros, quod missi sedis apostolicae scirent ad causam fidei pertinere, quoram synodo adducerent. Et allata sunt sanctorum patrum dicta Iohannis Constantinopolitani episcopi, Cyrilli, Athanasii, Basili, Gregorii, Dionusii, Hilarii, Ambrosii, Augustini et Leonis; et dum relegerentur, utrique similes repperti sunt, duas naturas duasque voluntates et operationes habentes; et confusus Macharius quoram synodo inventus est mendax. Sequenti die in eodem secretario residente synodo una cum principe, synodica sanctissimi Agathonis papae relecta est et ad singula probata patrumque dicta inserta. Deinde adductus est tomus ad relegendum, in quo haeretica dogma Macari erant conscripta; ador-

a) Audeodati *c.* b) Conste, ste *e corr. c.* c) munissima *c.* d) diebusque *corr.* diesque *c.* e) remittentes philosophicas adsertiones *G. p.* f) asserunt asserant *c.*

G. pont. tatus est, ut profiteretur. Sed[1] ille nec dicendus noluit confiteri. Interrogatus est et Gregorius patriarcha, si ea fide, quam docet sedis apostolica, amplecteret iuxta scripta Agathonis pape et sanctorum venerabilium patrum. Qui respondens, ut, accepta licentia, in scriptis que oportuna erant responderet. Sequenti dominica in ecclesia beati Petri apostoli intro palatium Gregorius patriarcha professus est in scriptis duas naturas, duas voluntates et operationes credere et predicare sicut sedis apostolica, anathematizans eos, qui unam naturam, unam voluntatem et operationem dicunt. Die 25. mensis Februar. residente synodo una cum pio principe et legatos sedis apostolice, Macarium adesse iusserunt, et data a principe licentia, ut se partes, quis in qua livet, diverteret[a], Georgius patriarcha regie civitatis cum suis in partem orthodoxorum, Macarus[b] vero cum suis in parte alia hereticorum. Cumque iterum ammonitus declinare nollet, exiliens Basilius Cretensis episcopus, eius orarium abstulit, et una cum sancta synodo anathematizantes, foras progecerunt. Ea hora tante tele aranearum nigrissimae in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur ac dicerent: 'Vere sordes hereticorum expulse sunt'. In ecclesia vero Anthiocena locum Macari ordinatus est Theophanius. Macarus[b] cum suis reclusus, Rome in exilio directi sunt, auferentes de dypticos et picturis nomina patriarcharum Cyri, Sergi, Pyrri, Pauli, necnon et Petri, per quos error orthodoxe fidei pullulavit. Tanta gratia legatos catholice pacis subsecuta est, ut ad letitiam populi Iohannes Portuensis episcopus, qui erat unus ex ipsis, dominica octavarum paschae missas publicas in ecclesia sanctae Sophiae[c] coram principe et patriarcha Latine celebraret, et omnes unianimiter in laudes et victoriis[d] imperatorum idem Latinis vocibus adclamarent.

Beda. Haec est sexta synodus universalis Constantinopoli celebrata et Greco sermone conscripta temporibus papae Agathonis. Prima enim universalis synodus in Nicea congregata est contra Arrium 318 patrum temporibus Silvestri[2] papae sub Constantino principe, filium Helenae. Secunda in Constantinopoli 150 patrum contra Macedonium et Eudoxium temporibus Damasi papae et Gratiani principis, quando Nectarius eidem urbi ordinatus est episcopus. Tertia in Epheso 200 patrum contra Nestorium[e] Augustae urbis episcopum sub Theodosio Magno principe et papa Caelestino. Quarta in Calcedona patrum 630 sub Leone papa temporibus Marciani principis contra Euthycen nefandissimum praesulem monachorum. Quinta item Constantinopolim temporibus Vigilii papae sub Iustiniano principe contra Theodorum et omnes hereticos. Sexta haec de qua in presenti diximus.

G. pont. 33. Beatissimus Agatho papa, postquam duos ann., mens. 6 et dies 4 sedisset, ei Leo papa secundus in hordine successit. Hic suscepit sancta sexta synodum, qui per Dei providentiam nuper in[f] regia urbe celebrata est, Greco eloquio conscripta. Quam studiosissime in Latino translatavit. Et supra scripti defensores malorum haereseos, Macarus[b], Stephanus, Polychronius, Anastasius[3] in Romana directi civitate, dum nollent a suo[g] proposito recedere, per diversa monasteria sunt retrusi. Postquam Benedictus papa mens. 10 et dies 12 sedisset, Iohannis papa thronum eius accepit. Hic missus fuit, diaconus cum esset, a sancte memoriae Agathone pape in regia urbe cum alios sacerdotes, representans locum sedis apostolicae. Expleta autem sexta sancta synodum, a clementissimo principe relaxatus, magnum gaudium ecclesiae secum detulit. Ipse vero clementissimus princeps decennio terrae marique cum Sarracenis pacem constituit.

c. 690. 34. Iulianus episcopus sedit annos 7, mens. 3.

Beda. Fuit autem temporibus Sergii papae et Leonis augusti usque ad quartum ann. Tiberii imperatoris. Sergius papa in sacrario beati Petri apostoli capsam argenteam, que in angulo obscurissimo diutissime iacuerat, et in ea[h] crucem diversos ac pretiosis lapidibus

a) divideret *G. p.* b) *ita his locis c.* c) Suphiae *eadem manu corr.* Sophiae *c.* d) uctoris *c.* e) Nestorum *corr.* Nestorium *c.* f) in *superscr. c.* g) suo :: *c.* h) a *e corr. c.*

1) *Ordo Gestorum turbatus est.* 2) Iulii *Beda.* 3) *Honorium papam, cujus in G. pont. mentio fit, hic omitti, Muratorius notavit.*

adornatam, Domino revelante, repperit. De qua tractis quattuor petallis, quibus gemmae Beda.
inclusae erant mirae magnitudinis, portionem ligni salutiferi dominice crucis interius reposita inspexit. Quae ex tempore illo annis omnibus in basilica Salbatoris quae appellatur Constantiniana die exaltationis[a] eius ab omnibus osculatur atque adoratur.

35. Laurentius episcopus sedit ann. 15, mens. 8, dies 26. c. 700.

Fuit autem temporibus Iohannis pape et Tiberii et Iustiniani secundo cum Tiberio, filio augustis, necnon et Philippico, Anastasio et Theodosio imperatoribus. Horum dierum Gisulfus dux gentis Langubardorum Benebenti Campaniam igne, gladio, captibitate vastavit. Beda.
Cumque non esset qui eius impetum resisteret, apostolicus papa Iohannes, qui Sergio successerat, missis ad eum sacerdotibus ac donariis perplurimis, universos redemit captivos atque ostes domum redire fecit. Cui successit alius Iohannes. Huic Herevertus rex Langubardorum multa patrimonias Alpium Coctiarum, quae[b] quondam ad ius pertinebant apostolice sedis, sed a Langobardis multo tempore fuerant ablata, restituit[c] iure eiusdem sedis, et hanc donationem aureis scriptam litteris Romam direxit. Post Iustinianum et Tiberium, eius filium, regnavit Phylippicus. Hic misit litteras pravi dogmatis a Constantinum papam, quas ille respuit; et huius rei causę fecit picturas in porticum sancti Petri, qui acta sex[d] sanctarum synodorum universalium continerent; nam et huiusmodi picturas, cum haberentur in urbem regia, Phylippicus iusserat auferri. Statuitque populus Romanus, ne heretici imperatoris nomen aut carthas aut figuram solidi susciperent. Unde nec eius effigies in ecclesiam introducta est nec nomen ad missarum sollemnia prolatum. Phylippicus autem postquam annum unum et 6 menses regnavit, Anastasius Phylippicum captum oculis privavit, nec occidit. Idem Anastasius, postquam sceptri iura suscepit, litteras Constantino papae Romam per Scolasticum patricium et esarchum[e] Italiae direxit, quibus se factorem catholicae fidei et sancti sexti concilii predicatorem esset docuit. Liudprandus rex Langubardorum donationem[f] patrimonii Alpium Coctiarum, quam Herevertus rex fecerat et ille repetierat, ammonitionem venerabilis papae Gregorii, successore Constantini papae, confirmavit. Horum quoque temporibus provincia Campaniae Neapolim gravi pestilentia exorta est. Subito enim coeperunt nasci Paul. II, 4.
vulnera hominum, vel in aliis deligatioribus locis glandulae in modum nucis seu dactuli, moxque subsequebatur et febris intolerabilis, ita ut in triduo extingueretur; sin vero aliquis triduo transigisset, habebat spem vivendi. Erant autem ubique luctus, ubique lacrimae. Nam, ut a maioribus referta noscuntur, multi per insulas cladem fugientes, relinquebantur domos absque habitatoribus. Fugiebant filii cadavera insepulta parentum, et si quem forte caritatis pietas perstringebat, ut proximum sepelire vellet, remanebat ipse insepultus. Advesperascente die, qui superstites existebant, vicissim sibi pacis oscula tribuebant, invicem se commendantes suaeque scelera mutuo confitentes, perdita spe alterius devenire diebus. Ingravescente siquidem tali pestilentia, ut de die in diem pene consumerentur, metu ac tremore concussi, cum omni instantia qui reliquebantur ex medullis cordis vociferantibus, ieiuniis et orationibus Domino suorum unusquisque oblita plangebat. Talibus[g] igitur insistentes operibus, plaga mortis, Domino annuente, expulsa est. Imperator Theodosius Beda.
in regno electus, Anastasium, cum tribus annis regnaret, apud Niceam civitatem gravi praelio vicit; datoque sibi sacramento, clericum fieri ac presbyterum fecit ordinari. Ipse vero Theodosius ut regnum accepit, cum esset catholicus, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sanctae sex synodos erant depictae, et a Phylippico fuerant deiecta, pristino in loco erexit.

36. Sergius episcopus sedit annos 38, mens. 4, dies 4. c. 715.

Hic dum sub habitum adhuc presbyteri[h] degeret, Romoalt rex[i] Langubardorum pacis fraude simulans, misso exercitu Cumanum castrum, quodam tradente, invadit[1].

a) exult. *c.* b) q; *corr.* que *c.* c) restitu:it *c.* d) res *c.* e) *corr.* exarch. *c.* f) donatione *post fortasse corr.* donationem *c.* g) Tali *corr.* Talibus *c.* h) p̄brii *c.* i) *post corr.* dux *c.*

1) *Cf. G. pont. Greg. II.*

Ad quem dum Iohannes magister militum cum suos adire festinaret, ad exequendam benedictionem divinitus iste, de quo dictum est, sacerdos inventus est. Data hilico oratione, dux ille praevius votum Deo vovit, dicens: 'Si Domino annuente prospere recepturus castrum advenero, post decessum pontificis, si advixero, istum episcopum ordinabo'. Quod et factum est. Abierunt ipsumque castrum intrantes receperunt, adque stabilientes, incolumes sunt omnes reversi. Cumque propria morte beatus Laurentius episcopus de hac luce subtractus fuisset, Sergium elegerunt[a] pontificem[b], et praedicentis votus completus est. Hic dum a Grecorum pontifice archiepiscopatum nancisceretur, ab antistite Romano correptus, veniam impetravit. Fuit autem temporibus Gregorii et Zachariae
Beda. papae, necnon et Leoni seu alio Leoni et Constantino, eius filio[1]. Primoque Leoni imperatoris tempore gens Sarracenorum cum inmenso exercitu Constantinopolim venientes, triennio civitatem obsident, donec, civibus[c] multa instantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame,
cf. G. p. frigore, pestilentia perirent. Visumque est eis, post tres annos ut abscederent, aesi
Beda. apertae obsidionis circumtegerentur. Qui inde regressi, Vulganorum gentem, quae est super Danuvium, bello adgrediuntur, et ab hac queque victi refugiunt ac naves repetunt suas. Quibus, cum altum repeterent, ingruente subita[d] tempestate, plurimi etiam, mersis sive conversi confractis per litora navibus, sunt necati. Liudprandus audiens, quod[e] Sarraceni, depopulata Sardinia, etiam loca fedarent illa, ubi ossa sancti Augustini episcopi propter vastationem barbarorum olim translata et honorificę fuerant condita, fedarent, misit, et dato magno prętio, accepit et transtulit ea in urbem Ticinensem ibique cum debito tanti patris honore recondidit.

Paul.VI,49. 37. Apud Constantinopolim Leo imperator sanctorum imagines depositas incendit Romanoque pontifici similia facere, si imperialem gratiam habere vellet, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. Omnis quoque Ravennae exercitus vel Venetiarum talibus iussis uno animo restiterunt[f], et nisi eos pontifex prohibuisset, imperatorem super se constituere sunt adgressi. Per idem tempus Leo augustus ad peiora progressus est, ita ut conpelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, ut deponerent ubicumque haberentur imagines tam Salvatoris quamque eius sanctae Dei genetricis vel omnium sanctorum, easque in medio civitatis incendio concremari fecit; et quia plerique ex populo tale scelus fieri praepedabant, aliquanti ex eis parte corporis multati, alii capite truncati sunt.

c. 750. 38. Cosmas episcopus sedit annos duos, mens. 2, dies 6.

Fuit et hic temporibus supra dicti Zachariae papae, Leoni et Constantini, eius
Paul.VI,52. filii, aug. Ratchis, qui apud Foroiuli dux fuerat effectus, in Carnilam, Sclavorum patriam, cum suis ingressus, magnam multitudinem Sclavorum interficiens, eorum omnia devastavit.

c. 53. Circa haec tempora Carolus princeps Francorum Pipinum suum filium ad Liudprandum direxit, ut eius iuxta morem capillum susciperet; qui eius caesariem incidens, ei pater effectus est multisque eum ditatum regis muneribus genitori remisit.

c. 54. Per idem tempus Sarracenorum exercitus in Galliam introiens, multam devastationem fecit. Contra quos Carolus non longe a Nerbone bellum committens, eos maxima cede prostravit. Iterato Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt, et capta Arelatę, omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Carolus[2] nihil moratus cum grandi exercitu properavit. Quo Sarraceni eius adventum cumperti[g], mox ab illis regionibus aufugerunt.

39. Calvus episcopus sedit ann. 12, mens. 4, dies 3.

Hic inter cetera bonitatis studia sancti Sossi non longe ab urbe oratorium instituit, sic in sublime erectum, ut universa quae in circuitu posita sunt conspicere possint.

Fuit autem temporibus domni Stephani papae et usque ad annum quadragesimum quartum Constantini imperatoris et Leoni, filio eius, anno undecimo. Hunc aiunt[h] Con-

a) runt *e corr. c.* b) m. et *e corr. c.* c) *e corr.* d) a *e corr. c.* e) od *e corr. c.* f) restituerunt *c.* g) cump. — regionibus *in loco raso eadem manu c.* h) aiunc *c.*

1) *Prioris Leonis Isaurici Constantinus Copronymus filius fuit, qui Leonem juniorem filium habuit.* MAZ. 2) *Plura omissa sunt; sequentia apud Paulum de Liudprando dicuntur.*

stantinum robustiorem fuisse virum, qui leonem ferocissimam bestiam pugnando occidit et draconi se opposuit et ipsum interemit[1]. Nam dum quadam aquaeductum sua magnitudine detineret et multos fetore suo perimeret nullumque alium consilium repperiret, semet ipsum pro omnibus Constantinus periculo dedit, statuens semet ipsum cum dracone conflicturus. Factaque sibi loricam falcatam, quem novaculis acutissimis ex omni parte munivit, atque ad locum, ubi ille teterrimus draco quiescebat, devenit. Nihil cunctatus, relictos suos, ad eum solus introiit[a] . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
noluerunt eos recipere. Quo audito, universi ex diversis provinciis ad eum collecti sunt, et una cum ipsis civitas obsessa est[2], et ne in tantam[b] multitudinem famis adgresceret, corii solidos pro aureis nomismatis fecit a negotiatoribus dari et recipi, promittens eos, dum in palatio introiret, omnes colligere et aureis solidos ad corii solidos commutare. Constanter autem obsidentibus urbem, hii qui intra civitatem erant veniam impetrantes, cum gloria ab omnibus receptus est. Ingresso Constantino palatio, promissum, quod de solidos fecerat, explevit.

40. Rex quoque Liudprandus in infirmitate decidens, morti adproximavit. Quem Langobardi vita excedere existimantes, eius nepotem Hilprandum foras muros civitatis ad basilicam sanctae Dei genetricis, quae ad Perticas dicebatur, regem levaverunt. Rex autem cum hoc cognovisset, non aequo animo accepit; tamen de infirmitate convalescens, eum regni sui consortem habuit. Beatissimus papa Stephanus Langobardorum infestationes et bella, quos contra Romanos ingerebant, non ferens, per semet ipsum Hilprando regi[3] devenit, supplicans, ut Romanis miserendo parceret. Sed ille audire rennuit, superbiae spiritus[c] inflatus. Cumque ille praesul pręcando persisteret, et ipse nollet audire, petiit ab eo, ut ei iter Franciae panderetur[4]. At ille turgidę fertur dixisse: 'Ubi properare volueris, propera; nihil tibi prospere cedere credas, quia nemo est, qui vos de manibus nostris eruere possit'. Accepta sanctissimus ille ac ratione, confestim iter arripiens Franciae, apud Pippinum regem pergere coepit, eligens expeditos concite, qui una secum possint carpere viam, dicens eis: 'Properemus quantocius, quousque Franciae ingrediamur finibus, quoniam post tergum nostrum Langobardorum rex missurus est, qui iter nostrum impediat'. Quo dicto, aliquanti timore ducti, aliquanti longitudinem itineris causantes, reversi sunt. Alii vero, in quorum corde[d] amor dilectionis ferbuerat, eum secuti sunt. Secutique sunt eum viri non pauci a rege missis, ut non eum abire dimitterent; penituerat enim, se pontificem fuisse dimissum. Sed cum iuga Alpium conscendissent et eum invenire non possent, reversi sunt. Paul. VI, 55. 754.

Servus quippe Dei ut finibus Franciae adtigisset, voluit ea quae gesta sunt Romae dirigere[e]; ut sustinerent et ne deficerent, quousque reverteretur, requisivit; quis illud scriberet de suis domesticis, non invenit. Et quia mos est et licet audita proferre, ex auditu cognita referre curavimus[f]. Cumque vir Dei intra se[g] ipsum quid facere deberet exestuans, ad solitum orationis cucurrit auxilium, accensoque lumine, advocari iussit unum ex suis familiaribus, quem ante se statui fecit, eique fertur dixisse: 'Aperi os'. Statim ille aperuit. Tunc ille cęreum, quem manu tenebat, in os eius intromisit, dicens

a) *folium in cod. deest.* b) tam *c.* c) spiritus *corr. ut videtur* spiritu *c.* d) corde *corr.* corda *c.* e) *quatuor vel quinque litterae erasae,* ut *e corr., sed eadem ut videtur manu c.* f) vimus *e corr. eadem manu c.* g) se ipsum *e corr. c.*

1) *Neminem Graecorum novi, qui draconis hujus ab impio principe debellati meminerit.* MUR. 2) *Innuitur Constantinopolis obsidio a Constantino Copronymo peracta a.* 743. *Quae de pecunia ex corio percussa habet scriptor noster, reliqui scriptores omisere, ni fallor.* MUR. 3) *Aistulfum dicere debebat.* 4) *Cf. G. pont. Stephani, cujus vitam nostro incognitam fuisse, jam Muratorius animadvertit.*

754. cum magna fiducia: 'Accipe Spiritum sanctum, et sede, scribe'. Tanta denique divinarum scripturarum fluenta adeptus est, ut omnes mirarentur. Statim sedit et cuncta per ordinem secundum voluntatem suam beatissimus papa conscribere iussit ac Romae direxit. Ille coepto itinere Francia[a] pergit. Audiens Pippinus eius adventum, laetus effectus est et in eius occursu suos honoratos direxit. Adproximansque per semet ipsum, in eius occursum processit, gaudio repletus, quod vicarium apostolorum videre meruisset. Quem cum magno gaudio suscipiens, antequam precaret, omnia, pro quo abierat, facturum se esse promisit. Cum ergo ille diceret, contra Langobardos velle auxilia praeviturus[b], quorum oppressiones ferre non poterat, spondit, se in omnibus ei previturus auxilium; factis magis quam verbis ostentans, grandi fecit parari exercitu. Qui exeuntes, antequam Langobardorum ingrederentur finibus, tremore ac terrore Langobardi adepti, missos suos in occursum Pippino miserunt, dicentes: 'Quare nostros fines pugnaturus ingrederis? Revertere, quia pro quo benivolus accessisti, qua parte volueris, ad pacis concordia declinamus'. Ille vero respondit: 'Non mea modo, sed patris Stephani papae voluntatem exsequendam deveni. Quomodo ille voluerit, sic peragam'. Revertentes missi, haec verba omnibus retulerunt. Sed illi adpropinquantibus iterum miserunt, veniam beatissimo papae petentes atque dicentes: 'Ignoscat nobis beatitudo tua! Non tibi expedit malum pro malo reddere. Inter partes pacificus ingredere, et universa mala, quas fecimus, et quae vim abstulimus, emendando reintegramus et perpetuam pacem tribuimus, tantum ne effusio sanguinis a quibuslibet partibus oriatur'. Ad hoc papa beatissimus, ut erat animo et vultu pacificus, adquievit, atque in conspectu regis se obiciens, pacis concordia flagitabat. Et denuo rex ad eum: 'Sicut facere disponis, obtemperamus, nihil adversantes petitioni vestrae'. Et iussit in conspectu suo pacti ordinem sub iusiurando conscribi, ut a tunc et deinceps nullo tempore finibus Romaniae lederent aut per aliqua occasione vel in magno vel in modico aliquid pacis foedere contaminare temptarent. Quem Langobardi stabilien[c] . . . . . .

GESTORUM PARS ALTERA AUCTORE IOHANNE DIACONO.

c. 762. 41. Paulus[d] episcopus. Sedit annos quattuor, menses duos, dies 6.

Fuit autem temporibus Pauli papae. Hic quoque cum Neapolitanae ecclesiae diaconatus[e] fungeretur officio, Romanam ad urbem frequens legatus abibat. Ubi praedictum papam, adhuc levitali infula decoratum, caelesti amore conglutinavit sibi amicum. Qui cum quodam die vicissim sodalia verterent colloquia, tamquam adulando Neapolitanus ait levita: 'Concedat Omnipotens, ut te apostolicum videam'. Cui mox praefatus papa respondit: 'Et ego te episcopum'. Quid plura? In brevi spatio defuncto domno Stephano apostolico, Paulus diaconus ad praenuntiatum sibi honorem eligitur. Itaque non multo post migrante ad Dominum Calvo venerabili episcopo, et iste Neapolitanam suscepit cathedram. Sed propter detestabilem imaginum altercationem, quae inter apostolici tramitis auctoritatem et fedissimam Constantini imperatoris Caballini vertebatur amentiam, novem sunt menses elapsi, in quibus non potuit consecrari; quia tunc Parthenopensis populus potestati Graecorum favebat. Attamen hic[f] cum cuperet praedicto papae quasi amicus de talibus aliquo modo suffragari, clanculo Romam perrexit. Qui statim consecratus episcopus, Neapolim est directus, sed propter Graecorum conexionem noluerunt illum recipere sui concives[g]. Inito tamen consilio, eum ad ecclesiam sancti Ianuarii Christi martyris, non longius ab urbe dicatam, transmiserunt. In qua duos ferme annos

a) Francia *post ut videtur corr.* Franciam *c.* b) *delendum videtur ex sequenti natum.* c) *folium excisum est.* d) *codex pergit f.* 101. *littera Benev.* e) dianatus *corr.* diaecatus *c.* f) huic — praedictus papa *emendavit Mur.* g) cives *corr.* concives *c.*

degens, plura construxit aedificia. Inter quae fecit triclineum, quod est introeuntibus a parte dextra. Sane clerus omnis et populus cunctus canonice illi ut vero obtemperabant pastori, resque omnes ecclesiae absque ullius detinebat et disponebat[a] obstaculo. Construxit etiam ibidem marmoreum baptismatis fontem. In quo paschalibus aliisque festis omnes occurrentes suos baptizabant filios. Interea Neapolitanorum primates cernentes, tam egregiam urbem languidam esse de tanto pontifice, uno consilio unoque consensu laetantes et gaudentes eum in ipsius civitatis episcopatum introduxerunt. Ubi, duobus evolutis annis, tali fine quievit in Domino. Dominica namque die sancti paschae[1], missarum solemniis pene completis, cunctos osculatus est clericos, et omni populo exhortato, spiritu migravit ad caelos. Mox eius exequias totus clerus omnisque sexus et aetas una cum pueris eadem in nocte baptizatis usque ad basilicam sancti Ianuarii deduxerunt et corpus eius in porticum ante ecclesia sancti Stephani sepelierunt; anno scilicet quadragesimo octabo Constantini imperatoris Caballini et Leoni[b] imperatoris, filii eius, anno quintodecimo, currente indictione[c] ... 766/67.

42. Stephanus episcopus sedit annos triginta[d] tres, menses 5, dies 27. In eo siquidem anno, quo Paulus episcopus defunctus est, irato Deo, tanta desaevit clades in Neapoli, quae a medicis inguinaria vocatur, ut patris interitum mors subsequeretur filiorum, et ad sepeliendum rarus superstes inveniretur; unde etiam prope omnes clerici eiusdem episcopii vitam finirent. Ac per hoc omnes[e] Neapolites ad praedictum accedentes praesulem, magnis postularunt precibus, ut ecclesiae sanctae providus pastor accederet. Quorum petitiones non rennuens, Romanam sedem laicus et adhuc consul adiit. Nam Parthenopensem ducatum laudabili quiete duodecim rexit annos. Cum autem domnus Stephanus summus apostolicus tantam populi devotionem in eum cerneret, tonsum ibidem atque regulari promotione episcopum consecravit[2]. Qui mox ab eo cum benedictione dimissus, suam repedavit ad urbem. In qua honorifice susceptus, sic de divinis coepit studêre rebus, acsi puerulus in eis fuisset educatus. Uxor quoque eius adhuc illo consule ex multis obierat annis. Hic etenim Romam direxit tres clericos, qui in scola cantorum optime edocti omnique sacro Romanorum ordine imbuti, ad propria redierunt. Ex quibus unum Leonem cognomento Maurunta cardinalem ordinavit presbiterum, alios deinde clericos in monasterium sancti Benedicti Paulo lęvitae destinavit. Unus vero de istis Iohannes nomine, qui post diaconus ordinatus est, apprime eruditus effulsit[3]. Quid enim? Si cuncta, quae in eodem sacro operatus est episcopio, scribere voluero, et fastidio sunt legentibus, et nos sicut inertes subcumbimus. Sed pretiosa monilia et magna opera memorantes, vilia dimittamus. Ad sanctae enim ecclesiae ornamentum fecit crucem auream, mirabili fabrefactam opere, quod spanoclastum[4] et antipenton vocitatur. Eodemque enim opere fecit et tres calices aureos cum patena aurea, quam in giro et medio gemmis decoravit. Fecit etiam et duo paria mascellarium[5] ex auro mirifice scalpta, in quibus euangelia per festivitates leguntur. Fecit et sancti altaris festiva velamina, quae auro gemmisque studuit decorare, figurato tamen

a) et dispo *in loco raso eadem manu c.* b) Leoni *corr.* Leonis *c.* c) *vacat c.* d) t. tr. *in loco raso, eadem ut videtur manu c.* e) *e corr. c.*

1) *In fastis marmoreis (quae* 50 *ferme annis scriptioni chronici praecesserunt) depositio (h. e. mortis ac sepulturae dies) in tertium Martii diem conjicitur.* MAZ., *qui monet, hanc de migratione et exequiis Pauli narrationem simillimam ei esse, quam Uranii epistola (v. supra p.* 406*) de obitu et sepultura Johannis I. praebeat.* 2) *Cf. G. pont. Steph. III.* 3) *Cf. supra p.* 399. 4) *Ex Graecis vocabulis* ἐπανώκλειστος et ἀντίπερτον *Ducange interpretatur.* 5) *Si* mascellaria *retinere placeat, ita interpretor, ut a maxillis, quas Italice appellamus* mascelle, *ea vox deducta fuerit, quod in morem maxillarum, quae clauduntur et aperiuntur, opera illa confecta fuissent.* MUR.

vultu et praetitulato in omnibus suo nomine. Edificavit igitur intus episcopio absidam non parvi operis duasque procero cacumine turres, sub quibus ecclesiam sancti Petri miris exornatam construxit operibus[1]. Ante cuius ingressum sex patrum sanctorum depinxit concilia, conectens ex latere non mediocris prolixitatis solarium[2]. Ad clericorum itaque victum multas res cum[a] plurimis acquisivit hominibus. Praeterea intra eandem urbem tria fecit monasteria, quae ad nomen sancti Festi et sancti Pantaleonis martyrum sanctique Gaudiosi confessoris praetitulavit. In quibus regulares virgines, plurimis rebus oblatis, sub abbatissae disciplinis statuit. Addidit etiam in sancti Gaudiosi monasterio basilicam sanctae Fortunatae, in qua corpus eiusdem martyris allatum a Patriensi[3] ecclesia, ubi ipsa prius voluit sepeliri, magno cum honore condidit. His ita peractis, ecclesia Salvatoris, quae de nomine sui auctoris Stephania vocitatur, divino — quod flens dico — iudicio igne cremata est. Moris enim fuit, ut cereus sanctus inormi mensura porrectus propter dominicae resurrectionis honorem a benedictionis exordio usque ad alterius diêi missarum expleta sollemnia non extingueretur. Nocte igitur quadam ipsius festivitatis cum solito dimitteretur accensus, cunctis quiescentibus, ignis per aranearum forte congeriem in laquearia ipsius ecclesiae pervenit, et sic demum aestuavit in omne aedificium. Tunc praedictus pontifex magno merore infectus, consolari nequivat. Sed Omnipotens, qui deducit ad inferos tribulationis et reducit, qui post lacrimationem et fletum exultationem infundit, tamdem sua ineffabili pietate triste cor tanti patris laetificare dignatus est. Ac deinde totius populi forti roboratus adiutorio, eandem renovavit ecclesiam, versibus ad instar Fenicis descriptis[4]. Ad cuius etiam insigne cyburium argento ad instar pavonum vestivit et ammones ex eodem decoravit metallo. Corpora quoque sanctorum Euticetis et Acutii martyrum ibidem, multis terris et hospitibus donatis, cum summo honore collocavit[5].

43. Huius denique temporibus Constantinus Caballinus, diabolica instigatus supervia
768. cum Romam dominaturus venire conaretur, vitam cum regno crudeli morte amisit, clamans et heiulans, se vivum perpeti tartareas poenas.

Per idem vero tempus domnus Stephanus iunior apostolicus[6], Desiderio Langobardorum rege Romanae sedi infenso, ad Carolum pium Francorum imperatorem prope-
773 ravit, qui cum summa reverentia susceptus, quanta et qualia Romano privilegio non cessaret Desiderius inferre, potestati eius suggessit. De quibus statim Carolus, sua missa legatione, Desiderium ammonuit. Sed ille feroci pectore talia spernens, coepto permanebat in malo. Unde postea miser, perdito regno, in exilio vitam finivit.

44. Sub eodem quoque antistite Arechis Beneventanus princeps inter multa alia optulit in ecclesia sancti Ianuarii per praecepti seriem locum qui Planuria nominatur cum omnibus rebus et super altare ipsius ecclesiae prętiosissimum cooperuit mantum.

a) a compl. *proposuit Mur.*

1) *Exstant hodieque hujus ecclesiae s. Petri vestigia in ea cathedralis capella quae ss. Petri et Anastasiae dicitur.* MAZ. 2) *Interpretor locum: seu cubiculum editum a Stephano episcopo constructum fuisse ante ingressum templi illius, aut contignatum, aut, quod mihi verisimilius, soli expositum et apertum.* MUR. *Cf. Ducang., qui recte de Germanico* söller *cogitavit.* 3) *Patria adhuc dicitur, quae olim Liternum erat.* MAZ. 4) *Hexametros et pentametros arbitror, ex quibus hexametri, repetitis tribus postremis pedibus pentametri praecedentis, conflantur, appellati 'ad instar Phoenicis', fabulosae volucris, quia ex se renascuntur.* MUR. 5) *Brevem translationis historiam edidit Caracciolus, De sacris ecclesiae Neapolitanae monumentis. Neap.*, 1645. *fol., p.* 349. *Auctor narrationem Gestorum non parum depravavit, ita exorsus:* Constantinus Caballinus suam cupiens exercere tyrannidem, Romanae urbis insignia crudeliter imperaturus advenit. Cuius rei gratia vita pariter et regno renuncians *etc.* 6) *Quae narrat in Hadriani papae tempora cadere, notissimum est. Neque hic ipse in Franciam profectus est.*

45. His igitur diebus Iohannes, cui cognomen Niustetîs erat[1], consecratus patriarcha ab hereticis, suis complicibus, caelesti respectu ad sanctam matrem ecclesiam reversus est. Ibique multis lacrimis et gemitibus se errasse confitens, vitam excessit.

Eodemque tempore sub Constantino[a] augusto, Leonis filio, et Hereni, matre eius, Adriano scilicet apostolicae sedis praesulę, in Nicea multorum episcoporum actum est 787. concilium. In quo praesentibus Romanae sedis apocrisiariis, residentibus etiam praedictis imperatoribus cum Tarasio patriarcha, sinodali traditione sanxerunt, ut sanctae imagines in honore pristino religiosius venerentur, anathematizantes Anastasium et Constantinum, eiusdem impietatis heresiarchas. Fuit autem temporibus [Stephani[b]] et Adriani apostolicorum. Qui, decurso septuagesimo aetatis suae anno, pacificus migravit e saeculo. Sepultus est autem in monasterio sancti Ianuarii intus absidam ecclesiae sancti Stephani protomartyris, currente indictione octaba. 799 800

46. Paulus episcopus sedit annos viginti, menses [quattuor[c]], dies [sex[c]]. Scribere igitur incipientes, qualiter iste pontificali culmine sit sublimatus, studiosos precamur lectores, ut non aegre accipiant et nobis imputent aliquid narrasse ineptum: quia utilius est veritatem proferre quam vitantes quicquam ire per anfractam locutionem. Defuncto igitur domno Stephano episcopo[2], Theophilactus, gener eius, consulatum regebat Parthenopensem. Qui, obstinatus avaritia, nolebat quempiam ex clericali officio promovere ad sacrum ordinem, dicens: 'Nequeo exinde amaricari Eupraxiam meam uxorem'. Illa quoque quasi comperta occasione referebat: 'Laetati estis de morte genitoris mei. Mihi credite, nullus ex vobis ad episcopatum ascendet'. Diu autem ista vertentes, coeperunt omnes acclamare: 'Date nobis quem vultis, quia sine pastore esse non possumus'. Tum illa femineis flammis accensa, hunc Paulum popularem et laicum, licet orbatum uxore, comprehendens, tradidit illis; sed cum reniti nemo auderet, ilico tonsum electum sibi fecerunt; non post multos autem dies pergens ad sedem Romuleam, a domno Adriano episcopus est effectus. Hic cum reversus esset, ex argento, quod domnus Stephanus, decessor eius, reliquerat, sanctum induit et deauravit altarium ecclesiae Stephaniae. De reliquo vero fecit ceraptatas[3] quinque, ex quibus duas deauravit. Ante ingressum vero ipsius episcopii fabricavit magnum horreum et intrinsecus unum cubiculum. Depinxit quoque et turrem, quae est ante ecclesiam sancti Petri, et reliquias in altare eiusdem ecclesiae posuit, quia praeventus morte domnus Stephanus non illud dedicavit. Quaedam igitur Eupraxia religiosa femina fabricavit in regione Albiensi[4] monasterium, quod ecclesiae sanctae Dei genetricis coniunxit, in quo a praedicto episcopo abbatissa est ordinata.

47. In ipsis denique temporibus Hereni imperatrix Constantinum augustum, filium 797. suum, lumine privavit; et ipsa non multo post a Niceforo capta in monasterio vitam finivit. 802. Hic etenim Nicephorus, cum vellet Bulgarorum sibi subiugare provinciam, multos affectos depredationibus, ad postremum in artissimis locis fugatos, possidebat. Sed quia periculosa est desperatio, subito Vulgari irruentes, cum multis aliis ipsum peremerunt. 811.

a) Cost. *c.* b) *e corr. rec. manus c.* c) *in loco vacuo relicto post add. c.*

1) *Hic morte sublatus a.* 595. *Sermo est de Paulo patriarcha.* 2) *Filio Caesario, qui cum patre ducatum gerebat, antea mortuo; v. ejus epitaphium ap. Peregrinium p.* 325*:*

Rex Romae precelsa novae quo sceptra reguntur
Praetulit hunc nostra civibus urbe suis.
Istius auxilio longeva paterna senectus
Tuta regebatur, iamque quietus eram.
Virtus, ingenium, pietas, patientia summa,
Vae cui cum genito tot periere bona....
Vita senis tenuis post nati funus acervum *etc.*

3) *Quibus impositi cerei portantur; SS. VII, p.* 602. 4) Albinensi *legendum putavit* MAZ. *Cf. Leo Ost. III,* 17, *SS. VII, p.* 709.

48. Sub eodem quoque tempore conspirantes viri iniqui contra Leonem tertium
799. Romanae sedis antistitem, comprehenderunt eum. Cuius cum vellent oculos eruere, inter ipsos tumultus, sicut assolet fieri, unus ei oculus paululum est laesus. Hic tamen fugiens ad Carolum regem, spopondit ei, ut, si de suis illum defenderet inimicis, augustali eum diademate coronaret[1]. Carolus autem optatam audiens promissionem, e vestigio cum magno apparatu hostium proficiscens, urbemque capiens, illum in suam revocavit sedem.
800. At ille statim Carolum coronavit et dignam ultionem in suos exercuit inimicos.

49. Eodem quoque tempore Niciforus, vir liberalibus apprime eruditus artibus, patriarcha Constantinopolitanus est sublimatus, nec multo post Leo spatharius yconomichus hereticus contra Michahelem augustum, qui eum suis praefecerat exercitibus,
813. conspiravit. [Michahel[a]] resistere non valens, timore perterritus, habitum sanctae con-
848. versationis quaesivit; quo accepto, in monasterio vita excessit.

50. In ipsis igitur diebus Anthimus Neapolitanorum consul ad honorem sancti Pauli amplam construxit ecclesiam, quam pulcriori decoravit pictura, ubi res multas multosque optulit servos. Et per praeceptum Leonis Romulei papae, cuius tunc iuris erat, monasterio sancti Andreae, quod Cella nova dicitur, conectit. Fabricavit et idem consul cum coniuge sua monasterium sancti Cyrici[b] et Iulitae, in quo duodecim statuit cellulas, quas hospitibus peregrinisque censuit habitari, qui ex ipsius ecclesiae alerentur rebus. In istis utique duabus basilicis praedictus episcopus sacras collocavit reliquias. Cum autem haec gererentur, defunctus est Anthimus consul, et Neapoleos consulatus est orta seditio, cupientibus quidem multis honorem ducatus arripere. Tunc Neapolitani cupientes magis extraneo quam talibus suis subesse, miserunt Siciliam et inde advectum quendam Theoctistum sibi magistrum militum statuerunt. Cui, aliquantis decursis temporibus, ut Graecorum moris est, successit Theodorus protospatharius.

51. Interea Beneventani, antiqui hostis instinctu, Grimohaldum principem suum,
817. pene exanimem in lecto languentem, peremerunt, et Siconem Furoiuliensem, qui puerulus illuc cum sua matre venerat accola[2], ducem fecerant[3]. His ita gestis, praenominatus Paulus episcopus lętali occupatus infirmitate, mortis exolvit debitum, sepultusque est in ecclesia sancti Ianuarii martyris indictione .....[c], anno imperatoris ....[c] Fuit autem temporibus Adriani[4] et Paschalis papae.

c. 820. 52. Tiberius episcopus sedit annos viginti, mensem[d] [1, dies 11[e]]. Hic quoque, quando a populo est electus, diaconatus gerebat officium. Et licet multi clericorum idonei illo in tempore essent, uno tamen voto placuit omnibus, ut iste eligeretur. Sed quia virtus semper invidiae patet, et quanto ex humili quislibet excelsior fuerit, tanto venenatas sussurronum patitur linguas, nonnulli, qui sibi ipsum appetebant honorem, adeo illudendo eum infamarunt, ut etiam apostolicas pervenisset ad aures. Unde factum est, ut missi Romani venientes suptilique examinatione investigantes, reperirent istiusmodi emulatores totos invidia possideri. Sicque demum a Paschali papa episcopus consecratus, decenter repedavit ad propria. Iste quoque altarium sanctae Stephaniae ex aeneis circumcinxit quintanis[5]. Fecit et multas aereas ibidem coronas. In ipsis denique diebus Theodonanda, uxor Anthimi quondam ducis, in suo praetorio fecit monasterium sancti Marcellini, in quo abbatissam suam neptem[f] cum ancillis Dei posuit.

53. Eodemque in tempore Neapolitani Theodorum, successorem Theophilacti ducis,

a) *in loco raso alia manu c.* b) ci *e corr. c.* c) *vacua relicta in c.* d) menses.. *corr.* mensem I *c.* e) XI *post add. c.* f) nepptem *corr.* neptem *c.*

1) *Cf. de hoc loco quae dixi D. VG. III, p.* 176 *n.* 2) *Cf. epitaphium supra p.* 237 *n.* 3) *Cf. Erchemp. c.* 8. 9. 4) *Nequaquam, sed Leonis III, Stephani IV. et Paschalis.* MUR. 5) *laminas interpretarer.* MUR. *'Aureas quintanas vocavit aureos vel inauratos circulos, quibus ditatum memorat altare s. Stephaniae, ut optime explicat Carolus de Aquino in Lexico militari'. Ducange ed. Henschel V, p.* 565.

propellentes, Stephanum, nepotem praescripti Stephani praesulis, consulem levaverunt. Cuius invidia commotus Sico Beneventanorum princeps, multa mala, nunc obsidendo, nunc depredando, Parthenopensium irrogavit civitati, cupiens eam aliquo modo suo pes- 821?
simo dominatui subiugare. Sed cum exinde non valeret ad effectum sui venire[1], impios cives eiusdem urbis, datis multis muneribus, misit in lętale consilium ipsius ducis. Quid multa? Aestivo tempore, quando segetes reponuntur, eidem duci pacem petenti suos transmisit legatos, dans eis in preceptum, ut dolosis loquerentur Neapolitanis. Illi quoque venientes, ut conceptum, irato Deo, perficerent malum, simulaverunt se in ipsius episcopii aedibus applicare. Postera igitur die Stephanus consul cupiens desideratam pacem sancire, iunxit se cum eis ante fores ecclesiae Stephaniae. Tunc fautores Siconis impetum facientes, peremerunt suum consulem coram legatis eius. Sed Dominus, iudex iustus, iustus redditor, qui nil sinit abire inultum, permisit unum ex his interfectoribus, Bonum nomine, ducatum arripere Parthenopensem[2]. Qui mox ut consul est factus, ex suis complicibus alios lumine privavit, alios perpetuo religavit exilio.

54. Per idem tempus Leo Constantinopolitanus imperator quendam Michahelium, 820.
suae necis consiliatorem, in vigiliis dominicae nativitatis comprehendit. Cuius cum distu- Dec. 24.
lisset propter eandem festivitatem vindictam, ille suis misit coniuratoribus, dicens: 'Crastino ante tribunal examinis cunctos vos singillatim nominabo'. Tum illi timore perculsi, in sancti Stephani protomartyris vicina sollemnitate eundem Leonem, matutinas referen- Dec. 26.
tem laudes, gladio percusserunt. Et statim excussum de carcere Michahelium augustali diademate coronarunt. Adversus hunc Michahelium Syracusani cuiusdam Euthimii factione rebellantes, Grigoram patricium interfecerunt. Idcirco praefatus augustus magnum contra eos vexavit[3] exercitum, cuius pluralitate Syracusani fugere sunt compulsi. Ille quoque Euthimius Africam cum uxore et filiis petens, Arcarium[4] ducem Saracenorum cum magno navium apparatus super eosdem Grecos adduxit. Cui Greci resistere non valentes, claustra eiusdem petierunt civitatis, et coangustati valde, quinquaginta milia solidorum persolverunt ei in tributum. Ex illo iam die impavidi grassantes, totam divastabant

1) *Cf. Erchempert c.* 10, *et Siconis epitaphium, ubi de sequentibus tacetur. Hoc addit:*

Abstulit inde etiam Beneventi in sede locatum
Ianuarium quondam fortis athleta dehinc,
Cuius templa replens argento auroque devoto,
His dedit, ut iaceat corpus inane locis.

2) *Cf. epitaphium quod edidit Peregrinius p.* 326, *exstans, ut scribit, in occidentali latere ecclesiae S. Mariae nuncupatae a Piazza, in regione Furcellensi ejusdem urbis:*

Bardorum bella invida hinc inde vetusta
Ad lacrimas, Parthenope, cogit saepe tuos:
Ortus et occasus norit, quo Sico regnavit,
Suadendo populos munera multa dabat.
Nam mox hic recubans ut principato refulsit,
Eosque perdomuit bellis, triumphis subdet.
Ut reor affatim nullusque referre disertus
Enumerando viri facta decora potest.
Sic ubi Bardos agnobit edificasse castellis,
Acerre, Atelle diruit custodesque fugavit.
Concussa loca Sarnensis, incenditur Furclas;
Cuncta leta depredans, cum suis regreditur urbem.
Omnibus exclusis isto tantum retinebit antrum,
Metium et annum brebe ducatu gerens *etc.*

(metium i. e. medium; quod c. 57. *confirmatur).* 3) *i. e. vexit.* 4) *i. e. el-Khadi; cf. Amari I, p.* 240, *qui diversas hujus rei narrationes collegit.*

Siciliam. Ad postremum vero capientes Panormitanam provinciam, cunctos eius habita-
831. tores in captivitatem dederunt. Tantummodo Lucas eiusdem oppidi electus et Symeon spatharius cum paucis sunt exinde liberati. Denique in ipsis temporibus quidam Thomas simillimus Constantini[a] imperatoris, filii Herini, spe vana illectus, adeo Hismahelitas illusit, se Constantinum asserendo, ut permissu regis eorum coacto magno exercitu
821. Constantinopolitanam obsideret urbem. Sed Dominus, qui delusores deludet, reddidit illi secundum adinventionem suam. In ipso enim procinctu ancipiti[b] victores reddidit Grecos atque in manus eorum eundem dolosum tradidit. Quo capto, ilico inclinatis duarum arbuscularum cacuminibus eum crurum tenus ligaverunt, eisque dimissis et in partes suas
823. revertentibus, divisus est per medium et pro regno consecutus est perpetuum incendium.

55. Interea praedictus Tiberius episcopus tredecim annos in pontificali throno innocuus exegit; ceteros vero qualiter consumpserit, horresco referens. Sed quia scriptum
Hebr. 12, 6. novimus, quod iustus Dominus, in cuius manu sunt omnium corda viventium, flagellat omnem filium quem recipit, illud retexere non omittimus. Praefatus igitur Bonus, Stephani ducis necator, in eo anno, quo consulatum Neapolitanorum regere orsus est, contra sanctam ecclesiam ad cumulum suae perditionis multa coepit mala peragere. Cui cum hic idem antistes, in quantum virium erat, obsistere non dubitaret, eligens terreni quam caelestis iram incurrere iudicis, ei iugiter examen cominabatur divinum. Sed ille antiquae aspidis cauda aurem cordis optusus, adhuc quia spernebat[c] monita salutis, insuper ut funes peccatorum ad suum prolongaret interitum, lictorum verbositates magis attendebat. Quid multis moror? Ad ultimum iniecit in eum manus et comprehendit eum atque carceralibus tenebris religatum arto in pane et aqua macerabat. Reliqua vero istius, qualiter fuerit qualiterque obierit, quia aptius in subsequentibus pertinere dinoscuntur, illic ea congruum annectere duximus. Fuit autem temporibus Paschalis et Eugenii Valentinique et pervenit usque ad Gregorium papam.

56. Iohannes episcopus sedit annos septem[1], menses [9[d]], dies [12[d]]. Si[2] enim huius vitam vel mores, qualiter a iuventute iuste et pie vixerit, scribere temptavero, non dico meae adolescentiae, cuius sensus propter aetatem adhuc intercluditur, verum etiam sagacioribus oneri fuerat. Tamen in quantum vires suppetunt, ob laudem eius posteris propagandam, de vite illius actibus aliquantulum enarrare curamus; obsecrantes prius, ut nullatenus irrideatur, quod non secundum saeculum ex nobili prosapia oriundus descendit, quia, qui rectae nobilitatis est, quae viget in Christo, novit Dominum ab initio pauperum egenorumque consortio usum. Igitur ex infimis parentibus procreatus, pauperem cucurrit pueritiam. Cum autem adolevit, non, sicut illa aetas assolet, mundi secutus est illecebras, sed magis se praeceptorum elegit subdere manibus, quatenus litteris imbutus soli Domino sciret vacare. Non enim magnopere liberalium artium, sed divinae doctrinae potissimum quaesivit magistros, utpote totum se Deo offerre cupiebat. Cuius desiderium Dominus misericorditer adimplere dignatus est. Nam divinae doctrinae eruditor praeclarus effulsit. Praesertim sic scribere novit, ut ex officio cognomen acciperet et ab omnibus Iohannes Scribo vocaretur. Pedes quoque eius raro platea tetigit. Simplicitatem columbae cum serpentis prudentia semper in corde retinuit. Pro conviciis non malum, sed oboedientiam exhibebat. Ac per hoc omnibus dulcis, omnibus carus, nutu caelesti ad diaconatus promotus est honorem. In corde vero illius eadem patientia, eadem perseverabat simplicitas, dolens magis aliorum quam sua convicia. Maxime ex captione praedicti Tiberii episcopi, ita ut aegrotaret, afflictus est. Sed sicut supra retulimus[3], cum praedictus Bonus Tiberium tenebroso carcere et execrabili fame affligeret,

a) Costant. *c.* b) ancipi *corr.* ancipiti *c.* c) spernebant *c.* d) *post add. c.*

1) *Annos a morte Tiberii computasse videtur.* 2) *Cf. alteram vitam a Johanne ecclesiae Neapolitanae cimeliarcha. Sed in hac, si excipias quae Johanni nostro is surripuit, inepta deprehendas.* MUR. 3) *C.* 54.

iussit cunctos terque quaterque aggregari clericos, ut illis electum praeberet. Hic autem solus, nonnullis conantibus assumere, immo invadere eandem sedem, absens et contrarius ibat. Ad ultimum vero multis affectus conviciis, adductus est ante Bonum consulem. Cui feroci pectore, ore garrulo comminari coepit. Post paululum, furiis actus, iuravit, non alium nisi ipsum facere electum. At ille clamabat: 'Praesule meo vivo, non ero sedis invasor'. Unde dux valde iratus, dixit, eundem iugulare Tiberium et totius episcopii servos possessionesque infiscari. Tum ille undique angustatus, mentem per varia ducebat, hinc formidans de praesulis nece pontificatusque clade caeleste examen, illinc apostolicam sententiam et populi infamationem. Sed ubi respectu misericordiae maluit humanum quam divinum subire detrimentum, ait ad consulem: 'Si iureiurando sancire volueris, ut licentiam habeam ingrediendi ad Tiberium episcopum, et nullatenus eum produces ex ipso episcopio nec quamlibet maculam facies in corpore eius, licet ad periculum capitis mei praebebo consensum'. Hac ilico promissione percepta, electus est sublimatus. Tiberio denique episcopo quantum quietis quantumque exhibebat humanitatis, non est nostrae facultatis evolvere.

57. Bonus interea consul, expleto unius anni et sex mensium circulo, defunctus 834.
est[1]; cui successit Leo, filius eius. Hunc autem Leonem post sex mensium dies socer eius Andreas pepulit[a], et factus est ipse consul. Iste vero Andreas per rogum huius electi levavit Tiberium episcopum de lacu miseriae et tenebrarum et sub custodia posuit eum in cubiculo ante ecclesiam sancti Ianuarii martyris. Contra hunc etenim Andream Sichardus Beneventanorum princeps, filius Siconis, innumerabiles molitus est irruptiones[2]. Pro quibus commotus Andreas dux, directo apocrisario, validissimam Saracenorum hostem 836.
ascivit. Quorum pavore Sichardus perterritus, infido cum illo quasi ad tempus inito foedere, omnes ei captivos reddidit. Nec multo post repedantibus ipsis Saracenis, dirrupit pacem et ampliavit adversus Neapolim inimicitias. Mox autem Andreas consul Franciam direxit, deprecans domnum Lhotharium, ut saltem eius preceptione a tantis malis sopiretur Sichardus. Quapropter misit ille Contardum fidelem suum, ut, si nollet cessare persequi Parthenopensem populum, vesanum eius furorem ipse medicaretur. Hic autem Contardus cum Neapolim pervenisset, audiens Sichardum peremptum a suis con- 839.
civibus, ad suum seniorem reverti voluit. Quem Andreas magister militum propter ingruentem Langobardorum inimicitiam tenere curavit, promittens ei Eupraxiam, filiam suam, dare in matrimonium, quae uxor fuerat praedicti Leonis, filii Boni ducis. Qua sponsione accepta, consistens, repedare contempsit. Sed ubi cognovit idem Contardus huiusmodi copulam illudendo protelari, coniuravit cum inimicis Andreae consulis, et eum in loco basilicae sancti Laurentii, qui Ad fontes dicitur, gladio percussit, et consulato suscepto, eandem duxit Eupraxiam. Neapolitani siquidem commoti de morte turpissima sui ducis, post tres dies unanimes irruunt episcopium, quo ipse manebat, et confecto feroci bello, Contardum suamque coniugem et homines eius trucidarunt. Ac deinde inito consilio Sergium, filium Marini et Eupraxiae, libenti animo ducem statuentes, beredarios Cumas praemiserunt, qui eum festinarent consulem fieri proficuum. Nam diluculo ipsius diei quo peremptus est Andreas dux, direxerat eum legatum ad Sichenolfum Salernitanum principem, obsidentem tunc Beneventum[3]. Enimvero in ipsis diebus divisus est principatus Langobardorum. Qui cum reverteretur in Suessulano territorio, audivit occisum Contardum. Ut autem exinde veritatem resciret, perrexit ad Cumanum castellum. Hinc ergo vocato illo, magistrum militum praefecerunt.

a) eum *post add. c.*

1) *Epitaphio supra p.* 429 *n.* 2. *allato additur:* 48 hic vixit annos. Obiit die nona mensis Ianuarii per indictione duodecima. 2) *Cf. Chron. Salern. c.* 63. 64, *SS. III, p.* 499. 3) *Cf. Erchemp. c.* 15. 17.

58. His ita peractis, Tiberio episcopo in praedicta custodia posito, appropinquavit ultima dies. Qui pridie quam moreretur, residens in pontificali cathedra, de domno Iohanne electo talem sermonem fecit ad populum: 'Scitis, fratres karissimi, quia peccatorum mole depressus, iusto iudicio hominibus absque misericordia traditus sum. Sed Dominus, qui deducit ad inferos tribulationis et reducit, quique cum temptatione proventum faciet ad sustinendum, permisit presentem filium meum domnum Iohannem nostram ingredere sedem, quatenus haberem maximae tribulationis solacium. Ideoque nolumus vestram latere caritatem, quia de tanta, quam erga me impendit, humanitate, etiamsi omnibus membris loquerer, nullatenus illi gratias referre valueram. Tamen quia magis misericordia meae consolationis quam presumptione motus, vivo me, episcopatum assumpsit, nulla immineat illi nec a Romana sede vel ab aliis hominibus condemnatio. Huius etenim professionis, quam sponte pro illo feci, coram Deo et omnibus potestatibus veritatis testes vos habere decrevimus'. Hoc autem dicto, surrexit de solio, praecipiens se ad lectulum portari, ubi per duos dies Dominum laudans veniamque piaculorum imploraus, migravit e seculo. Cuius corpus cum veneratione domnus Iohannes in ecclesia
842? sancti Ianuarii sepelivit, indictione....[a], anno impe[a].....

59. Sergius item consul, animatus ex professione, quam Tiberius episcopus fecit, apocrisarios suos Romam destinans, obnixius Iohannem electum inthronizari[b] postulavit. Sed domnus Gregorius papa Romuleus tam diu huiusmodi petitionem distulit, quoadusque missa legatione canonice investigaret, ne pontificalem subriperet sedem. At ubi clericorum et laicorum simulque ipsius ducis iurisiurandi satisfactionem accepit, quod nec sedem voluntarie invasisset, nec aliquid contra Tiberium, sed pro Tiberio egisset, et, ut ipse confessus est coram omnibus, multa ei bona periclitanti impendere studuisset, ilico accersitum pontificali infula decoravit. Prô! factus episcopus quantum et qualem se exhibebat, nulla carnis lingua poterit enarrare. Nam omnia fiebat omnibus, ut omnes lucrifaceret. Senes reverebatur ut patres, iuvenes diligebat ut fratres; nulli umquam malum pro malo reddebat, neminem nisi pro suis criminibus increpabat. Quem merentem non consolatus est? Cum quo infirmante non infirmatus est? Sic praeerat cunctis,
1. Tim 3, 7. ut ipse magis videretur subiectus. Hic, hic fuit secundum apostolum pontifex, ut etiam testimonium foris[c] haberet: non enim nisi pius, nisi iustus, nisi sanctus per omnia videbatur. Quorsum ista? Num quidnam tanti sumus ingenii, ut laudes eius exprimere valeamus? Exciditne, nos professos esse, parumper posse de eo effari? Quid ergo? Accingamur ad alia; haec, quia sunt eminentissima, relinquamus. Ad sanctum igitur chrisma conficiendum fecit unam deauratam ampullam, in cuius labiis nomen suum descripsit. Acquisivit autem et duo thimiamateria ex auro fabrefacti operis similique labore auream operatus est crucem. Codices vero manu propria utiles et plures descripsit. Corpora quoque suorum predecessorum de sepulcris, in quibus iacuerunt, levavit, et in ecclesia Stephania singillatim collocans, aptavit unicuique arcuatum tumulum ac desuper eorum effigies depinxit.

842. 60. In eodem denique tempore Theophilo mortuo filioque eius Michahelio impe-
846. rante, multorum naves Saracenorum latrocinari per Italiam cupientium Pontias[1] devenerunt. Tunc Sergius consularis una cum Amalphitanis Caietanisque ac Surrentinis, non in multitudine populorum, sed in misericordia Domini et huius episcopi precibus confisus, bellum cum eis est aggressus. Quibus devictis, Domino protegente, celeriter triumphavit. Perinde vero illorum Hismahelitûm victoriam adeptus est, qui Licôsae[2] latitabant. Propterea magnus exercitus Panormitanorum adveniens, castellum Misenatium[3] comprehendit. Ac inde Africani in forti brachio omnem hanc regionem divastare

a) *vacat c., ubi linea vacua relicta.* b) inthoniz. *c.* c) a *ante* foris *rec. manu add. c.*

1) *Ponza prope Salernum.* 2) *Insula Leucosia, Licosa.* 3) *Miseno prope Neapolim.*

cupientes, Romam supervenerunt[1], atque iaculato de caelo iudicio, ecclesias apostolorum 846.
et cuncta quae extrinsecus repererunt[a] lugenda pernicie et horribili captivitate diripuerunt. Idcirco motus Lhotharius rex Francorum ferocem contra eos populum misit; qui celeriter properantes, eos usque Caietam sunt persecuti. Hic autem Saraceni solitam molientes stropham, in locis angustis et arduo calle nonnullos audaciores absconderunt. Franci vero ignorantes calliditatem eorum, conabantur viriliter super eos descendere. At illi de latibulo exilientes, irato Deo, primum ipsorum percutierunt signiferum; quo perempto, cunctis terga vertentibus, validissime occidebantur; et nisi Cesarius, filius Sergii ducis, qui cum navigiis Neapolitanorum et Amalfitanorum venerat, litoreum conflictum cum eis coepisset, nullatenus a persequendo recedebant. Laetantes igitur utpote paganissimi de tanto triumpho, Caietanam urbem capere minabantur. Sed Cesarius, praedicti Sergii filius, hoc animadverso, cum ratibus suis et Amalphitanorum in portum eiusdem civitatis magis custos quam propugnator devertens, Domini protectione illis obsistebat. Interea Salvatoris omnipotentia, quae humiliat se ipsos exaltantes suisque in viribus gloriantes, tempestivam excitavit procellam in puppes tantae superviae naufragium comminantem. Unde perterriti, a Cesario sibi dari pactionem petierunt, quatenus naves ad terram subducerent acceptaque serenitate ad sua repedarent. Hoc e vestigio nuntiato Sergio duci, iussit illud sub iureiurando fieri, pavens, ne navibus allisis terram caperent. Quo peracto et serenitate reddita, ire coeperunt; sed pelagi vastitatem sulcantibus excitavit Dominus austrum, quo dispersi atque dimersi[b], paucissimi ex eis ad sedes remearunt suas[2].

61. Eodem quoque anno supplicatione huius Sergii principumque Langobardorum direxit Lhotharius imperator filium suum Lhodoguicum, bonae adolescentiae iuvenem, propter catervas Saracenorum Apuliae sub rege commanentes et omnium fines depopulantes. Qui adveniens, caelesti comitatus auxilio, ex illis Hismahelitis triumphavit. Et 849.
sagaciter ordinans divisionem Beneventani et Salernitani principum[3], victor reversus est. 851.

62. Decurrentibus istis, ut praelibavimus, domnus Iohannes episcopus, vir totius sanctitatis, sensit sibi diem adesse solutionis, quo sui nominis gratiam susciperet. Gaudebat enim, quod brevi temporis spatio dissolutus finem daret suo certamini et multo melius esset cum Christo imperpetuum. Septem quoque dierum vi infirmitatis detentus, sedulus in oratione excubans, gratias referebat Domino. Quibus transactis, requievit in pace. Luxit planę populus cunctus tanto orbatus pastore, sed exultavit chorus angelorum, quod municipem suum in caelis suscepit. Insignes eius exequias uterque sexus et aetas usque ad basilicam sancti Ianuarii deducentes, officialiter collocarunt, indictione decima[4], anno imperatorum .....[c] 847?

63. Athanasius episcopus sedit annos viginti 2, menses 6, dies viginti quattuor. Hic[5] autem ab ipso pueritiae suae tempore usque ad diaconatus honorem, patre suo Sergio duce, sub tutoribus et auctoribus mansit, quatenus, negotii secularis ignarus, omni institutione catholica imbueretur. Qualis enim quantusque effulserit, si homines silent, ipsi etiam lapides clamabunt. Infra vicesimum aetatis suae annum lęvitali honore Luc. 19, 40.
suffultus, quasi iam episcopus venerabatur. Dominus enim, qui praevidebat ecclesiae suae tantum pastorem, quodammodo de illo suae clementiae signum praecordiis humanis indiderat, antistitem eis designans futurum. Ille, inquam, ille tanto mellifluus nectare[d] sic omnes dulcabat, ut domnus Iohannes episcopus paterno affectu in tantum eum diligeret,

a) reperunt *post corr.* repererunt *c.* b) dim. *post corr.* dem. *c.* c) *vacat dimidia linea c.* d) nectere *c.*

1) *Cf. Ann. Bertin. Prudentii* 846, *p.* 442; *Chron. S. Bened. Casin. c.* 6; *V. Leonis pont., Mur. p.* 359. 2) *Cf. praeter loca n.* 1. *allata etiam Ann. Weissemb., SS. I, p.* 111. 3) *Cf. Erchemp. c.* 19. *et quae ibi allata sunt.* 4) *Quum Athanasius Johannis successor sederit a.* 22, *m.* 6, *d.* 24, *ejusque mors acciderit a.* 872, *si retrocedas, habebis annum Athanasianae electionis simulque annum emortualem Johannis* 850. MUR. *Tunc erat ind.* 13. 5) *Cf. Athanasii vitam infra edendam.*

quod de eo sine filii vocabulo numquam os aperiret, populus cunctus sine domini assertione. Mirum in modum certatim a singulis laudabatur, et quod ante secula Omnipotens predestinarat, celebs iam et sanctus auspiciebatur. Profecto igitur domno Iohanne ad caelestem patriam, huius electionem e vestigio cunctus acclamavit populus. Qui mox sublimatus, in paucis diebus Romam properavit. Ubi honorifice susceptus honorificentiusque consecratus, cum magna gloria Neapolim repedavit. Inthronizatus ergo, ubertatem doctrinae, quam in pueritia suxerat, coepit affluenter impertiri. Ordinavit autem lectorum et cantorum scolas; nonnullos instituit gramatica inbuendos; alios colligavit ad scribendi officium, ut sic pastor providus caulas sui gregis muniret, quatenus nullius indigens, Domino suam praesentaret speculationem atque verissime audiret: 'Floret sancta ecclesia in diebus tuis redempta sanguine Christi'. Praeterea ecclesiam sancti Ianuarii in ipso cubiculo positam renovavit[1] nobiliumque doctorum effigies in ea depinxit, faciens ibi marmoreum altare cum regiolis[2] argenteis. Supra quod velamen cooperuit, in quo martyrium sancti Ianuarii eiusque sociorum acu pictili opere digessit. Eodem enim opere in ecclesia Stephania tredecim pannos fecit, euangelicam in eis depingens historiam; quos iussit de columnarum capitibus ad ornamentum pendere. Et in altare eiusdem ecclesiae huius operis quattuor velamina optulit, multo auro multisque gemmis decorata. Plurimos enim pannos facere studuit, quos in ecclesiarum ornamentis maluit offerre. Ex argento igitur non pauca vasa in ipsa fecit ecclesia. Nam ad magnas brevesque fabricandas coronas et alia sacra vascula quadraginta octo libras argenti appendit. Ex eodem itaque metallo fecit magnam patenam, scalpens in ea vultum Salvatoris et angelorum, quam intrinsecus ex auro perfudit. Item paravit duas conchas argenteas appendentes libras viginti, ex quibus una nomen Sergii exaratum habebat. Fecit et comiticlos[3], quibus cantores per festivitates uterentur. In ipso vero episcopio ad cotidiana ministeria in cocleariis[a] catinisque fere centum libras contulit argenti. Ordinavit etiam, ut in ecclesia Salvatoris omni die missa puplica cum dipticis celebretur, offerens ibidem terras, ex quibus eiusmodi aleretur collegium. Deinde ordinavit xenodochium in atrio praedictae ecclesiae, multis terris oblatis, quatenus egenorum et advenarum esset repausatio[4]. In ecclesia denique sancti Ianuarii foris sita monachorum collegium sub abbatis regimine ordinavit, offerens eis unum hortum in campo Neapolitano positum. Multas igitur ecclesias, quarum sacerdotes paupertate laborabant, oblatis suae largitionis muneribus suaeque praeparationis rebus sublevare curabat. Que si cuncta recensere volumus, et nobis est longum ire per singula, et lectoribus ingerimus non parvum fastidium. Eodem quoque tempore Misenatis ecclesia, peccatis exigentibus, a paganis divastata est. Cuius omnes pene immobiles res, hoc presule supplicante, genitor[b] eius Sergius dux Neapolitano concessit episcopio. Et in altare ecclesiae Stephaniae cooperuit velamen cum auro et gemmis atque listis[5] ornatum, quod ipsius et uxoris eius Drusu continet nomen. Dedit etiam in eiusdem episcopii bibliothecam tres Flabii Iosepi codices.

64. Praeterea, mortuo Sergio consule, et Gregorio, filio eius, ducatum regente, Saracenorum ferocitas ita in his praevaluit regionibus, ut multarum urbium atque castrorum cotidianum fieret excidium. Idcirco Lhodoguicus imperator supplicatione commotus
866. Langobardorum, ad eorum liberationem validum movit exercitum, asserens sê rationem redditurum, si, pro quibus Christus descendit de sinu Patris subiens[c] corpoream mortem, non eos a paganissimo iugo liberaret oppressos. Huius autem adventui omnium circum-

a) cloclearíis *c.* b) *post corr.*: S. e. g. *c.* c) subi:ens (subigens *corr.* subiens) *c.*

1) *Intelligo parvum oratorium quod s. Athanasius in cubiculo domus suae episcopalis renovavit.* CUPERUS. 2) *Ex sensu suspicor limbos argenteos significari.* CUP. 3) *Indicari heic arbitror librum comitis, quem edidit Baluzius T. II. Capit. p.* 1309. MUR. *'Forte posset analogium intelligi, ubi lectiones legebantur'. Ducange ed. Henschel II, p.* 467. *Uterque falso* comitidos *legit. Sed nec 'comiticli' alibi inveniuntur.* 4) *Hinc Italicum* riposo. MUR. 5) *i. e. limbis.*

quaque urbium patuit introitus. Solummodo Neapolitanam non est ingressus civitatem, 866.
quia tantam iste domnus Athanasius familiaritatem apud eum obtinuit, ut saltem in modico non amaricaretur ab eius potestate. Beneventi itaque commorans, magnam de caelo accepit victoriam, ita enim ut, Agarenis fame et gladio interemptis et rege eorum Seudan capto, civitates, quas coeperant, auferret et in pristinum revocaret dominium [1]. 871.

65. Interea Gregorius dux, habito cum suis germanis consilio, praesertim cum domno Athanasio episcopo, statuit consulem Sergium, filium suum; nec multo post diuturnitate aegritudinis spiritum exhalavit. Quo mortuo, Sergius[a] consul instinctu malorum hominum coepit omnes germanos patris sui, etiam eundem praesulem. Quibus segregatim custodia mancipatis, infra septimi diêi spatium collecti omnes monachi, servi Dei, sacerdotes et clerus, clamabant lacrimis profusis: 'Sergi consul, redde nobis pontificem; dimitte sanctum, patrem orphanorum, defensorem viduarum, totius regionis lumen, consolatorem tristium, solve hominem per quem omnis patria pacificata manebat: alioquin gratam suscipiemus peregrinationem, quatenus, nobis absentibus, tanti sceleris ira in te deseviat'. Quid ageret, quo se verteret, non habebat; coangustatus itaque tandem aliquando memoratum antistitem illis dimisit, tali sacramento constrictum, ut nusquam sine consensu eius abiret, nisi tantum ad ecclesiasticam explendam consuetudinem. Diebus igitur decem expletis, commeatum petivit, quasi convivium monachis insulae Salvatoris exhibiturus. Quo accepto, nihil moratus cum omnibus clericis in eandem ascendit insulam; desiderabat enim quodammodo suos germanos ex ergastulo, quo detinebantur, producere. Sed Sergius nolens a tanta mentis obstinatione recedere, agebat: 'Non solum autem istos patiar esse solutos, insuper eundem episcopum ex ipsa insula trahere conabor'. Propterea domnus Athanasius episcopus suum apocrisarium domno Lhodoguico imperatori destinans, insinuavit ei, quae et quanta a suo pateretur nepote. Tunc ille ex urbe Beneventana Marino seniori Amalphitanorum praecepit, ut illum ex praedicta insula cum omnibus eius hominibus incolumem, quo vellet, perduceret. Marinus autem imperata complere festinans, Surrentum illum cum omnibus salvum perduxit. Hic itaque eo degente, Beneventani et Salernitani, aemulatores tantae bonitatis praedicti imperatoris, insurrexerunt cum consilio Sergii ducis contra eum. Quo capto unaque cum coniuge sua recluso, 871.
plurimi Franci, amisso pastore, luctifero ululatu reversi sunt in regionem suam. Postmodum vero Beneventani, Salerno iam a superventu Saracenorum obsessa, dimiserunt ipsum imperatorem, sub sacramento districtum[b], quod nullatenus pro tanta inhumanitate, quam ei ingesserant, redderet eis meritum. Cui Athanasius episcopus obviam ire satagens, ilico Surrento egressus, Romam properavit, ibique detentus est paulisper ab Atriano papa. Ac deinde egressus, Rabennam occurrit praedicto imperatori, sicque cum eo revertens in eandem urbem, multis precibus ab eo extorsit, ut suae inmemor iniuriae suffragaret Salernitanis, Hismahelitum obsidione ballatis, predicans illi iudicium Domini, in quo unusquisque secundum adinventionem manuum suarum sit recepturus. Unde pius commotus augustus armatam direxit multitudinem, ut Domino protectore bellum inirent adversus illos. Qui celeriter venientes, atque plurima cede Saracenos prostrantes, triumpho de caelo donato, victoriosissimi repedarunt. [Cesarius[c] vero, germanus ipsius predicti presulis, in ipsa custodia vitam finivit]. Athanasius autem iterans cum eis, vi febrium laborare coepit; quintodecimo die expleto, omnibus flentibus, migravit ad Dominum. Cuius corpusculum ad monasterium sancti Benedicti situm in monte Casino deportantes, in ecclesia sancti Petri ibidem constituta sepelierunt, indictione [quinta[d]], anno imperat..... 872.
Fuit autem temporibus Leonis et Benedicti et Nicolai et Adriani apostolicorum.

HUC[e] USQUE IOHANNES DIACONUS. QUAE SEQUUNTUR PETRUS EDIDIT NEAPOLITANAE SEDIS SUBDIACONUS.

a) *in loco raso eadem ut videtur manu, sed alio atramento c.* b) *post corr.* destr. *c.* c) *haec alia coaeva manu in inferiori margine addita.* d) *alia coaeva manu add.* e) *reliqua alia manu addita sunt.*

1) *Cf. Erchemp. c.* 33.

GESTORUM TERTIA PARS AUCTORE PETRO SUBDIACONO.

66. Athenasius[a] iunior episcopus, nepos videlicet praefati Athanasii praesulis, filius Gregorii consulis ac ducis, sedit ann. 22, mens. [5[b], dies 2]. Hic utique vir altioris ingenii hac mirabilis prudentiae fuit[1]. Consecratus est autem in ecclesia beati Nazarii martyris, sita in loco qui dicitur Canzia, territorio Capuano, a Iohannę octabo papa, qui eo tempore illuc advenerat, ut Sergius consul et dux, germanus praedicti praesulis, foedus dirrumperet cum Agarenis, qui tunc Neapoli habitabant et Romanam provinciam pęnitus dissipabant[2]. Huius namque temporibus tanta locustarum densitas in Campaniae partibus, et maxime in hac Parthenopensi territorio, exorta est, ut non solum segetes, sed etiam arborum folia et hortorum holera viderentur esse consumpta. Qua peste omnes accolae nimio terrore perculsi, utpote famis penuria se interire credentes, praedictum praesulem Athenasium[c] adierunt, ut speciale consilium eis praeberet et Dominum exinde supplicaret[d]. Quorum precibus ocius et humiliter parens, consilium salutiferum cum eis iniit, ut ieiuniis atque elemosinis Dominum exorantes, in honorem beati Iuliani martyris uno die basilicam construerent et missarum sollemnia pro tali peste illic communiter celebrarent, sicut de tali clade audierat in.....

APPENDIX.

CATALOGUS EPISCOPORUM NEAPOLITANORUM.

Hec sunt nomina antistitum Neapolim et quorum tempora fuerunt.

I. Aspren episcopus sedit ann. 23. Fuit temporibus Clementi, Anecliti, Euachristi[e], Alexandri pape et Traiani et Adriani imperatoribus.

II. Epithimitus episcopus sedit ann. 17. Fuit temporibus Xisti, Telesphori pape et Adriani imperatori.

III. Maron episcopus sedit ann. 28. Fuit temporibus Igini et Pii pape et Antonini Pii imp. et filiorum eius.

IIII. Probus episcopus sedit ann. 24. Fuit temporibus Anecyti, Soteri, Euletherii pap. et Antonini Veri et Lucii Commodi et Helii Pertinax seu Severi imp.

V. Paulus episcopus sedit 35. Fuit temporibus Victori, Zepherini, Calisti pape et Antonini Caracalla et Macrini inp.

VI. Agrippinus episcopus sedit ann. 12. Fuit temporibus Urbani, Pontiani pap. et Aurelii et Alexandri imp.

VII. Eustathius episcopus sedit ann. 17. Fuit temporibus Antheri, Fabiani pap. et Maximini et Gordiani et Philippi imp.

VIII. Ephebus episcopus sedit ann. 8. Fuit tempore[f] Cornelii, Lucii, Stephani pape et Decii et Galli et Volusiani et Emiliani et Valeriani et Galieni imp.

VIIII. Fortunatus episcopus sedit ann. 21. Fuit tempore Xisti, Dionisii, Fęlix, Euthicii pap. et Claudii et Aureliani et Taciti et Probi imp.

X. Maximus episcopus sed. ann. 22. Fuit tempore Gagi, Marcellini, Marcelli pap. et Cari et Carini et Numeriani et Dioclitiani[g] et Maximiani imp.

a) *corr.* Athan. *c.* b) 5, dies 2 *post add. c.* c) Athan. *e corr. c.* d) sumpl. *ut videtur, corr.* suppl. *c.* e) euaxp̄i *c.* f) temp̄. *deinde plerumque c., quod etiam* temporibus *legi potest.* g) Di|Dioclitiani *duabus lineis c.*

1) *Cf. locum supra p.* 399 *n.* 6. *allatum.* 2) *Quod a. demum* 877. *factum; cf. Erchemp. c.* 39. *et Johannis VIII. epistolas supra p.* 249. *allatas.*

XI. Zosimus episcopus sed. ann. 14. Sub quo Sancta Restituta a Constantino imp. facta x[a]. Fuit tempore Eusebii, Miltiadis, Silvestri pap. et Constantino imp. cf. G. c. 3.

XII. Severus episcopus sedit[b] ann. 47, mens. 2, d. 11. Hic fecit basilicas 4, una foris urbe iuxta Sanctum Fortunatum[c] nomini sui, alia intus civitate, quem alii Severiana, alii Sanctum Georgium vocant, et fecit sancti Martini et sancti Potiti monast[eria], tempore Silvestri, Marci, Iulii, Liberii, Felici pap. et Constantini et Constanti et Constantini et Constantii, filii eius, et Iuliani et Iobiniani seu Balentiniani imp.

XIII. Ursus episcopus sedit ann. 4. Fuit tempore Damasi pap. et Valenti et Gratiani imp.

XIIII. Iohannes episcopus sedit ann. 27. Fuit tempore Damasii, Siricii, Anastasii pap. et Theodosii et Arcadio et Honorii imp., eius filii.

XV. Nostrianus episcopus sedit ann. 17. Hic fecit balneum Nostriani. Fuit tempore Innocentii, Zosimi[1], Boniphatii pap. et Theodosii imp.

XVI. Timasius episcopus sedit ann. 31. Fuit temporibus Celestini, Xisti, Leoni pap. et Theodosii imp.

XVII. Felix episcopus sedit ann. 9, mens. 3, d. 6[d]. Fuit tempore Leoni pap., Marciani[2] et Balentiniani imp.

XVIII. Soter episcopus sedit ann. 21. Hic ecclesia beatorum Apostolorum construxit. Fecit et baptisterium fontis maioris intus episcopio. Fuit tempore Hylarii, Simplicii, Felici pap. et Leoni imp.

XVIIII. Victor episcopus sedit ann. 11, mens. 10. Hic fecit basilicas duas foris civitatem, unam ante ecclesia sancti Ianuari martiris[e] et sancti Agrippini confessoris ad nomen sancti Stephani, alia ad nomen sancte Eufimie martiris. Fuit tempore Gelasii pap. et Zenoni imp.

XX. Stephanus episcopus sedit ann. 15, mens. 2. Hic fecit basilica ad nomen Salvatoris copulata cum episcopio, quae usitata nominis Stephania vocatur. Fuit tempore Anastasii, Simmachi pap. et Anastasii imp.

XXI. Pomponius episcopus sed. annos 28, d. 10. Hic fecit basilica ad nomen sancte Dei genitricis semper virginis Marie, que dicitur[f] maioris. Fuit tempore Ormisde, Iohanni, Felici, Bonifatii pap. et Anastasii et Iustini imp.

XXII. Iohannes episcopus Mediocris sedit ann. 20, d. 11. Hic absida aecclesia Stephaniae lapsa ex incendio reformavit. Fecit basilica sancti Laurentii martiris. Fuit tempore Iohanni, Agapiti, Silverii, Vigilii pap. et Iustini imp.

XXIII. Vincentius episcopus sedit ann. 23. Hic fecit prefulgida ecclesia ad nomen beatissimi precursoris Iohannis baptiste. Fecit et baptisterium fontis minoris intus episcopio. Fuit tempore Pelagii, Iohanni pap. et Iustiniani et Iustini imp.

XXIIII. Redux episcopus sedit ann. 3, d. 24. Fuit tempore Benedicti pap. et Tiberii Constantini imp.

XXV. Demetrius episcopus sedit ann. 4[3]. Fuit tempore Pelagii pap. et Mauricii imp.

XXVI. Fortunatus episcopus sedit ann. 7, d. 11. Fuit tempore Gregorii pap. et Mauricii imp.

XXVII. Paschasius episcopus sedit ann. 14, d. 6. Fuit tempore Sabini, Bonifacii, alius Bonifacii pape et Foce imp.

XXVIII. Iohannes episcopus sedit ann. 20, mens. 6[4], d. 14. Hic fecit consumatorium albatorum inter fontes maiore et ecclesiae Stephaniae. Fuit tempore Deusdit[g], Bonifati, Honorii pap. et Eraclii imp.

a) *ita c.* b) *eadem manu super lineam scriptum c.* c) sanctam Susannam *ed. contra codicis fidem.* d) LVI *corr. ut videtur ex* LIII *c.* e) mār. *c. saepius.* f) dīct (dicunt?) *c.* g) *ita c.*

1) *Ita recte pro* Zenonis, *id quod Gesta habent.* 2) *Ità recte pro* Mauricii, *ut Gesta legunt.* 3) 3 *Gesta.* 4) 7 *Gesta.*

XXVIIII. Cesarius episcopus sedit ann. 4, d. 4. Fuit tempore Honorii, Seberini pap. et Eraclii imp.

XXX. Gratiosus episcopus sedit ann. 7. Fuit tempore Iohanni, Theodori pap. et Eraclii et filii eius imp.

XXXI. Eusebius episcopus sedit ann. 6. Fuit tempore Martini pap. et Constantini imp.

XXXII. Leontius episcopus sedit ann. 4. Fuit tempore Eugenii pap. et Constantini imp.

XXXIII. Adeodatus episcopus sedit ann. 18. Fuit tempore Vitaliani pap., Constanti[a] imp.

XXXIIII. Agnellus episcopus sedit ann. 21, d. 15. Hic fecit basilica ad nomen sancti Ianuarii[b] martiris que dicitur diaconia. Fuit tempore Adeodati, Domni, Agathoni, Leoni, Benedicti, Iohanni, Cononi, Sergii pap. et Constantini, Iustiniani imp.

XXXV. Iulianus episcopus sedit ann. 7, mens. 3. Fuit tempore Sergii pap. et Leontii et Tiberii imp.

XXXVI. Laurentius[c] episcopus sedit ann. 15, mens. 8, d. 26. Fuit tempore Iohanni, alii Iohanni, Constantini pap. et Iustiniani et Philippici et Anastasii et Theodosii imp.

XXXVII. Sergius episcopus sedit ann. 28, mens. 4, d. 4. Fuit tempore[d] Gregorii, alii Gregorii, Zacharie pap. et Leoni et Constantini imp.

XXXVIII. Cosmas episcopus sedit ann. 2, mens. 2, d. 6. Fuit tempore Zacharie pap. et Constantini imp.

XXXVIIII. Calbus episcopus sedit ann. 12, mens. 4, d. 3. Hic fecit ecclesia sancti Sossi non procul ab urbe. Fuit tempore Stephani pap. et Constantini imp.

XL. Paulus episcopus sedit ann. 4, mens. 2, d. 6. Hic construxit[e] marmoreum baptisterium in monasterio sancti Ianuarii foris urbe. Fuit tempore Pauli pap. et Constantini imp.

XLI. Stephanus episcopus sedit ann. 33, mens. 5, d. 27. Hic fecit aecclesia sancti Petri intus episcopio. Fęcit et tria monasteria ad[f] nomen sancti Festi[g] et sancti Pantaleoni mart. et sancti Gaudiosi confessoris. Addidit etiam in sancti Gaudiosi monasterio[h] basilica sanctae Fortunatae[i], in qua corpus eiusdem martiris ibi ipse recondidit. Renovavit aecclesia Stephaniae igne cremata et ibi corpora sancti Euticeti[k] et Acutii martirum collocavit. Fuit tempore Stephani, Adriani pap. et Contantini et Leoni et Constantini imp.

XLII. Paulus episcopus sedit ann. 20, mens. 4, d. 6. Sub hoc fecit quedam[l] Eupraxia monasterium sancte Marie que dicitur Ad Albini[2], et Anthimus consul fecit basilica sancti Pauli apostoli et monasterium sancti Cyrici et Iulitte mart. Fuit tempore Leoni, Stephani, Paschali pap. et Ęreni et Nicifori et Stauraci et Micheli et Leoni et Constantini imp.

XLIII. Tiberius episcopus sedit ann. 20, mens. 4, d. 11. In is[m] diebus Theodenanda[n], relicta pre[dic]ti[o] Anthimi duci, in pretorium[p] fecit monasterium ad nomen sancti Marcellini et Petri martirum. Fuit tempore Eugenii, Balentini, Gregorii pap. et Michaheli et Theofili imp., filio eius.

XLIIII. Iohannes episcopus sedit ann. 7, mens. 9, d. 22. Fuit tempore Sergi pap. et Michaheli imp.

XLV. Athanasius episcopus sedit ann. 22, mens. 6, d. 24[q]. Hic ecclesia sancti Ianuarii martiris intus episcopio renovavit. Fuit tempore Leoni et Benedicti, Nycolai, Adriani pap. et Michaheli et Basilii imp.

a) *ita e corr. c.;* Constantini *Gesta.* b) Laurentii *ed.* c) Faustus *ed.* d) *ita his locis c.* e) *e corr. c.* f) ad *corr. m.* 1. ex? *c.* g) *bis scr. c.* h) moñ. *c.* i) Susanne *ed.* k) *vel* Euticeni *c.* l) queda *c.* m) *super lin. c.* n) *ultima littera* a *incerta c.* o) pre|ti *duabus lineis c.* p) *corr.* pretorio *c.* q) *fortasse* XXVIII *legendum est c. Sed* viginti quattuor *Gesta.*

1) in regione Albiensi *Gesta. Etiam nunc S. Maria Donna Alvina vulgo vocatur.* MAZ.

XLVI. Athanasius episcopus sedit ann. 22, mens. 6, d. 2. Hic fecit basilica sancti Iuliani foris urbe[a] sita. Fuit tempore Iohanni, Marini, Adriani, Stephani, Formosi pap. et Basilii et Leoni et Alexandri, eius filiis, imp.

XLVII. Stephanus episcopus sedit ann. 8, mens. 10, d.

VITA ATHANASII EPISCOPI NEAPOLITANI.

Gloriosus et laudabilis viae cursus, ad quem viri Dei pro desiderio superni regni laborioso properare contendunt conamine, etsi verbis utcumque exterius explicari valet, interiorem conversationis vim, qua Deo sedulo adhaerent, nullus, ut reor, sermo, nulla umquam medullitus prodit oratio. Quandoquidem nunc nobissimis temporibus ita Christi cultus in aliquibus propensius fervet, ut nulli videatur ambiguum, illo finito agone praesenti, siderea[c] regna penetrare securos. E quorum collegio venerabilis vir Athanasius episcopus, bonae arboris bonus fructus, ab ipso tirocinii[d] sui exordio quasi splendidissimus sydus inter astra rutilantia lucidius effulsit; quippe qui animo puerili senile cor inserens, nulli voluptati se subdidit, sed in Dei amore servitioque promptus, in vigiliis et orationibus pervigil, in lectionibus et helemosinis indeficiens, in ecclesiasticis curis sollicitus extitit, ut merito credatur, abiectis temporalibus commodis, aeterna ille mercasse maxima gaudia, si varia miraculorum suffragia, quae, Deo donante, ipsius meritis cotidie eius ad tumulum fiunt, compensentur. Non ergo mirum aut difficile nisi indoctis et incredulis videretur, celivem[1] et Deo dignum virum etiam nunc in hac presenti vita repperiri; cum Dominus dicat: 'Pater meus usque modo operatur, et ego operor'. Huic nam- Ioh. 5, 17.
que non inmerito dicitur a Deo: 'Bonum certamen certasti, fidem servasti, suscipe corona, 2. Tim. 4, 7. 8.
quae tibi reposita est'; et illud: 'Euge, bone serve et fidelis, intra in gaudium domini Matth. 25, 21.
tui'. Si autem quisquam aemulus veritatis existens contradicere temptaverit, non posse quemquam modo divinis coruscare miraculis, recolat, quod ait Salvator: 'Qui in me Ioh. 10, 25.
credit, opera, quae ego facio, faciet'. Et alibi: 'Quae impossibilia sunt apud homines, Luc. 18, 27.
possibilia sunt apud Deum'. Et iterum: 'Ecce ego vobiscum sum usque ad consum- Matth. 28, 20.
mationem seculi'. Si autem veraciter capud cum membris suis in ecclesia usque in finem conversatur, cur incredibile dicitur, ea posse operare nunc Dominus per fideles suos? Sed et Salomon ante tot annorum curriculis hoc firmat, dicens: 'Gratia spiritus cf. Sap. 4, 15.
regenerationes transiens in animas sanctas, amicos Dei et prophetas operatur'. Prephati etenim venerabilis viri patriam prosapiamque, vitam et mores sequens libellus continet; quem si quis adtentius legerit, non modicam edificationem sibi adquiret, Dei hominis actus imitando et Opifici omnium inmensas gratias referendo, qui nostris temporibus antiqua miracula per suum famulum propalare dignatus est, ad laudem et gloriam nominis sui, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

INCIPIT VITA ET OBITUS EIUS.

1. Italiam partem esse Europae nobilissimam ac ditissimam iuxta trifariam orbis terrarum dimensionem, nemo, qui vel ex parte cosmographiam noverit, ignorat. Quae quidem in duabus insulis et sedecim dividitur provinciis, quarum septima nuncupatur Campania[2], frugum omnium pomorum valde foecunda. Quae sicuti ferax, diversa proferendo fructuum germina, ita celibes et Deo dignos viros saepe produxit et educavit. Inter quos Athanasius quasi novum sydus non mediocriter emicuit. Haec igitur Cam-

a) ur urbe *c.* b) sidera 1. c) tirocinio 1.

1) *i. e. caelibem.* 2) *Cf. Paul. II,* 17.

pania habet civitates decentissimas[a] et valde opimas. Ex quibus una est Heneapolis, quae quo* tempore vel a quo sit condita structore, a priscis et modernis historiographis reticetur; hinc conici valet, universarum eam antiquissimam esset Italicarum urbium. Quod magis mirandum est: ita prepotens et amoena est in structurae scilicet munitionibus situque suburbano[b] et christicolarum interius degentium religione, ut Hesperia[c] post Romanam urbem nulli repperiatur esse inferior. Quae nimirum quantum sit egregia, Maro[d] Mantuanus in distinctis versiculis sui epytaphii, quod sibi ipse moriens dictaverat, manifestat, cum ea Partenope, hoc est virginem[e], a quadam puella innuba olim inibi degente appellarit. Hanc denique Octavianus** Augustus Neapolim iussit vocari, id est novem civitatum dominatrix[1], et, velut nonnulli asserunt, novam civitatem; quod quam sit absurdum, scrupulum movet. Cuius enim ex vetustate[f] nescitur initium, nova cur dici valeat, non facile animadvertitur; praeterea cum ab illo non[g] putatur condita. Huius namque amplitudinis ac decori Belisarius patricius ex precepto Iustiniani imperatoris septem mirificas turres addidit, quas augustales et ob numerum Achive[2] octogonas[h] exagonasque fecit. Narsis denuo patricius et augustorum cubicularius, postquam Italiam, Guandalis[i] interemptis, eorum ab efferitate exuit, maximam in ea partem auxit, ita ut ex una parte maris uniret[k] conticuo ob navium receptaculum, et tam firmissimo munivit aedificio, ut etiam honustae mercimoniis trieres a supereminentibus validissime tueantur[3]. Sed cur immoramur in exterioribus aedificiis, quae utique melius a conspicientibus cernuntur, quam eloquentia cuiuslibet [valeat[1]] sophistae fari? Quandoquidem ita interius frequentissimis aecclesiis ac preclaris, antiqua videlicet et vetustissima structura editis, necnon et monasteriis virorum et puellarum farsa[m] retinetur, ut horum continuis precibus nocturnis diurnisque adiuta, invictrix consistat et tuta. Nam et introrsus binas presulum[4] gestat sedes ad instar duorum testamentorum, quamquam una sit, quae gubernat et regit reliqua, ut capite reguntur artus diversi. Repperiuntur plane in ea templa prisco structa aedificio; quoniam non solum a Constantino piissimo principe primo augustorum christianissimo, sed plures ante annos christiana ibi religio floruit. Siquidem beatissimus Petrus apostolorum princeps Aspren sanctissimum primum ibi ordinavit episcopum[5]. Nam et beati illo Agrippini aecclesia actenus demonstratur, qui quintus a supradicto Aspren episcopus ordinatus est, quique etiam patronus et defensor est istius civitatis. Beatissimum quoque Ianuarium, Christi martyrem, postea Neapolites meruerunt habere tutorem, quibus[n] annitentibus fabentibusque prephata urbs, Deo fabente, tuta permansit manebitque in aevum; quoniam quasi duas firmissimas bases duoque candelabra splendentia gloriatur se habere supradictos patres eadem civitas, duabus fulta alis, id est duorun[o] sanctorum fisa precibus. In qua layci simul cum clericis assidue Grecę Latineque communi prece psallunt Deo debitumque persolvunt iugiter officium. Quo etiam indigenae et inquilini non circumeundo domos in peregrinorum habitu stipem puplice

*) 2 *pergit:* post civitatis Troianae excidium ab Enea, filio Anchisae et Veneris, condita.
**) 2 *pergit:* Oct. et Constantinus imperatores ampliaverunt; huius decori Belisarius, *ceteris omissis.*

a) decentimas 1. b) urbano *Maz. in* 1 *legit.* c) in H. 2. d) Virgilius in 2. e) v. appellarit 1. f) *ita corrigo;* voluntate 1. g) non sit putatur 1. h) tetragonas 2, *ubi* Achive *deest.* i) et Gothis *add.* 2. k) m. illam muniret 2. l) *deest* 1. m) farta 2. n) qui 1. o) duarum 1.

1) ἐννεάπολις. 2) *i. e. Graece.* 3) *Haec incerta fama niti, jam Guandalorum mentio docet. Fusius de hoc loco disseruit Mazochius p.* 364. 4) *Praesules non episcopos sed inferiores ecclesiarum praepositos hoc loco intelligi, monet Mazochius p.* 367, *qui locum ita interpretatur, ut Latinos Graecosque clericos intelligat, qui sui sermonis ecclesiis praeerant.* 5) *Gesta c.* 2. *haec ad Clementem referunt, Petrum etiam Acta Asprenis nominant.*

expetunt, sed loco, quo commorantur, omnia necessaria quaeque desiderant animo habundantissime percipiunt, et iuxta preceptum dominicum predictae urbis accolae potius Lazarum queritant, exibent largius quae indigent, quam inopes affluentum inquirant opes. Idcirco a multis crebro expugnata gentibus, et prius a Guandalis, postremo a Longobardis indesinenter oppressa, per annos ferme ducentos inviolata persistit et invicta ab omnium hostium concussione; quoniam civitas haec civitas misericordiae et pietatis est, hinc inde vallata omni bonitate. Quae quia meruit tot talesque patronos habere [apud[a]] Deum in exorando, merito huiuscemodi debuit protectione tutari, ut et bonis exuberet operibus et a cunctis sistat[1] adversariis illesa. Quid ergo de structuris diversis diversa conamur astruere vel de priscorum in ea vita sanctorum ex predicta prodeuntium urbe narrare temptamus, quorum conversatio est in caelis? quandoquidem nostris nuper temporibus quidam vir[b] eiusdem provinciae[c] presul in cunctis piis operibus ita carus extitit Deo, ut eius non inmerito[d] iustorum actis vita equiperetur beata. Cuius mores tunc verius retexuntur, si a progenitoribus ipsius exordium sumatur. Luc. 14, 13. 21.

2. Anno igitur incarnationis Iesu Christi domini extante octingentesimo tricesimo quinto, indictione tertia decima[2], Sergius quidam, vir per omnia strenuus, Neapolitum de prosapia procerum ortus, ab ipsis cunabulis gemino de germine nobilis, sed longe nobilior mente, gratus parentibus, sed Deo non ingratus. Quo videlicet tempore ingentem sustinebat sepe dicta urbs a prefatis Longobardorum agminibus persecutionem[3], ita ut singularis hic quereretur ab his interimendus, veluti Moyses famulus Dei ab Egiptiis; metuentes procul dubio, ne, sicut ille illis ad ruinam, ita iste istis ad perniciem daretur aliquo modo, ideoque innumerabilia probra dispendiaque non parva pertulit, pro sua suorumque optata civium commoditate. Cum autem ad virilem pervenisset aetatem, litteris tam Grecis quam Latinis faborabiliter eruditus est, ita ut, si casum librum Grecis exaratum elementis in manibus sumeret[e], Latine hunc[f] inoffense cursimque legeret et Latinos libros Greco[g] expedite sermone rimaret. Tantae namque prudentiae hac modestiae tantaeque patientiae bonitate decoratus est, ut penes Gregorium Romanae sedis pontificem ergaque serenissimos viros Lodoicum piissimum cognomento Almum[4] eiusque sobolem Lutharium invictissimos cesares familiarissimus esset maximumque optineret honoris locum, quoniam frequentius eorum iura regalia adibat, ob infestationem iam dictarum gentium suam gentem urbemque sepe inpugnantium. Hinc ergo non ab re salvator propriae gentis nuncupari potest, per quem populus et civitas ab offensione[h] immunis efficitur. Huius rei gratia etiam suae gentis primatum obtinere promeruit. Nam rectore obeunte iam dictae civitatis, dum hic absens esset, cives affinesque illius omnes ducem sibi illum statuerunt pari consensu et petitione. Mox, Dei opitulante misericordia, quievit persecutio sinistrae immissionis. Sed ut paululum stilus retrovertatur, prefatus vir accepit coniugem dignam generis sui, nomine Drosu, principali propagine satam, ipsamque cunctis honestam[i] moribus et claritate perspicuam, ut iure ei aptari conveniat quod de sapientibus mulieribus Salomon profatur: 'Mulierem', inquid, 'fortem quis inveniet? procul'; et paulo post: 'Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrae', et reliqua quae sequuntur. Quibus coniunctis, turba sobolum persecuta est, Domino largiente; ex quibus unus, illis[i] adhuc viventibus, Gregorius nomine militum magister constituitur[k], vir per omnia strenuus ut genitor et in Greca Latinaque lingua peritissimus; duo vere episcopalia[l] sortiuntur ministeria. Unus ex his duobus est, de quo loqui nitimur, Athanasius. Hunc etenim priusquam in alvo sua gestaret genitrix, viro non reluctante, immo id magnopere flagitante, Annae sanctae imitata oraculo, vovit Deo, ut de uteri 835. Prov. 31, 10.

a) *deest* 1. b) t. sanctissimus Athanasius 2. c) urbis 2. d) immeritis 1. e) sumere 1. f) huc 1. g) Greico 1. h) offessione 1; obsessione 2. i) honesta 1. k) ex illis 1. l) constitur 1. m) episcopali 1.

1) *i. e.* existat. 2) *Quid sibi hic annus velit, non patet, neque Mazochius p.* 372. *nodum explicasse videtur.* 3) *Cf. Johann. Gesta c.* 57. 4) *Cujus tempora vix vidit.*

sui fructum, si inesset proles, aequo assensu Christo traderent ad famulandum, Athanasiumque vocitarent, id est immortale, ob amorem et honorem doctissimi sancti Athanasii Alexandrinae presulis; non ignari huius misterii nominis, quod immortale sonat[1]; quo-
Ioh. 11, 26. niam Dominus ait: 'Qui in me credit, non morietur in aeternum'.

832. 3. Hoc itaque orto, decima indictione, regnante Michaelio et Theophilo, Romanae aecclesiae presidente Gregorio, votum suum facto firmarunt, prout decreverant, clericum eum facientes, in ecclesia beatae Dei genitricis semperque virginis Mariae ad informandum[a] ecclesiasticae regulae documenta indiderunt; sed non multo post, Iohanne reverendo viro Neapolim ordinato presule, genitore vero prefati viri ducatus regimine iam suscepto, confestim igitur supradicto pontifici iam prefatus traditus est puer, non ut filius, sed ut famulus infimus. Quem vir Dei libenti suscepit animo, et videns eum elegantiorem[b] gratiamque in eo adesse caelestem et proficientem cotidie in Dei timore et litterarum eruditione, affectu materno eum amplexans, quasi pius pater pium diligebat liberum[c]. Eumque videns in ecclesiasticis instrumentis officiisque divinis pollentem, subdiaconii ministerio vinxit[d]; quod ille ne sprevisse ut minimum videretur, superno[e] illectus amore suscipere non rennuit. Futurae namque humilitatis specimen, quod in pontificatu de culmine exhibuit, in adolescentia senili iam mente ostendebat. Ministrabatque fidissime pastori suo, prout Samuhel innocuus Heli sacerdoti, sub reverentia divinae maiestatis; et non solum illi, sed omnibus clericis, etiam infimis, corpore et corde se exibebat inferiorem. Peractis itaque huiusmodi religionis obtentu septem continuis annis, cum cerneret memoratus presul animam eius fervescere in amore Creatoris sui et in humilitatis proposito immobiliter perdurare, Christi septimum in eadem ecclesia levitam sublimavit[2], illustratum videlicet septiformi Spiritus sancti gratia. His autem diaconatus excipiens, non in vanae gloriae lapsus est iactantiam, sed pietatem in se perspiciens caelitus collatam, potiorem humilitatem hostendebat in moribus habituque priore, sententiae profecto Salomonis non
Eccli. 3, 20. immemor dicentis: 'Quanto magnus es, humilia te in omnibus'. Noverat et vocem intonantem herilem: 'Qui se exaltat', inquid, 'humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur'.
Matth. 23, 12. Sectabatur etiam humillimam magistri gratiam, qui eum sumpserat ad inbuendum. His ergo aliisque quam plurimis charismatum ditatus muneribus, crescebat cotidie, velud rudis[f] adleta in templo Domini, preliaturus nichilhominus adversus omnia figmenta diabolica. Expleto igitur in leviticali officio anno uno duobusque mensibus, predictus vir Iohannes beatae memoriae, honestissimae vitae presul et Deo satis carus, diem clausit extremum. Moxque ab universo clero omnique plebe simulque a ducibus, genitore scilicet et germano, communi voto et consilio electus est enim ad pontificale decus;
850? et proficiscens Romam, consecratus est a venerabili papa Leone Idus Martii in altario
Mart. 15. sancti Gregorii. Reversusque a cunctis civibus magno cum gaudio exceptus est, eo quod talem meruerunt suscipere pastorem et patrem, qui nutritorem suum imitaretur moribus et operibus.

4. Athanasius vero prephatus presul, accepto tanti ministerii apice, qualem se quantumque prestiterit in omni regimine ecclesiastico, quamque perfectus in timore Domini et facilis in literarum studiis extiterit, etiam[g] si nobis ferrea vox esset, aut omnes artus nostri verterentur in linguas, non valueramus cotidianam conversationem illiusque semper fixam in Domino — saltim de plurimis pauca — retexere, quippe opere
1. Tim. 3, 2. fecit ea, quae apostolus monitis instruxit inquiens: 'Oportet episcopum inreprehensibilem esse'; et paulo post: 'et testimonium habere bonum etiam ab his qui foris sunt'. Gram-

a) imf. 1. b) in Dei timore atque servitio ex toto esse ferventem et donum gr. 2. c) liberam 1. d) vinxit *corr.* vincxit 1; iunxit 2. e) s. i. a. *des.* 2. f) fidus 2. g) e. s. n. f. v. *post add.* 1.

1) *Alludit auctor ad vocem Graecam* ἀθάνατος. CUP. 2) *Hodieque septem sunt in nostra cathedrali canonici diaconi. Imo et ab antiquo totidem in plurimis ecclesiis erant; quod ab ordinatione primitivorum diaconorum in Act. apost. manavit.* MAZ.

maticam prius in pueritia et post in pontificatus honore perfectissime didicit. Divini vero dogmatis peritia ita instructus, ut in palatio[a] nulli foret secundus. Aecclesiam namque, quam tuendam suscepit, omnimodo interius exteriusque[b] inopem reperit ob infestationem Longobardicae gentis, quae, peccatis exigentibus propriis, Neapolitibus vicinitate cohaesit; quo viriliter agonizante, tam in clericis[c] officialibus[1] ac divinorum libris dogmatum quam et in cunctis ex intimis[2] opibus adeo aucta est, ut nulli ecclesiae in Campania infima in aliquo cerneretur. In Dei autem timore et oratione tam intentus et pervigil extitit, ut anachoritis[d] nostris certe diebus omnibus sit preponendus. Ciborum quoque abstinentia tam artissime usus est, ut ab omnibus miraretur. Nam et carnem ab hore suo abstulit funditus et tantum precipuis festis aliquod parvum benedictionis de volatilibus accipiebat. De vini autem potatione primo quidem abstinere se voluit, sed propter aegritudinem carnis non potuit. Tamen apostoli sententiam secutus est, qua Timotheum instruit dicens: 'Vino', inquid, 'modico utere propter stomachum et frequentes tuas infirmitates'. In pauperum quoque indigentiis dapsilis, in lectione assiduus, in oratione continuus, in officiis ecclesiasticis promptus, in risu difficilis, in suspiriis et singultu cotidiano deditus, multiloquium vitans et taciturnitatem amplectens, in eruditione disertus, in fraterna collatione profluus, animam suam odio habens in hoc mundo, ut in vitam aeternam custodiret eam. Quique inter ipsa cotidiana[e] detrimenta corporis sui, quae ipse sibi sponte amministrabat, plumbum etiam non parvi ponderis diutina subiectione collo proprio suspensum gestiit[f], subtus ad carnem absconse grossiori vestimento induebatur, non ex lino, sed ex lana. Lectisternia quoque pretioso tecta stamine linquens, in vilissimo cilicio et psyatho[3] terra prostratus, Iacob ad instar lapide supposito capiti, cum in oratione crebra lascesceret, membra quieti dabat. Frequentius tamen per semet artus proprios tam graviter caedebat, acsi a severo iudice iuberetur affligi, ut stimulato corpore saltim nulla temptatio spiritualis[g] nequitiae subreperet[h], quatinus a mundi illecebris omni modo immunis effectus, possit[i] acceptissime inmaculatum Deo cotidianumque libare sacrificium. Quod omni die minime destitit, nisi forte membratenus adesset aegritudo. Et iusta[k] apostolum prius semper propriis expiationibus sacrificium illibatum in arbitri[l] Dei conspectu offerebat, deinde in publico pro sibi credito grege. Ideoque et multis sacerdotibus plerisque abbatibus monasteriorum subsidia[m] alimentorum et nonnulla ministrabat necessaria, ut pro se Deo sedula supplicarent interventione, ut, si in cogitatione actuque delinqueret cotidiano, sine qua sorde, ut Iohannes[4] ait, nemo natus de muliere alienus est, eorum precibus ablueretur. Hic itaque zelo fretus divino, constituit sacerdotes epdomadarios[5] in ecclesia domini Salvatoris quae Stephania vocatur, qui in ea continuis diebus puplicam missam celebrarent, sicut mos est ecclesiae Romanae, in qua etiam ad eorum sumptus necessarias rerum distribuit opes. In ecclesiis quoque beati Andreae apostoli et protomartiris Stephani custodem deligavit[n], ubi et res optulit ad luminariorum concinnationes et sumptus ipsius custodis. Ecclesiae vero sanctae Restitutae[6], quae a Constantino primo[o] augustorum christianissimo, ut fertur, condita est, connectit utrosque, Iohannem baptistam scilicet[p] et precursorem Domini atque euangelistam; custodem cum officialibus clericis ordinavit, resque illic ad presidium eorum

1.Tim. 5, 23.

cf. Hebr. 5, 3.

cf. Job. 15, 14.

a) palatino *sc. 'jure' Maz. corrigere voluit.* b) interiusve *e corr.* 1. c) divinis quam in mundanis adeo 2. d) anachoritarum *corr.* anachoritis 1. e) cotidia *corr.* cotidiana 1. f) *corr.* gestabat 1. g) spirituali *corr.* spiritualis 1. h) subriperetur *corr.* ei subriperet 1; subrepeteret 2. i) *corr.* posset 1. k) *corr.* iuxta 1. l) arbitriis *corr.* arbitris 1. m) subdia *corr.* subsidia 1. n) *corr.* deleg. 1; design. 2. o) C. imperatore cond. 2. p) s. et p. D. *des.* 2.

1) *h. e. qui officia divina persolverent.* MAZ. 2) *h. e. patrimonialibus (?).* MAZ. 3) *Idem est quod teges seu storea.* CUP. 4) *Non apud Johannem, sed apud Job similia leguntur.* 5) *Intellige canonicos presbyteros cardinales* 7. MAZ. 6) *Ea Sancta Restituta vetus in postico sacelli S. Mariae de Principio erat.* MAZ.

largitus est. Fecit etiam xenodochium ad peregrinorum susceptionem super gradus atrii ecclesiastici, ubi et nonnulla contulit predia, illoque exortante plures fidelium simili contulere devotione. Insula Salvatoris vocabulo cognominata[1], quae a Neapolim vix duodecim abest stadiis, quamquam multis retro annis a monachis in cellis consistentibus in propria singulari[a] voluptate incoleretur, illic frequenter properans, crebra exortatione illos ammonens, unum super illis vice pastoris in coenobio degentibus abbatem constituit, qui eos regulari sub districtione foveret, ad quorum cotidianos sumptus ecclesiam beatae Luciae martiris in perpetuum concessit abendam[b] cum omnibus rebus suis. In ecclesia namque sanctissimi ac beatissimi martiris Ianuarii ante[c] sepius memoratae urbis moenia condita, quae Magna a civibus nuncupatur, ubi ante unus tantummodo excubabat[d] obsequium, ipse monasterium instituit sub[e.2] abbatis dumtaxat tuitione illicque religiosae vitae virum singularem patrem ordinavit. Qui cum collato sibi grege incunctanter Deo iuge laudis officium persolverent: istius etenim sollicitudo circa ecclesias et monasteria, erga pupillorum viduarumque miserationes quamque circa redimendos captivos, quos tunc innumerabiles Syrigenorum[f] exulabat efferitas insatiabilis, quam frequens seu sollicita clemensque extiterit, ita multis est cognita, ut, si lingua fandi torpeat in eloquendo, ter procul dubio tonabit[g] et aether. Et quoniam beatitudinis fama nullo
Matth. 5, 15. valet circumdari antro, neque, ut[h] euangelii tuba resonat, lucerna sub modio occulatur, sed candelabro supereminens constituitur, ut intrantibus in templo Domini iubar exhibeat inoffensum: cuius opinionem comperiens reverentissimus vir Nicolaus, universalis ecclesiae pater, apostolicis exortationibus hunc ad synodum, quam contra Iohannem Ravennatis urbis episcopum congregaverat, singulariter evocavit tertiumque in apostolica[i] conventione consedere fecit, eique ad legendum tradidit cautiones[3], quas predictus archiepiscopus intexuerat, eo quod ceteris illo convenientibus in gratiae divinae collatione omnibus prestantior apparebat. Huius enim genitor, dum sibi e vicino languore excessum adesse cerneret ultimum, suos[k] mox accersivit natos, eumque, quem consortem sui
cf. 1. Mach. 2, 65. 66 ducatus fecerat, cum reliquos[l] e Mathathiae[m] voce monuit, ut Deo subditi existerent et huic viro egregio in cunctis optemperarent, dicens: 'Huic estote subiecti quasi patri et domino. Hunc tamquam caeleste consulite oraculum omni tempore'. Cui tamen et ipse dux, ut patri similis et eius monitis optemperans, in cunctis ei paruit omnibus diebus vitae suae, auxilio fretus superno, commoda universa messuit.

5. Eo igitur tempore, quo Lodoycus piissimus augustus Beneventanam provinciam exulatione[n] Sudan crudelissimi Hismahelitum regis advenit eruendam, suae nexus coniugi, spretis iam Neapolitum legatis, summissione antiqui aemuli — sicut dictum est: 'Cor-
1. Cor. 15, 33. rumpunt mores bonos colloquia mala' — hic venerandus vir pro suorum civium salute frequentissime adiit cesaream celsitudinem, a qua officiosissime excipiebatur ob piae famae rumorem et sanctitatis reverentiam, qua non mediocriter pollebat. Erat enim ita serpentis astutia imbutus, ut[o] columbae simplicitatem non ammitteret. Hic promeruit penes virum et coniugem singularem familiaritatis loco[p] habere, adeo ut[q] illius precibus[r] sacris certatim se commendare satagerent. Et remanserunt antiqui aemuli et detractores confusi in sua malitia.

6. Interim memoratus Gregorius dux aegritudine captus, Sergium, filium suum, dudum iam ducem constitutum, huic sancto viro tradere curavit, deprecans nimium,

a) singuli 1; a singulis 2. b) *corr.* hab. 1. c) et 1; quae iuxta m. 2. d) sacerdos exc. in obsequio 2. e) s. a. d. t. *des.* 2. f) Saracenorum 2. g) tonavit *corr.* tonabit 1. h) *post add.* 1. i) apostolicę 1. k) suo *corr.* suos 1. l) *corr.* reliquis 1. m) *alterum* a *e corr.* 1. n) exultatione *c.* o) *e corr.* 1. p) *corr.* locum 1. q) *e corr.* 1. r) se pr. 1.

1) *Hodie Nisita.* MAZ. 2) *Haec auctor aut certe amanuensis monachus ex more sui temporis addidit; nam sub Athanasio adhuc monachi suis episcopis obtemperabant.* MAZ. 3) *Cf. G. pont. Rom. Nicol.:* qui . . . solitas in scrinio noluit facere cautiones.

ut paterna illum caritate diligeret. Ipsique hoc in mandatis dedit, ut illi subiectus et obediens exsisteret[a] acsi vernaculus[b] suo domino. 'Si enim', inquid, 'tanto parueris viro, pro certo salvus eris, sin autem, non erit tibi profuturum'. Quo defuncto, coepit vir sanctus Dei fratrisque zelo prefatum nepotem suum spiritualiter et mundane diligere, et ut in omnibus se aptissimum preberet, sedula ammonitione exhortari. Cuius exortatoria[c] ille graviter ferens, per socrum suam maxime a diabolo instigante subversus [est[d]], ut in nullo supradicto viro obtemperet, coepitque cor eius diabolica decipere locutione, ut, si vellet monarchiam solus optinere, non solum huic nullam exhiberet obedientiam, verum etiam hunc a latere suo aut procul eliminaret[e] aut omnino perderet. In qua deceptionis fraude iniquissima Gezabel calliditatis[f] duelliones[g] conscios reperit, qui more burdonum vel mulorum nati sunt, ut conceptum semel virus, prout decreverat, possit[h] auribus, immo et per aures pectori inserere generi suo; quod et factum est. Nam ad hoc usque perductus est tam vi cupiditatis quam linguae vipereae assidua meditatione illectus, ut servum Dei custodiae traderet. Erat autem vir ille mobilis ut arundo, quae ab omni vento movetur, et avidus in cupiditate et patri in nullo similis. Hic viros suae malitiae conscios in domo sua clam recondidit[i] cum gladiis et fustibus et virum Dei subdole quasi ad consilium ascitum ceterosque germanos illius fraude tenuit, Deum nichilhominus[k] parvipendens, patri[l] monita pro nichilo ducens, virique Dei sanctitatem abdicans, prout conceperat, circumvenit eos prestigiis suis, ut Iudas proditor iustissimum Dominum. Reverentissimum Dei famulum cum omnes metuerent saltim fimbriis indumentorum contingere, ab uno Dei adversario eiusque satellite irreverenter captum et induto[m] orario tractum ceu vile mancipium, clericorum adempto solacio, custodiae artiori delegari fecit. Quo peracto, commota est tota civitas atque aerem miserrimis verberabat vocibus, hoc modo lugubrans: 'Ve miseris nobis, ad quos tam crudelem[n] pervenit facinus! Virum iustum et pium[o] quid oportuit talia pati? Quis enim ad eum aeger aut egens vel captivus umquam advenit, et inauxiliatus abscessit'? Inter haec Greca Latinaque pars sacerdotalis et monachica turba, precipueque Antonius, vir satis idoneus et provectae aetatis, monachorum abbas, diutinis ieiuniis et aegritudine corpore iam defecto alienis evectus manibus, cum universo clero ad pretorium advenit; qui[p] ita exorsus est: 'Dic michi, miser et Dei contemptor, quid est hoc quod fecisti? Hoc ergo pro infando scelere noveris te non solummodo periturum cunctumque[q] genus tuum; sed etiam tota urbs[r], quae Athanasii hactenus oratione gubernata est, sine dubio desolabitur, pastore decedente'. 'Redde nobis', inquiunt, 'pastorem nostrum, qui nos spirituali carnalique protectione tueatur; si enim hunc retinere temptaveris, tibi extimplo[s] veniet perditio'. Quibus auditis amens effectus, primo quidem velud regulus venenatus in eos sybilis irruit; deinde ait: 'Ite nunc in propria, et post decreta respondebo vobis'. Venientes igitur ad eum secundo et tertio, similia illis dixit. Tunc universi flentes regressi, dicebant ad alterutrum: 'Omnium altaria divinorum templorum exuamus inferamusque Dei inimico anathema perpetuum, quod[t] numquam expietur'. Cernens autem ille erga se huiuscemodi conspirationes, consilio habito cum sequacibus suis, misit et accersivit predictum virum et[u] Sancti Salvatoris abbatem cum clericis et monachis[v], pietate simulatus, die octabo absolvit virum Dei, veniamque illi, licet ficte[w], petens, dimisit eum, fratribus eius retentis[x]. Sed Deus iustus, qui unicuique reddet secundum opus suum hic vel in futuro, hunc iustissime perculit. Nam in eo loco, ubi virum Dei

a) obs. *corr.* exsist. 1. b) vernaculo *corr.* vernaculus 1. c) monitionem uxor illius graviter ferens, virum suum coepit diabolica 2. d) *post add.* 1. e) elimaret *corr.* eliminaret 1. f) callidatis *corr.* calliditatis 1. g) *corr.* duellionis 1. h) *corr.* posset 1. i) recondit *corr.* recondidit 1. k) nichilhominos *corr.* nichilhominus 1. l) *corr.* patris 1. m) indutum *corr.* induto 1; et episcopalibus indumentis exutum ceu 2. n) *corr.* crudele 1. o) ut *e corr. add.* 1. p) i *e corr.* 1; itaque exors. 2. q) umque *e corr.* 1. r) urs *corr.* urbs 1. s) exemplo *corr.* extimplo 1. t) *corr.* quo 1. u) *erasit* 1. v) et *post add.* 1; ac 2. w) *littera* c *e corr.* 1. x) retenti *corr.* retentis 1.

retrusit, non multo post captus est sicut malefactor[1]. Dimisso namque eo, facta[a] est talis[b] laetitia in urbe tota, qualis solet fieri in caris mortuis ad vitam reductis. Hanc videns ille laetitiam, poenituit, quod eum dimisit; tamen posuit undique insidias clam, ne quis ad eum ingredi aut egredi auderet. Tunc laniabatur hinc inde grex dominicus, viduae et pupilli opprimebantur, quia preco obmutuerat et tuba euangelica non audiebatur. Haec vir Deo plenus videns, flebat amarissime magis illius ruinam, ut Saulis Samuhel, quam contumeliam[b*] ab eo sibi illatam. Et David mitissimum immitans, eius rabiem dum sedare non posset multis deprecationibus, ab urbe egressus est, thesaurum aecclesiae signatum annulo suo reliquit, et titulum ibi posuit sic continentem: 'Anathema sit, qui fecerit vel iusserit absque mea presentia vel iussione hanc ianuam aperire vel aliquid hinc contingere'; in predicta insula Salvatoris abscessit. Mox ut ille insanus [hoc[c]] audiens, predicto Dei famulo per[d] legatos suos mandavit dicens: 'Si vult ut non persequar eum, reiecto candidatorum tegmine[2], fiat[e] monachus michique ad ordinandam ecclesiam sponte relinquat, clericos vero, quos secum detulit, ilico remittat'. Ad haec vir Dei remandavit[f] ei: 'Sponsam, quam Deo concedente suscepi, ulli viventi vivens volensque non relinquam, nec ordinandi me superstitem licentiam dabo; monachi scema, illo vivente, non accipiam: scortum est enim, primam sinendo coniugem adulterae sociari; eos autem, qui me caritatis causam secuti sunt, non tradam neque reiciam; unum ab illo peto, ut liceat michi loco in tuto manere, quousque Dominus duritiam cordis illius mansuescat*. Reversi igitur nuntii, verba venerandi pontificis retulerunt ei. At ille solito furore insanivit; nam inter alia hoc precipuum habebat. Confestim armavit se contra eum et omnes sequaces suos, et sub voce preconis clamari per plateas iussit, et ut verbis eius utar: 'Omnes', inquid, 'audite iussionem dominicam et exite ad pugnandum ad Salvatorem'! Cum quibus et Saracenos, qui tunc ibi erant, multis eos precibus muneribusque evocans, misit, hoc modo eos adhortans: 'Testor Deum, quia, si emporium, ad quod[g] vos destino, quocumque artificio vestrae calliditatis comprehenderitis, cuncta quae in se retinet, cum omnibus hominibus, duo exceptis, vestro relinquam iuri. Insulam solummodo vacuam michi reddite, et post haec maiora vobis de thesauris meis propriis premia tribuam'. Tunc armati omnes una cum Saracenis perrexerunt ad ipsam insulam, expugnantes eam diversis modis et arta custodia custodientes, ne cui liceret ingredi vel egredi. Sed Deus custos bonorum custodivit eum illesum ibi per novem dies.

867—870. 7. Hoc audiens Lodoycus imperator Benebento degens, nondum capta Bari, doluit ex intimo corde una cum augusta, et concite miserunt Marino prefecto Amalfi, ut veniret, sanctum virum de iam prefata insula et sanum duceret Benebento. At ille iussis obtemperans augustorum, venit cum viginti sagenis et tulit inde sanctum virum. Hoc videntes Neapolites, exierunt super eos navaliter una cum Saracenis persecutique sunt eum procul ab urbe. Sed Deus, qui subvertit Pharaonem, confregit et illorum tunc superbiam, et in fugam versi sunt; Saracenis capti ibidem et occisi. Ille namque illesus una cum sancto viro ibit Benebentum. Videntes eum augusti, fleverunt valde, quod tam sancto viro talis evenisset tribulatio, et apud se tenuerunt, consolantes eum diligenter in omnibus. Haec videns militum magister, quia decessisset sanctus vir sanus, primo doluit, quod illesus recessit; sed post animatus est ab iniquis et putridis consiliariis, misit ad inquirendas tamen facultates et res aecclesiae avidissime devorandum. Venientes in episcopio,

*) 2 *pergit multis omissis:* Talia dum duci relata fuissent, Neapolitanorum ille et Saracenorum exercitum congregans, sanctum pontificem in iam dicta insula per novem dies expugnavit; Ludovicus imperator *etc.*, *narrationem abbrevians.*

a) fata *corr.* facta 1. b) tali *corr.* talis 1. b*) contumelia 1. c) *post add.* 1; rem prout gesta erat 2. d) p. l. s. *des.* 2. e) monachicum indumentum assumat 2. f) r. ei *des.* 2. g) quos 1.

1) *Cf. Erchemp. c.* 39. 2) *Videtur sumi pro veste episcopali (seu sacerdotali).* CUP.

ascenderunt locum thesauri videruntque titulum legentes, non ausi sunt aperire prius, tamen placere ei qui misit volentes, aperuerunt[a], nichil de maledictione hesitantes. Tunc unus ex his nobili genere, sed mente nobilior, cursu velocissimo exivit, in hoc non consentiens, plus Deum timens quam hominem: 'Respondete, obsecro, boni viri; de maledictione vel anathemate sancti viri ac sacerdotis Dei quid[b] cogitatis'? 'Timore perculsi', inquiunt, 'hoc gessimus; tamen videbit ille qui hoc iussit'. 'Non bona est', ait, 'excusatio, quia similis qui obtemperat malo ei qui agit; malum facientem et obsequentem par pena constringit'. Et iterum: 'Virilem sensum Susannae ubi ponitis, que dicit: "Melius est incidere in manus hominis quam derelinquere legem Dei"? Michi videtur, Dan. 13, 23. honorem seculi diligentes hoc perpetrastis; sed si brevis huiusmodi felicitas et caduca eius gloria perpenderetur, in hoc magis Dei iudicium, quod eternum est, quam hominum momentaneam potestatem pertimescere debueratis. Ut Petrus ait: "Oportet vos Deo Act. 5, 29. obedire magis quam hominibus". Tunc distrahebantur cymilia et res ecclesiarum et iniquis dabantur; sacerdotes Dei contempti erant in tantum, ut etiam ex ipsis fusticatis et tonsoratis nudis per plateas traherentur. Ecclesiae Dei, quae a religiosis prius tenebantur custodibus, his tribuebantur, qui contempta religiositate domum Dei muneribus mercabantur, et erat in omnibus luctum inenarrabilem, et flentes dicebant: 'Quid[c], putas, erit hoc? Numquid finis mundi est? an antichristus exivit? Nos talia non vidimus nec audivimus nec legimus facta fuisse tempore Valentis[d] impii augusti, nec quando Eudoxia Iohannem sanctissimum a sua sede pepulit'. Hoc nefandissimum scelus et impium nuntium audiens Adrianus summus pontifex, gemuit valde, simulque et omne collegium sacerdotum et qui timebant Deum. Et misit legatos suos cum epistolis Neapolim, unam[e] antefato iudici et alteram clero, exortans eos et deprecans, ut reconciliarentur et susciperent suum pontificem ut patrem et dominum; sin autem, extranei essent ab aecclesiastico collegio et a communione sacri corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi. At illi iussionem apostolicae sedis pro nichilo computantes, de suo pontifice nichil gesserunt; insuper missas celebrabant. Iterum misit prephatus universalis pontifex legatos suos Anastasium bibliothecarium, virum eloquentissimum et ad exortandum idoneum, coniunxit[f] Cesarium reverentissimum abbatem. Qui venientes Neapolim, deprecaverunt eos vicę apostolici et augusti, ut suum pontificem susciperent pastorem et patrem. Et noluerunt audire eos, inflati ab eo qui sedem suam dixit ponere ad aquilonem. At ille iussus ab eo a quo venit, firmavit priorem excommunicationem manifeste, in tantum ut etiam cum eis noluit introire in aecclesiam. At illi et hanc excommunicationem pro nichilo habuerunt sicut priorem. — 'Dic michi, sacerdos, legisti et intellexisti[g] statuta vel precepta sanctorum patrum Syllemticos[1]'? Interrogatus Syllemticos responde'. 'Legi', inquid, 'et ex parte intellexi'. 'Qua fronte presumpsisti accedere ad sacrificandum excommunicatus'? 'Timore', inquid, 'ducatus potestatis feci; quia Deus misericors est, parcit; homo autem impius non parcit; scit Deus, quali mente sacrificabam'. 'Excusatio', ait, 'tua vana est et ridiculum facit. Nam cum surgis de gurgite, incidis in profundum abyssi, quia sic debueras optemperare iussis potestatis hominum, ut Dei voluntatem vel iussa sanctorum patrum non contempneres; melius enim tibi erat iniuste mortem pati et iugulari quam perniciosa iussa implere et damnari aeterno et iusto iudicio'. — Vir autem Domini interea tristis et lugens et vagus dum degeret huc illucque, bestialis illa Dalila virum Dei persequi non cessabat, submittens filios Belial, ut quocumque modo sanctum virum extingueret; et ut aiunt nonnulli, multotiens venenum misit etiam Romam ad hoc perficiendum. Sed ille qui non dormit neque dormitat custodivit famulum suum inter tot procellas seculi et tribulationes servabitque inlesum.

a) aperierunt 1. b) Dei? Quid 1. c) Quis 1. d) s *e corr.* (Valentini?). e) una cum 1. f) coniuꝫ 1. g) intellegisti *corr.* intellexisti 1.

1) *Fictum fortasse nomen; an de vocabulo* συλλητιχώς *cogitandum est?*

871. 8. Dum[1] hec agerentur, Benebentani inspirati a demone et ab emulis viri Dei, animati zelo eius, comprehenderunt Lodoycum augustum pium virum, liberatorem scilicet Benebentanae provinciae, et custodiis manciparunt. Dum predictus imperator custodia teneretur, et Athanasius episcopus ut peregrinus degeret, excitavit Deus spiritum Hismahelitum, et venerunt Misenum ac Salerno, ut ulciscerentur augusti et presuli Athanasii opprobrium, sicut Filii Dei passionem Vespasianus et Titus ulti sunt. Videns vir Dei comprehensionem augusti, ibit Sirrento et degebat cum germano suo. Quadam die cum
872. sederet homo Dei et sermocinaret cum germano suo Stephano episcopo, subito cepit amarissime flere. Cumque diu subsisteret eiusque lacrimas non videret finiri germanus eius, quaenam causa insisteret tanti luctus, inquisivit. Cui ilico respondit vir Dei: 'Ecce misera Neapolis sub anathematis vinculo iacet obligata ab universali et summo pontifice et mea parvitate. Si utriusque nobis, quod humanum est, finis mortis evenerit, quid erit de ea'? Quod et factum est sicut predixit; nam eodem anno ambo obierunt. 'Vadam', inquid, 'Romam et rogabo summum pontificem, ut[a] solvet eam ab excommunicatione. Forsitan cessabunt qui me persequuntur. De me autem sicut voluerit Dominus providebit'. Et ascendens navem, Domino educante, perrexit Gaietam, deinde equitando Romam, et susceptus[b] est ab Adriano summo pontifice et universo clero et optimatibus eius cum gaudio. Statim, sicut dixit, rogavit papam; et misit Dominicum episcopum[2] et solvit Neapolim a vinculo excommunicationis. Ille vero degebat Romam per aliquod dies. Post haec ibit ad imperatorem Sabinis[3], ut periclitantibus et afflictis in partes Benebentanae provinciae et Neapoleos subveniret. Cui iunctus est Landulfus episcopus Capuanus, legatus Salerni, et apocrisarii apostolicae sedis. Ubi auditum est a cesare de eo, misit obviam ei optimates suos, et libentissime eum suscepit, osculans eum. Cui ille una cum Landulfo episcopo dixit: 'Afflictionem populi et devastationem terrae, quam tu liberasti per Deum, innotescimus vestrae potestati. Veni, domine et liberator patriae nostrae. Ignosce peccantibus in te, sicut Dominus pro persecutoribus suis. Nam divino adiutorio fretus fortissimo, victor eris et gloriosus in universo mundo'. Inclinatus est rex verbis et precibus eius, et una cum eo venit Romam, et ingressus basilicas apostolorum, optulit dona Deo et apostolis eius. Susceptus est ab Adriano summo pontifice et confirmatus est ab eo in hoc opus agendum. Cui et Athanasium sanctum dedit, ut secum duceret et quocumque modo sue sedi restitueret. Et arripuerunt iter Domino comitante; et venientes in loco qui dicitur Berulas, detinuit se cesar fatigatus ex itinere.
Iun. 29. Famulus Domini Athanasius cum esset in comitatu augustali tertia Kalendas Iulias celebravit diem apostolorum[4]. Peracta missa, coepit febribus anhelare, et pertractus in eodem infirmitatem, Deo dignus et carus Athanasius ab ac carnea subtractus est fece, et suo Creatori novissimum reddidit spiritum in oratorio sancti Quirici, quod bis senis[c] milibus
Iul. 15. a monasterio sancti Benedicti distat, Idus Iulii, indictione quinta, regnante Basilio imperatore. Qui vero prephatus venerabilis vir ante episcopatum vixit decem et octo annos, et in episcopatum sedit annos 22, et in angustia huius seculi fuit menses viginti unum. Inde portatus est usque ad montem Casinum, flentibus hominibus, sed exultantibus angelis. Quem suscipiens omnis sancta congregatio illius monasterii, digne ac decentissime sanctissimum corpus condierunt in ecclesia beati principis apostolorum, quae a Rechiso rege constructa est et iungitur basilicae sancti Benedicti, ubi exuberant multa mirabilia per eum ad laudem domini nostri Iesu Christi usque in presentem diem.

a) et 1. b) subsceptus 1. c) senibus 1.

1) *Haec — ulti sunt paucis additis ex Erchemperto c.* 34. *sumta sunt.* 2) *Unus Bariensis, alter Triventinus anno* 877. *concilio Ravennensi interfuerunt. Eugubinus Dominicus anno* 869. *condemnationi concilii Constantinopolitani IV. subscripsit.* MAZ. 3) Rabennam *Joh. Diac., utrumque rectum; nam revera imperator Oct. — Apr.* 872. *Ravennae fuit, die* 28. *Mai. Farfae in Sabinis.* BETHM. 4) *Petri et Pauli.*

9. Unum namque de multis miraculis, quod per eum Dominus ibidem operatus est, huic sermoni coniungam ad hedificationem legentium et audientium. In eodem namque monasterio homo quidam erat lumine privatus a preteritis annis, qui assidue in ecclesia, ubi viri Dei corpus quiescebat, orare consueverat; qui offendens, sicut mos est talibus, super sepulchrum eius advenit; cuius labente pede, cecidit, statim tenebras oculorum repulit et lumen recepit. Qui mox salutis gaudia suscipiens, luminis decorem omnibus ostendebat, glorificans Deum, qui talia per servum suum Athanasium operatus est. Tunc omnes gaudio repleti, qui ibidem erant, videntes hoc miraculum, exultantes dicebant: 'Benedictus es, Christe redemptor, qui tale lumen nostris regionibus nobissimis diebus, hoc est sanctum Athanasii pignus, nobis donasti'. Et hoc dicebant ammirantes: 'Si non postulatus talia donat, quam largus erit his qui Dei beneficia devotissime per eum postulant'?

10. Huius* sanctissimi viri facta ego tantillus minutatim explicare si voluero, facilius, ut reor, tempus absumitur[a], quam fandi sermo terminetur. Tamen si quis medullitus nosse desiderat, qualiter sanctissimum eius corpus a iam dicto monasterio beatissimi Benedicti Neapolim transvectum est post quinquennium sanum et integrum, una cum linteaminibus odorifero fragrans[b] odore suavitatis, et per successorem atque nepotem homonimum et synonimum[c] eius collocatum est in porticum sancti Ianuarii Christi martiris iuxta decessorem et nutritorem eius, occurrente sanctis eius obsequiis cuncto populo Neapolitano, et miracula, que tunc facta sunt et fiunt usque actenus apud eius ecclesiam, scriptum inveniet, glorificans Deum, qui glorificat sanctos suos et per eos ipse glorificatur, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus in secula seculorum. Amen.

*) *Horum loco* 2 *habet:* Sepultus est autem beatissimus Christi confessor Athanasius episcopus apud castrum Casinum civitatis Eracleae[1] Idus Iulii, regnante domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

TRANSLATIO SANCTI ATHANASII EPISCOPI NEAPOLITANI.

Quasi speciale et proprium plerumque sanctorum virorum esse assolet, ut loca, in quibus viventes degere fuerant soliti, licet omnimodo suis precibus adsint, presentia suarum reliquiarum illustrent, etiamsi alibi eos contingat[d] sarcinam deponere corporis. Quod superna moderatione procul dubio agi creditur, ut videlicet cives sui in eorum presentiis corporalibus laetentur et speciatim illorum precatibus se muniri confidant; velud[e] in obitu beati Martini actum fuisse probatur, qui a sua sede digrediens alibi rebus excessit humanis, sed defunctus ad suum ovile reversus est caelitus, ne plebs illius, etiam eo defuncto, derelicta videretur. Ita enim et venerabilis egit Athanasius, qui dum procul a sua diocesi obiret, non passus est suas sanctas reliquias extra septa sui ovilis morari, sed crebris coruscans miraculis, quodammodo[f] suos cives invitabat sollicite, ne se relinquerent, sed ad suam sedem illum[g] transferre satagerent; quod et factum est. Iniquorum vero consuetudo ita extat perversa, ut bonos Deoque karos viros odiant et non solum vivos, sed etiam mortuos viperiis linguis carpere non desinant[h], veluti reproba Iudaeorum labia[i] erga nostrae redemptionis auctorem eiusque[k] famulos existunt; quod in beati viri Athanasii moribus et post eius obitum quidam nostratium[l] agere temptabant. Sed vituperantibus seu adulantibus eos iniquis, pius Redemptor de suis fidelibus famulis disponit, prout eius potestatis immobilis est voluntas,

a) asssum. 1. b) fraglans odorem 1. c) symonimum 1. d) t *e corr.* 1. e) *corr.* velut 1. f) quod á modo 1. g) *post del.* 1. h) *corr.* desistant 1. i) *post add.* fuerunt 1. k) e. f. e. *post del.* 1. l) *corr.* nostratum 1.

1) *Ignoro, quae sit haec civitas Eraclea.* CUP.

qui nobis beati Athanasii reliquias reddere dignatus est, in propriam illum sedem reducens, ut de tanto patre gratificemur et Domino proinde laudes sedulas referamus. De cuius vita aliquid adhuc fari cupiverat animus; sed in libello precedenti de eius vita et moribus, quantum iners stilus valuit rimari, secutum est; nunc vero de ipsius miraculis et reversione eiusdem sancti corporis sermo texendus est.

1. Cum sanctissimi viri opinio sanctitatis et fama virtutum longe lateque discurreret[a], audiens Athanasius presul, qui ab eo ut proles carissimus dilectus et nutritus fuerat et in honore locoque eius successerat, filius fratris eius Gregorii ducis, cogitabat, qualiter in sedem propriam corpus pontificis sancti reduceret, ut sedes eius non sit[b] orbata tali patrono et pastore. Sed resistebant ei antiqui aemuli et benefactores, qui eum vivum oderant et expulerant, in tantum ut nec defunctum reciperent. Sed quandoque prevaluit sermo et voluntas presulis, et quinto depositionis eius anno misit religiosos viros[c], Bonum presbyterum, Iohannem et Petrum atque Iohannem subdiaconos, cum locello et aliis necessariis patri illius congregationis et fratribus[d]. Qui ingressi monasterium sancti Benedicti, quod sub monte Casino est, salutaverunt Bertarium[e] abbatem et fratres atque dixerunt: 'Dominus noster et pastor Athanasius episcopus, vester commendatus[f], vobis precando direxit, ut depositum[g] nostrum nobis reddatis'? 'Quid est illud'? inquiunt illi. Aiunt hi: 'Domni Athanasii episcopi nostri corpus'. Qui omnes una voce negantes, dixerunt: 'Ubi quiescit nunc, non egredietur nisi novissimo die, quando Deo obviaverit'. E contrario illi dixerunt: 'Vos nobis illum reddite; nam ubicumque fuerit resurget, quia Dominus ubique est. Nam impossibile est, ut a propria sede sit extorris[h], licet operante antiquo hoste vivens ab ea dejectus sit'. Videns abbas et cuncta congregatio, divina inspiratione compuncti, petitionem eorum intentam, ut non posset aliud fieri[i], consentientes, dixerunt: 'Domini voluntas fiat, et domni Athanasii presulis petitio impleatur. Unum tantum vobis petimus, ut pars corporis eius remaneat apud nos, quia ex quo sanctissimum eius corpus hic humatum est, sicut in choro sanctorum est, sic nos ei venerationem exhibuimus; ubicumque enim fuerit, credimus, quia nos non deseret; quia et vivens dominus et defensor nobis fuit'. At illi respondentes, dixerunt: 'Sicut integer vobis commendatus est, ita, auxiliante Domino, integrum sua sedes eum habebit'. Nocte namque eadem ibi quieverunt et intra se statuerunt, dicentes: 'Solliciti simus, et[k] mox ut signum fuerit auditum, surgentes, ascendamus montem et diluculo fodiamus sepulchrum'. Tunc sopori se dederunt; [et[l] cum] pre ardore aestatis et itineris fatigatione gravati essent somno, apparuit ipse sanctissimus vir Bono presbytero, pontificis, nepotis sui, similitudine, dixitque ei: 'Cur tam gravi somno opprimeris, collega? Surge, iniunctum opus vigilanter perfice, quia hora statuti vestri iam preteriit'. Cumque ille responderet: 'Tu magis debuisti huius rei sollicitus esse': tunc ille, ut mos est in scolis, fecit eum levari, et tres illi ferulas blandiens dedit, unique ex assistentibus dixit: 'Tolle ferulam hanc et reliquos percute'. Qui mox exterritus evigilans, excitavit socios suos: 'Vapulati sumus, dilectissimi', inquid; 'nam sic[m] circa nos actum est[n]. Sed surgentes festinemus properanter, ut opus coeptum expleamus'. Hoc dicto, signum pulsatum est, et ammirati dixerunt: 'Vere non poteramus parati esse, nisi revelatio haec manifesta fuisset'. Tunc ascenderunt una cum venerabili illo comitatu monachorum verticem montis Casini et intraverunt basilicam, in qua venerabile corpus humatum fuerat. Fodientes sepulcrum, ita inventum est integrum, ut nec capillus capitis eius vel barbae decideret, atque vestimenta et omnia salva, ut prius posita fuerant, sunt inventa; et tantae suavitatis fragrantia[o] omnes accepit, ut prae admiratione prosternerentur in terra, et prae gaudio flentes, laudes Deo redderent bonorum omnium largitori; nam in tantum

a) discurrent *corr.* discurreret 1. b) *corr.* esset 1, *et ita* 2. c) videlicet *post add.* 1. d) *quaedam erasa* 1. e) um *e corr.* 1. f) *corr.* commenditus 1. g) *e corr.* 1. h) extorrens 1. i) 8 *fere litterae erasae* 1. k) *post add.* 1. l) et c. *post add.* 1. m) et sic *post add.* 1, *et ita* 2. n) et narravit ei visa per ordinem *add. e corr.* 1. o) flagrantia 1.

compago ipsius corporis sacri extitit firma, ut fabrica locelli, quae fuerat consolidata, vi corporis sui disiungeretur; et excurso[a] per ordinem psalterio, imposuerunt sanctissimi [viri[b]] corpus in locello, quod[c] secum detulerant, sanum et integrum, sicut humatum est. Et levantes humero iam dictum locellum, descenderunt montem, psallentes et benedicentes Deum; et obviaverunt ei omnes seniores et abbas et omnes fratres monasterii, psallentes et Deo gratias agentes pro tam magnifica gloria, quae in sancto corpore ostensa est; et extra monasterium educentes eum, obsculati sunt sancti loculum, et benedicentes Deum, revertebantur. Similiter et omnes vicini, per quos sanctissimi [viri[b]] corpus transiebat, ad eum confluebant, et summissis capitibus, osculabantur sancti locellum, et regrediebantur. At illi, locello imposito equis, iter peragunt coeptum. Tanta enim velocitate iter peragrarunt, ut intra unius diei spatium a monasterio sancti Benedicti in Atellas devenirent, quae sexaginta milibus distat, et apud ecclesiam sancti Elpidii[1] manserunt. Tunc collecta omnis simul congregatio sacerdotum ecclesiae sancti Elpidii tota nocte pervigiles extiterunt, psalmodiis vacantes, et miserunt Neapolim nuntium, dicentes: 'Venimus cum corpore viri Dei Atellas'. Mox ut audivit venerabilis presul, nepos eius, statim misit cursores per universas ecclesias et loca sibi adiacentia, ut ex cunctis collecta[d] locis sacerdotum[e] collegia atque monachorum et multitudo virorum ac mulierum occurrerent sanctis eius obsequiis; sacerdotes vero universarum ecclesiarum Liburiae una cum sancti Elpidii congregatione accensis luminibus ante sancti locellum gestantes[f], toto itinere psallentes; et venientes ad locum qui dicitur Grumum[2], occurrit eis homo quidam vexatus demone, et nolens intravit sub feretro, ubi corpus viri Dei portabatur, et statim liberatus a demone, coepit Domino gratias agere; et descendentes[g] clivum per viam quae dicitur Transversa, posuerunt sanctissimum corpus in ecclesia beati Petri, quae a Neapolim distat quasi stadiis tribus[3]. Ubi occurrit summus pontifex cum optimatibus civitatis et omni coetu, exceptis his qui malitiae et invidiae veneno repleti erant et his qui ventum flantem timebant. Predictus vero presul detulit secum dominicas cruces et ornamenta sicut in diebus festis. Confluebant autem uterque sexus et aetas diversa, et qualiter poterant psalmodiae cantus utriusque linguarum Grecae et Latinae suavi modulatione resonabant. Mox autem ut divinus pontifex sanctum locellum aspexit, prostratus solo capud in terra depressit faciemque lacrimis irrigavit[h], eum, inquid, 'pater', eum 'nutritor et institutor', eum 'pastor', lacrimabili voce clamabat. Similiter et omnis clerus et cunctus ordo, omnes illustri et nobiles viri ac mulieres, omneque vulgus deflens agebat: 'Ubi es, orphanorum pater? Ubi es, moerentium viduarum consolator? Ubi es, captivorum redemptor? Ubi es, ecclesiae custos? Ubi es, cunctorum rector et doctor'? Per unam fere horam luctuosis gemitibus fatigati, non poterant debiti officii psalmorum exsolvere cursus. Tandem pulso moerore, Deo gratias agere coeperunt, eo quod meruerint post quinque annorum curricula integrum illaesumque recipere corpus pontificis sui. Tunc ex more pontificali inchoato officio, presulis corpus ad sedem propriam[4] detulerunt. Sed illo itinere, quo tendebatur ad sancti Ianuarii templum, quod Dominus ostendere dignatus est signum ob demonstrandum meritum sacerdotis, silentio pretereundum non est.

2. Nam mulier quaedam Blattu nomine, dum gravi esset dolore capitis detenta et nullius medicamine posset salutem consequi, vigorem capitis auditumque perdiderat

a) excusso *corr.* excurso 1. b) *post add.* 1. c) *corr.* quem 1. d) collecti *corr.* collecta 1. e) um *e corr.* 1. f) *post del.* 1. g) descendens *corr.* descendentes 1. h) *corr.* irrigans 1.

1) *Cathedralis Atellana.* 2) *Grumi inter Neapolim et Atellam.* 3) *Eam fuisse suspicor quae nunc S. Petri ad Aram vocatur.* MAZ. 4) *h. e. cathedralem, Mazochius interpretatur, quae mox s. Januarii templum dicitur; idque miraculorum loco confirmari putat, ubi legitur:* in ecclesia s. Salvatoris vel ad venerabile illius sepulchrum, *vocabulo* vel *copulari inter se verba, non disjungi ratus. At vetus s. Januarii ecclesia extra muros erat sita, ibique Johannes episcopus sepultus.*

aurium, sed, ut ipsa nunc refert, ita obduruerant aures eius, ut nullius clamorem, nullius vocis sonum tonitruumve posset audire, tunc et ipsa cum omnibus obvians occurrit, et capud sub locello apposito, medelam sibi dari a sancti corpore lacrimabili obsecratione poscebat, dicens: 'Deus, miserere mei, et sancti tui Athanasii beneficio merear auditum recipere, quem amisi'. Tunc beatissimus Dei confessor, donante Divinitate, solitae pietatis ostendens miraculum, auditum reddidit viduae, et quae venerat tristis et moerens, gaudens reversa est. Ecce, qui auditum suum preceptis dominicis semper prebuit, meruit audiendi verbum salutis officia ministrare. Itaque, ut dicere coeperamus, omnis illa multitudo psallentium cum sanctis exequiis ad templum sancti properans Ianuarii[1], ascendentes ingressi sunt basilicam, et deposito locello, iuxta altare posuerunt; ibique summus pontifex, cuncto astante populo, laudis sacrificavit hostiam[a]; finita prece complevit. Mox levantes corporis sanctum pignus, et diaconus imposita antiphona: 'Aperite mihi portas iustitiae et[b] ingressus in eas confitebor Domino: haec porta Domini, iusti intrabunt per eam', tunc universus populus in ingenti fletu conversus, educentes eum extra fores[2] in oratorium sancti et confessoris Christi Laurentii[3], eiusdem sedis antistitis, iuxta sanctissimi Iohannis antecessoris et nutritoris eius antrum diligentissime et digne sepulturae tradiderunt cum ipso locello, cum quo adductus est, Kalendas Augustas; bene hoc cogitantes, ut, quorum mens semper in Deo una fuerat, eorum quoque corpora nec locus sepulturae separaret, ut, qui feronymi[4] fuerunt, congruum nominis meritum a Domino pertulerint[c]. Quae vero beneficia tunc ad eius pretiosum sepulcrum concurrentibus Dominus prestiterit, veracissima locutione perstringam.

3. In eodem namque monasterio sanctissimi Ianuarii erat quidem monachus Anastasius nomine . . . . . .

TRANSLATIO SANCTI SEVERINI AUCT. IOHANNE DIACONO.

Scripturus, domine Iohannes abba, qualiter ex castro Lucullano, dudum everso, translatum tuoque in monasterio sancti Severini corpusculum sit collocatum, ratum fuit ibidem, quantum competens videbatur, referre, quod nefandissimus Africanorum rex verbis seu factis in nostrae religionis exercuit populum. Sed quia tu tuo magis imperio exigebas, ut illa portenta, quae nostris acciderunt temporibus, in modum commentarioli cum euangelicis disputationibus contexerem, et ego id fieri non posse causarem, tamen, habito maiorum consilio, placuit, ut ea quae de ipso sunt rege summatim strictimque percurrerem et in ceteris, prout facultas suppeditasset, largius immorarer. Convenit ergo dare operam et factitare, quod caritas iubet, quatenus Christi confessoris translatio sic sit ubique notissima, secuti est et vita eius et virtutes signorum, quas iam ab olim per totum orbem libellus solertissimi dispersit Eugippii.

899. 1. Anno igitur vigesimo quarto[5] Leonis et Alexandri imperatorum, Saraceni, qui Panormi degebant, contra regem Africanorum rebellantes, illius iussionibus omnimodis resultabant[6]. Tunc ferocissimus ille[7] filium suum cum multo exercitu dirigens, praecepit ei, ut, capto Panormo, statim Rhegium traiceret et propter foedus, quod cum Panormitanis inierant[8], Graecorum urbes fortiter expugnaret. Mox tyrannulus iussa parentis excipiens, properanter abiit, et obvium sibi Panormitanum devincens exercitum,

a) et sumpto munere sacro *add.* 2. b) ut *corr.* et 1. c) pertulerunt 1.

1) *Cf. p.* 451 *n.* 4. 2) *Quod Vitae c.* 10, *p.* 449. *dicitur:* in porticum. 3) *Idem censet Mazochius quod Johannes, Gesta c.* 57, *basilicam s. Laurentii ad fontes dicit.* 4) φερώνυμοι *ii sunt quorum nomini facta respondent.* MAZ. 5) *Ab a.* 878. *computatur, quo Leo et Alexander a patre Basilio caesares sunt constituti.* 6) *Quod a.* 899. *factum esse, Amari II, p.* 64. *ex scriptoribus Arabicis eruit.* 7) *Ibrahim, cujus filius fuit Abu-Abbas-Abd-Allah.* 8) *Cf. Amari I, p.* 470.

eo, quo congressus fuerat, impetu, cepit urbem illorum. Dehinc navibus ascensis, Rhegium tranavit, ibique traiecto exercitu, praesidium Graecorum, qui ex Calabritanis urbibus ad suffragandum confluxerat, proh pudor! extemplo fugere compulit et in diversa solo terrore praecipites egit. Tunc irato Deo mortalium culpis, sub omni facilitate oppidum illud ingressus est, et, dolendum dictu! sic efferbuit in eorum occisiones, ut nulli sexui nullique compateretur aetati. Post immanissimas itaque strages, quas passim tota urbe nefandissimi hostes dederunt, ad diripiendum solita rapacitate conversi, pene ad decem et septem milia hominum omnis conditionis latitantes invenerunt, inter quos etiam cygneo capite ipsum episcopum rubore decorum miserabiliter, utpote paganissimi, abduxerunt. Auri vero et argenti necnon et omnium mobilium inaestimabilia pondera demoliti sunt. Sed haec tyrannus ille insatiabilis et impius iussit omnia in unum congerere et in occasionem patris, ut certius haberet quod ei nuntiando dirigeret, sibi studiosius cuncta servari; addens huic cupiditati aliam technam[a]. Nam propter legatos Hesperiae, qui ad eum undique cum donis et muneribus confluebant, aliquantis diebus ibi commorari se finxit; postea vero, illis remissis, cum ingenti praeda generis omnis Panormum reversus est. Inde putans genitorem suum tanti triumphi gestire gaudio, direxit apocrisarios, qui ad eum optima quaeque captivitatis perferrent et totum rei insinuarent eventum. At ille secum indignans, exprobrabat filio et crebris repetebat vocibus: 'Degener iste, degener matrizat, non patrizat. Si mei sanguinis proles fuisset, nullis christianis mucro pepercerat eius'. 'Ite, ite', inquam, 'quantocius et eum ad me redire compellite, quoniam non ille, sed ego ad istud opus profecturus sum'. Proh dolor! quis haec audiens temperet a lacrimis? quis non longa ducat suspiria? quis non deploret flagella mortalium? Inter tot enim distractiones totque captivitates christianorum adhuc Domini desaevit indignatio, adhuc misericordissimi Dei ira defervet; et propter delicta, quibus cotidie velut dapibus incumbimus, saevioribus ferimur procellis et inemendabiles permanemus. En assiduis collidimur tempestatibus, et non resipiscimus! Vae ergo, vae nostrae miseriae, qui sic cotidianis excessibus divinam provocamus clementiam, ut merito de nobis Iob exclamet sanctissimus: 'Cum expleverit in me voluntatem suam, adhuc multo maiora praesto sunt ei'! Quid enim? numquid ad emendationem nostram unius civitatis excidium, numquid occisiones populi, numquid varia sexus utriusque distractio suffecerunt? Ah prorsus conditio infelix! Erectus est quippe propter te homo nequissimus, quia disciplinam non servas Domini, et ideo illi saevitia tyrannuli, filii sui, comparata propriae nequitiae velut misericordia reputabatur. Revertentes itaque nuntii cum insinuassent ei omnem patris intentionem, dissimulanter prius audivit; postea vero, ubi circumventus est dolosis litteris, videlicet quod pater illius subito fuisset extinctus, abiit et avidissimus ad regnandum absque omni consultatione in Lybiam properavit. Mox pater eius multo super eum incumbens amplexu, anulum, quod magni regis erat insigne, tradidit, eique dixit: 'Insere digitis tuis hunc et mea vice regnato! Ego autem contra Deo rebelle christicolarum genus proficiscar, quatenus penitus abradam de terra'. Sic fatus, extemplo per praeconem universo populo suo talem incussit terrorem, ut, si duo vel tres in domo essent, ad eum quantocius festinarent. Cernens autem tyrannus tantam multitudinem confluxisse, ait: 'Omnes festinemus, omnes acceleremus et id quod Deo magno gratum est toto mentis affectu perficere conemur; quatenus ob huiusmodi retributionem paradisum lactis et mellis ingrediamur, de quo quattuor flumina manant'. Dixit, et continuo cum exercitu suo innumero et opibus multis perrexit.

Iob 23, 14.

2. Qui cum in Siciliam pervenisset, introire Panormum ceu vile domicilium contempsit. Pugnatoribus autem omnibus inde accitis, Taurominum perrexit[1]. Ibique castris

a) *ita Car.;* ruinam *Boll.*

1) *Cf. quae Amari ex scriptoribus Arabicis et Byzantinis et Vita s. Eliae de hac Tauromenii expugnatione attulit, II, p.* 79 *sqq.*

902. locatis, ipse civitatis illius situm incomitatus perlustrans, regressus est, et convocatis nonnullis latronibus[a], quos perniciores corpore noverat, spopondit eis ingentia dona, si per illam partem, de qua nullum proditionis periculum timebatur, videlicet propter difficilem locorum accessum, in eandem intrarent urbem et ululatu ac strepitu se intrasse significarent. At illi latrociniis assueti, vadunt, et manibus ac pedibus reptantes, in summum evadunt, et clamore horribili perstrepentes, sese introisse innuerunt. Mox cives hi qui extrinsecus excubabant vociferantes, accedunt ad murum, et fortiter oppugnantes, totam undique circumdederunt urbem. Miseri cives, qui custodiis deputati ad prandium perrexerant, non ante se captos senserunt, nisi cum hostilis clamor ex industria ortus intonans omnium perculit mentem. At infestissimus ille tyrannus, dum unusquisque, sicut in talibus assolet fieri, absque omni respectu vago discursu perstreperet, portas confregit, et cum omnibus armatis, tamquam esuriens bellua, ingressus, molle pecus trahit manditque[a]. Et quis poterit exprimere cladem urbis illius, quis inauditas poenas, quis ineffabiles cruciatus? Si enim paulo superius comminationes furiarum eius recenseantur, nunc iam non est opus exquirere, qualis institisset postea, cum tantae pertinaciae facultatem accepit. Revera etenim ex abundantia cordis os loquitur, et quod intus ardet foris ebullit.

3. Tamen ex innumeris distractionibus, quas passim bachans edidit cruentissimus heros, hoc unum posterorum memoriae commendemus, ut in Salvatoris ascribatur clemen-
Ioh. 5, 17 tiam, qui dixit: 'Pater meus usque modo operatur, et ego operor'. Nam scelestissimus rex postquam universos mares et feminas, infantes etiam trucidavit, quin immo et postquam totam illam civitatem incendio iussit absumi, saeviens adhuc inexplebilis bellua, misit inquisitores per concava vallium, per defossa terrarum perque veprium densitates, ut eos quos fugae subsidium liberarat investigarent et ad se perferre studerent, accepturi exinde dignam persecutionis mercedem. At illi, utpote rapacissimi, cum ubique sollicite perquirerent, inveniunt robustissimum Christi athletam sanctum Procopium, eiusdem urbis episcopum, latitantem cum aliquantis clericis et nonnullis civibus, quos protinus cum ingenti tripudio vincientes, ad dominum suum velociter pertraxerunt. Mox ille machinator calliditatis ita sanctissimum Procopium est allocutus: 'O episcope, quia caput tuum multo salito bombyce abundat, idcirco placidissimus te adhortor, ut meis salutaribus monitis obedias et consulas tuae et istorum commoditati; sin autem, talem me confestim experieris, qualem ceteri concives tui. Volo enim, si legem meam feceris et te Israelitico ritu distinxeris, ut semper in conspectu meo assistas et sis mihi carior prae omnibus Agarenis'. Ad haec Domini antistes subrisit tantum et nihil locutus est. Tunc rex iratus infremuit, et ait: 'Ridesne, captive, ad haec? ridesne et non intelligis, ante quem stas'? Mox constantissimus Christi servus respondit: 'Rideo plane, et bene rideo, quia ille te talia loqui stimulat, de quo afflatus es, daemon'. His sanguinarius heros auditis infremuit, et furibundus ad lictores suos conversus: 'Eia', inquit, 'quantocius aperite illum in pectore et cor eius inde protrahite, ut arcanum mentis illius videamus et intelligamus'. Mirabilis autem Deus in sanctis suis, mirabilis in maiestate, faciens prodigia, tantam tolerantiam huic suo praestitit antistiti, ut, dum lictores imperata complerent, sicut aiunt hi qui viderunt, ille regem obiurgaret nefandum et suos concaptivos, ne[c] formidarent, animaret, adeo prorsus, ut rex impudens strideret dentibus, ut caesum cor eius in os illius ad edendum fulciret et sic demum iam palpitantem cum ceteris decollari iuberet. Nec solum ista rabidissimo cani sufficiunt, sed etiam, copioso igne accenso, tota illorum cadavera cremari praecepit, dicens: 'Sic, sic consummabuntur omnes qui noluerunt meam voluntatem adimplere'. Ecce nunc se occasio praebuit, ubi rectissime nostram debuissemus lugere miseriam, cuius ob culpam tantus tamque amarus efferbuit hostis. Sed quia martiribus istis congaudendum est, ideo illud repetemus, quod supra prae-

a) christianum adeo cruorem sitiebat *add. Car.* b) Aethiopibus *Car.* c) nec *ed.*

libavimus dixisse Dominum: 'Pater meus usque modo operatur, et ego operor'. Vere, 902.
inquam, tu, domine Iesu Christe, misericors et clemens operatus es in his famulis tuis, quos ante mundi constitutionem elegisti, ut essent sancti et immaculati in conspectu tuo. Vere tu operatus es in eis, qui praestitisti eis, ut non tantum crederent in te, verum etiam ut paterentur pro te. Quis enim dispensationis tuae potest laudare magnalia, quis potest admirari opera? Nihil ultra dicendum est, nisi quod tuus psalmista decantat: 'Iustitia tua sicut montes, iudicia tua abyssus multa'. In his autem, quos dignanter Ps. 35, 7.
glorificasti, tua magnificatur iustitia. In his quoque, quos puniendos dereliquisti, humana deploratur miseria, quae tuis mandatis resultans, iudicium ipsa sibi assumit. Enimvero nullos nos hostis appeteret, nulla prorsus nos arma terrerent, si praecepta tua ad plenum servare studuissemus. Ergo quia proni sumus ad malum et nullis nostris meritis, sed tua tantum gratia liberamur, tandem de caelestibus declara, quibus signis quibusve prodigiis a tanto tamque nefando inimico salvemur! Cognoscat orbis totus, quia tua pro nobis dextera dimicans misericorditer eripuit nos ab illis ineffabilibus tyranni comminationibus. Non, inquam, omnipotentiae tuae fuisset hoc impossibile, qui totum orbem velut statera ponderas, sed ut respectus benignitatis tuae super famulos tuos stillare videretur et collaudaretur nomen tuum benedictum in secula.

4. Igitur postquam haec omnia ita patrata fuerant sicut praescripsimus, homo ille, paganitatis filius, immo crudelitatis exquisitor, nihil ex his Dei iudicio, sed totum suis tribuens viribus, tanta mentis elatione bachatus est, ut Italicarum legatis urbium, qui ad eum foederis causa venerant, loqui dedignaretur. Tamen post nonnullos dies per internuntium sic illis dicendo transmisit: 'Vadant hinc, vadant ad suos, et eis renuntient, quod ex me totius Hesperiae cura dependeat; et ego, velut mihi placuerit, ita dispono ex incolis meis. Forsitan sperant, quod mihi reniti possit Graeculus aut Franculus. Utinam invenissem eos omnes in unum collectos et ostendissem illis robur, quaeque sit virtus bellorum! Sed cur eos demoror? Vadant tantum et certo certius teneant, quia non solum illos, verum etiam et civitatem Petruli senis* destruam. Hoc enim unum restat, ut Constantinopolim proficiscar et conteram eam in impetu fortitudinis meae'. Dixit, et illis revertentibus, ipse in Consentinas partes exercitum suum castrametaturus advexit. Apocrisarii vero non impetrata pace repedantes, tantum terrorem omnibus suis incusserunt, ut certatim interruptos resarcirent muros, propugnacula disponerent et quaeque ex agris necessaria erant raptim convectarent in urbes.

5. Gregorius itaque consul Neapolitanus, his cognitis, multa super castello Luculli[1] cogitans et super eius incolis, multa iniit consilia cum Stephano episcopo et ceteris potentibus, ut, habitatoribus eius Neapolim transmigratis, oppidum illud everteretur. Cumque decrevissent, ut ad id perficiendum universus proficisceretur populus, Iohannes venerabilis abbas monasterii Sancti Severini Parthenopae constructi, vir per omnia strenuus, suis efflagitabat precibus, ut corpusculum eiusdem confessoris non alibi nisi in suo collocaretur monasterio, quatenus congruenter appellatione et corpore decoratum amplissima esset civitatis honorificentia et salutifera patrum occursio. Ad haec praesul et consul respondentes, dixerunt: 'Si tibi, reverendissime pater, talis tantusque thesaurus caelitus fuerit proditus, quo pacto reniti audemus? Sin autem, procul dubio tenemus, quod non sit ei gratum quoquo transferri et levari ex mausoleo, quod olim pro illius amore Barbaria illustris femina condidit'. Mox idem abbas huiuscemodi responsionibus animatus, tota devotione ad Deum conversus, deprecabatur, ut affectum suum, prout eius esset voluntas, adimplere dignaretur. Cumque die noctuque taliter postularet, tandem quidam presbyter eius tali eum subiecta visione refocillavit: 'Domine abba,

*) cum istis Germanicis *add. Car.*

1) *De cujus situ contra Mazochium fuse disputaverunt Bollandini, Sept. VI, p.* 882.

902. somnium vidi hac nocte, unde conicere possum, quod Deus omnipotens vestrum adimpleat desiderium, ut donet vobis sui corpusculum confessoris. Nam ista nocte, nec pene vigilans, nec pene dormiens, putabam me in ecclesia ipsius sancti, quae est in oppido, orare et circumdando psallere, et ecce quidam elegans clericus stans intra quintanas maioris altaris manuque ferulam tenens, mihi, ut ad se pergerem, innuebat. At ego tamquam orationi insistens: "Modicum", inquam, "modicum praestolare, domine, donec expleam istud quod coepi". Mox ille ait: "Satis est, veni". Accedentem ergo me cominus et officiosissime salutans, exhilaratus sum valde roseo eius aspectu. Deinde cum uterque diu sileremus, sic prior ille ait: "Cur tuus abbas tuique fratres tam me flagranter habere cupiunt, cum semper vobiscum fuerim?" Ad quem paucis ita responsum dedi supplex: "Vere, domine, vere te hactenus nobiscum fuisse non ambigimus, sed modo petimus, ut tuis concedas et dones famulis te peramplius possideri". Tunc ille: "Certo certius", inquit, "me hinc ad vos transiturum nullo modo titubetis, sed scire vos convenit, quoniam a praeterito anno ad civitatem talem praedicationis gratia profectus, ibi commansi. Nunc autem, illis pereuntibus, quia ex toto meae praedicationi resistunt, repedavi ad vestra commeaturus". Haec ille. At ego repente de strato me corripio, et ovans vobis isthaec dicturus adveni'.

6. Abbate et monachis cunctis orationi incumbentibus, venit dies ruinosi decreti, in quo consul et optimates necnon et populosae phalanges ad memorati oppidi destructionem
Sept. 13. accincti sunt. Quibus dictam iam atque praecipitem exigentibus operam, Id. Septembris praesul et clerus ad inquirendum saepedicti sancti corpus ierunt[a]. Ubi autem in praefati confessoris basilicam ventum est, missarum primum solemnia libantes, inchoato demum psalterio, fodere coeperunt. Cumque tumulum mirabili decore sub altari constructum aperuissent et vacuum conspexissent, longa consternatione diriguerunt. Tamen spe credula exhortatos mane sepulchrum inventum eos ab indagatione non revocavit, sed altius suffodientes, pervenerunt ad tumbam, in qua caelestis iacebat thesaurus. Hanc protinus reserantes, sic universa membra suis compaginata viderunt articulis, ut lacrimoso torpentes stupore, immensa Cunctipotentem admiratione laudarent. Confestim pontifex, impresso propter plebis surreptionem signaculi tutamine, alacerque regrediens, memoratum abbatem nuntio laetificavit optato. Nox ruit interea, et ipse continuo abbas cum sua congregatione cum devotione se pavimento prosternens, de concesso munere gratias Creatori reddidit amplas. Tunc surgens, celebratis prius matutinalibus hymnis, coeperunt Davidis cantica modulari Basilius et Petrus, oeconomi Sancti Sperati[1] et Ofterni[2], donec alii acciti cominus adsunt. Mox albis indumentis amicti, pariter ad sacrati corporis antrum descenderunt, et in praeparato loculo pignora diligentius condunt, et inchoante abbate: 'Gloria haec est omnibus sanctis eius', omnes voce sonora tonabant. Sic laetantibus cunctis in ipsa ecclesia a diluculo adusque sero melodiis indeficientibus est vigilatum. Postero autem die pontifex et clerus, dux et optimates passimque populus universae conditionis et aetatis matutino tempore properantes, se in occursum cum dominicae crucis vexillis odoriferisque incensis in praemissi oppidi campo sanctis exequiis obviarunt, et certatim supplicem[b] exhibentes venerationem, alternantibus choris Latinis et Graecis, ad monasterium saepefati abbatis debito obsequio concinnatisque luminaribus cineres sanctos deducunt. Quos praesul extemplo cum Domini praecursoris et sancti Gervasii et Protasii reliquiis, quas cum eis collocatas repererant, officiosissime condidit in altari.

a) oppidum spatio quinque dierum solo aequatum est 4. Idus Octobris *Cur., ubi haec breviora reddita.* b) supplices *ed.*

1) *Unus Scillitanorum martyrum* 17. *Julii est Speratus, cujus reliquiae in Galliam translatae. Isne sit an alius qui olim Neapoli cultus, haud scimus.* BOLL. 2) *Hujus nusquam alibi nomen reperimus.* BOLL.

7. His[1] itaque peractis, necdum sex dies effluxerant[2], et ecce, visu formidabile et dictu mirabile prodigium, quod perspicue generalis multitudo prospexit, omnibus immensam horripilationem incussit. Astra namque toto passim caelo confixa iugem volarunt per noctem et militum ad instar in procinctu confligentium ultro citroque alterno sibimet obviabant illapsu. Mox vero tantae commotionis ostentum necnon et miranda variarum monstra formarum, quae in diversis regionibus credibilis videntium firmat assertio, sic omnium iam pavidos territarunt animos, ut precibus votivisque letaniis ad Deum confugientes, propitia se virtute tutari inque melius exposcerent portenta converti. Cumque noctes atque dies uterque per talia timeret sexus, beatissimus Severinus cuidam per visionem iuvenculo visus: 'Quousque', ait, 'horripilationem patimini, metu vesano fluctuantes? Numquid non me spopondi vobis interesse? Numquid non dego vobiscum? Nolite pavore percelli, quia nusquam abibo'! Sic sanctus. Sed quia populus partim comminatione tyranni, partim ingentibus formidolosus portentis nequaquam a continuis implorationibus recedebat, clementia Christi, quae cunctos in se confidentes protegere novit, tandem incredibili fama cunctorum aures permulsit. Nam subito volat populosa per agmina rumor, interiisse regem, signaque illa stupenda necem ipsius portendisse. Tunc etsi dubia gestientes laetitia, intimis postulabant ex medullis, id verum ut foret, caelestis concederet auctor. Eia nunc, bone Iesu, eia moestorum consolator, moestos tuos laetifica famellos! Veniat, veniat, oramus, certus nuntius, qui superbiae filium, desertorem ecclesiarum, sanctimonialium stupratorem, virginum violatorem, virorum sanctorum combustorem et omnium contemptorem, obiisse confirmet! Hic enim se contra Unigenitum tuum contraque templa sacrata nomini sancto tuo sic superbus

1) *Hoc loco repetere juvat quae ex codice Bambergensi E. III.* 14, *s. XI. f.* 351, *SS. III, p.* 548 *n. edita sunt:* Tempore Iustini minoris et Tyberii ann. Domini 568. ingressi sunt Longobardi in Italiam indicc. prima, paschate in Kal. April., 27. an. usque Gregorius papa efficitur. Ex eo tempore quo Longobardi Italiam ceperunt usque quo Luduwinus Beneventum invasit sunt an. 300, et ex eo tempore quo Longobardi Italiam ingressi sunt usque dum Greci Varium urbem ceperunt sunt an. 311. Et ab ingressu Longobardorum in Italiam usque quo Greci Amanteum castellum et Sancte Severine castrum ceperunt sunt an. 318. — Anno igitur ab incarnatione Domini nongentesimo secundo, indic. 5, 3. Idus Octobris, regnantibus Leone et Alexandro augustis residenteque quarto Benedicto Romano pontifice, Parthenopense duce Gregorio et Stephano tercio episcopo, factum est per totum mundum terribile miraculum in celo: a primo galli cantu usque ad solis ortum vise sunt quasi stelle densissime in modum aste longissime per aera discurrere, contra omnes pene cardines celi, ita ut omnium aspicientium hominum mentes terrerent, eo quod nullius meminit etas nec ulla prodit historia huiusmodi mirabile portentum. Hac etenim tempestate rex Africe cum innumerabili exercitu adveniens, totam Italiam invadere cupiebat; qui cum pervenisset in Siciliam, Tauriminensem civitatem optime munitam et in montis vertice positam statim apprehendit, ibique multos christianos, cum ad nequiciam sue fidei eos flectere nequisset, cum Procobio episcopo eiusque clero in una aecclesia recludens, crudeliter igne combussit, transfretansque ad Calabriam, Regium comprehendit. Cum autem eodem conamine obsideret Cosentiam Italiae urbem et apprehendere niteretur, eadem nocte qua predictum signum stellarum visum est, celesti gladio percussus, repentina morte interiit. Exercitus vero illius metu ac pavore perterritus, ad Africam redire cupiens, pene omnis naufragio consumptus est, sicque Dei omnipotentis misericordia Italia in articulo martis posita ab eius gladio liberata est. Unde quidam astruere voluerunt, ab illius morte signum esse factum stellarum. Sed quia non solum in Italia, sed in toto mundo visum est, magis credendum est, eguangelii completam esse sententiam dicentis: 'Erunt signa in sole et luna et stellis'; neque enim tale signum pro iniqui regis morte in universo orbe Deus ostenderat. 2) *In nocte* 27/28. *Octobris haec facta esse, Amari II, p.* 92 *n. teste rerum Arabicarum scriptore Baiano statuit.*

Luc. 21, 25.

erexit, ut penitus deneget te nomenque tuum a se digna referat clade contritum. Deice, deice eum, Domine, gladio virtutis tuae, quemadmodum Pharaonem demersisti, qui in curribus et equitibus suis confidebat, et sicut servos tuos, prout promiseras, liberasti, ita nunc, Domine, rex regum, clemens, pius ac misericors, salva nos de manu eius, quatenus eruti et liberati omni tempore sine timore mereamur laudare et benedicere nomen gloriae tuae sanctum, qui vivis et regnas in secula seculorum!

8. Igitur haud multo post, cum quidam nostratium, qui multo tempore in ipsis pervagarat hostium tentoriis, repedasset, sciscitanti se Gregorio consuli taliter obitum insolentis exposuit regis: 'Domine', inquit, 'cum protervus et impius ille ad expugnandam urbem Consentinam exercitum omnem studiosis destinasset successibus et nullo modo exinde ad suae dispositionis cupitum posset attingere, sed insuper filium suum cum valida pugnantium manu ibidem amitteret, consternatus animo, haud longius locari castra praecipiens, multa super eandem, multa super omnem terram hanc, maxime in Romanam urbem, verba iactabat. Qui dum magno curarum fluctuaret aestu, in quadam ecclesia beati Michaelis archangeli tandem procubuit suaque dedit per membra quietem. Cui mox in ipso strato sine mora furenti quidam grandaeva imagine senex apparuit. Ad quem ille rabido haec addidit ore: "Vir", inquit, "iniuste, coram me es ausus ingredi? Moriture vir, adhuc astas et te non proripis foras"? Sed senex in vesanum coniecit baculum, quem manu tenebat, et cum eum in femore percussisset, ex oculis eius evanuit. Tunc illi a somno evigilanti ingens pavor advenit, ac per tota castra direxit, ut, si quem Latinorum invenissent, ad eum quantocius perferrent. Mox memet invenientes, properanter ad eum adduxerunt. Quem interrogans, ait: "Qualis quantusque sit Petrus senex, maturius edissere mihi". Cui ego turbatis vocibus respondeo: "Domine, nescio, quem Petrum asseris". At ille: "Romanum", inquit; "nusquamne vidistis eum picturatum"? Statim animatus confidenter aio: "Domine, senex grandaeva imagine, caput barbamque attonsus". Protinusque ille: "Ipse me", ait, "percussit. Nam cum membra thoro stravissem et cor meum varias raptum in curas multa super Hesperiae et Romanae praesertim urbis demolitione discurreret, subito mihi ille senex astans apparuit, et magna vi telum contorquens, latera mea transfodit". Sic fatus, iam ab illo die nequaquam surrexit; sed cotidie ingravescente dolore, cuncta sua paucis diebus intestina emittens, stygialia regna petivit[1] elysiumque illud lactis et mellis invenit, quem pro christiana distractione suis falsidicus promiserat sponsor. Mox nepos eius, qui suffectus in tyrannide fuerat, cum illo ingenti, quamquam discordi, exercitu ad propria remeans, multa ex eo naufragio amisit.

9. Hactenus[a] noster stylus minutatim, quae de horrendo rege necessaria videbantur, perstrinxit. Nunc ad beati Severini miracula, quae in eadem ecclesia ante vel post collocationem ipsius patrata sunt, accingamur. Iohannes igitur quidam, generosis parentibus ortus .....

Dum venerabilis pater et patrator monasterii ad completorii officium una cum fratribus laudes Domino redderet, lampas de candelabro in lithostroto concidens, extincta est. Hoc cum praefatus abbas vidisset, facta quadam hilaritate, coepit dicere: 'Ubi est virtus tua, Severine beatissime?

Talia, sancte, tibi famulanti commoda praestas?
Hoc lumen praebes cui munia sancta facessunt?

Olim namque Helisaeo similis vas vacuum oleo redundare fecisti ac petentibus egenis ad faciem tribuisti cereosque extinctos accendisti et incredulorum mentes illuminasti; nunc e contrario nobis tibi famulantibus et luminis claritatem et Deum abstulisti. Nonne,

a) Hactenus quae de nefario rege necessaria videbantur perstrinximus ad laudem domini nostri Iesu Christi, qui regnat Deus per saecula. Amen. *Car., ceteris omissis.*

1) *Cf. Ann. Barens. et Lupum, SS. V, p.* 52. 53.

si te minime dilexissem, hanc tuam aulam sine lumine manere fecissem'? Haec cum dixisset, praecepit astantibus fragmenta colligere; euntes autem, mirabile dictu, invenerunt lampadem non solum illaesam, verum etiam tamquam humano ministerio olei liquore usque ad summum repletam. Mirari omnes coeperunt, omnes Deo omnipotenti gratias agere et beato Severino, qui tale miraculum patrare dignatus est. Tunc placuit omnibus, ut illud oleum ad infirmorum unctionem reservaretur. Quod et factum est. Ex quo multi postmodum infirmi peruncti, sunt ab eorum aegritudinibus sanati, laudantes et benedicentes nomen domini nostri Iesu Christi . . . . . .

Quae omnia tam Neapolitani quam finitimarum urbium cives videntes, quotquot infirmos habebant, ad beati Severini corpus deferebant sanosque referebant domum. Hisque mota nobilis Neapolitana matrona, cuius puerulus Andreas nomine a daemone acriter vexabatur . . . . . .

Clericus Neapolitanus febri correptus, nequicquam medicis opiulantibus omne patrimonium effuderat . . . . . .

TRANSLATIO SANCTI SOSII AUCT. IOHANNE DIACONO.

PROLOGUS.

Post nonnulla tyrocinii mei opuscula, quibus aliquantisper iuvenilem animum caritatis exercuisse videbar imperio, nullius fore disponebam intentionis, nisi ut magis hebetaret desidia, quam fomenta lividae stomachationis alicui pro talibus subministrarem experimentis. Didiceram quippe et satis didiceram, qualiter bilis ignita linguae faculam torrens continuos ureret dentes. Huic ergo decreto cum inclinatus animo adhaesissem, inter plurimorum sodalium coepi etiam et domni Iohannis venerabilis Sancti Severini abbatis, quem umquam refellere nefas existimaveram, detrectare implorationes, adeo scilicet, ut ad id quod de sancto Sossio fieri postulabat multifaria evadens obliquitate diversus modulum excusationis nullatenus inhiberem. Quod ubi vir strenuissimus animadvertit, non est passus ultra dissimulationis funiculum prolongari, sed per idoneos proventores domno Stephano suggessit episcopo, quatinus eius amplitudinis interventu obtineret, quod adipisci sua impetratione nequibat. Extemplo me pontificalis accersitum sublimitas taliter increpando accepit: 'Exciditne tibi, diacone, qualis obedientiae sit fructus? Exciditne Samuelis iusta indignatio dicentis: "Melius est obedire quam sacrificare". Cur ergo surda praeteris aure, quod a Iohanne abbate toties posceris? An ignoras, quantas utilitates talium narrationum scripta convectent? Si enim in eis totius christianitatis emolumenta percipiuntur, quare tu tua quaerens ostendis te colaphis non esse disciplinatum apostolicis'? Sic praesul. Et praesuli sic summissa voce respondi: 'Si vestrae prius discretionis lance pensatur, quo potissime nostra vergat accusatio, iustissime castigamur; sin alias, quare tantis frangimur increpationibus'? 'Habet', inquam, 'habet affatim vestri compertum acumen ingenii, quomodo plurimae martyrum passiones ex historiis et annalibus sunt decerptae, in quibus commendabatur seriatim, quicquid gentilis illa perpetrabat examinatio. At nos, quibus nulla talium facultas suppeditat, quo exequi pacto cogimur, unde rectissime favorabili denotemur mendacio et inevitabile pseudoepigraphi discrimen incurramus'. Hanc praesul ille apologiam tali protinus auctoritate conclusit: 'Procul hinc, procul, si placet, totius obiectionis ambago recedat. Est enim exinde quaedam scriptura, lepida, ut reor, digestione contexta, quam me olim vidisse recordor. Et quidem quoniam longi temporis meta relabitur, idcirco cunctando assero, utrum necne sancti Ianuarii gestis, cum quo fortissimus Christi athleta immortalem percurrit agonem, aliqua sit ex parte diversa. Tamen haec, qualicumque stilo prolata constet, sumenda est a te, et sicuti certum est tuos fecisse maiores, quaeque sunt superflua reseca, necessaria subroga, inepta abice. Et una cum his quae de inventione corporis

cf. 1. Reg. 15, 22.

eius sunt, fide tua, qui interfuisti, in civilem redige compositionem, quatinus pro tanti laboris compensatione municipatu tandem martyriali, Christo largiente, perfrui merearis'. Ad haec ergo nihil ultra respondere praesumens, coactus inchoavi, quod spontaneus recusabam. Sed quia in memoratis scriptis, infatuato quamvis sale pertinctis, nulla parentum ipsius, nec pontificis saltem, qui eum redimitione levitali dicaverat, mentio inerat, et conquerentes ex hoc viros etiam non spernendae gravitatis perspeximus, ideo summatim commemorare libuit, ut nec ego sim inantea obnoxius, nec illius temporis pertinaciter incusentur scriptores. Quoniam multus accidere potuit eventus, aut latibuli scilicet aut mortis necnon et ignorantiae vel aliud quid verisimile, unde iusta possit oriri excusatio, quod silenter praetermissi fuerunt. Tamen quomodocumque acciderit, quia nulla valet modo coniectura censeri, constat, me credulitate media nihil irritum, nihil ambiguum in istis posuisse narrationibus. De caetero nunc agendum est, venerabilis abba, ut nuper promissis orationibus sic sic meam iuves inertiam, quatinus sit Deo acceptum et hominibus gratum huius nostri laboris conamen . . . . . .

. . . . . .

24. Post eversionem igitur Luculani oppidi, sicut in alio constat libello expressum[1], cum memoratus abbas corpus sancti Severini meruisset adipisci, coepit sese omnibus praeparare impensis, ut ad honorem eius opitulante Deo basilicam camerato posset aedificare labore; ac per hoc dum ubique sollicitus investigaret, ut tanto operi competentem valeret invenire materiem, ad Misenate direxit castellum. Nam sexaginta evolutos iam pene per annos ab Hismahelitis erat demolitum oppidum illud et ad solum usque prostratum[2]. Monachi vero, qui ad hoc transmissi fuerant, dum humana curiositate, quae more solito stimulat semper ignota scrutari, diversa per loca subissent, ad contemplandam ipsius episcopii fabricam processerunt. Inde cum ecclesiam sancti Sossii fuissent ingressi et sub illo ingenti lustrassent singula templo, tres litteras prope obliteratas ex eiusdem sancti vocabulo conspexerunt. Quarum scemate protinus exhilarati: 'Eamus', inquiunt, 'eamus et domino abbati talia nunciare non remoremur'. Qui e vestigio regredientes et cuncta quae fecerant secundum regularem institutionem recensentes, adiecerunt: 'Si tua, pater honorande, voluntas est, possumus sanctum reperire Sossium; vidimus enim in ipso pariete, cui altare subiacet ipsum, tres apices quasi latitantes, qui nostris pro certo mentibus indiderunt, quod, si quilibet lector idoneus affuisset, incunctanter ad rei veritatem pertigissemus'. Horum itaque assertiones tacito abbas ipse corde revolvens, compescere prius eos honesta studuit gravitate. Dein, quia illi quodam instinctu magis ac magis talia repetebant, insuper et promptis affirmabant attestationibus, consensit tandem. Sed quia non fore canonicum aestimavit, absque pontificali licentia, cuius et iuris erat, illuc transmittere, per auxilium Domini sacerdotem, meae indolis praeceptorem, supplicando direxit domino Stephano episcopo, quatinus, si divina largitate donatus munere tanto tamque praeclaro fuisset, permissu eius in suo monasterio collocaretur.

25. Tunc praesul pio suspirans affectu: 'Annuat', inquit, 'Dominus precibus servorum suorum et aperiat illis thesaurum misericordiae suae, quia multi fuerunt, prorsus multi, qui se ad illum inveniendum omni studio accinxerunt; sed occulto Dei iudicio numquam exinde ad effectum pertingere potuerunt. Nam Sicardus princeps Longobar-
836. dorum, post innumera mala, quibus urbes nostratium afflixit, etiam ad hoc prorupit, ut sepulcra suffoderet et sanctorum ex eis corpora sublevaret, sed martyrem hunc, licet alium pro alio reperisset et nomini eius ecclesiam consecrasset, nequaquam invenire potuit. Postmodum quoque dominus Athanasius episcopus, sanctae memoriae germanus meus, summa probitate huius margaritae investigator extitit, sed nec ipsi collatum fuit. Nunc autem, si divinae voluntatis est, ut illis pandatur, quis est tam demens, qui contraire supernae dispensationi nitatur'? Talibus confestim eulogiis animatus abbas ipse, accersivit me Iohannem Sancti Ianuarii diaconum et Aligernum primicerium et Petrum

1) *Transl. S. Severini c.* 5, *supra p.* 455. 2) *Cf. G. Neap. c.* 63, *supra p.* 434.

subdiaconum, et facta nobis praeceptione, iniunxit, ut cum Iohanne cognomento Maiorino praeposito suo et Athanasio illustri monacho Misenum proficiscentes, nostro discerneretur arbitrio, si quid acceptabile tanta monachorum insinuasset assertio.

26. Nos quidem tanto viro haud segniter obsecundantes, altera die iam inclinata ad vesperum naviculam ascendimus et Puteolos annavimus, ibique parva quiete corpora procurantes, simili nos somnio de inventione martyris laetificaverunt Athanasius monachus et Petrus subdiaconus. Sed quia multos errare somnia fecerunt, idcirco nec penitus detraximus nec accomodavimus fidem. Tamen e vestigio surreximus et ante lucem ad illud sancti Sossii properavimus templum. Ubi dum ex more matutinales decantassemus hymnos et velut homines diu ad tantarum enormitatem camerarum obstupesceremus, inventores litterarum tandem vocavimus et nobis apices ipsos monstrari praecipimus. Quibus examussim perpensis, et fratrum simplicitate considerata, non subsannando, sed compatiendo diximus: 'Haec', inquam, 'fratres, tria grammata vestram potius declarant intelligentiam, quam aliquid emolumenti conferant. Si enim evidenter cognoscere vultis, quid haec innuisset exaratio, versus fuit olim huius abolitae imaginis desuper stantis'. Mox omnium diriguit animus, et quanta prius laetitia gestierat, tanta subito moestitia retrahebatur, ita dumtaxat ut memoratus praepositus commotus adversus ipsos monachos diceret: 'O utinam nunquam vestra loquacitas audita fuisset! Ecce homines isti tantam fatigationem pro caritate fraternitatis arripientes, vacuos sese hinc discedere timent'. Nam coeperant fodere circum altare, quod illis ostenderam, sed nihil inveniebant nisi sepulturas inanes.

27. At ego interim unam contemplabar fenestram et tacitus admirabar non solum situm eius, qui in tanta mole tam tenuis videbatur expressus, sed antiquorum maxime industriam, quae in condendis corporibus, immo in omni artificio tanta calluit astutia, ut difficilius posterorum animadversio pateret. Dum haec autem mecum ipse revolverem, subito quadam inspiratione perculsus, Aligerno primicerio et Athanasio monacho, qui mihi dextrorsum assistebant, dixi: 'Si quid veri mens mea conicere potest, plus haec fenestra deceptionis quam lucis habere videtur'. Et illi: 'Quo', inquiunt, 'modo'? Quibus ego: 'Si ad integrum lustrare quivissem, qualiter locata consistat, statim propalatum fuerat, quomodo cunctos quaesitores martyris huius valde fefellit'. Sic fatus, una cum ipsis extemplo foras egredientes, certatim per dumos et vepres aditum temptabamus; succreverat enim illic horribilis saltus, quem densi complerant undique sentes. Horum ergo lacerationibus cum foedissime vulnerati debilitaremur, Athanasius, plenae devotionis monachus, quamvis laniatus, tandem prorupit et me prae gaudio terque quaterque nominatim exclamans, se cominus applicuisse vociferavit. Tunc nos alacriter in eandem regredientes ecclesiam innixumque illum super eandem fenestram conspicientes, sciscitati sumus, quo curtis vergeret illa, quali themate piscina surgeret ipsa? Cumque ille consultius ad singula respondisset, latomis confestim accitis: 'Eia, agite', inquam, 'praecipitate moras, et altare hoc ad demoliendum totis insurgite viribus! Nulla cunctemini reverentia; quoniam melius est, ut nostris honorifice nunc evellatur manibus, quam postea Saracenorum vel sacrilegorum perfidia contemptibiliter diripiatur, si fuerit integrum in tot ruinis relictum. Et spero equidem in Deo meo, quod hodie totius fatigationis et lassitudinis immemores pariter de bonis Domini gestiamus'.

28. Mox illi, velut si caelesti oraculo exhortati fuissent, propere corripiunt trullas et ovanter nostra iussa facessunt. Cito ergo citius altari destructo, apparuit musiva, quae sub eo latebat, et effigies sancti Sossii titulata litterulis et angelicis coronata manibus, cuius habilis nitor ita omnes illiciebat, ut Iohannes praepositus illam ex ipso pariete nonnisi immutilatam evellere et secum exinde integram perferre desideraret. Sed quia omnis ista intentio sub uno caementarii est ictu frustrata, conversus ad transfodiendum ipsum parietem una nobiscum fremere coepit aviditate tota. Nam visa illa praerogativ inventionis effigie, sic sic omnium incaluerat animus, ut esset videre, quasi alter alterum

niteretur excludere, dum unusquisque singulariter suum ostentare fervoris studebat affectum. Sub hac nempe laudabili altercatione largius exciso pariete, reperimus inextricabilem ad instar specuum machinam, quae cunctum nobis auferebat prospectum. Erant namque quatuor sepulcra inania super invicem posita et duo hinc inde subiecta, sed sibimet uno mechanicae artis glutino copulata, ad quorum mirabilem concatenationem exprimendam facundissimus, ut reor, etiam torpuerat, si ab inferis emersisset, Homerus. Sed quid potest contra benignam Dei largitatem humana valere sagacitas? cum scriptura proclamet: 'Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum' Celeriter ergo contritis et istis, tantae iocunditatis odor, acsi cupressi videlicet, efflavit[a] ab intimis, ut non solum ipsa die nos inexplebiliter, sed etiam pene ad medium mensem satiaret omnes illuc accedentes; et mirum in modum, quanto plus naribus odor ille ambrosius attrahebatur, tanto delectabilius hauriebatur. Huius itaque suavitatis manente fragrantia, quid nisi quod supra in Domino confisus spoponderam? protinus abolita est omnis gravitudo laboris, fugit omne fastidium ambiguitatis, et succedente laetitia, curiosissimis oculis latebrarum penetralia considerabamus.

Prov. 21, 30

29. Sed quia sub illis cavernis varie retundebantur acies intuentium, allatum est lumen, et evidenter introspicientes cum vidissemus arcuatam tumbam ad instar basilicae brevioris expressam, perculsus sum ilico relatione clientum domini Athanasii maioris episcopi, qui quendam presbyterum, aetate provectum et Misenatis excidii superstitem, eidem praesuli suggerentem audierunt, quod sanctus Sossius, sicut praedecessorum suorum continuata traditione didicerat, in ecclesiola super se reconditus esset. Ad hanc ergo cominus accedentes corpusque sanctissimum intuentes, non, mihi si linguae centum fuissent oraque centum et ferrea vox, exprimere potuissem, quanto gaudio gestissemus. Re vera enim pro ingenti laetitia ubertim etiam lacrimas fudimus, et debitas omnipotenti Deo gratias consona voce persolventes, misimus ex consulto circumquaque, ut omnes occurrerent et essent non solum ineffabilis nostrae epulationis participes, verum etiam et tantorum Christi magnalium testes. Interea nos coram ipso mausoleo divisis chorulis hymnos Davidicos concinentes, mirabamur tam celerem tamque frequentem populi concursum. Affluebant enim plurimi non tantum ex adiacentibus castellis, sed etiam ex illis qui pro fovendis corporibus ad ipsas venerant thermas, quoniam fama, mirabile dictu, praevenerat iam nuncios nostros et omnium penetrarat ad aures.

30. Horum siquidem cum tota die sustinuissemus adventum et eadem nocte illic excubassemus, delectabile somnium, immo, sicut post docuit exitus, veritatis indicium vidi. Nam cum vigiliis curisque confectus eminus procubuissem et, ut matutinalibus horis assolet plerumque fieri, ancipiti fuissem sopore correptus, duos ex eiusdem tumuli adytis conspexi prodire iuvenculos, crine nigerrimos, oculis sidereos, vultu prospicuos, habitu niveos et, ut breviter dicam, tota iocunditate angelicos, quorum pulchritudo sic me attonitum reddidit, ut nequirem interrogare, qui essent. Tamen cum ipsi ad me studerent quasi pedetentim accedere, ne videlicet gressus alliderent in lapidibus ibidem congestis, et ego quodam praestolarer affectu cum eis impertiri sermonem, Iohannes praepositus insolenter exclamans, me e gravissimo somno excussit. Contra quem graviter commotus, dixi: 'Non tibi umquam, fervide frater, relinquatur inultum, qui tua me improbitate tanto bono repente privasti'. Et exposita illis visione, mihi pertaesum et caeteris, ipsi quoque praeposito miseranda confusio ingeminabatur, adeo quippe ut ora vicissim replicantes, vario conicere studeremus assensu, quid tanta visio innuisset. Aestimantibus autem aliis sic et aliis aliter, ecce Iohannes Cumanus episcopus cum omnibus suis et ipse accitus affuit; qui diligenter martyrialia membra perlustrans et ea omnia adhuc compage solida obstupescens: 'Vere', ait, 'olim David sanctorum incorruptionem attendens cecinit: "Dominus custodit omnia ossa eorum; unum ex eis non conteretur". Et conversus ad populum, exclamavit: 'Nulla, fratres, intersit dubitatio, nulla cunctationis vestigia cuiuslibet in corde remaneant, quia hic est profecto Sossius[b] levita et martyr,

Ps. 33, 21.

a) efflaverit *ed.* b) Sosius *hoc loco ed.*

cuius caput quondam pro Christo abscissum, cervice tenus illi modo locatum et dextrum paulisper ad humerum inclinatum, luce clarius contemplamur'. Dixit, et missarum solemniis ibidem celebratis, una nobiscum alternatim coram locello psallentibus usque ad mare descendit.

31. Revertente autem eo et universo populo, nos ratem ascendimus et cum ingenti tripudio coepimus tranquillissimum remigare per aequor. Ubi nobis accidit haud silendum miraculum. Nam cum littus Averni tuto cursu praeterissemus et oris iam Puteolanis successissemus, subito nimbosus turbo assurgens, toto in nos stridore totaqu intentione fremere videbatur. Mox conturbatis monachis et valde fluctuantibus animo: 'Nolite, fratres', aiebam, 'nolite frustra metuere. Si enim iste sanctus ad ea vult loca subire gloriosus, ex quibus aliquando fortis propugnator evasit, non fortuito, sed quodam superno nutu credamus hanc nobis ingruisse procellam, et ideo nec obniti contra nec tendere fas est; sin alias, et magis ac magis crebrescit, nihil est aliud, nisi sedet huic, ut post sexcentos et quindecim annos, ex quo ad superos migrasse creditur, marinis abluatur lymphis. Quod si praevidero ego ante omnes, cui cominus assidet, tam diu caput locelli huius istis imprimo undis, quousque aut bene lotus ex eis emergat, aut istos tumentes, velit nolit, praestet componere fluctus'. Mirandis plus miranda succedunt: vix haec edideram, et tanta est consecuta tranquillitas, ut iam pacatum per fretum littori scapham appulissemus, obstupescentes nimirum virtutem martyris etiam in verborum facetiis efficacem.

32. Refectis itaque celeriter in ipsa puppi quae necessaria erant, ire perreximus. Sed quia propter innumerabilem diversae conditionis et aetatis occursum eodem die Neapolim attingere nequivimus, Lucullanum sumus ingressi castellum, quanquam eversum. Et posito locello in ecclesia, ubi prius sanctus requieverat Severinus, copiosas asciariarum et insignium feminarum catervas obviam habuimus. Tunc nihilominus et Iohannes abbas, nuntio nostro excitus, cum omnibus monachis, quos invitaverat, advenit, et gratiarum actione in Deum celebrata, per totam noctem unanimes Graecam Latinamque psalmodiam sonoris vocibus concreparunt. Mane igitur facto, Stephanus episcopus et Gregorius consul cum omni populo sanctis occurrerunt exequiis, et pro inexplebili gaudio praeceperunt nobis cuncta sibi suggerere, quae de inventione ipsius fuerunt. Quibus cum omnia seriatim, sicut praescripta sunt, insinuassemus, quin etiam et congrue subiunxissemus, qualiter amplitudo corporis eius secundum staturam aequiorem, ad quam metiri et comparari potuit venia digna, quinque pedum et sex digitorum prolixa fuisset, protinus idem antistes miro succensus amore inquit: 'Felix ille, quem et in hoc seculo ad expugnandam ethnicorum perfidiam robustissimum Christus formavit et nunc in illo triumphantium grege inter primos primum coronat athletam'. Haec et his similia cum longe sermonis affatu protraxissemus, et insatiabilis audientium devotio, eadem iterum iterumque repeti, concupisceret, deductum est sanctissimum corpus cum omni gloria in monasterium diffamati abbatis, et nec multo post per manus praelibati antistitis reconditum est in altario ecclesiae sancti prius Severini vocabulo dedicatae, ubi omnibus se petentibus innumera praestare beneficia non desinit, ex quibus tria tantummodo istis commendamus litterulis, caetera, quia multa sunt et incomprehensibilia, fervore potius celebrentur . . . . . .

EX MIRACULIS SANCTI AGRIPPINI.

1. Alvinus quidam in eadem civitate Neapolitana commanens, diabolico incitatus spiritu, dum pro traditione predicte civitatis ad nefandissimam Langobardorum gentem pergeret, ut eisdem tempus memorati sceleris constitueret, in itinere positus vidit beatissimum martirem Ianuarium terribiliter comminantem sibi atque interdicentem, ut ab

incepto opere revocare mentem gressumque debuisset. Qui statim amens effectus perdensque virtutem, nec ultra progrediens, tentus a militibus ad Neapolim perductus[a]. Hec ipsa que retuli ore proprio cunctis audientibus enarravit, sicut et puplica monumenta[1] testantur. Et ita factum est, ut sepedicta civitas sanctorum Ianuarii atque Agrippini gratia operante ab iminenti excidio sit erepta.....

6. His ergo gestis, mulier aliqua nomine Passara in supradicta civitate Neapolitana habitans regione Erculense[2] .....

9..... Quodam itaque tempore dum divina misteria in sancta sede persolvisset[3] atque ad suos consanguineos visitandi gratia pergeret, in regionem videlicet Herculensem, plateam Furcillensem, ex qua idem originem nativitatis sumpserat — in qua etiam ecclesiam ad honorem nominis eius actenus perseverat — quedam paralitica .....

11. His ita hilariter de priscis temporibus brebiter prelibatis, nunc, opitulante gratia Christi, ea quae nostris temporibus gesta sunt prosequamur. Regnante igitur Romano
960. et Constantino imperatoribus et residente in sede beati Petri duodecimo Iohanne papa et in hac civitate Parthenopense tertio presule Athanasio et Iohanne consule hac duce, gens nefanda Agarenorum ex Africe partibus adveniens, hanc prefatam Parthenopensem urbem navali prelio diversisque machinis et expugnationibus eam comprehendere conabatur. Cumque plurimis diebus ac noctibus atrociter expugnaretur et iam humanis optutibus, heu pro dolor! prope interitum esse videretur, nec aliquo consilio vel amminiculo nisi divino uteretur auxilio, ad celeste confugierunt consilium, dicentes: 'Quare fatigamur? quare in vacuum laboramus? Ad antiquos fugiamus patronos, ad amicos scilicet domini nostri Iesu Christi, Ianuarium et Agrippinum, et illorum queramus auxilium, ut, sicuti quondam a celesti ira et igne Vesubii nostram patriam mirabiliter liberarunt, ita inpresentiarum ab igneis ustionibus ethnicae feritatis suis meritis sanctis nos redimere
Ps. 49, 15. dignentur, quoniam quidem ille Deus, qui dixit: "Invoca me in die tribulationis tuae, eripiam te et magnificabis me", prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate, voluntate timentium se faciet et orationes eorum exaudiet et salvos faciet eos. Custodit Dominus omnes diligentes se et omnes peccatores disperdet'. Haec ubi dicta dederunt, luctuosis ac gemitibus uterque sexus et etas illorum suffragia postulabant, dicentes:

'O magni patroni, o Christi regis amici,
Nunc citius succurrite, nunc quoque poscite Christum,
Ne tantus populus manibus tradatur iniquis;
Talibus excidiis clementer ferte levamen,
Ut vos patronos placidos credamus habere,
Et dominum Christum laudemus tempus in omne'!

Mira Dei virtus, miraque potentia Christi!
Ps. 106, 13. talibus in precibus statim affuit consolatio Dei, et sicut scriptum est: 'Exclamaverunt ad Dominum dum tribularentur, et de necessitatibus eorum liberavit eos', sanctorum precibus Christo annuente peractum est.....

Cum aurora nocti[b] finem daret, ecce apparatus adest pugnantium ethnicorum cum navibus terribilis et orribilis, scilicet in medio habentium excelsas turres cum sagittis et iaculis, in proris instrumenta prominentia, in quibus loricati et galeati residentes equati muro urbem invaderent; cumque conglobati cum strepitu et ululatu prelium inirent et iam muris scalas ad pervadendum pararent, et civibus cum fletu et gemitu orantibus et dicentibus: 'Salvator mundi, succurre; miserere, celsa potestas, et meritis sanctorum tuorum Ianuarii et Agrippini disperge illos in virtute tua': mira Dei virtus gloriosa et

a) est *post add. c.* b) *superscriptum c.*

1) *Regesta intelligit Mazochius, quae in s. Agrippini basilica servata fuerant. Quod dubia fide niti opinor.* 2) *Cf. c.* 9. 3) *Agrippinus.*

veneranda! protinus una ex navibus magna et eminentior ceteris cum omnibus instru- 960.
mentis et pugnatoribus in latere veniens, in mari demersa est. Quo signo letifero et ammirabili adiutoris Dei omnipotentis, quod paratum est ad invocationem sanctorum Ianuarii et Agrippini, omnes christicole totaque civitas tamquam de profundo pelagi, tamquam de fornace ignea erepti, Christo gloriam decantantes[a], consolati et roborati sunt. Ethnici namque turpiter confusi et devilitati sunt, et quanquam[b] a mane usque ad septimam horam pugna horrida perseveraret, nullum dispendium urbi facere potuerunt.

Interea opitulante gratia Christi et sanctorum suffragio affuit et alia consolatio. Subito namque et insperate terribilis et tristior illis nuntius advenit, quod christianissimi imperatores[1] navale presidium destinarent, qui eos eorumque classes igneis ustionibus traderent. Qua ex re valde exterriti et quid agerent penitus ignorantes, dum se viderent in arto sitos, timore et evitudine perterriti, federis pactione aurum argentumque postulare ceperunt. Cives autem sagaciter considerantes, ut quoquo modo sese suamque urbem redimere possent, omnia vasa aurea et argentea sacri episcopii eis protinus optulerunt, ea videlicet pactione, ut certo tempore cetera eis xenia dirigerent, predicta vasa continuo destinarent; quod et factum est. Illis autem abeuntibus et fuge presidia perquirentibus, magna tristitia exorta est civibus, quod in festis diebus ignobiliter pro amissis vasis sollemnia celebrarent. Igitur cum diutius Christi famulos Ianuarium et Agrippinum exinde flagitarent, apparuerunt idem sancti cuidam Parthenopensi viro nomine Iohanni, ornamentis pontificalibus induti; qui cum ab eo in visione sciscitarentur, qui essent et quare sic concite properarent, responderunt dicentes: 'Nos sumus Ianuarius et Agrippinus, et pro tristitia Parthenopensium Siciliam pergimus, quo vasa omnia nostre sedis exinde referamus'. Qua revelatione exhilaratus idem Parthenopensis, cum seriatim civibus retulisset, mox freti sanctorum patrociniis, animadvertentes, quod solita protectione illorum munirentur, mox in Siciliam apocrisarium cum quibusdam amminiculis remorum destinantes, mirabile dictum! — sed non mirabile, quia divinum, quoniam quecumque vult Dominus facit — omnia vasa sine aliquo impedimento atque dispendio percipere meruerunt. Quam ob rem tota civitas de merore ad gaudium convenientes, in laudem Domini proruperunt.....

NEAPOLITANORUM VICTORIA FICTA.

Anno ab incarnatione Domini septingentis nonaginta octo, residente in cathedra beati Petri Adriano papa, in imperio vero Karlo Magno, in Italia Desiderio et Adelgisio[c], filio suo, Longobardorum regibus[2], Sarraceni venientes de partibus Yspanie cum navali exercitu et multitudine gencium copiosa, dessenderunt in litora Neapolitana[d] et circuadiacentem ubique regionem destruxerunt, Nolam, Acerras, Atellam, loca et civitates vicinas, ponentes in ore gladii christianos quos consequi poterant, non parcentes sexui vel etati. Deinde obsedione strictissima cinxerunt civitatem Neapolim. Adveniente ergo die ultima Iunii, in qua colitur festum beati Pauli apostoli, ceperunt violenter civitatem eandem, et intraverunt per portam que dicitur De dopno urso, et cum magna strage civium occupaverunt de civitate usque ad locum qui tunc dicebatur Palatium imperatoris, ubi nunc est ecclesia sancti Pauli maioris. Erat autem tunc pro parte dicti Desiderii regis dux et rector Neapolitanus vir sapientia et strenuitate providus Theophilatus

a) decantes *c.* b) qua quam (*littera* n *superscr.*) *c.* c) Adelgio *c. hoc loco.* d) litōr Neapolitān. *c.*

1) *Orientis.* 2) *Haec prorsus falsa esse, primo patet aspectu. Neque Karoli Magni tempore Sarraceni Neapolim aggressi sunt.*

nomine, qui cum militibus et populo Neapolitano ante predictum palatium ipsis Sarracenis occurrens viriliter, in primo eius adventu lancea transfusus occubuit. Nec minus audacter propterea Neapolitani resistebant bellando, eorum corpora pro muro Sarracenis opponentes. Cumque inter Neapolitanos et Sarracenos predicto[a] die bellum esset durissimum et ex parte Saracenorum quasi certa et indubita victoria, dictus Adelgisius, qui cum multitudine bellatorum in succursum Neapolitanorum advenerat, erat cum gente sua castrametatus in loco ubi dicitur Campus de Carlo, misit Aymonem et Bernardum duces cum duobus milibus militum et decem milibus peditum, qui intraverunt civitatem eo die quando bellum erat durissimum, circa horam vespertinam. Igitur propter adventum eorum Neapolitanis admodum fessis crevit audatia, et irruit pavor et disperatio Saracenis, qui non valentes resistere, devicti et conversi in fugam, receptaverunt se extra civitatem eandem in loco ubi dicitur Custaliola et Malaczanum. Ibi moram traxerunt per menses sex et dies viginti quinque, destruendo et depopulando tenimentum civitatis predicte. Mortui autem fuerunt die predicto in eodem bello de militibus Neapolitanis tringenti[b] viginti septem, vulnerati sexaginta tres, de quibus mortui fuerunt decem et septem. De popularibus mortui fuerunt mille septingenti tredecim, vulnerati octingenti, de quibus mortui fuerunt septingenti septem; et de hominibus forensibus civitatis ipsius mortui fuerunt in bello predicto milites centum undecim, peditum tria milia quinque, et de gentibus regis Adelgisii milites 163, peditum 1011, de paganis vero ultra 20000, et vulneratorum non fuit numerus. Cumque Saraceni multimode opprimerent terram ipsam, Neapolitani diminuti gentibus et obsedione dyuturna fatigati, dubitantes de potencia et multitudine Saracenorum ipsorum, miserunt ad predictos Desiderium et Adelgisium reges, ut succurrerent eis; qui venientes in eorum adiutorium cum vallida[b] manu militum et peditum, intraverunt civitatem Neapol. 16. sequentis mensis Decembris; et habito tractatu et concordia cum ipsis Neapolitanis, communiter et concorditer exiverunt ad bellum die 25. sequentis mensis Ianuarii in die conversionis sancti Pauli, in ortu solis, et duravit bellum durissimum, et fuit anceps victoria usque ad nonam horam diei, qua hora Saraceni ceperunt deficere et cristiani superare. Itaque finaliter Saraceni devicti et in ore gladii cesi, pauci de ipsis evaserunt. Capta et combusta fuerunt de vassellis eorum 47, reliqua cum paucis evaserunt. In hoc ultimo bello mortui fuerunt de baronibus ipsorum regum 37, de militibus 300 et ultra, de nobilibus et popularibus Neapol. ultra decem milia. Propter quod ordinatum fuit, ut, quicumque miles vel popularis extraneus vellet venire ad habitandum Neapolim, haberet bona et uxores mortuorum in bello et reciperentur in cives. Venerunt itaque de Capua, Nola, Acerris, Atella, Apulia et Calabria multi nobiles et populares, qui accipientes uxores et bona predictorum mortuorum in bello, repleverunt civitatem eandem; et extunc contaminatus est sanguis Neapolitarum. In loco autem ubi erat palacium imperatoris, ad memoriam tante rei et ad honorem beati Pauli, facta est solemnis (?) ecclesia sancti Pauli maioris.

a) predictos *c.* b) *ita c.*

CHRONICA SANCTI BENEDICTI CASINENSIS.

Antiquissima haec monasterii Casinensis historia duabus constat partibus, quae hucusque separatim sunt editae, altera nomine Historiolae ignoti Casinensis vel Chronici Casinensis, altera Chronica S. Benedicti appellata. Sed eas conjungendas esse, jam Bethmann vidit, qui codicem Casinensem Nr. 353, *membr. s. X. inc., in quo haec una manu fol.* 267—282. *exarata sunt, accurate descripsit*[1]. *Incipit ab annorum supputatione, qui a sancti Benedicti tempore defluxerant usque ad Bertharium abbatem, sed numeros omisit, qui aetatem scriptoris accuratius indicare possent. Quae vero de monasterii et terrae contiguae fatis enarrat annum* 867. *non excedunt*[2], *neque Barim a.* 871. *a Ludovico imperatore captam novisse videtur, ut Pertz monuit*[3]. *Catalogus vero abbatum Casinensium postea additus ad annum usque* 19 *(vel certe* 18*) Bertharii abbatis deducitur, qui est dominicae incarnationis* 872. *Longius etiam procedunt catalogi pontificum Romanorum, imperatorum Graecorum et ducum Beneventanorum, qui annos* 913. *et* 914. *attingunt. Tunc temporis Johannes abbas vixit, cujus chronicam Leo Ostiensis laudat*[4], *Petrus diaconus accuratius ita indicat*[5]*:* De persecutionibus eiusdem coenobii et de miraculis inibi factis chronicam succinctam, sed valde necessariam loco descripsit. *Quibus verbis quin hoc intelligendum sit opus, dubitari nequit. Sub Johanne enim codex ille scriptus esse videtur, quin ipsius manu quaedam addita esse verisimile est*[6]. *Quae cum ita essent, facile totum opus ei tribui poterat. Bethmann catalogos illos tunc demum additos esse censet; quod in medio relinquamus oportet. Certe major et praecipua chronicae pars antiquior est, et fortasse ne haec quidem uni auctori tribuenda. Cum enim Pauli diaconi verba, quibus de se ipso refert, repetita videamus (c.* 20*), etiam verba c.* 19: ipsi vidimus qui scribimus *aliunde descripta esse possunt ab eo qui opus ut nunc est composuit. Hic sane temporum ordinem parum servavit. Postquam breviter de Langobardorum initiis ex Paulo diacono retulit, mox ad historiam annorum* 866. *et* 867. *transit, inde ad primas Sarracenorum incursiones redit et res praecipuas in inferiori Italia ab a.* 839—867. *gestas enarrat. Sequuntur origines monasterii Paulo praesertim duce relatae; denique vero iis absolutis, quae 'ex majorum dictis' acceperat, principum et abbatum tabulam ad annos digestam auctor addit. Cui ultimo loco subjecti sunt*

1) *Arch. X, p.* 390 *sqq.* 2) *Minus recte Peregrinius de a.* 875. 876. *cogitavit; v. annot. ad c.* 13. 3) *C.* 4. 4) *Epist. p.* 575*:* scriptiunculis quae de hac eadem materia lacinioso licet stilo videbantur vel breviter exarata, et praecipue chronica Iohannis abbatis. 5) *De vir. ill. c.* 15, *ed. Fabricius p.* 173. 6) *Ita jam Peregrinius statuit, p.* 113. 118.

catalogi supra memorati. Qui vero reges Langobardorum recensuit annorum computationem ad annum 15. *Siconis, id est* 832, *addidit, ita ut hoc tempore scripsisse videatur*[1]. *Haec igitur sive auctor chronicae sive Johannes abbas aliunde sumserit oportet, et ex eodem fonte etiam duces Beneventanos accepisse videtur*[2]. *Maximi vero pretii eam esse partem, qua res s. IX. medio gestae narrantur, vix est quod moneamus. Auctor quisquis fuerit quae praesens viderat sermone rudi*[3], *quali ejus temporis scriptores omnes usi sunt, accurate exposuit, edictum Ludovici imperatoris servavit aliaque memoria digna posteris tradidit, quae Erchemperti historiam modo confirmant et illustrant, modo ab hoc omissa supplent. Neque hic chronicam vidit. Leo Ostiensis vero utriusque opera ad manus habuit et non pauca etiam ex hoc mutuatus est.*

Praecipuae chronicae partes editae sunt primum a Peregrinio p. 97. 115, *quem Graevii Thesaurus IX, p.* 1, *Muratorius SS. II, p.* 264. 270. *et Pratillus I, p.* 187. *sequuntur; postea codice diligenter collato, a Pertzio SS. III, p.* 222. 198; *fragmentum ab eo omissum supplevit Tosti (Hist. Casin. I, p.* 130).

Et ipse codicem iterum in monasterio Casinensi praesens cum editis contuli ejusque ordinem servandum duxi. Etiam capitum divisionem ex eo correxi, bis tantum (c. 14. 15) *ab eo recedens, Peregrinii vero numeros in margine addidi. Catalogus comitum Capuanorum alio loco et alia manu in codice scriptus et quae alii libri catalogis regum Italicorum et ducum Beneventanorum addiderunt, quantum huc pertinent, mox sequentur.*

Appendicis loco catalogum addidi abbatum Casinensium a Bethmanno descriptum ex codice olim Casinensi, nunc Vaticano Nr. 4958, *membr.* 4, *s. XI. litteris Beneventanis exarato, ubi post martyrologium legitur. — 'Chronica minor Casinensis', Anastasii nomine inscripta, qua origines et fata monasterii fabulosa narrantur (Muratori SS. II, p.* 351 *sqq.) a Petro diacono, ut videtur, s. XII. conficta*[4], *ab hujus collectionis consilio prorsus aliena est.* *G. W.*

Annorum supputatio de monasterio sanctissimi Benedicti.

1. Quidam ex nostris scire volentes, quot anni essent a tempore sanctissimi Benedicti patris usque nunc, nos quoque amore ducti, quantum potuimus sub calculandi
529. estimatione collegimus. Ab anno incarnationis Domini quingentesimo vicesimo nono[a] sub Iustiniano imperatore sunt anni a diebus eiusdem beatissimi Benedicti usque ad
701. Petronacem abbatem centum octoginta et unum. Et a Petronace[b] abbate usque nunc[c] annum domni Berthari abbatis, qui est Deo praesule in coenobio tertius decimus pastor,
867? dinumerantur circiter anni . . . . .[d], quod est annus dominicae incarnationis . . . .[e]

2. Paululum aliquid et de Langobardorum gente, quomodo in Italiam properarit, commemorandum est. Narsis quoque patricius pro Gothorum gente, quae Hitaliam[f] invaserat, Langobardos federatos elegit et cum Grecis suis pariter ac Romanis ab eisdem
Paul. II, 5. finibus, hoc est Romanorum terminos[g], pepulit Gothos. Qui Narsis Neapolim residens, legatos ad Langobardorum gentem dirigit, mandans, ut paupertina Pannonie rura desererent et ad Italiam cunctam[h] refertam divitiis possidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatenus eorum ad veniendum

a) nona *c.*; nono *Peregr. emendare proposuit ex Leone Ost.* I, 4, *qui Petronacem a.* 720. *in monte Casino habitare coepisse tradit.* b) Preton. *corr.* Petron. *c.* c) *ita c.*; hunc *Peregr.* d) *locus vacat.* e) *numerus deest.* f) Hitaliam *corr.* Ital. *c.* g) terminos *corr. ut videtur* termino *c.* h) cunctis *P.*

1) *Cf.* Bethmann, *Arch. X, p.* 388. 2) *Cf. ibidem et quae infra dicturi sumus.* 3) *Cf. quae* Bethmann, *Arch. IX, p.* 659 *sq., collegit.* 4) *Cf.* Bethmann, *Arch. X, p.* 385.

animos possit inlicere. Langobardi vero laeta nuntia et quae ipsi praeoptabant gratanter Paul. II, 5.
suscipiunt deque futuris commodis animos attollunt. Tunc Langobardi sedes proprias, hoc c. 7.
est Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuunt, eo scilicet ordine, ut, si quo tempore Langobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. Igitur Langobardi, relicta Pannonia, cum uxoribus et natis omnibus et suppellectile Italiam properant possessuri. Habitavere autem in Pannonia annis quadraginta duobus. De qua egressi sunt mense April., per indictionem primam[a], alio quidem die post sanctum pascha, cuius festivitas eo anno iuxta calculi rationem[a] in ipsis Kalendis Aprilibus fuit, cum iam a Domini incarnatione anni quingenti sexaginta et octo essent evoluti. Post hoc dominantes Italiam, Beneventum [properantes[b]] introeunt (3)
ad habitandum. Horum autem[c] princeps militie celestis exercitus Michahel extitit archangelus; Neapolites ad fidem Christi perducti[1]; Alzechus[2] Vulgar suis cum hominibus ad habitandum suscipitur. Grecorum Romanorumque Langobardi gentes superantes, totam simul Beneventi possiderunt patriam. 'Omne quippe regnum', ut ait Dominus, 'in se (4)
ipsum divisum desolabitur'; et: 'Quod quis serens seminaverit, hoc et metet'. Propterea Luc. 11, 17. Gal. 6, 7.
divisus Israheliticus populus[d] in omnem ventilatus est mundum. Sic et hec[e] Langobardorum gens dissidentes mentibus etiam suos interfecere principes. Ob id patriae facta 839.
divisio, Beneventanorum[f] principatus duobus equidem partibus efficit divisus. A quibus vicissim Franci Sarracenique unus contra alterum evocati; post tandem fraus Saracenorum 842.
Barim noctu capiens; post demum Tarantum obsidentes introeunt, totumque pene in integrum postmodum regnum igne ferroque vastantes, demoliti sunt, et ad solum usque perductum circiter per annos ferme triginta[3]. Langobardi vero dum nimia suis pro (5)
factis pericula sustinerent, ob hoc nimium afflicti necessitatemque compulsi, Franciam 866.
legatos dirigunt atque gloriosi imperatoris Hludowici implorant augusti clementiam, ut patria sua cum gente veniens, eos omnino a Saracenis quantocius eriperet. Qui beniens, hoc decretum suae reliquid patriae:

3. 'Constitutio promotionis exercitus observationis partibus Beneventi, sub indic- (6)
tione 15. Quicumque de mobilibus widrigild suum habere potest, pergat in hoste. Qui vero medium widrigild habet, duos iuncti in unum qualitatem instruant, ut bene ire possint. Pauperes vero personae ad custodiam maritimam vel patrie pergant, ita videlicet, ut, qui plus quam decem solidos habet de mobilibus, ad eandem custodiam vadant, qui vero non plus quam decem solidos habet de mobilibus, nil ei requiratur. Si pater quoque unum filium habuerit, et ipse filius utilior patre est, instructus a patre pergat. Nam si pater utilior est, ipse pergat. Si vero duos filios habuerit, quicumque ex eis utilior fuerit, ipse pergat, alius autem cum patre remaneat. Quod si plures filios habuerit, utiliores omnes pergant; tantum unus remaneat, qui inutilior fuerit. De fratribus indivisis iuxta capitularem domini[g] et genitoris nostri volumus, ut, si duos fuerint, ambo pergant; si tres fuerint, unus qui inutilior apparuerit, remaneat, ceteri pergant; si quoque plures omnes utiliores apparuerint, pergant, unus inutilior remaneat. De qua condicione volumus, ut neque per praeceptum neque per advocationem aut quamcumque occasionem excusatus sit, aut comes aut gastaldus vel ministri eorum ullum excusatum habeant, preter quod comes in unoquoque comitatu unum relinquat, qui eundem locum custodiat, et duos cum uxore sua. Episcopi ergo nullum laicum relinquant. Quicumque enim contra hanc institutionem remanere presumpserit, proprium eius a missis,

a) primam — rationem *in margine alio atramento scripta sunt; minime, ut Peregrinius opinatur, posteriori manu, quam Johanni abbati Casinati, chronici comitum Capuae auctori, tribuit.* P. b) *post suppletum c.* c) *deest fortasse* defensor *aut aliud hujusmodi.* PR. d) *e corr. c.* e) *post suppl. c.* f) Beneventorum *corr.* Beneventanorum *c.* g) domni *corr.* domini *c.*

1) *Quantum hoc a veritate abhorreat, nemo est qui non videat.* PR. 2) *Ex Paulo V,* 29.
3) *Cf. Chron. Salern. c.* 81, *p.* 508. *et quae ex scriptoribus Arabis affert Amari I, p.* 359.

866. quod[a] subter ordinatum habemus, praesentaliter ad nostrum opus recipere iussimus et illum foras eicere. Omnibus enim notum esse volumus, quia iam a prioribus nostris iuxta hanc institutionem tultae fuerunt, sed pro misericordia recuperare meruerunt. Nunc autem certissime scitote, cuiuscumque proprietas tulta fuerit, vix a nobis promerebitur recuperatione. A flubio Pado usque Trebia sit missus Iotselmus. Inter Padum et Ticinum Eriulfus. Inter Ticinum et Adda Erembertus. Inter Adda et Addiza Landebertus. Ab Addiza usque Forum Iulii Ceodoldus[b]. Petrus et Arthemius episcopi, iunctis secum missis episcoporum et comitum, Pisa, Luca. Pistoris et Lunis Teutmundus. Florentia, Volterra et Aritio Rodselmus. Clusio et Sena Andreas. In ministerio Witonis Rimmo et Iohannes episcopus de Forcona. In ministerio Verengari Hiselmundus episcopus. In litore Italico Ermefridus, Macedo et Vulfericus. Hi volumus ut populum eiciant et custodiam praevideant et populum in castella residere faciant, etiam et cum pace. Nam si missus aliquis ausus fuerit pretermittere, quin ominibus[c.1] remanserint, presentaliter proprium tollant et eum foris eiciant. Et si inventus fuerit ipse missus, proprium suum perdat. Et si comes aliquem excusatum aut bassallum suum, preter quod superius diximus, dimiserit, honorem suum perdat. Similiter eorum ministri, si aliquem dimiserint, et proprium et ministerium perdant. Quod si comes aut bassi nostri aliqua infirmitate detenti[d] remanserint aut aliquem excusatum retinuerint, aut abbates vel abbatissae si plenissime homines suos non direxerint, ipsi suos honores perdant, et eorum bassalli et proprium et beneficium amittant. De episcopis autem, cuiuscumque bassallus[e] remanserint, et proprium et beneficium perdant. Si quoque episcopus absque manifesta infirmitate remanserit, pro tali neglegentia ita emendet, ut in ipsa marcha resideat, quousque alia vice exercitus illuc pergat. Et ut certissime sciatis, quia hanc expeditionem, in quantum Dominus largire dignatus fuerit[f], plenissime explere volumus, constituimus, ut episcopus, comes aut bassus noster, si in infirmitate incerta detentus fuerit, episcopus quippe per suum missum, quem meliorem habet, comes vero et bassi nostri per se ipsos hoc sub sacramentum affirment, quod pro nulla occasione remansissent, nisi quod pro certissima infirmitate hoc agere non potuissent. Omnes enim, volumus, ut omni hostili apparatu secum deferant, ut, cum nos hoc prospexerimus[g] et inbreviare fecerimus, non neglegentes appareant, sed gratiam quoque nostram habere mereantur. Vestimenta autem habeant ad annum unum, victualia vero quousque novum fructum ipsa patria habere poterit. Fagidis[2] enim quicumque eundo et redeundo commotionem fecerit, vitae incurrat periculum. Et quia etiam temporis congruentia imminet quadragesimale, in quo studenda sunt praecepta Dei, constituimus, ut, quicumque ecclesiam Dei fregerit, adulteria et incendia fecerit, vitae incurrat periculum. Quicumque caballum, bovem, friskingas, vestes, arma vel alia mobilia tollere ausus fuerit, triplici lege componat, et liber cum[h] armiscara, id est sella ad suum dorsum, ante nos a suis senioribus dirigatur, et usque ad nostram indulgentiam sustineat. Servi vero flagellentur et tundantur, et illorum domini, quae ipsi tulerunt, restituant. Quod si clamor ad seniores venerit, et ipsi talia non emendaverint, tunc horum seniores ipsam compositionem faciant et eadem armiscara, quamdiu nobis placuerit, sufficere compellantur. Et hoc constituimus, ut ex utraque parte iustitia servetur. Videlicet nostri sicut circavicini, quae necessaria sunt, emenda. Vicini autem nullatenus carius quam suis circavicinis vendere presumant. Qui vero homicidia indiscrete et presumptiose fecerit, vitae incurrat periculum. Iter enim erit nostrum per Ravennam, exin mediante mense Martio in

a) *lege:* secundum quod s. o. h. P. b) *ita aut* Deodoldus *c.;* Teodoldus *ed.* c) *ita correxi;* qui nominibus *c.* P. d) *post suppl. c.* e) basallus *corr.* bassallus *c.* f) In q. d. l. d. fuerit et ut c. s. q. h. expeditionem plenissime explere volumus *c. Ego sententias transponendas duxi.* P. g) propspexerimus *c.* h) liberum *c.*

1) *i. e.* homines. 2) *i. e.* faidis.

Piscaria, et omnis exercitus Italicus nobiscum. Tuscani autem cum populo qui de ultra 866.
veniunt per Romam veniant ad Pontem Curvum, inde Capuam, et per Beneventum
descendant nobis obviam Luceria octavo Kalendas Aprilis'.

4. His igitur prelibatis et hac lege sancita, dictus domnus imperator Hludowicus (7)
augustus cum uxore sua pariter gloriosa Angelberga augusta Benevento[a] properantes,
Iunio mense ad monasterium veniunt sanctissimi Benedicti patris; ubi a venerabili Ber- Iun.
thario abbate cum sacerdotali officio, lampadibus ac tymiamatibus necnon et fratrum
laudibus, honorifice susceptus est. Ascendens autem montem, ubi dicti almi patris pii
Benedicti sacrum corpus[b] humatum est, pari gloria ibidem susceptus, aliquid ibidem
sancto et Benedicto conferens munere[c], omne coenobium conspiciens laudabiliter, ammi-
ratus descendit. Inibi Capuanorum frustrata calliditate, post dies aliquot possidens[1]
optinuit Capuam, ingreditur Salerno, navigans Malfim[2], Puteolim utitur lavacris, et per
Neapolim Sessulanam[3] adiit urbem; dehinc castrametatur Caudim. Mense autem Decem-
brio, Dei omnipotentis opitulante gratia, ingressus est Beneventum, anno quidem septimo Dec.
decimo augustalis imperii sui. Et ecce congreditur cum Saracenis, tropeum primitus 867.
bellicans sumpsit ex eis victoriae, ac demum omnia illorum capiens castra, sole tantum
illius[4] civitates remanserunt, Barim[5] scilicet necnon atque Tarantum. Nam omnium
quidem eorum gloria, munitissima capta est urbs Materia, quaeque igne ferroque ad
nichilum redacta est; Augusto autem mense reversus est Beneventum. In cuius obse- Aug.
quium dum essent ibidem Berthari abba; nam illuc in Sanctam Sophiam inchoatum
fuerat oratorium a decessore suo reverentissimo viro Bassacio, quod omne studium per-
fecit et in honorem sancti construxit Benedicti; dedicata est autem a Stephano Teanensis
sedis episcopo et ab Angelari levitae studio opus perficitur.

5. Si forte nosse cupis quis lector futurus eris, quam ob causam Beneventanorum (8)
regionem Saraceni[d] dominassent, occasio videlicet exstitit talis. Sichard Beneventanorum 839.
princeps a suis interfectus, Radelchis zetarius[6] palatii ei successit in principatum. Tunc
apud Tarantum morabatur Siconolfus armipotens, bone memorie Siconis magni principis
filius. Interea his temporibus Capuanites plurima perpetrantes flagitia, etiam suos
maiores sibi occiserunt parentes, illorumque omnia diripientes, semed ipsos sublime in
spectaculum constituerunt mundi. Ob hoc verebantur adire Beneventum principisque
sui Radelchisi oboedire praeceptis. Nam novi[e] fraudum iniere machinis[f], seque Taran-
tum contulerunt ad Siconolfum, predicti principis filium, et cum ceteris sibi socios et in
flagitiis pariter consimiles dictum sibi constituerunt Siconolfum prīncipem. Qui nec
multo post introiens Salernum, magnaque pars Beneventi regio secuta est eum. Contra
quem Radelchis principis libor exarsit, et eum disperdere nitebatur e terra. Quatenus
alterutrum per tempora longa dimicaverint, quanta per hos gesta fuerint vicissim mala,
nulla sustinere valet pagina, nullus doctoris explanare sensus, sed neque scribentis potest
esse omnino facultas. Nam eo tempore dictus Radelchis princeps per Barensem Pando- 841.
nem gastaldeum in auxilium sibi transmarinos invitabit Saracenos[7], qui diu erga Barim
residentes, intempesta videlicet noctis hora more solito nominatam rapuerunt civitatem;
quae urbs iuxta Grecorum stilum Βαρην, brachia gravis sive fortis, interpretatur. Voca-
bulum ex eo olim promeruit, ob delinquentium facinora ab hac gravis vel fortis Sara-
cenorum vastatio ut in nos utique sic nimium saeviret. Horum iniquorum primus
venientum vocabatur Kalfon rex, obsitis siquidem vestimentis et calciamentis, saltem nec

a) Benenuento *c.* b) corpos *corr.* corpus *c.* c) benĕ conferens munere, omne dicto *c.* d) i *e corr. c.;* Saracenos *fuisse videtur.* e) novi *post corr.* novis *c.* f) chinis *manu recentiori scriptum in loco raso c.*

1) *i. e.* obsidens. 2) *i. e.* Amalfim. P. 3) *Sessola.* 4) *i. e.* illis. 5) *Haec itaque ante mensem Februarium anni* 871. *scripta sunt.* P. 6) *Cubiculi interioris palatii custos, cubicularius.* P. 7) *Cf. Erchemp. c.* 16.

tara[1] bene succintis, sed solis harundinibus manu gestantes. Cum his quoque Radelchis totam devastavit Siconolfi regionem Capuamque primariam[2] universam redegit in cinerem; exinde hinc omnia corruunt pariter in peius. Hoc in tempore bellum inter utros-
843. que factum est in Cannis.

(9) 846. Quomodo Saraceni ecclesiam beati Petri apostoli depredati sunt et cellas beati Benedicti igne cremaverunt.

6. His diebus Saraceni egressi Romam, horatorium totum devastaverunt beatissimorum principis apostolorum Petri beatique ecclesiam Pauli multosque ibidem peremerunt Saxones[3] aliosque quam plurimos utriusque sexus et aetatis. Fundensemque capientes urbem[4] vicinaque depraedantes loca, Septembrio quoque mense secus Gaietam castrametati sunt. Contra quos pervenit Francorum exercitus, sed superatus a Saracenis quarto Nobemrii Idus, iniit fugam[5]; quos persequentes Saraceni illorumque omnia capientes, tandem ad Sanctum devenerunt Andream, cuiusque cellam igne cremaverunt. Quique dum pervenissent ad cellam praesulis[6] beatissimi Apolinaris cognomento Albianum, e vicino sanctum beatissimi confessoris Christi conspexerunt montem; quo ilico pergere satagebant, sed tardior quippe eos transire hora vitabat. Igitur tanta tunc et caeli serenitas et terrae siccitas, ut flubium pede quisque volens pertransire posset. Beatissimi vero Benedicti patris monachi tam vicinam sibi mortem cernentes, protinus vicissim pacem dederunt, obsecrantes misericordem Dominum, ut illorum propitius in pace animas susciperet, quas in velocitatem mortis continuo expectabant migrare. Ilico universi nudis plantis et cinere sperso capite cum laetaniis ad patronem suum se contulerunt Benedictum beatum. Dum nimius esset pavor et formidolosa expectatio et copiosa fieret ad omnipotentem Dominum exoratio, per visum Bassacio patri paruit praedecessor eius Apollinarius abbas: 'Quid', inquiens, 'habetis? Quare moerorem patimini'? Et Bassacius ad hec: 'Imminet, imquam, mors, pater, et non verendum'? 'Nolite', inquid, ait, 'timere; Benedictus pius pater vestram obtinuit salutem. Deprecamini igitur sedule Deum cum laetaniis et missarum sollemniis; Dominus cito exaudiat voces clamantium ad se; denique et nos vobiscum in ecclesiis stantes, caelorum cum civibus communiter pro vobis Iesum Christum dominum exorare non desistimus'. Cumque a somno surrexisset Bassaciu[b] pastor et hoc fratribus indicassed, in commune omnes exelsa[c] voce Deum benedixerunt, qui salvat misericorditer sperantes in se. Tum subito inmanis facta est pluvia, coruscationes et tonitrua tam vehementia, ita siquidem ut etiam Carnellus[7] fluvius ultra terminos excrescens redundaret; et quem pridie adversarii transire poterant pede, sequenti videlicet die, divina coherciti repulsione, neque ripam attingere valebant fluvii. Nitebantur quolibet fluvium transmeare modo, sed dum nullus adesset eis ad coenovium transmeandi aditus, sicut est illorum dira barbaries, digitos corrodentes manuum fremebantque seu stridebant dentibus, huc[d] illucque furibundi discurrentes. Et ut non habesset[e] illorum assuetus facinus, cellas beatissimorum martirum Stephani seu Georgeii igne cremaverunt, et per Duos Leones[8] ad castra remearunt. Post dies aliquot suos subnervantes equos, navigare ceperunt. Qui dum proprius[f] suae adessent provincie, ita ut etiam iam vicinos cernerent montes, nautico plausu laudem suo more dederunt. Mox inter eos una paruit navicula, quae duos ferebat homines, unius velut speciem clerici, alterius ut monachi habitu habentes. Qui dixerunt ad eos: 'Unde venitis, vel quo itis'? At illi responderunt dicentes[g]: 'A Petro revertimur; Roma omne illius devastabimus oratorium, populum cum regione depraedata; Francos superabimus cellasque

a) *alia manu in marg. c.* b) Bassaciu *corr.* Bassacius *c.* c) exelsa *corr.* excelsa *c.* d) ... hu. c *c.* e) habesset *corr.* abesset *c.* f) *ita pro* propius *c.* g) dicente *corr.* dicentes *c.*

1) *'Parmi che si tratti di una specie di armatura, probabilmente corazze, e potrebbe essere appunto il plurale* darârî'. *Amari l. l. (qui legit:* tarabere*).* 2) *i. e. veterem.* 3) *Milites ab imperatoribus Francis Romae positos indicare videtur.* 4) *Fondi.* 5) *Cf. G. Neap. c.* 60, *supra p.* 433, *et quae ibi allata sunt.* 6) *Ravennatis.* 7) *Idem qui Liris et Garilianus.* PR. 8) *Finis Casinensis ditionis ex Leone Ostiensi I,* 5 *(et III,* 11*).* PER.

Benedicti igne cremavimus[a]. Et vos', inquiunt, 'quinam estis'? Aiunt illi: 'Qui nos 843.
quoque sumus, modo visuri eritis'. Ilico facta est tempestas valida et procella vehemens; omnes igitur naves confractae sunt cunctique adversarii peremti; nullus umquam ex eis penitus remansit, qui ceteris talia nuntiaret. Sequenti itaque tempore Leo venerabilis papa oratorium ambiens beati Petri muris firmissimis et excelsis, ne umquam talis Romae ulterius aliquando ebentus eveniret.

7. Per idem tempus Siconolfus princeps pro Spanis[1] tribuendum de beatissimi (10)
Benedicti coenobio thesaurum abstulit perplurimum. Siquidem vice prima baziam[2] argenteam 1, vaucas[3] par 1, in gemmis et smaragdis spora[4] par 1 saricamque[c. 5] sericam de silfori[6] cum auro et gemmis. In alia igitur vice centum triginta in vasis auro libras. Tertia itaque vice trecenti sexaginta quinque argento libras et tredecim milia solidos auro figuratos. Quarta videlicet vice vatias[7] duos pensantes libras triginta et fundatos[8] duplices septem. Quinta nichilhominus vice matiatos[9] solidos ac praedolatos[10] quattuordecim abstulit milia. Et post hec in agrifis[11] batiam unam et scaptonem[12] 1, Constantinopolitano deaurate fabrofacte vasa opere. Porro insequenti vice sexta per Landonem comitem et Aldemarium gastaldeum vim ex coenobio sustulit isdem Siconolfus praedolati solidos duo milia et sui principis coronam Siconis genitorisque de auro ac gemmis smaragdinis ornatam. Et hoc neque sibi profuit, animamque iugulavit suam; sed neque quod fallere monachos promittendo nisus est, ei neque profuit nichilominus seu patriae; sed videlicet abhinc nullum ei amplius evenit triumphum victoriae. His diebus (11)
inter utrosque principes factum est in Cancellos[13] bellum perexecrabilem. Aliquantis (12)
interim elapsis temporibus, Massar dux Benevento residens in auxilium Radelchisi principis, beatissimae Dei genitricis in Cingla Mariae monasterium devastabit castellumque postmodum Sancti qui cognominatur Viti[14] coepit. Telesinium[d. 15] possidens castrum, Sitim humiliabit totamque devastabit Apuliam et caetera nichilominus loca. Quandoque pervenit secus almi Benedicti monasterium. Cuius adeo ita divinitus mens immutata est, et, dum unus eius canis vellet in pratis unam comprehendere aucam[16], per semed ipsum cum flagello concurrit et eadem[e] de ore captoris expulit abem. Cumque ante ianuas assisteret monasterii, protinus portas claudere iussit, ne subsequentes introire magaritae[17] praesumerent. His expositis, pertransiit Aquinum[18] ac depraedavit Arcem[19] vicinaque loca; Novembrio autem mense post dies octo reversus est Beneventum.

844. Thesaurum [b] sancti Benedicti quod abstulit Siconolfus.

8. Mortuo itaque Siconolfo apud Salernum, Sico, filius eius, specietenus ei succes- (13) 849.
sit in principatum. Isque post aliquantulum Franciam puerulus transducitur[f].

9. Mense Iunio generalis per totam Beneventi regionem terremotus factus est (14) 848.

a) cramavimus *c.* b) *alia manu in marg. c.* c) *ita Leo Ost.; in cod. de prima littera* a (o *vel* u?) *non satis constat.* d) *ita vel* Telesimum *c.* e) eadem *corr.* eandem *c.* f) trand. *corr.* transd. *c.*

1) *Hispanis Sarracenis; cf. Erchemp. c.* 17. *Aliter Prudentii Ann. a.* 844, *SS. I,* 440. 2) *Nostrum 'becken' esse videtur, Anglorum 'basin'.* P. 3) *i. q. bauca, vas, unde nostrum 'pokal'.* P. 4) *i. q. sporones, nostris 'sporen'.* 5) *Pannus.* 6) *Ducang. (ed. Henschel VI, p.* 256*) et Pratillus vocem a* σίλφη, blatta, *derivatam opinantur.* 7) *i. q. batia, bazia.* 8) *calices fundati et pallia fundata alibi occurrunt; v. Ducang. III, p.* 435. 9) *Leo I,* 26. mazatos *dicit; quos Wattenbach 'signatos' interpretatus est. Pratillus de dimidiatis cogitaverat.* 10) praedulatos *Leo. Ex charta Casinensi affert* solidos novos praetestatos *Ducang. V, p.* 417. 11) anagrifis, anaglyphis, *ut Leo scripsit.* 12) scattonem *Leo;* scapponem argenteum *Chron. Salern. c.* 55, *p.* 496*; vas quoddam esse videtur.* 13) *Prope Furculas Caudinas; cf. Erchemp. c.* 17. *Sine causa Pratillus has pugnas diversas putat.* 14) *Illud fuisse suspicor quod non longe olim ab Aesernia urbe situm erat.* PR. 15) *Telese.* 16) *i. e. anserem, quam vulgariter 'oca' appellamus.* PR. 17) *i. e. apostatae, infideles, Sarraceni.* 18) *Aquino.* 19) *Arce.*

848. magnus[1], ita ut Iserniensem funditus urbem obrueret multumque perimeret populum; ad ultimum etiam et praesulem extinxit eiusdem civitatis. Pari ruina aedificiorum extitit apud Sanctum Vincentium[2], similique vim fuit terremoti ad Benedicti beati coenobium, sed nec unus quidem lapidis suo de loco labsus est. Quod dum Massaro nuntiatum fuisset, ut ruinosam depredaret Iserniam, ait enim: 'Dominus omnium illuc iratus
(15) est, et[a] ego peramplius desebiam? Non utique ibo'! Telesis nova secus primariam in planitiem sui cognominis construitur.

(16) 10. Inter haec tempora, breviter ut superius dictum est[3], infra Capuanites filii Landolfi gastaldii[b], hoc est Lando comes, Landolfus episcopus, Pando marepahis, Pandinolfus[4] gastaldius[b], huius patriae insignes habebantur. Sed ob scelera commorantium crebro eorum urbs incendio cremabatur. Non poenitentiae remedium neque divinam postulantes misericordiam aut emendationem facinorum, sed quodam tandem reperto consilio, ad Casolini pontem construunt civitatem. Quamque ludo secundam vocitabant Romam[5]. Nam sicut qui effugerit a facie leonis et incurrerit in ursum, sic ab istis remota civitas ipsa ab igne pari in ultione corruit in abyssum. Qua gloria sperabatur erigi, carmen indicat istud:

Quae primum senio marcebat tempore longo,
Cernitur, en, amplis consurgere moenibus urbem!
Illa senatorum pollebat fulta caterbis,
Nomine sed Capua vocitatur et ista secunda.
Providus in cunctis patriae populique iuvamen,
Lando comes studio sollerti hanc condidit urbem.
Aurea porta vocatur, fert quia lucis honorem.
Arma, salus, virtus perpetua Christus in urbe
Hac maneat, populo tempus in omne suo;
Pellat et hinc hostem saevum fraudemque malignum,
Civibus et praestet pacis honore frui!

(17) 11. Hoc videlicet tempore Tarantum fame obsessa a Saracenis capitur.
852?
(18) 12. Per idem tempus Bassacius abbas, rogatus a primatibus patriae, adiit Franciam, qui obsecrans gloriosum imperatorem Hludowicum; veniens Barim, et in quantum[c]
850? possibilitas fuit totis viribus cum Saracenis dimicabit; post complures autem dies venit Beneventum. Igitur sabbato vigilia sanctum pentecosten infra Beneventanam urbem interempti Saraceni, Radelchisi principatum gerens, Massari capitur, ad imperatorem
(19) adductus capite plectitur[6]; Hludowicus exin repedavit in patriam. His temporibus Bas-
856. sacius abbas defunctus est, expletis in regimine annis decem et novem. Cuius quale quantumque fuit sursum deorsumque in ecclesiis studium, et ipsi vidimus qui scribimus, et carmina illius nobis descripta resonant. Huic successit in regimine Berthari sacerdos, eius discipulus, moribus et vita strenuus et omni bonitate conspicuus. Castelli sursum monitionem ipse ambiens; calicem ad honorem Dei officium operatus est; civitatem iuso[7] fieri voluit et inchoabit. Et quomodo totis viribus contra Saracenos in Gaietam dimicabit[8], nostra plenissime comperit aetas; quomodo autem suos dilexit commissos et
(20) quatenus pro ipsis decertavit, praecepta indicant coenobio facta imperatorum[9]. Eo tem-

a) et (etiam?) *c.* b) gastald. *c.* c) quatum *c.*

1) *Cf. Vitam Leonis IV, ubi indictioni* 10. *terraemotus adscribitur. Leo Ostiensis annum* 847. *scribit.* P. 2) *Ad Vulturnum.* 3) *Lando comes c.* 7. *nominatur, neque patris neque fratrum mentio fit.* 4) *Lege:* Landinolfus; *cf. Erchemp. c.* 21. *et Cat. com. Cap., infra p.* 498. 5) *Jam ab antiquis scriptoribus L. Floro et M. Tullio Capuam Romam alteram esse appellatam, monet* PR. 6) *Cf. Adonis chron.* 850, *SS. II, p.* 323, *ubi dux Saracenorum Amalmater dicitur, ap. Andream Berg. c.* 12, *supra p.* 227, *Amelmasser, in Chron. Sal. c.* 81 *sqq. Apolaffar. — Amari I, p.* 370. *hoc a.* 851. *factum putat.* 7) *i. e. deorsum; civitatem S. Germani.* P. 8) *Cf. c.* 6. 9) *Unum tantum exstat, Böhmer, Reg. Kar. Nr.* 662. *(675 serius datum est).*

pore Ademari princeps erat apud Salernum. Teanensis ecclesiae presul Lupoald obiit; 854
Hilarius levita et[a] beati Benedicti monachus ad episcopale[b] decus eligitur. Bone 860.
memorie Aloara, Landonis coniux comitis, una cum Surano medico eiusque interventu (21)
tam benefactrix erat monachorum, ut Madium totum mensem stipendia praeveret ac aleret fratres.

13. Lampert, filius Widonis, et Ildepert comites nisi sunt manus erigere contra (22)
Hludowicum imperatorem; sed relata illorum fraude, persecutus est eos Hludowicus usque Marsim. At illi demum ante faciem eius fugerunt Benevento apud Adelchisum principem. Hildepert vero pertransiens, habiit Barim. Libentissime quidem a Seodane rege susceptus[c] est, et habitavit ibi tempore quo voluit. Hludowicus ergo imperator persequens eos, devenit in Hiserniam; quam cum infidelem sibi comperisset, bellando cepit. 852?
Ac deinde pertransiens Aliphem, post plura bella urbs capta est. Per Telesiam igitur devenit ad civitatem quae dicitur Sanctae Agathe et urbem expugnare coepit. Quae dum valde esset munita, multis diebus obsedit eam; erat enim[d] tunc aestivum tempus. 'Nemo umquam', ut apostolus ait, 'carnem suam odio habet, sed nutrit et fobet eam'. Ephes. 5, 29.
Tandem Berthari abbas condoluit super Hisembardum, consanguineum sibi et gastaldium obsesse civitatis, et intervenit pro eo apud imperatorem augustum. Cuius et promeruit gratiam et pactum dedit[1] civitati, ac illius iuri protinus urbs mancipata est. Adelchis princeps ad pedes prostratus clementissimi imperatoris, et suam obtinuit veniam et fugacibus comitibus; abhinc tandem Hludowichus rediit Franciam[2]. Hoc in tempore Magenolfus clericus Hingenam[e], neptem imperatricis, accepit coniugem. Ademari iunctus (23)
cum Neapolitis nitebatur quiddam dolose erga suos; ob hoc oculi eius evulsi, spernitur 860.
a principatu, et Waiferi Salerni factus est princeps. Nam dictus Ademari Suram, Erpinum, Vicum Album et Atinen tradidit Francis, id est Widoni comiti[3]. In his locis
praeerat Landolfus gastaldius[f]; quae dum amississet loca, prae nimia est tristitia defunctus.
Iuvamine Landonis comitis et fere sacerdotis Teano monasterium construitur famula- (24)
bus Dei[4].

14[g]. Defuncto igitur aput Capuanam urbem Lando comes, Pando, germanus eius, (25)
ei successit in comitatu[5]; qui iunctus cum Landolfo episcopo, venerabilem Aloaram, cognatam suam, de Capua excutientes; quae exul cum natis et facultatibus propriis aput Salernum habitatura devenit. Per idem tempus Neapolites audacter super Capuanos venire in bellum conati sunt, eo siquidem die quo beati Michaelis est festivitas. Huius Langobardi auxilio freti, exierunt adversus Querites[6], et tanta in illis caeda bachati sunt, ut plurimi ex eis gladio fuissent peremti multique capti, nonnulli in fluvio se proicientes; residui vero perpauci vulnerati in urbe reversi sunt suam. Caesarius autem, magistri militis filius, capitur, Capuaque adductus, ferro in compedibus habetur. Secunda Neapolitis haec ruina extitit similis, quo olim in Gargano cum beato Michechelo archangelo agere temptaverunt[7]. Quod ex utroque latere Seudan audiens factum, irrisit, dicens: 'Stuppa cum tomentis pariter iuncta fecerunt bellum'. Eo autem tem- (26)
pore in Aquini villam Rodoald gastaldius[h] secus Pontem Curvum[8] construxit castellum. Hoc facto subduxit se a iure Capuanorum; qui vehementer[i] ob hoc affligebatur a Capuanis. His diebus Magenolfus, de quo supra[9] paululum diximus, pergebat Franciam, ut sibi ab imperatore glorioso petere, quo vivere loco seu et habitare posset. Cui Rodoald legatarium quendam Ursum transmisit presbiterum, ut reversus veniret ac pariter com-

a) *erasum c.* b) episcale *c.* c) suceptus *corr.* susc. *c.* d) enim *corr.* etenim *c.* e) Hing. *corr.* Ing. *c.* f) gast. *c.* g) *nulla capitis distinctio in c.* h) gastal. *c.* i) veem. *supersc.* h *c.*

1) *scil. imperator.* 2) *Ludovicus in septentrionali Italia commoratus est. Peregrinius p.* 93. *minus bene de a.* 875. *cogitavit.* 3) *Cf. Erchemp. c.* 25. 4) *De quo fusiorem adjecit dissertationem Pratillus I, p.* 230 *sq.* 5) *Cf. Erchemp. c.* 28. 6) *i. e. Romanos, scilicet Neapolitanos.* 7) *Cf. Erchemp. c.* 27. *et quae ibi attuli.* 8) *Pontecorvo.* 9) *c.* 13.

morarentur suoque presidio iuvaret eum a persequentibus se. Regressus ergo Magenolfus de itinere coepto, et in Pontem introibit Curvum. Nec multo post profectus est Salernum, sumptaque coniuge omni cum supellectile ac familia et[a] rediens[b] in castrum. Neque diu latuit misterium iniquitatis. Nam quodam die cum suis cepit Rodoaldum eumque in custodiam retrusit, duos quoque filios eius in turrem proiecit omnemque facultatem ipsius abstulit, thesaurum, peculia, mancipia, servi[c], populum, castrum, villam et omnia subiugavit sibi. Rurem populum et indisciplinatum, quem invenit, docuit more palatii esse prudentissimum; et qui prius non noverant nisi caepe et alei, nunc ab eis censum principales exquiruntur solidi, etiam et in hostili armati proficiscuntur exercitu. Rodoald offertus dum beato Benedicto fuisset, vix a venerabili viro Berthari abbate et a monachis liberatus est, ut Esepus[1] doctor fabularum ait: 'Hoc patiatur, qui fortiorem sibi induxerit in domum suam'!

(27) 15[d]. Dum in Eublogimenopolis[2] urbis moenia struerentur, vir quidam tunc ibi erat suis cum sociis in constructionem civitatis. Is quondam prae nimia infirmitate linguae perdiderat officium et per annos circiter septem nullum omnimodo valuit proferre sermonem. Quadam itaque nocte lassus ab opere manuum, dum fratres in oratorio beatissimi Benedicti Deo laudes peragerent, idem mutus ad columnae pedem cum aliis residens, obdormivit. Quem beatus Benedictus per visum baculo capite percutiens, increpans ait: 'Huc[e] properasti', inquid, 'ad dormiendum? Evigila ergo et tribus vicibus expue in terram'! Qui cum hoc fecisset, surgens a somno, beneficium sibi collatum coepit omnibus effari et ita perfecte loqui, ut ante septennium nec melius[f] solitus erat. At omnes Deo laudem pariter dederunt.

(28) 16. Interim gladius dominicae indignationis huc illucque discurrens, in deliquentium cervicibus grassabatur. Nam egressus de vagina sua, omnes terminos per circuitum devastabat. Ille impiissimus atque crudelissimus latro, 'quem Dominus percutiat gladio oris sui et destruat illustratione adventus sui'! ille pestifer Seodan quodam tempore egressus a Barim, totam devastabit Capuam, Cantias[3], Leborem[4], et suo nequissimo throno posuit in campo de Neapolim[5]. Nullus omnino praeteribat dies, quod ad quingentos et eo amplius non interficeret homines. Et hoc pars[g] Dei esse dicebat, ut illud compleretur euangelicum: 'Omnis qui interficit vos arbitratur se obsequium prestare Deo'. Nam sevus ille tyrannus super cadavera mortuorum sedens, edebat tamquam unus putridus canis. Tandem quasi e gravi somno evigilantes, sed gravati atque praepediti nimiis miseriis Wandelpert et Maielpotus gastaldius[h] et Garard comes[6] cum plurimis aliis nobilibus properaverunt Beneventum, ut communi consilio ulciscerent se de Saracenis. Salubre quidem fuit consilium, sed inutilis ordo. Non uno agmine, non una eademque intentione per cohortes incedebant, sed divisi ab alterutro inhordinate proficiscebant. Igitur propinquaverunt secus Saracenos ad Arium; quod hi cernentes, se protinus straverunt in terram. Iamque sol ad occasum tendebat. Hi vero qui a Benevento venerunt, sicuti fuerant lassi et nimium equidem fatigati sitientesque valde, continuo in aciem introierunt. Ilico Saraceni subito erecti, ut erant in uno agmine conglobati, repente irruerunt super eos. Hi vero terga vertentes, fugere coeperunt. Plurimi interempti a gladiis, nonnulli cadentes, in alterutrum inpingentes, praefocabantur; alii in

2. Thess. 2, 8.

860?

Ioh 16, 2.

a) *erasum c.* b) rediit *e corr. c.* c) servi *corr.* servos *c.* d) *nulla capitis distinctio c.* e) hunc *corr.* huc *c.* f) minus *corr.* milius *c.* g) pars̄ *c.; fortasse legendum est:* parere Deo. h) gast. *c.*

1) *Aesopus.* 2) Eulogimenopolis id est Benedicti civitatis *Leo I,* 33*; v. infra c.* 20. 3) *Conza.* 4) *Quae ap. Erchempertum Liguria dicitur.* 5) *Ejusdem mentio est in duabus chartis s. XII. et XIII. Eundem fuisse puto qui partem illam suburbii Neapolitani etiamnum occupat, quod vulgo S. Antonini abbatis nuncupatur.* PR. 6) *Marsorum, Leo I,* 35*; cf. Erchempert. c.* 29.

fossatis, sepibus et cavernis terrae, inlesi a gladiis, sed prae siti mortui inveniebantur. Saraceni autem victores effecti, coeptum peregerunt iter.

17. Inter Capuam, Teanum necnon Aliphem auditur esse mons quidam[1], in quo (29) dicitur adesse angelica virtus ad instar beati Michahelis archangeli in monte Gargano, ita stillari aquam et iugiter effodi criptam et patere basilicam atque ibidem divina crebro fieri prodigia. Ex ortatum[a] autem Landolfi praesulis Hilari Teanensis ecclesiae episcopus dedicabit illuc sanctorum altaria, et peramplius extunc fiunt multorum sanitatum signa et prodigia ad gloriam et laudem nominis Ihesu Christi.

18. Mos etenim est apud monachos utrorumque coenobiorum, videlicet sanctorum (30) Vincentium martiris et beati confessoris Benedicti, diebus sanctae quadragesimae vicissim sibi rogum exhibere caritatis gratia. Dum hoc quadam die apud Sanctum Vincentium fratres spiritaliter agerent et illuc de Sancto ob hoc Benedicto fratres adessent, die Veneris tamquam pernicitatem volucri repente super eos Seodan rex Saracenorum cum suis satellitibus venit. Monachi vero, quamquam nudi, tamen incolumes ad suum confugerunt castellum. Adest illius misericordia, qui suis fidelibus ait: 'Pater meus usque nunc operatur, et ego operor'. 'Ego', inquam, 'vobiscum sum omnibus diebus'; et: 'Ex obibus meis nemo[b] potest rapere de manu patris mei'; quia 'ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine[c] meo, ibi sum in medio eorum'! Sed neque minus in hoc quam dudum suo fideli concessit Dominus Benedicto, quia, etsi res tradita fuisset gentibus, animas tamen custodiret. Saraceni vero omne demolierunt monasterium, confringentes omnia, frumenta et legumina in flumine proicientes. Et dum huc illucque foderent, plurimum absconsum reppererunt thesaurum, coronas videlicet, ministeria sacra, et quotquot valuit esse ecclesiasticus honor. Nefandissimus autem Seodan rex in sacris calicibus bibebat et cum turibulis aureis incensum sibi fieri iubebat. Post diem autem tertium veloci cursu properavit cum suis ministris usque ad portas Capuane civitatis, plaustra onusta, animalia, homines plurimos capiens; atque eo die rediens, secus Teanum castrametatus est. Verentes autem beatissimi Benedicti monachi et illius vicinum adventum et suorum periculum, per Ragenaldum diaconem, ipsius ut mitigari potuissent ferocitatem, prima vice pro pactu contulerunt ei.

Ioh. 5, 17. Matth. 28, 20. Ioh. 10, 29. Matth. 18, 20.

19. Pando Capuanitis gastaldius[d] contra Waiferium principem cum suis homini- (31) bus exivit in bellum; mox quidem ipse prius corruit, dehinc qui fuerunt cum eo, victoriamque adeptus est Waiferius princeps. Per haec tempora Seodan cum omni suo exercitu per dies quadraginta debellabat Consiam urbem, et nimium obsedit eam tempore multo; quamque Dominus suo praesidio eripuit, et Seodan cum suis turpiter ab ea recessit*. Pandinolfus, Pandonis dicti filius, Capuana in urbe factus est gastaldius[e]**. Quemque non post multum Landolfus episcopus sua seclusit ab urbe; et sua cum facultate veniens, habitavit in Sessam***. Landolfus autem extitit (32) suis civibus non solum episcopus, sed et comes et iudex, non solum praesul, verum etiam gastaldius, neque tantum pontifex, quin velut miles super cunctos praeerat†.

*) 2 *in marg. post add.:* Iam dictus Pando annis duobus et mensibus ..... Capuam retinens, atque defunctus[f], suo eam filio reliquit Pandinolfo per indictionem undecimam. 862.

**) 2 *in marg. post add.:* retinens eam menses 9.

***) 2 *in marg. post add.:* eadem indictione.

†) 2 *in marg. add.:* per annos 12. Quo defuncto, Pandenolfus, nepos eius, factus est gastaldeus; qui tribus annis et octo mensibus in ea residens, a parentibus suis captus est; et Lando, frater Landolfi episcopi, factus est gastaldeus, residens annis duobus et mensibus decem. Cui successit Landenolfus, frater eius, gastaldeus[g]

a) ort. *corr.* hort. *c.* b) nepo *c.* c) n̄ *c.* d) gasta. *c.* e) gast. *c.* f) atque de *supplevi; locus obscurus in c.* P. g) gastald. *c.*

1) *Monte di S. Michele in principatu Formiculae dioecesis Cajacensis situs.* PR.

(33) 867. Item* benefactor noster, id est omnium contrarius hostis, Seodan venit in Benafrum; postquam eorum coeperat civitatem et postquam omnem devastavit villam et in circuitu eius tamquam rex potens in medio resedit terrae. Initium siquidem tunc erat quadra-
Febr. 9. gesimae sanctae. Eo autem die sanctam dominicam more solito Berthari abbas suum exortabat[a] divinis praeceptis beatissimum gregem. Cuius vicinitatem cum certo fratres comperissent, concito gresu ad Sanctum conscenderunt Benedictum. Sequenti die Mer-
Febr. 12. coris nefandus ipsius regis exercitus secus Sancti Benedicti pervenit monasterium, haud non longe quasi stadia dua. Hoc est, dum vellent Saraceni per montes descendere Atinen, hic qui eos deducebat descendit cum eis in vallem Rotundam, dehinc in Rapidum. Cumque in planitiis devenissent, praedari coeperunt. In sancti aecclesiam dum introis-sent Heliae, parum aliquod damnum ibidem facientes, per Circlarias in Ortum dominicum[b], et per Pascarium in Fontanam Lucii, abhinc Peolem, ibidemque senem ante cancellos interfecerunt, qui eorum fallitus est viam. Cesam Constantii, Olibetum[c], Matronolam loca perscrutantes, omnes iumentas et vaccas monasterii auferentes, ad socios in Benafrum iam sero reversi sunt. Hic finis in his fuit, Deo propellente partibus beati Benedicti tam Seodan regis quamque omnium satellitum eius.

20. Cronica de monasterio sanctissimi Benedicti.

Paul. de s. Ben. cf. Hist. I, 26. Diebus Iustiniani orthodoxi imperatoris beatus Benedictus pater, qui monachorum regulam instituit, et prius in loco qui Sublacu dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta milibus adest, et postea in castro Casini, quod Arx appellatur, et magnae vitae meritis et apostolicis virtutibus fulsit. Cuius vitam, sicut notum est, beatus papa Gregorius in suis dialogis suavi sermone composuit; ego quoque pro parvitate ingenii mei ad honorem tanti patris singula eius miracula per singula eius distica elegiaco metro contexui.

In laude sancti Benedicti versus Pauli diaconi.

Ordiar unde tuos, sacer o Benedicte, triumphos,
Virtutum cumulos ordiar unde tuos?

Et in fine:

Sint, precor, apta tibi, celestis tramitis index;
O Benedicte pater, sint, precor, apta tibi.

Et in ultimo[1]:

Perfice cuncta, precor, per eum quem semper amasti;
Dulcis amande pater, perfice cuncta precor.

Ymnus:

Fratres, alacri pectore, venite concentu pari, fruamur
Huius[d] inclittę festivitatis gaudiis.

Hec alibi requirantur suo in loco.

Libet me breviter referre quod beatus papa Gregorius minime in huius sanctissimi Benedicti patris vitam descripsit.

Denique cum divina ammonitione a Sublacu in hunc, ubi requiescit, locum per quinquaginta ferme milia adventaret, tres eum corvi, quos alere solitus erat, sunt circumvolitantes

887. Capue anno uno, mensibus quatuor, per indictionem quintam. Mense Ianuario coepit Capuam Atenolfus comes, quam tenuit annis decem. Quibus expletis, princeps Bene-
909. venti factus est, dominans eam annis decem, mensibus sex[2].

*) *Alia manu in marg. add.:* Hoc factum est tertio anno principatus domni Radelgarii, indictione 15.

a) exortab. *superscr.* h *c.* b) dominicum *corr.* domnicum *c.* c) *vocabulum hic erasum c.* d) *ita c. distinguit.*

1) *Leguntur in carminis parte, quam Paulus in Hist. Langobardorum omisit, Bethmann Arch. X, p.* 329 *sq. edidit.* 2) *Haec a Johanne abbate addita esse, Peregrinius probabili satis conjectura statuit, p.* 113. *Cf. Bethmann p.* 393; *et infra p.* 488.

secuti. Cui ad omne bivium, usque dum huc veniret, duo angeli in figura iuvenum apparentes, ostenderunt ei, quam viam arripere deberet. In loco autem isto quidam Dei servus tunc habitaculum habebat, ad quem divinitus ita dictum est: Paul. de s. Ben. cf. Hist. I, 26.

'His tu parce locis, alter amicus adest'.

Hic autem, hoc est in Casini arcem, perveniens, in magna se semper abstinentia coartavit; sed precipue quadragesimae tempore inclausus et remotus a mundi strepitu mansit. Haec omnia ex Marci poetae carmine sumpsi, qui ad eundem venerabilem patrem huc veniens, hos versus in eius laudem composuit:

'Caeca prophanatas coleret dum turba figuras
Et manibus factos crederet esse deos'.

Requirantur alibi.

Certum est, hunc egregium patrem vocatum caelitus ob hoc ad hunc fertilem locum et cui opima vallis subiacet advenisse, ut hic multorum monachorum, sicut et nunc, Deo presule, facta est, congregatio fieret, ut scriptum est:

Quos Pater omnipotens hic mundi a finibus unum
Esse dedit, plures diverso germine ductos.

Coenobium vero beati Benedicti patris, quod in Casini vertice situm fuerat, quodque postea rursum ab edificantibus castrum Eublogimonopolis, id est Benedicti civitas[a], a Langobardis noctu invaditur. Qui universa diripientes, nec unum ex monachis tenere potuerunt, ut prophetia venerabilis patris Benedicti, quam longe ante praeviderat, impleretur, qua dixit: 'Vix optinui apud Deum omnipotentem, ut ex hoc loco animae mihi cederentur'. Fugientes quoque ex eodem loco monachi Romam petierunt, secum codicem sanctae regulae, quam prephatus pater composuerat, necnon pondus panis et mensuram vini et quicquid ex supellectili subripere poterant[b] deferentes. Siquidem post beatum Benedictum Constantinus, post hunc Simplicius, post quem Vitalis, ad extremum autem Bonitus congregationem ipsam facit; sub quo haec destructio facta est. Hist. IV, 17.

21. Exordium de monasterio almi Benedicti patris.

Ut Deus omnipotens electorum monachorum sub beati Benedicti institutionem augeret numerus, principium occasionis extitit, ut Petronax, cives Brexianae urbis, divino amore compunctus, Romam venisset. Hortatuque tunc Gregorii apostolicae sedis papae hoc Casinum castrum petiit, atque ad sacrum corpus beati patris Benedicti perveniens, ubi cum aliquibus simplicibus viris iam residentibus habitare coepit. Qui eundem venerabilem virum Petronacem sibi seniorem statuerunt. Hinc non post multum tempus, cooperante divina misericordia et suffragantibus meritis almi Benedicti patris, iamque evolutis fere centum et decem annis, ex quo locus ille habitatione hominum destitutus erat, multorum ibi monachorum, nobilium et mediocrium, ad se concurrentium pater effectus, sub sanctae regulae iugo et beati Benedicti institutione, reparatis habitaculis, vivere coepit atque hoc coenobium in statum quo nunc cernitur erexit. Huic venerabili viro Petronacio in sequenti tempore sacerdotum praecipuus et Deo dilectus pontifex Zacharias plura contulit adiutoria, libros scilicet sanctae scripturae et alia quaeque ad utilitatem monasterii pertinentia; insuper regulam, quam beatus pater Benedictus suis sanctis manibus conscripsit, paterna pietate concessit. ib. VI, 40.

Gisolfus quoque Beneventanorum dux[1] Suram Romanorum civitatem, Arpinam, Atinen atque Arcem pari modo oppida cepit. Qui Gisulfus tempore Iohannis papae sua omni cum virtute Campaniam venit, incendia et depredationes faciens, multos cepit captivos. Et usque in locum qui Horrea dicitur perveniens, castrametatus est, nullusque ei resistere potuit. Ad hunc pontifex missis sacerdotibus cum apostolicis donariis, universos captivos de eorum ib. VI, 27.

a) *suppl.:* vocabatur *vel simile vocabulum.* b) poterat *c.*

1) *Leo Ost. I,* 3, *qui haec exscripsit add.:* iunior, nepos Liutprand regis Langobardorum.

manibus redemit, ipsumque ducem suo cum exercitu ad propria repedare fecit. Cuius uxor, Scauniperga nomine, in urbe Casinatium in idolorum templo beati apostolorum principis Petri honore beataeque scilicet gloriosae semper virginis Mariae necnon et Michahelis argangeli altaria statuens, igonas et ministeria vel ceteris ac optimis muneribus illustrans, et devota mente succedue memoranda reliquid. In eiusdem vero urbis arcem quo Mello dicitur, ubi decenter beati corpus Benedicti humatum est, isdem Gisulfus armipotens dux cum conscendisset, tum divino tactus amore, beato patri Benedicto cuncta in circuitu montana et planiora conferens, et fixis donariis posteris habenda imperpetuum concessit[1]. Sed propter hostium irruptionem marchas tantum ad incolarum tutamina dimisit; caeterum ob laborum suffragia exercendum vicinis precepit, tam in seminibus quam messium tempora monachis oboedituros.

22. Libet[a] breviter, ut ex maiorum dictis reppertum est, med ixisse sufficiat; nunc vero cursim iterandum est huius nostrae cronice succinctio[b], ut lector facile agnoscere queat, quae tempora vel quis princeps huius patriae extitit vel pastor loci istius quo deguit, et ex brevi memorabilique calculo langa[c] qui velit extendat pagina, et narrator existat dolorum tempora.

Incipit[2] cronica Langobardorum seu monachorum de monasterio sanctissimi Benedicti.

	Ciprianus.
Gregorius.	Petronax abbas.
2.	2.
3.	3.
4.	4.
5.	5.
6.	6.
7.	7.
Godelscalcus.	8.
2. 3. 4. 5. 6.	9. 10. 11. 12. 13.
Gisolfus.	14.
2—17.	15—30.
Liudprand.	31.
2.	32.
3.	Optatus abbas[d].
4—8.	2—6.
Arechis.	7.
2. 3.	8. 9.
4.	Ermeris abbas.
5.	Gratianus abbas.
6. 7. 8.	2. 3. 4.
9.	Thomichis abbas.
10—14.	2—6.
15.	Poto abbas.
16—21.	2—7.
22.	Theodemar abbas.
23—29.	2—8.
30. Carolus ad monasterium ind. 11.	9.
Grimoald.	10.
2—10.	11—19.
11.	Gisulfus abbas.
12—20.	2—10.
Grimoald storesaiz.	11.
2—11.	12—21.
Sico princeps[e].	Apollinaris abbas.
2—11.	2—11.
12.	Deusdedit abbas.
13—16.	2—5.
Sichard.	6.
2.	Audpert abbas.
3. 4.	2. 3.
5.	Bassacius abbas.
6. 7.	2. 3.
Radelchis[f] Siconolfus.	4.
Divisio terre.	

a) Libet — reppertum est *atramento rubro scripta sunt.* b) *litterae quaedam erasae c.* c) *ita c.* d) ab. *c. const.* e) pr. *c.* f) Radelchs *c.*

1) *Hanc desiderari chartam, Wattenbach ad Leonis locum allatum monuit.* 2) *Hanc edidit etiam Caravita, 'I codici e le arti a Monte Cassino' I, p. 76 sqq.*

[Reges Saracenorum[a].

	2.	2.	Calfon de Barim.	5.
	3.	3.	2.	6.
	4.	4.	3.	7.
		Siconolfus tulit aurum de monasterio.		
	5.	5.	4.	8.
	6.	6.	5. et mense 5.	9.
	7. Saraceni.	7.	Ali. Saraceni in Aquino.	10.
	8.	8.	2.	11.
	9.	9.	Aiu.	12.
	10.	10.	Ferraci.	13.
	11.	11.	2.	14.
	12.	Sico.	3. et menses 6.	15.
	13.	2.	Seodan.	16.
			omnia iuso renovata sunt altaria.	
	Radelgari.	3.	2.	17.
	2.	Ademari.	3.	18.
	3.	2.	4.	19.
	4.	3.	5.	Berthari abbas.
	Adelchis.	4.	6.	2.
	2—6.	5—9.	7—11.	3—7.
	7.	Dauferi[b]	12.	8.
	8.	2.	13. Hludowicus imp.	9.
	9.	3.	14. 2.	10.
	10.	4.	15. 3. capiens[c]	11.
	11.	5.	omnis civitas	
			.....[d] Sarac.	
	12.	6.	16. 4.	12.
	13.	7.	17. 5. et mens. 2.	13.
	14—17.	8—11.	6.	14.
	18.	12.		15—18.
	Ben.	Sal.	Sarac.] Franci.	19.[e] 872.

23. Apostolici viri.

Petrus apostolus sedit in Antiochiae cathedra episcopali annos 5. Hic Petrus ingressus in urbe Roma, sedit[f] in cathedra episcopali ann. 25.

Linus sedit[g] ann. 15, mens. 4, dies 11.

Cletus sedit ann. 12, mens. 1, dies 11.

Clemens sedit ann. 9, mens. 2, dies 10.

Anaclietus sedit ann. 12, mens. 10, d. 12.

Eugaristus sedit ann. 13, mens. 6, d. 2.

Alexander sedit ann. 10, mens. 7, d. 2.

Xistus ann. 10, mens. 3, d. 21.

Telesforus sedit ann. 11, mens. 3, d. 21.

Eleuterius sedit ann. 11, mens. 3, d. 21.

Iginus sedit ann. 8, mens. 3, d. 8.

Pius sedit ann. 19, mens. 4, d. 3.

Anicetus sedit ann. 8, mens. 3, dies 3.

Soter sedit ann. 9, mens. 3.

a) *alia manu in loco raso, et ita omnia quae ad Saracenos spectant.* b) D *obscurum;* Alferi *fuisse videtur.* c) *haec vix legi possunt.* d) agitur contra *P. legit.* e) *ultimi numeri scripti sunt* XV. XVI. XVIII. XVII. XVIII. f) cedit *c.* g) sed. *c. const.;* an. *et* m. *plerumque.*

Eleutherius sedit ann. 15, mens. 6, d. 5.
Victor sedit ann. 10, mens. 2, d. 10.
Zefirus sedit ann. 17, mens. 2, d. 10.
Calistus sedit ann. 5, mens. 2, d. 10.
Urbanus sedit ann. 13, mens. 11, d. 12.
Pontianus sedit ann. 5, mens. 2.
Antherus sedit ann. 12, mens. 1, d. 15.
Favianus sedit ann. 14, mens. 11, d. 11.
Cornelius sedit ann. 2, mens. 2, d. 3.
Lucius sedit ann. 3, mens. 3, d. 3.
Stefanus sedit ann. 7, mens. 5, d. 2.
Xistus sedit ann. 1, mens. 10, dies 33.
Dionisius sedit ann. 6, mens. 2, d. 4.
Felix sedit ann. 4, mens. 3, d. 25.
Euthicianus ann. 1, mens. 1, d. 1.
Gaius ann. 11, mens. 4, d. 12.
Marcellinus sedit ann. 9, mens. 4, d. 16.
Marcellus sedit ann. 5, mens. 7, d. 21.
Eusevius sedit ann. 7, mens. 1, d. 3.
Miltiades sedit ann. 4, mens. 7, d. 7.
tempore Constantini. Silvester sedit ann. 26, mens. 10, d. 11.
Marcus sedit ann. 2, mens. 8, d. 20.
Iulius ann. 20, mens. 2, d. 6.
Liberius sedit ann. 6, mens. 3, d. 4.
Felix sedit ann. 1, mens. 3, d. 2.
Damasus sedit ann. 18, mens. 3, d. 11.
Syricius ann. 15, mens. 11, d. 15.
Anastasius ann. 3, d. 10.
Innocentius ann. 15, mens. 2, d. 20.
Zosimus ann. 1, mens. 3, d. 12.
Bonifatius sedit ann. 3, mens. 8, d. 7.
Celestinus ann. 8, mens. 10, d. 17.
Xistus ann. 8, d. 19.
Leo ann. 21, mens. 1, d. 13.
Hilarius ann. 6, mens. 3, d. 10.
Simplicius ann. 15, mens. 1, d. 7.
Felix ann. 8, mens. 11, d. 17.
Gelasius ann. 3, mens. 8, d. 18.
Anastasius sedit ann. 1, mens. 1, d. 24.
Simmachus ann. 15, mens. 7, d. 28[a] (?).
Hormisda ann. 9, d. 17.
Iohannes sedit ann. 2, mens. 9, d. 17.
Felix ann. 4, mens. 2, d. 13.
Bonifacius ann. 2, d. 26. [Huius[b] tempore beatus Benedictus claruit].
Iohannes sedit ann. 2, mens. 4, d. 6.
Agapitus sedit mens. (?) 11, d. 18.
Silvester sedit ann. 2, mens. 5, d. 11.
Vigilius (?) ann. 17, mens. 6, d. 26.
Pelagius sedit ann. 11, mens. 10, d. 23.
Iohannes sedit ann. 16, mens. 11, d. 26 (?)

a) *numeri nonnumquam vix legi possunt.* b) *quae uncis inclusi, manu seriori scripta sunt.*

Benedictus ann. 4, mens. 1, d. 24.
Pelagius ann. 10, mens. 1, d. 10.
Gregorius ann. 13, mens. 6, d. 10.
Savinianus ann. 1, mens. 5, d. 19 (24?).
Bonifatius mens. 8, d. 22.
Bonifatius ann. 6, mens. 8, d. 13.
Deusdedit ann. 3, d. 23.
Bonifacius ann. 5, mens. 10.
Honorius sedit ann. 7, mens. 11, d. 17 (?).
Severinus mens. 2, d. 4.
Iohannes ann. 1, mens. 9, d. 18.
Theodorus ann. 6, mens. 5, d. 18 (?).
Martinus ann. 6, mens. 1, d. 20 (?).
Eugenius ann. 2, mens. 9, d. 24.
Vitalianus ann. 14, mens. 6.
Adeodatus ann. 4, mens. 2, d. 5.
Donus sedit ann. 1, mens. 5, d. 10.
Agatho ann. 2, mens. 6, d. 4.
Leo mens. 10, d. 17.
Benedictus mens. 10, d. 12.
Iohannes ann. 1, mens. 1, d. 9.
Conon mens. 11.
Sergius ann. 13, mens. 8, d. 23.
Iohannes ann. 3, mens. 2, d. 12. [Tempore istius fuit Gisulf dux Beneventi].
Iohannes ann. 2, mens. 7, d. 17.
Sisinnius d. 20.
Constantinus ann. 7, d. 15.
Gregorius ann. 15, mens. 9, d. 22.
Gregorius ann. 10, mens. 8, d. 24.
Zacharias ann. 10, mens. 3, d. 15. Iste restauravit monasterium sancti Benedicti.
Stefanus sedit ann. 5, d. 29.
Paulus ann. 10, mens...
Stefanus ann. 3, mens. 5, d. 27 (?).
Adrianus ann. 24, mens. 3, d. 27.
Leo ann. 20, mens. 10, d. 13.
Stefanus mens. 7.
Paschalis ann. 7, d. 16.
Eugenius ann. 3, mens. 7, d. 22.
Valentinus mens. 1, d. 10.
Gregorius ann. 16.
Sergius ann. 3. [Sub isto Sergio depraedaverunt Saraceni ecclesiam sancti Petri].
Leo ann. 8, mens. 3, d. 7. [Iste Leo fecit castellum Sancti Petri et renovabit ecclesiam sancte Marie et ecclesiam sanctorum quattuor Coronatorum].
Benedictus ann. 2, mens. 6, d. 11.
Nicolaus ann. 9, mens. 6, d. 13.
Adrianus ann. 5.
Iohannes ann. 10.
Marinus ann. 1, mens. 5.
Adrianus [Teanensis] ann. 1, mens. 4, d. 1. Iste Adrianus cecavit Georgium de Abentinum et Mariam superistanam nudam per totam Romam fusticavit.
Stefanus ann. 6, d. 8.

Formosus ann. 4, mens. 6, d. 2.
Bonifatius d. 15.
Stefanus ann. 1, mens. 2.
Romanus mens. 3.
Theodorus mens. 1, d. 15.
Iohannes ann. 2, d. 10.
Benedictus ann. 3 et mens. 10.
[Leo[a] mens. 2.
Christophorus mens. 6].
Sergius [ann. 7, mens. (?)].
Anastasius [ann. 2, mens. (?)].
Lando [ann. 1 (?)], mens. (?).
Iohannes [archiepiscopus[b] Rabennatis eclesie, invitatus a primatibus Romane urbis, contra instituta canonum agens, Romane eclesie invasor factus, prefuit in ea annos sedecim; quibus expletis, ab illis occulto Dei iudicio, tamen iusto, vivus depositus est].
[Leo[c] papa sedit menses 10.
929—931. Stephanus papa sedit[d]].

24. Imperatores Romani.

Augustus regnavit ann. 56.
Tiberius regn. ann. 23.
Gaius ann. 3, mens. 4.
Claudius ann. 13, mens. 8.
Nero ann. 13, mens. 7.
Galba mens. 7.
Otho mens. 3.
Vitellius mens. 8.
Vespasianus ann. 10.
Titus ann. 2, mens. 2, d. 20.
Domitianus ann. 15.
Nerva mens. 16, d. 10.
Traianus ann. 20.
Adrianus ann. 22.
Antoninus ann. 23.
Marcus ann. 18.
Lu[cius[e]] ann. 9.
Commodus ann. 13.
Helius ann. 6.
Iovianus mens. 2.
Septimus ann. 10.
Antoninus ann. 7, mens. 6.
Macrinus ann. 1.
Antoninus ann. 14.
Alexander ann. 14.
Maximus ann. 3.
Pompianus mens. 3.
Philippus et Philippus ann. 17. [Isti[f] primi omnium inperatorum christiani in Roma facti sunt.
Decius ann. 1, mens. 3].

a) *haec 2 in loco raso.* b) *sequentia tertia manu scripta.* c) *haec quarta manu adjecta sunt.* d) *alia quaedam addita sed post erasa sunt, quae non ad hanc pontificum seriem pertinere videntur.* e) *ita e corr. manu 2.*

Gallus et Volusianus ann. 13.
Valerianus et Galienus filius ann. 15.
[Postumus[a*] annis 10].
Claudius ann. 1.
Quintillus[a] dies 18.
Aurelianus ann. 5, mens. 6.
Tacitus mens. 6.
Florianus ann. 20.
Probus ann. 6, mens. 6.
Carus ann. 1.
Carinus Numerius ann. 2.
Diocletianus ann. 20.
Maximianus ann. 18.
Constans pauper ann. 9.
Severinus ann. 15.
Maximinus ann. 19.
Licinius ann. 17.
Maximus ann. 13.
(†[b]) Constantinus, filius Constantini, ann. 31.
Constantinus ann. 14[c].
Constantinus ann. 24.
Constans ann. 12.
Iulianus ann. 2.
Iovianus mens. 8.
Valentinianus ann. 13.
Valens cum Valentiniano, germano suo, ann. 13, m.
Gratianus [cum[d] Valentiniano, fratre suo, ann. 6].
[Valentinus[d] novus].
Theodosius [mag.] ann. 16.
[Arcadius[e] cum fratre Honorio ann. 13.
Honorius ann. 15 cum Theodosio, nep. suo.
Theodosius minor, Arcadii filius, ann. 25].
Valentinianus ann. 28.
Marcianus ann. 6, mens. 5.
Avitus ann. 1, mens. 5.
Maurinus ann. 3.
Severus ann. 5.
Leo [mag.[f] cum Leone parvo ann. 17].
Anthimus ann. 6.
Holibrius ann. 1[g].
Zeno ann. 17, mens. 2.
Anastasius ann. 27, mens. 4.
Iustinus [maior[h]] ann. 29[f].
Iustin[ianus[g]] ann. [39[h]].
[Iustinus[d] minor ann. 11].
Tiberius ann. 6[i], d. 2.
Mauricius ann. 20[k], d. 3.

a*) *haec m.* 2. a) *corr.* Quintilius 2. b) *crucis signum post additum.* c) 13 *eadem manu corr.* 14 *c.* d) *manu tertia.* e) *haec in loco raso manu* 3; 1 *unam tantum lineam scripserat.* — Arcadios *et* Honorios *superscr. littera* v *c.* f) *post haec linea erasa est;* m. (?) 10 *etiamnum legi potest.* g) *corr.* 9 *manu* 3. h) *ita e corr. manu* 3. i) *corr.* 7. k) *corr.* 21.

Foca regn. ann. 7[a], mens. 10.
Heraclius ann. [31[b]].
Heracleonas ann. 2.
[Constans[c], qui mortuus est in Occidente, ann. 27].
Constantinus, filius Heraclii, mens. 6.
Constantinus, filius Constantini, ann. 28.
Constantinus, filius Constantini superioris regis, ann. 17.
Iustinianus minor, filius Constantini, ann. 10.
Leo ann. 3.
Tiberius [qui[c] et Absimarus ann. 7].
Iustinianus secundo cum Tiberio filio ann. 6.
Philippicus [qui[c] et Bardanius ann. 2].
Anastasius [qui[c] et Anthemius ann. 3].
Theodosius ann. 1.
Leo[n[d] Ysabrus ann. 24.
Constantinus persecutor ann. 35.
Leon qui et Chazaris ann. 5. Iste[e] Leo imperabat[f] Romanis, quando Carolus rex Beneventum venit. Cuius tempore Grimoaldus princeps erat Beneventi.
Constantinus cum Irini, matre sua, ann. 10.
Constantinus solus ann. 7. Sub isto ceperunt Franci dominare Romanos.
Irini sola, mater Constantini, ann. 5.
Niciforus ann. 9.
Stauracius cum filio suo mens. 2.
Michahel Coropalatis ann. 2.
Leon ann. 7, et occisus est in ecclesia. Iste destruxit sanctas imagines et eiecit Niciforum patriarcha.
Michahel alter ann. 9. Sarraceni Cretam et Siciliam ingressi sunt.
Ab inicio mundi usque in hoc tempore ann. sex milia trecenti 24.
Theofilus, filius eius, ann. 12.
Michahel Porphyrogenitus cum matre sua ann. 14.
Michahel regn. ann. 12.
Basilius paracimŏmenus solus ann. 11. Cum Leone et Alexandro, filios suos, ann. 9.
913 Leo et Alexander cum supradictis 9 ann. regnaverunt ann. 35.
Constantinus, filius supradicti Leonis].

25. Reges Langobardorum.

Alboin regn. ann. 3, mens. 6.
Cleb regn. ann. 5.
Auctari crinitus regn. ann. 8[g].
Agilulfus regn. ann. 25.
Adepaldus crinitus regn. ann. 10. Iste primus calciavit osam Particam.
Arioaldus regn. ann. 12.
Rottari regn. ann. 16, mens. 6.
Rodoaldus regn. mens. 4, d. 6.
Aripert regn. ann. 9.
Grimoald regn. ann. 9.
Bertarit regn. ann. 17.
Cunipert regn. ann. 10[h].

a) *corr.* 8. b) *e corr.* c) *manu tertia.* d) n *et omnia sequentia alia manu.* e) Iste — Beneventi *in marg. post add.* f) iperabat *c.* g) *vel* 9 *c.* h) XIIII (?) *corr.* X *c.*

Liutpert regn. ann. 2, mens. 10[1].

Aripert alter regn. ann. 12(?).

Ansprant regn. mens. 3, d. 5[a].

Liutprand regn. ann. 30[b].

Hilprand regn. mens. 8.

[Rachis[c] rex Langobardorum, dimisso regno, ad beati Benedicti limina cum sua uxore Tasia et Rottruda filia, uterque monachico abitu induti. Iste hic in Casino, illa in Blombarolia vitam finierunt. Et istius temporibus Carolus magnus regno dimisso et monachus factus hic habitabit, et postea in Francia legatus pro rei publice a papa missus, ibi vitam finivit; sed a fratre Pipino rege corpus eius in locello aureo misso atque in Monte Casino directo, ibi quiescit].

Aistolfus regn. ann. 5, mens. 6. Iste possedit[2] Romam et appraehendit Ravenam.

Desiderius regn. ann. 18, mens. 2, dieb. 10. Capta est Papia civitas mense Iunio die Martis. In isto complentur reges 20. 774. Iun.

A Zottone primo duce Beneventi usque ad quintum decimum annum Siconis sunt anni 272 temporibus Tiberii imperatoris, qui imperavit ann. 6.

Gisulfus prior dux Beneventi devastavit Campaniam, qui prefuit Samnitibus ann. 17. Ab isto Gisulfo usque ad alium Gisolfum iuniorem sunt ann. 53.

A Gisolfo iuniore usque ad quintum decimum annum Siconis sunt anni 84.

A beato Benedicto usque ad Gregorium papam sunt anni 78.

A Gregorio papa usque ad quintum decimum annum Siconis sunt anni 206.

Temporibus Iustini imperatoris maioris et Iustiniani fuit sanctus Benedictus sub Iohanne papa. Eodem tempore Theodericus rex in Italia praefuit.

26. Duces Beneventi.

Zotto sedit ann. 20.

Arichis sedit ann. 50.

Aio sedit ann. 1, mens. 5. Iste dimicavit cum Sclavis ad Aufidum, et interfecerunt illum per ingenium.

Radoaldus sedit ann. 5.

Grimoaldus sedit ann. 25.

Romoald, [filius[d] eius], sedit ann. 16. Temporibus istius venit Constans imperator super Beneventum et obsedit eam.

[Grimoaldus[e], filius eius, sedit annos 3.

Gisulfus maior, frater istius Grimoaldi, sedit ann. 17.

Romoaldus, filius istius Gisulfi, sedit annis 26.

Gisulfus puerulus, filius istius Romoaldi, dux factus, deportatus est Papiam a Lioprando rege.

Gregorius, nepos Lioprandi, sedit ann. 3.

Godescalcus ann. 3.

Gisulfus supradictus puerulus revocatus in Benevento, dux ibi extitit].

Arechis[f] sedit ann. 29, mens. 6. Iste primus appellatus est princeps, et fecit duo palatia, unum in Benevento et alium in Salerno, et Sanctam Sofiam edificavit in Benevento.

Grimoaldus, filius eius, sedit annis [20.[g] Huius temporibus venit Carolus rex Beneventi provinciam].

Alter Grimoaldus sedit ann. 11, mens. 1, d. 10.

Sico sedit ann. 16, mens. 2.

Sicardus, filius eius, sedit ann. 6, mens. 10, [indict.[h] 2].

a) *vel* 10 *c.* b) *ita e corr. c.* c) *haec in marg. post add. c.* d) *post add. c.* e) *quae sequuntur alia manu in loco raso c.* f) *prima manus pergit c.* g) *e corr. Reliqua alia manu c.* h) *post add. c.*

1) *Error librarii; nam reliqui habent* 6. BE. 2) *i. e.* obsedit.

840 Radelchis sedit ann. 14[a]. Huius temporibus divisum est principatum Beneventanum inter Siconolfum et ipsum.

Radelgarius, filius eius, sedit ann. 9, mens. 3.

Adelchis, frater eius, sedit ann. 24, mens. 6.

Gaideris, filius supradicti Radelgarii, sedit ann. 2, mens. 6, d. 19.

Radelchis, filius supradicti Adelchis, sedit ann. 3, mens. 8, diebus 21.

Aio, frater eiusdem Radelchis, sedit ann. 6.

Ursus, filius predicti Aionis, puer decennis, sedit anno 1. Cuius tempore Sybba-
891. ticius stratigos cum valida manu Grecorum venit Beneventum tertio Idus Iulii, obsedit-
Iul 13. Oct. 18. que eam usque quintum decimum Kalend. Novembriarum diem; quos benigne paciscens, in eam ipse ingressus est eodem die[1]; completis trecentis triginta annis et aliquot mensibus a Zottone primo duce Beneventi, quibus Langobardi primatum tenuere Beneventanae provinciae.

Tribus denique annis novemque mensibus et diebus biginti dominatio Grecorum tenuit Beneventum Samniique provinciam.

Postea vero [Liudo[b] marchio], ann. 1 et mensibus octo expletis, postquam Greci
a) venerandum 3—7. b) ab eo v. D. 3—7. c) *ita* 1. 2; signo *cett.* d) in eum i. 3. 5. 6. 7. e) *ita* 1; despecto 2; dispectum 3; despectum *cett.* f) vir 2. g) Populanii 3; Populoniensis 4. h) hic *add.* 5. i) osp. 2. k) osp. 2. 4. l) Quos susceptos 6. 7. m) Eorum quoque 4. n) Merulis 4. 5. 7. o) *deest* 3. 6. p) deduxi 2. q) *ita* 1. 2; expectaculum 3. 6; spectaculo 5; spectaculum 4. 7. r) proieci *erasa littera* e 1; precepit *post add.* 4. s) eisdem 4. t) spect. 4. 5. 7. u) insp. 4. 5. v) t. p. 4. w) in m. d. 5; medium 3; me 7. x) cavia 1. y) feretatis *superscr. m. s. XI.* ferocitatis, *et ita* 2. z) deflexit cervicem 3. a) que *deest* 3. 6; cap. hum. 3. 6. 7. b) spect. 4 5. 7. c) venerant 2. d) admirationem 4. 7. e) in 3. f) motus 3; commotus 4. g) custodiendo vitam 5. h) bestiae 6. 7. i) *ita* 1. 3. k) a. n. s. *suppl. in marg.* 1. l) *deest* 3. m) *deest* 1. n) Lunense 7. o) vastassent 1. p) *ita* 1. 3. q) que *deest* 3. 6. r) tenere 4. s) *deest* 6. t) festinanter 3. 6, *ubi* me *deest.* u) sepellire 1. v) *deest* 3; ut 4. 6. 7 *et e corr.* 5. w) discidite 1; recedite 4. x) Defuncto 6. y) Populonii *post corr.* Populonium 4. z) inminsa 1. a) erupiit 3. b) *ita* 1. 3. c) illum *corr.* illud 5.

1) *Prope Piombino in Etruria.* 2) *Hodie Arotia.* 3) *Elba.*

distat, circa utraque navis latera procellosa valde pluvia discendit[a], et[b] in navi[c] eadem una pluviae gutta non cecidit[d]. Pervenere itaque ad locum clerici et sepulturae tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius praecepta servantes, ad navem[e] sub festinatione reversi sunt. Quam mox ut intrare potuerunt, in eodem loco[f], ubi vir Domini sepultus fuerat, Langobardorum dux crudelissimus[g] Gumari[h] advenit. Ex cuius adventu[i] virum Dei habuisse[k] prophetiae spiritum claruit, qui ministros suos a sepulturae suae loco sub festinatione discedere[l] praecepit.

12. Hoc autem quod divisa pluvia factum narravi[m] miraculum etiam in[n] alterius episcopi veneratione monstratum est. Nam quidam clericus senex, qui adhuc superest, eidem rei praesto se fuisse testatur, dicens: 'Fulgentius episcopus, qui Utriculensi[o. 1] ecclesiae praeerat, regem crudelissimum Totilam offensum[p] omnimodo habebat. Cumque ad easdem partes cum exercitu propinquasset, curae fuit episcopo per clericos suos exenia[q] mittere[r], eius[s] furoris[t] insaniam, si possit[u], muneribus mitigare. Quae ille ut vidit, protinus sprevit, atque iratus suis hominibus iussit, ut eundem episcopum sub omni asperitate constringerent eumque eius examini[v] servarent. [Quem[w]] dum feroces Gothi[x], ministri scilicet[y] crudelitatis illius, tenuissent, circumdantes eum, uno in loco stare praeceperunt eique in terra circulum designaverunt, extra quem pede[z] tendere nullo modo auderet. Cumque vir Dei in sole nimio staret[a], ab eisdem Gothis circumdatus et designatione circuli inclausus[b], repente coruscus et tonitrus et tanta vis[b*] pluviae erupit, ut hii[c] qui eum[d] custodiendum acceperant immensitatem pluviae ferre[e] non possint[f]. Et dum magna nimis inundatio fieret, intra eandem designationem circuli, in qua vir Dei[g] Fulgentius stetit, ne[h] una quidem[i] pluviae gutta discendit[k]. Quod dum regi crudelissimo nuntiatum fuisset, illa mens effera ad magnam eius reverentiam versa est, cuius poenam prius insatiabili furore sitiebat'. Sic[l] omnipotens Deus contra elatas carnalium mentes potentiae suae miracula per dispectos[m] operatur; ut qui se[n] superbe contra praecepta veritatis elevant, eorum cervicem veritas per humiles praemat[o].

13. Nuper quoque Floridus venerabilis vitae episcopus narravit quoddam memorabile[p] valde miraculum, dicens: 'Vir sanctissimus Ercolanus[q], nutritor meus, Perusinae[r] civitatis episcopus fuit, ex conversatione[s] monasterii ad sacerdotalis ordinis gratiam devotus[t]. Totilae autem perfidi regis temporibus eandem urbem[u] annis septem continuis Gothorum exercitus obsedit. Ex qua multi civium fugierunt[v], qui[w] famis periculum ferre non poterant. Anno vero septimo necdum finito, obsessam urbem Gothorum exercitus intravit. Tunc comis[x], qui eidem exercitui praeerat, ad regem Totilam nuntius[y] misit, exquirens, quid de episcopo vel populo[z] fieri iuberet[a]. Cui ille praecepit, dicens: "Episcopo prius a vertice[b] usque ad calcaneum corrigiam tolle et tunc caput illius amputa, omnem vero populum, qui illic inventus est, gladio extingue". Tunc isdem

a) *ita* 1. 3. 7. b) ut 1. c) nave 3; navem eandem 6; *deest* 4. d) descendit 6; discendit 3. 7. e) navim 4. 5. f) eundem locum 3. 6. g) crod. *corr.* crud. 2; nomine *add.* 4. h) Gumaret 3. 6; Gumareth 7; Gummarith 4. i) adventum 1, *ubi* virum *superscr.*; sic v. 3. k) ab. 1. l) descendere 4. m) m. n. 4. n) *deest* 3. o) Ultricol. 6. p) infestum 3. 6. 7; infensum 4. q) xenia 7, *corr.* ei x. 6. r) transmittere 3. 6. s) eiusque 3—7. t) fororis 1. u) posset 4—6. v) examine *corr.* examini 2; iudicii *superscr.* 7. w) *deest* 1. 2. x) Guti 3, *et ita postea.* y) scelicet 1. z) *ita* 1—3; pedem *cett.* a) estuaret 4; n. estuaret *e corr.* 7. b) clausus *corr.* inclausus 2; inclusus 3. 5. 6. 7. b') *deest* 2, *ubi* pluviae *post suppl.* c) *ita* 1. 3; hi *cett.* d) illum 5. e) *deest* 2. f) *ita* 1. 2; possent *cett.* g) Domini 3. 4. 5. 7; *deest* 6. h) nec 4. i) quidam 1. k) *ita* 1. 3; desc. *cett.* l) Sic sic 4—7; *alterum* sic *deletum* 3. m) *ita* 1. 3. 7; desp. *cett.* n) *deest* 3. o) *ita* 1; premat 2. p) venerabile 2, *corr.* memor. 4. q) Hercul. 4. 5. 7. r) Perucinae 1. 2; Perosinae 3. 6. s) conversione m. a s. 4. t) deductus 3. 4. 5. 7; perductus 6. u) em *e corr.* 2; eadem urbe *corr.* eandem urbem 4. v) *ita* 1. 2; fugerunt *cett.* w) quia 4. x) *ita* 1—3; comes *cett.* y) *ita* 1—3; nuntios *cett.* z) de p. 5. a) deberet 4. b) fertice 1.

1) *Otricoli.*

comis[a] venerabilem virum[b] Herculanum[c] episcopum super urbis murum deductum capite truncavit eiusque cutem iam mortui a vertice usque ad calcaneum incidit, ut ex eius corpore corrigia sublata[d] videretur. Moxque corpus illius extra murum proiecit. Tunc quidam humanitatis pietate conpulsi abscisum capud cervici[e] adponentes, cum uno parvulo infante, qui illic extinctus inventus[f] est, iuxta murum corpus episcopi[g] sepulturae tradiderunt. Cumque post eandem caedem die quadragisimo[h] rex Totila iussisset, ut cives urbis illius, qui quolibet dispersi essent, ad eam sine aliqua trepidatione remearent, hii[i] qui prius famem fugerant, vivendi licentia accepta, reversi sunt. Sed, cuius vitae eorum[k] episcopus fuerat, memores, ubi[l] sepultum esset corpus illius quaesierunt, ut hoc iuxta honorem debitum in ecclesia beati Petri apostoli humarent. Cumque itum esset ad sepulchrum, effossa[m] terra, invenerunt corpus pueri[n] pariter humati, utpute[o] iam die quadragisimo[p], tabe corruptum et[q] vermibus plenum; corpus vero episcopi, acsi die eodem esset sepultum. Et quod est adhuc magna admiratione venerandum, quia ita capud eius unitum fuerat corpori, acsi nequaquam fuisset absci-sum; sic videlicet, ut nulla vestigia sectionis appareret[r]. Cumque hoc[s] et in terga verterent, exquirentes, si quod signum vel de alia monstrari incisione potuisset, ita sanum atque intemeratum omne corpus inventum est, acsi nulla hoc[t] incisio ferri tetigisset[u].

18. Frater quidam mecum est in monasterio[v] conversatus, in scriptura sancta[w] studiosissimus, qui me aetate praeibat, ex[x] multis quae nesciebam me aedificare con-sueverat. Huius itaque[y] narratione dedici[y*], quod fuit quidam in Campaniae partibus intra quadragisimum Romanae urbis miliarium[z] nomine Benedictus, et quidem aetate iuvenis, sed moribus grandaevus et[a] in sanctae conversationis regula se fortiter stringens. Quem Totilae regis tempore cum Gothi repperissent, hunc incendere cum sua cella moliti sunt. Ignem namque posuerunt; sed[b] in circuitu arserunt omnia, cella vero illius igne[c] comburi non potuit. Quod videntes Gothi magisque saevientes atque hunc ex suo habitaculo trahentes, non longe aspexerunt succenso[d] clibanum, qui coquendis panibus parabatur, eumque in illo[e] proiecerunt clibanumque clauserunt. Sed die altero ita[f] inlaesus inventus est, ut non solum eius caro ab ignibus[g], sed neque extrema ullo[h] modo vestimenta cremarentur . . . . . .

19. Huic tam antiquo miraculo diebus nostris res similes[i] e[k] contrario evenit elemento[l]. Nam nuper Iohannis[m] tribunus[n] relatione sua me docuit[o], quod Pronulfus comis cum ilico adessit[p], se cum rege[q] Authari[r] eo tempore in loco eodem, ubi mira res contigit, adfuisse eamque se[s] cognovisse, testatus est. Praedictus etenim tribunus narravit, dicens: quia ante hoc fere quinquennium[t], quando apud hanc[u] Romanam urbem alveum suum Tiberis[v] egressus est, tantumque crescens, ut eius unda super muros[w] urbis influeret atque in ea[x] maximas regiones occuparet, apud Veronensem[y] urbem fluvius Atesis[z] excrescens, ad beati Zenonis martyris[a] atque pontificis ecclesiam venit. Cuius ecclesiae

a) *ita* 1. 3; comes *cett.* b) verum 1. c) Hercol. 3. 6. d) subleva 2. e) vertice 3. f) est inv. 3. 7. g) *deest* 3. h) quadraginsimo 3; quatraginsimo *corr.* quatragisimo 1; quadragesimo *cett.* i) *ita* 3. 7 *et e corr.* 4. k) multi e. f. *post add.* episcopus *et corr.* fuerat 4; ep. cognatus f. 5. l) u. s. e. *post suppl.* 4. m) effosa 2; et fossa 3 (*corr.* eff.). 6. 7. n) *deest* 4. o) *ita* 1. 2; utpote *cett.* p) quadraginsimo 3; quadragesimo *cett.* q) *deest* 2. r) *ita* 1—3; apparent *post corr.* apparerent 4; apparerent 5. 6. 7. s) hunc 7. t) *supersc.* 1. u) tetigesset *corr. m. s. XI.* tetigisset 1. v) monastrio 2. w) sacra 3—7. x) et ex 3. 5—7; et *post add.* 4. y) *deest* 4. y*) *ita* 1. 2. z) miliario 3. a) *deest* 6 b) et 4. c) igni 4—7. d) succensum 3—7. e) illum 6. 7; eumque ibi miserunt, clauserunt quoque cl. 4. f) *deest* 2. g) ign. *e corr.* 1. h) nullo 4. i) *ita* 1. 2. k) ex 4—7. l) elimento 1. m) Iohanis 3; Iohannes 4. 6. 7. n) treb. 1. o) sua edoc. 3. p) adesset 4—6; adiisset 7. q) regem 5. r) Autarie 3; Autario 6. 7; Autharich 2. 4; Autharic 5. s) *deest* 4. t) quinquaennium 1; quinquenium 3. u) ap. Romam u. 4. v) Teberis *corr.* Tiberis *1. — est egr. 4. w) murus 2; urbes influerit 1. x) in ea iam 3; in iam *corr.* in ea 4; inde iam 7. y) Veronisem 1. z) Ateses 3; Attesis *e corr* 4 (Atassis *scriptum fuisse videtur*); Athasis 5. a) confessoris 5.

dum essent ianuae apertae[a], aqua in eam minime intravit. Quae paulisper crescens, usque ad fenestras ecclesiae, quae erant tectis proximae, pervenit; sicque stans aqua ecclesiae ianuam clausit, acsi illud elementum liquidum in soliditatem parietis fuisset inmutatum[b]. Cumque essent multi interius inventi, sed[c], aquarum magnitudine[d] ecclesia omni[e] circumdata, qua[f] possent egredi non haberent ibique se[g] siti ac fame deficere formidarent, ad ecclesiae ianuam veniebant, ad bibendum auriebant aquam; quae, ut praedixi, usque ad fenestras excreverat et tamen intra ecclesia[h] nullo modo diffluebat[i]. Auriri[k] itaque ut aqua poterat, sed difflui[l] ut aqua non poterat. Stans autem ante ianuam ad ostendendum cunctis meritum martyris[m] et[n] aqua erat ad adiutorium, et quasi aqua non erat ad invadendum locum.

26. Nuper in Samniae[o] provinciae quidam venerandus vir Menas[p] nomine solitariam vitam ducebat, qui nostrorum multis cognitus ante hoc fere est decennium defunctus. De cuius operis narratione unum auctorem[q] non infero, quia paene tot mihi in eius vita testes sunt, quot[r] Samnii[s] provinciam noverunt. Hic itaque nihil ad usum suum aliud nisi pauca apium[t] vascula possidebat. Huic cum Langobardus[u] quidam in eisdem apibus rapinam voluisset ingerere, prius ab eodem viro verbo correptus est et mox per malignum spiritum ante eius vestigia vexatus[v]. Qua ex re factum est, ut, sicut apud omnes incolas, ita etiam apud eandem barbaram gentem eius[w] celebre nomen haberetur nullusque ultra praesumeret eius cellulam nisi humilis intrare.

27. Nam ante hos fere annos quindecim, sicut hii testantur qui interesse potuerunt, quadraginta rustici a Langobardis capti carnes immolaticias comedere conpellebantur. Qui cum valde resisterent et contingere cibum sacrilegum nollent, coepere Langobardi, qui eos tenuerant, nisi immolata comederent, eis mortem minari. At illi aeternam potius quam praesentem vitam ac transitoriam diligentes, fideliter persteterunt[x]; atque in sua constantia simul omnes occisi sunt. Quid itaque isti nisi veritatis[y] martyres fuerunt, qui, ne vetitum comedendo Conditorem suum offenderent, elegerunt gladiis vitam[z] finire?

28. Eodem quoque tempore dum fere quadringentos[a] captivos alios Langobardi tenuissent, more suo inmolaverunt caput caprae diabolo, hoc ei currentes per circuitum et carmine nefando dedicantes. Cumque illud ipsi prius summissis cervicibus adorarent, eos quoque quos ceperant[b] hoc adorare[c] pariter compellebant. Sed ex eisdem captivis maxima multitudo magis eligens[d] moriendo ad vitam inmortalem tendere quam adorando vitam mortalem tenere, obtemperare iussis sacrilegis noluit et cervicem, quam semper Creatori flexerat, creaturae inclinare contempsit. Unde factum est, ut hostes qui eos ceperant[e] gravi iracundia accensi cunctos gladiis interficerent, quos in errore suo participes non haberent. . . . . .

29. . . . . Unum narro quod per Bonefatium[f] monasterii mei[1] monachum, qui usque ante[g] quadriennium cum Langobardis fuit, adhuc ante triduum agnovi. Cum ad Spolitinam[h] urbem Langobardorum[i] episcopus, scilicet Arrianus, venisset et loco[k] illic ubi sollempnia sua ageret non haberet, coepit ab eius civitatis episcopo ecclesiam petere, quam suo errori[l] dedicaret. Quod[m] dum valde episcopus negaret, isdem qui venerat

a) *desinit fragm.* *1. b) f. iam m. 3. c) *post add.* 4. d) multit. 4. e) o. e. 7. f) quo 3. 6; a *e corr.* 7. g) siti ac f. se d. 4. h) ecclesiam 3—7. i) defl. 4—6. k) aurire 1. 2. l) eflui *corr.* efluere 3; defluere 4—6; difluere 7. m) confessoris 5. n) ut 7. o) Samnii 3—5; provint(c)ia 3—7. p) Minas 3. 6; Mennas 5. q) *deest* 5. r) quod 1. s) Samniae 6. t) apum 3. 4. 6. — vicula *corr.* vascula 1. u) Langobardos 1. v) v. est 3. w) n. e. c. h. 5. x) *ita* 1. y) veretatis 1. z) f. v. 4. a) quadr:gintos *corr.* quadringentos 1. b) *reliqua des., quaternione amisso* 7. c) adhorare 2. d) elegens 1. e) coeperant 1. 2. f) Bonifacium *vel* Bonifatium 2. 4. 5. 6. g) *deest* 4. 5. h) Spolitanam 2; Spulitanam 3; Spoletinam 5; apud Ispolitanam 6. i) Langub. *hoc loco* 4 *et post saepius.* k) locum 3—6. l) errore 4. m) Qui 3.

1) *S. Andreae Romae ab ipso Gregorio aedificati.*

Arrianus, beati Pauli apostoli illic ecclesiam cominus[a] sitam se die altero violenter intraturum esse, professus est. Quod eiusdem[b] ecclesiae custus[c] audiens, festinus cucurrit, ecclesiam clausit, seris munivit. Facto autem vespere, lampades omnes extinxit seque in interioribus abscondit. In ipso autem[d] subsequentis[e] lucis crepusculo Arrianus episcopus collecta multitudine advenit[f], clausas ecclesiae ianuas effringere paratus. Sed repente cunctae[g] simul regiae[h] divinitus concussae, abiectis longius seris, apertae sunt, atque cum magno sonitu omnia ecclesiae claustra patuerunt; effuso desuper lumine, omnes[i] quae extinctae fuerant lampades accensae sunt. Arrianus vero episcopus, qui vim facturus advenerat, subita caecitate percussus est atque alienis iam manibus ad suum habitaculum reductus[k]. Quod dum Langobardi in eadem regione positi omnes agnoscerent, nequaquam ulterius praesumpserunt catholica loca temerare. Miro etenim modo res gesta est, ut, quia eiusdem Arriani causa[l] lampades in[m] ecclesia beati Pauli fuerant extinctae, uno eodemque tempore et ipse lumen perderet, et in ecclesia[n] lumen rediret.

30.[o] Sed neque hoc sileam[p], quod ad[q] eiusdem Arrianae hereseos damnationem in hac quoque urbe ante biennium pietas superna monstravit. Ex his quippe quae narro aliut[r] populus agnovit, alia[s] autem sacerdos[t] et custodes ecclesiae se audisse, se[u] vidisse testantur. Arrianorum ecclesia in regione urbis huius que Subora[v] dicitur cum clausa usque[w] ante biennium remansisset[x], placuit[y], ut in fide catholica, introductis illic beati Sebastiani et sanctae Agathae martirum reliquiis, dedicari debuisset. Quod factum est. Nam cum magna populi[z] multitudine venientes atque omnipotenti Domino laudes canentes, eandem ecclesiam ingressi sumus. . . . . .

31. Sicut multorum, qui ab Hispaniarum[a] partibus veniunt[b], relatione cognovimus[c], nuper Hermenigeldus[d] rex, Lewigeldi[e] regis Wisigotharum[f] filius, ab Arriana herese[g] ad catholicam fidem, viro reverentissimo Leandro Hispalitano[h] episcopo, dudum 579.
mihi in amicitiis familiariter iuncto[i], praedicante conversus est[2]. Quem pater Arrianus, ut ad[i] eandem heresem[k] rediret, et praemiis suadere[l] et minis terrere[m] conatus est. Cumque ille constantissime responderet, numquam se veram fidem posse relinquere, quam semel agnovisset, iratus pater eum privavit regno rebusque omnibus expoliavit. Cumque nec sic virtutem mentis illius emollire valuisset, in arta[n] illum custodia[o] concludens, collum manusque illius ferro religavit[p]. Coepit itaque isdem Hermenigeldus rex iuvenis[q], terrenum regnum dispiciens[r] et forti desiderio caeleste[s] quaerens, in cyliciis iacere vinculatus, omnipotenti Deo ad confortandum se preces effundere, tantoque sublimius gloriam transeuntis mundi dispicere[r], quanto et religatus[t] agnoverat, nihil[u] fuisse quod potuit auferri. Superveniente autem paschalis festivitatis die, intempestae[v] noctis

a) comminus 3. 6; quominus 4. b) eius 4. c) *ita* 1; custos *cett* d) *post suppl.* 4. e) subsequenti c. l. 5. f) evenit 3. g) s. c. 4; s. iam c. 6. h) ianuae regiae 6. i) et o. 4. k) r. est 6. l) causam 1. m) l. eclesie (ęcclesiae) 3. 6. n) ecclesiam 5. — red. *e corr.* 4 (inveniret *scriptum fuisse videtur*). o) XXVIII. 4. p) siletur 5. q) ab 3. 6; *corr.* ad 4. r) *ita* 1. s) aliud 5. t) sacerdotes 4. u) et se 6; et v. *post suppl.* 4. v) *ita* 1. 2; Sabura *cett.* w) *deest* 3. — ante *post suppl.* 4. x) perm. 4. y) *post* fide *suppl.* 3. z) populorum 3. a) Isp. 4; ad Span. 3 b) venerunt 6. c) cognovi nos n. 1 2. d) *ita* 1; Herminegeldus 2; Herminigildus *cett.* e) *ita* 1. 2; Liuuigilde 3; Liuuigildi 4 5; Leuigildi 6. f) Wissig. 1; Wisigothorum 4. 5 (*corr.* Visig.). g) *ita* 1. 3; heresi *cett.* h) Espolitano 3; Spolitano 6. i) *deest* 1. k) *ita* 1—3. l) suaderet 2, *corr.* suadere 4 m) ter..... *(erasa)* 2. n) artam 6. o) custodiam 3. 6. p) relegavit 1; licavit 3; ligavit 6. q) in p(o)enis 3. 6. r) *ita* 1. 3; desp. *cett.* s) caelesti 1; ęlestem *corr.* ęleste 4. t) releg. 1. u) nil 2—4. v) intempesta 3.

1) *Cf. praef. Moralium in Job, Leandro huic inscripta:* Dudum te, frater beatissime, in Constantinopolitana urbe cognoscens, cum me illic sedis apostolicae responsa constringerent, et te illuc iniuncta pro causis fidei Wisigothorum legatio perduxisset. 2) *Cf. praesertim Görres, Z. f. hist. Theol.* 1873, 1.

silentio ad eum perfidus[a] pater Arrianum episcopum misit, ut ex[b] eius manu sacrilegae[c] consecrationis communionem perciperet atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus Arriano episcopo venienti exprobravit ut debuit eiusque a[d] se perfidiam dignis increpationibus reppulit, quia, etsi[e] exterius iacebat ligatus[f], apud se tamen in magno mentis culmine stabat securus. Ad[g] se itaque reverso episcopo, Arrianus pater infremuit statimque suos apparitores misit, qui constantissimum confessorem Dei illic ubi iacebat occiderent. Quod factum est. Nam mox ut ingressi sunt, securem cerebro illius infigentes, vitam corporis abstulerunt. Hocque in eo valuerunt perimere, quod ipsum quoque qui peremptus est[h] in se constiterat dispexisse[i]. Sed pro ostendenda vera eius gloria[k] superna quoque non defuere miracula. Nam coepit in nocturno silentio[l] psalmodiae cantus ad corpus eiusdem regis et martyris audiri, atque ideo veraciter regis, quia martyris. Quidam etiam ferunt[m], quod illic nocturno tempore accensae lampades apparebant; unde factum est, quatinus corpus illius, ut videlicet martyris, iure[n] a[o] cunctis fidelibus venerari debuisset. Pater vero perfidus et parricida commotus paenitentia, hoc fecisse se doluit; nec tamen usque ad optinendam salutem. Nam quia vera[p] esset catholica fides, agnovit, sed gentis[q] suae timore perterritus, ad hanc pervenire non meruit. Qui oborta[r] aegritudine ad extrema perductus, Leandro episcopo, quem prius vehementer adflixerat, Reccharedum[s] regem[o] filium, quem in sua heresi relinquebat, commendare curavit, ut in ipso quoque talia faceret, qualia in fratre illius suis exortationibus fecisset. Qua videlicet[t] commendatione expleta, de-
586. functus est. Post cuius mortem Reccharedus[u] rex non patrem perfidum, sed fratrem martyrem sequens, ab Arrianae hereseos pravitate conversus est, totamque Wisigotharum[v] gentem ita ad veram perduxit[w] fidem, ut nullum[x] suo regno militare permitteret, qui regno Dei hostis existere per hereticam perfidiam non timeret. Nec mirum, quod verae fidei[y] praedicator factus est qui frater est martyris, cuius hunc quoque merita adiuvant, ut ad omnipotentis Dei[z] gremium tam multos reducat. Qua in re considerandum nobis est[a], quia totum hoc[b] agi nequaquam possit[c], si[d] Hermenigeldus rex pro veritate mortuus non fuisset . . . . . .

32. Iustiniani quoque augusti[e] temporibus dum contra catholicorum vitam[f] exhorta a[g] Wandalis[h] Arriana persecutio in Africa vehementer insaniret, quidam in defensione veritatis episcopi fortiter[y] persistentes, ad medium sunt deducti[i]. Quos Wandalorum rex verbis ac muneribus flectere ad perfidiam non valens, tormentis frangere posse[k] se credidit. Nam cum eis in ipsa defensione veritatis silentium indiceret, nec tamen ipsi contra perfidiam tacerent, ne tacendo forsitan consensisse viderentur, raptus in furore[l], eorum linguas abscidi radicitus fecit. Res mira et multis nota senioribus, quia[m] ita post pro defensione veritatis etiam sine lingua loquebantur, sicut prius loqui[n] per linguam consueverant . . . . . Hii itaque eo tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque[o] tempore quo pro explendis responsis ecclesiae ad principem ipse transmissus sum[p], seniorem quendam episcopum repperi, qui se adhuc eorum ora[q] sine linguis loquentia vidisse testabatur. . . . . .

37. Ante dies quoque[r] fere quadraginta vidisti apud[s] me eum cuius superius[t]

a) pat. perf. 5. b) *deest* 3; de 6. c) sacriligae 1. d) ad 2. 3. e) et 4; si et 6. f) legatus 1. g) A 6. h) *deest* 4. i) *ita* 1—3; desp. 5. 6; peremisset 4. k) e. gl. eius 2. l) in n. s. coepit 6. m) fuerunt 1. 2. n) iuste 5. o) *deest* 3. p) veraciter 4. q) gentes 1. r) orta 5, *corr.* oborta 4. s) Reccaredum *corr. mox* Reccharedum 1; Rechcar. 2; Richaridum 3; Rechare-
dum 5; Reccharendum *corr.* Reccharedum 4; Richaredum 6. t) *deest* 5? u) Rich. 3. 6. v) Wisigotarum 3. 6; Wisigothorum 2. 4. 5. w) duxit 5. x) in *post add.* 4. y) *deest* 4. z) *deest* 3. 6. a) e. n 4. b) *deest* 1. c) *ita* 2. 3; posset *cett.* d) nisi 2. e) *post suppl.* 4. f) vita apud Wandalis 6. g) ab 5. h) Guand. 4. i) red. 5. k) se p. 5. l) furorem 6. m) qui 3. 6. n) p. l. loqui 4. o) Eoque 3, *corr.* Eo quoque 4. p) transmissum s. 4. q) a. hos s. l. loquentis
(*corr.* loquentes) 4; loquenti audisse 3; audisse *etiam* 6. r) *deest* 3. s) e. ap. me 6. t) *deest* 6; m. s. 3. 7.

memoriam feci, venerabilis vitae presbyterum Sanctulum nomine, qui ad me ex Nursiae provincia annis singulis venire consuevit. Sed ex eadem provincia quidam monachus ante triduum venit, qui gravis nuntii moerore me perculit, quia eundem virum obiisse[a] nuntiavit. Huius ergo viri etsi non sine gemitu dulcedinis recolo, cum tamen sine formidine virtutes narro, quas a vicinis eius sacerdotibus mira veritate et simplicitate praeditis agnovi. Et sicut inter amantes se animos[b] magnum caritatis familiaritas[c] ausum praebet, a me plerumque ex dulcedine exactus, ipse quoque de his quae egerat extrema quaedam fateri cogebatur. Hic namque quodam tempore cum in praelo[c] Langobardi olivam[d] praemerent[e], ut in oleum[f] liquari debuisset, sicut iocundi[g] erat et vultus et animi, utrem vacuum ad praelum detulit laborantesque Langobardos[h] laeto vultu salutavit, utrem protulit et iubendo potius quam petendo eum sibi impleri[i] dixit. Sed gentiles viri, quia toto[k] iam die frustra laboraverant atque ab olivis exigere[l] oleum torquendo non poterant, verba illius moleste susciperunt[m] eumque iniuriis insectati[n] sunt . . . . . .

Alio quoque tempore vehemens ubique famis[o] incubuerat, et beati Laurentii martyris ecclesia a Langobardis fuerat incensa. Quam vir Dei restaurare cupiens, multos artifices ac plures subministrantes operarios adhibuit, quibus necesse erat ut cotidiani[p] sumptus laborantibus sine dilatione praeberentur . . . . . .

. . . . . Die etenim quadam a Langobardis captus quidam diaconus tenebatur ligatus[q], eumque ipsi qui tenuerant interficere cogitabant[r]. Advesperescente[s] autem die, vir Dei[t] Sanctulus ab eisdem Langobardis petiit, ut relaxari eique vita[u] concedi debuisset. Quod posse se facere omnino negaverunt. Cumque mortem illius deliberasse eos cerneret, petiit, ut sibi ad custodiam[v] tradi debuisset. Cui protinus responderunt: 'Tibi quidem eum[w] ad custodiendum damus, sed ea conditione interposita, ut, si iste[x] fugerit, pro eo ipse[y] moriaris. Quod vir Domini libenter accipiens, praedictum diaconum[z] in sua[a] suscepit fide. Quem nocte media, cum Langobardos omnes somno gravi[b] depraessos[c] aspiceret, excitavit[d] et ait[e]: 'Surge et concitus fuge; liberet te omnipotens Deus'. Sed isdem[f] diaconus[g], promissionis eius non inmemor, respondit dicens: 'Fugere, pater, non possum, quia, si ego fugero, pro[h] me sine dubio ipse morieris'. Quem vir Domini Sanctulus ad fugiendum[i] conpulit, dicens: 'Surge et vade; te omnipotens Deus eripiat. Nam ego in manu[k] eius sum; tantum in me possunt facere, quantum ipse permiserit'. Fugiit[l] itaque diaconus[m], et quasi deceptus in medio fideiussor remansit. Facto igitur mane, Langobardi, qui diaconum[n] ad custodiendum dederant, venerunt illi[o], quem dederant petieruntp, sed hunc venerandus presbyter fugisse respondit. Tunc illi inquiunt: 'Scis ipse melius, quid convenit'. Servus autem Domini[q] constanter ait: 'Scio'. Cui dixerunt: 'Bonus homo es, nolumus te per varios cruciatus mori, elige[r] tibi mortem quam vis'. [Quibus[s]] vir Domini respondit, dicens: 'In manu Dei sum; ea morte me occidite, qua me occidi ipse permiserit. Tunc omnibus qui illic aderant Langobardis placuit, ut eum capite truncari[t] debuissent, quatenus sine gravi cruciatu vitam eius compendiosa morte terminarent. Cognito itaque, quod Sanctulus, qui inter eos pro sanctitatis reverentia magni honoris habebatur, occidendus esset, omnes qui in eodem loco inventi sunt Langobardi convenerunt — sicut sunt[u] nimiae crudelitatis — laeti[v]. Ad expec-

a) obisse 4. 7. b) animus 4. 7; c. et familiaritatis 4. c) *ita* 1. 2. d) olibam 1; olivas 2. 4. e) *ita* 1. f) oleo 3. 5. 6. g) iocundus e. vultu et animo 4. h) *deest* 4. i) implere 7. k) tota d. 5. l) exire 3. 7. m) *ita* 1. n) sect. 7. o) fames 5—7; f. u. 5. p) cotidianus — preberetur 4. q) legatus 1. r) cogyt. 1. s) *ita* 1. 2. 4; advesperiscente 3. 6; advesperascente 5. t) Domini 5. u) vitam 2. v) custodiendum 2. w) ad c. e. 4. x) ipse 3. y) tu i. 4. z) diaconem 3. 7. a) suam s. fidem 3—7. b) *deest* 2. c) *ita* 1; depręsos 2. d) et e. 1. e) a. ei 4. f) hisdem 4. 5. 7. g) diacones 3. h) p. m. *post* dubio *suppl.* 4. i) fugendum 4. k) manus 2. l) *ita* 1. 2; fugit *cett.* m) *deest* 3. n) diac̄. 1; diaconem 3—5. o) *deest* 3—7. p) rep. 6. q) Dei 3. 6. r) elege 1. s) *deest* 1. 2. t) *ita* 1—3; truncare *cett.* u) *deest* 3. v) ledicia ad 3; leti ad sp. m. Circumst. 3—7.

taculum[a] mortis circumsteterunt[b] acies. Vir autem Domini deductus in medium[c] est, atque ex omnibus viris fortibus electus est unus, de quo dubium non esset quod uno ictu capud eius abscideret[d]. Venerandus igitur vir inter armatos deductus, ad sua arma statim[e] cucurrit. Nam petiit, ut sibi paululum orandi licentia daretur. Cui dum concessum fuisset, in terram se stravit et oravit. Qui dum paulo diutius oraret, hunc electus interfector calce pulsavit, ut surgeret, dicens: 'Surge et flexo[f] genu tende cervicem'. Surrexit autem vir Domini, genu flexit, cervicem tetendit, sed tenso collo eductam contra se spatam intuens, hoc unum fertur publice dixisse: 'Sancte Iohannis[g], suscipe illam'. Tunc electus carnifex evaginatum gladium tenens, nisu forti in altum[h] brachium percussurus levavit, sed deponere nullo modo potuit; nam repente diriguit, et erecto in caelo[i] gladio, brachium inflexibile remansit. Tunc omnis[k] Langobardorum turba, quae ad[l] illud mortis expectaculum[m] aderat[n], in laudis favorem[o] conversa, mirari coepit virumque Dei cum timore venerari, quia profecto claruerat, cuius sanctitatis esset, qui carnificis sui[p] brachium in aere ligasset[q]. Itaque postulatus ut surgeret, surrexit; postulatus ut brachium sui carnificis sanaret, negavit, dicens: 'Ego pro eo nullo modo orabo, nisi mihi ante[r] iuramentum dederit, quia cum manu[s] ista christianum hominem non occidat'. Sed Langobardus isdem[t], qui, ut ita dicam, brachium contra Deum tenendo[u] perdederat[v], poena sua exigente[w] conpulsus est iurare, se christianum hominem numquam occidere. Tunc vir Domini praecepit[x], dicens: 'Depone manum deorsum'. Qui statim deposuit. Atque ilico adiunxit[y]: 'Remitte gladium in vagina[z]'. Et[a] statim remisit. Omnes igitur tantae virtutis hominem cognoscentes, boves et iumenta, quae depraedati fuerant, certatim ei[b] offerre in munere volebant. Sed vir Domini tale munus suscipere renuit[c]. Munus autem bonae mercedis quaesivit, dicens[d]: 'Si mihi aliquid vultis concedere, omnes captivos quos habetis mihi tribuite, ut habeam, unde pro vobis debeam[e] orare'. Factumque est, et[f] omnes captivi cum eo dimissi sunt, atque superna gratia disponente, cum se unus pro uno morti optulit, multos a morte liberabit[g].

38. . . . . Redemptum Ferentinae[h] episcopum, vitae venerabilis virum, qui ante hos[i] fere annos septem ex hoc[k] mundo migravit, tua[l] dilectio cognitum habuit. Hic, sicut mihi adhuc in monasterio posito[m] valde familiariter iungebatur, hoc quod Iohannis iunioris, praedecessoris[n] mei, tempore de mundi fine cognoverat, sicut longe lateque claruerat, a me requisitus mihi ipse narrabat. Aiebat[o] namque, quia quodam[p] die, cum parrochias suas ex more circuiret, pervenit ad ecclesiam beati martyris Iutici[q]. Advesperescente autem die stratum sibi fieri iuxta sepulchrum martyris voluit atque ibi post laborem quievit, cum nocte media, ut adserebat, nec dormiebat nec perfecte vigilare poterat, sed depressus, ut solet[r], gravabatur quodam pondere vigilans animus, atque ante eum isdem beatus martyr Iuticus[s] adstitit[t], dicens: 'Redempte, vigilas?' Cui respondit: 'Vigilo'. Qui ait: 'Finis venit universae carni, finis venit universae carni, finis venit universae carni'. Post quam trinam[u] vocem visio martyris[v], quae eius mentis[w] oculis apparebat, evanuit. Tunc vir Domini surrexit seque[x] in orationis lamentum dedit. Mox enim illa terribilia in caelum[y] signa

a) *ita* 3. 7. b) Circumsteterant 3. 6; itaque *add.* 3. 5. 6. 7; C. omnes itaque aties Longobardorum 4. c) medio 7; in medio d. 4. d) absciderit 1. e) *deest* 4. f) flexo *corr.* flexu 1, *et ita* 3. g) *ita* 1; Iohannes *cett.* h) alto 3. 5. — brachio 3. i) c(a)elum 3. 4. 6. 7. k) omnes 1. l) *superscr.* 1. m) *ita* 4. 6. 7. n) adherat *eraso* h 5; advenerat 2. o) favore 4. 5. p) su 2. q) legasset 1. r) antea 4. s) i. m. 3. t) hisd. 4. 7, *corr.* idem 5. u) tendendo 2. v) *ita* 3; perdedirat 1. w) exeg. 1. x) p. ei 4. y) subiunxit 5; adi. r. g. *suppl. in marg.* 1. z) *ita* 1. 3; vaginam *cett.* a) qui 2. b) o. ei 4. c) noluit 3. 6. d) *quaedam erasa, sequentia in loco raso scripta* 2. e) o. d. 5. 7. f) ut 3. g) *ita* 1. 3; liberaret 2; liberavit *cett.* h) Ferentini 1; F. civitatis 4. 6. 7; *vocabulum erasum* 3. i) os 4. k) *deest* 4. l) d. t. 4. m) positus 2. n) prodec. 1. 2. o) Agebat 4. p) quadam 4. 6. — dum 4—7. q) Eiutici 2; Iotici 4. 6. 7. r) somno *add.* 6, *post suppl.* 4. 7; somni *add.* 5. s) Ioticus 4. 6. 7. t) adstetit 1. u) tertiam 4. v) cum omnipotentis Dei gratia *add.* 6. w) *deest* 4; q. et m. o. a. e. *e corr.* 2. x) sequae 1. y) c(a)elo 3. 5—7.

secuta sunt, ut hastae[a] atque acies igneae ab aquilonis parte viderentur[l]. Mox effera Langobardorum gens de vagina suae[b] habitationis educta in nos[c] cervice grassata[d] est, atque hominum[e] genus, quod in hac terra prae multitudine nimia quasi spissae segetis[f] more surrexerat, succisum aruit. Nam depopulatae urbes[g], eversa castra, concrematae[h] ecclesiae, destructa[i] sunt monasteria[k] virorum atque[l] faeminarum, desolata[m] ab hominibus[n] praedia atque ab omni[o] cultore destituta[p]; in solitudine vacat terra, nullus hanc[q] possessor inhabitat; occupaverunt bestiae loca quae prius multitudo hominum tenebat. Et quid in aliis mundi partibus agatur, ignoro. Nam hac[r] in terra, in qua nos vivimus, finem suum mundus non[s] iam nuntiat[t], sed ostendit. Tanto ergo[u] nos necesse est instantius aeterna quaerere, quanto a[v] nobis cognoscimus velociter temporalia fugisse. Despiciendus[w] a nobis hic mundus fuerat, etiam si blandiretur, si rebus prosperis demulceret animum; at postquam tot flagellis premitur[x], tanta adversitate fatigatur, tot nobis cotidie[y] dolores ingeminat, quid nobis aliut quam ne diligatur clamat?

EX LIBRO IV.

22[z]. Vitae[a] namque venerabilis Valentio[b], qui post in hac Romana urbe mihi, sicut nosti, meoque monasterio praefuit, prius in Valeriae[c] provincia suum monasterium rexit. In quo[d] dum Langobardi saevientes venissent, sicut eius narratione didici[e], duos[f] eius monachos in ramis unius arboris suspenderunt. Qui suspensi eodem die defuncti sunt. Facto autem vespere, utrorumque eorum spiritus claris illic apertisque vocibus psallere coeperunt, ita ut ipsi quoque qui eos occiderant, cum voces[g] psallentium audirent, nimium mirati terrerentur[h]. Quas videlicet voces captivi quoque omnes, qui illic aderant, audierunt atque eorum psalmodiae postmodum testes extiterunt. Sed has voces spirituum omnipotens Deus idcirco pertingere voluit ad[i] aures corporum, ut viventes quique in carne discerent, quia, si Deo servire studeant, post carnem verius vivant.

23[k]. Quibusdam religiosis[l] quoque viris attestantibus adhuc in monasterio[m] positus agnovi, quod hoc[n] Langobardorum tempore iuxta in[o] hac provincia, quae Sura[p. 2] nominatur, quidam monasterii pater vitae venerabilis Soranus[q] nomine fuerit, qui captivis advenientibus[r] atque a Langobardorum depraedatione fugientibus, cuncta quae in monasterio videbatur habere largitus est. Cumque in elemosinis[s] vestimenta sua ac fratrum omnia et cellarium[t] consumpsisset, quicquid habere in horto[u] potuit, expendit. Expensis vero rebus omnibus, Langobardi ad eum subito venerunt eumque[v] tenuerunt et aurum petere coeperunt. Quibus cum ille diceret, se omnimodo nil[w] habere, in vicino monte ab eis ductus est, in quo silva inmensae[x] magnitudinis stabat. Ibi captivus quidam fugiens in cava arbore latebat. Ubi unus ex Langobardis educto gladio praedictum[y] venerabilem occidit[z] virum. Cuius corpore in terra[a] cadente, mons omnis protinus et silva concussa est, acsi se ferre non posse pondus sanctitatis[b] eius diceret terra, quae tremuisset.

a) ast(a)e 4. 5. b) h. s. 4. c) nostra 2. 5. d) crass. 3. 4. 5. e) humanum 3—7. f) segitis 1. g) urbis 1. h) congr. 7. i) distr. 1. k) monastyria 1; monastiria 3. l) ac 3. 6. 7. m) destituta 5. n) omnibus 4. o) homni 7. — culturae 1; cultura 2. 4. p) dist. 1; derelicta 5. q) p. h. 4. r) in hac 3. 5—7. s) i. u. 6. t) adn. 1. u) *deest* 3. v) *deest* 3. 5 - 7. w) Disp. 7. x) premimur 4, *ubi* fatigamur *e corr.* y) *deest* 1. z) xxv. 3; *numerus deest* 4; *rec manu s. XIV. in cod.* 2 *haec folia suppleta.* a) Vir n. v. v. 4. b) Valentinus 4. c) Valeria 6. — provinciae 7. d) quod 7. e) dedici 1. f) duo *post corr.* duos 1. g) voce 7. h) terrentur *post corr.* terrerentur 1. i) et ad 3. k) xxvi. 3; *numerus deest* 4. l) q. r. 4. m) monastyrio 1 *semper in hoc cap.*; monastirio 3. n) *deest* 4. 5. o) iuxta hanc provinciam 4. 5. p) Subura 4. q) Sur. 3. 5. 6. 7. r) ven. 7. s) helem. 4. 5. t) cellarum 7. u) orto 4. 5 7. v) e. t. *des.* 5. w) ni(c)hil 3—7. x) inminsae 1. y) Soranum 4. z) v. o. 4. 5. a) terram 4. b) sanctetatis 1; e. s. 4.

1) *Cf. locum homil. pr. in euang. supra ad Pauli Hist. Lang. II, 5, p. 75. exscriptum.* 2) *Sora urbs prope Garilianum fluvium.*

24.[a] Alius quoque in Marsorum provincia vitae valde venerabilis diaconus[b] fuit; quem inventum Langobardi tenuerunt. Quorum unus educto gladio caput eius amputavit. Sed cum corpus eius in terram[c] caderet[d], ipse qui hunc capite[e] truncaverat, inmundo spiritu correptus, ad pedes eius corruit, et quod amicum Dei occiderit, inimico Dei traditus ostendit . . . . . .

31.[f] Iulianus namque, huius Romanae[g] ecclesiae, cui Deo auctore deservio, secundus defensor, qui ante fere[h] annos septem defunctus est, ad me adhuc in monasterio posito[i] crebro veniebat mecumque colloqui de animae utilitate consueverat. Hic itaque mihi quadam die narravit, dicens: 'Theudorici[k] regis temporibus pater soceri mei in Siciliam[l] exactionem canonis egerat atque iam ad Italiam rediebat. Cuius navis appulsa[m] est ad insulam[n] quae Liparis[o] appellatur. Et quia illic vir quidam solitarius magnae virtutis habitabat, dum nautae navis armamenta repararent[p], visum est praedicto patri soceri mei ad eundem virum Dei pergere seque eius orationibus commendare[q]. Quos vir Domini cum vidisset[r], eis inter alia colloquens dixit: "Scitis, quia rex Theudericus[s] mortuus est"? Cui illi[t] protinus responderunt: "Absit; nos eum viventem dimisimus, et nihil tale ad nos de eo nunc usque perlatum est". Quibus Dei famulus addedit[u], dicens: "Etiam mortuus est; nam hesterna[v] die hora nona inter Iohannem papam et Symachum[w] patricium discinctus[x] atque discalciatus[y] et vinctis manibus [post[z] tergum] deductus, in hac vicina Vulcani[a] olla iactatus est[b]". Quod illi audientes, sollicite conscripserunt diem [et[z] oram], atque in Italia[c] reversi, eo die Theudericum[d] regem invenerunt[e] fuisse mortuum, quo de[f] eius exitu[g] atque supplicio[h] Dei famulo fuerat ostensum'. Et quia Iohannem papam adfligendo in custodia[i] occidit, Simachum quoque patricium ferro trucidavit, ab illis [iuste[k]] in igne[l] mitti apparuit, quos in hac vita iniuste iudicavit.

LIBER DE APPARITIONE SANCTI MICHAELIS IN MONTE GARGANO ET EX VITA SANCTI LAURENTII SIPONTINI.

Gregorii relationibus de rebus miraculose gestis quaedam similis argumenti, sed minoris quidem auctoritatis, addimus, quae liber continet de apparitione sancti Michaelis in monte Gargano.

Hic certe s. IX. scriptus sit oportet, quippe qui in hujus saeculi codice capituli Coloniensis Nr. 22 (Jaffé et Wattenbach Cat. p. 8) exstet, quem Berolinum transmissum exscripsi. Antea editus est apud Ughellium, Ital. sacr. VII, p. 1107 (ed. 2, p. 816) ex codice Vaticano et in Actis SS. Sept. VIII, p. 61. ex '5 aut 6 mss. vetustissi-

a) XXVII. 3; *numerus deest* 4. b) diacones 3. c) terra 3. 6. d) caderit 1. e) caput 1. f) XXXVIIII. 3; XXXIII. 5; XXVIII. *post add.* 4. g) sanctae ę. R. 4. h) s. f. a. *3. 3. 5. 6. 7. i) *ita* 1. *3. 3. 6; positum 4. 5. 7. k) Teuderici *superscr.* h 3; Teodorici *3; Theoderici 4–7. l) *ita* 1. 4; am *e corr.* *3; Sicilia *cett.* m) adp. *3. 3. 7. n) insolam 1. o) Libaris 1; Lipparis *3. 4. p) reparabant 3. 6. 7. q) cumm. 1. r) videsset 1. s) *ita* 1 *hoc loco;* Theoder. 5. 6; Theodor. 4. 7; Teodor. *3. t) *deest* 2. u) *ita* 1. 3; addit *3; addidit *cett.* v) *ita* 1; esterno *3. 7; hesterno *cett.* w) Simachum 4; Simmachum *3. 6; Simaco 3, *et ita infra.* x) discentus 1. y) disculciatus 3. 6. z) *ita* 1; *des.* 3—7. a) *corr.* Vulgana *3; *corr.* Vulgani 4. b) olla spei tribulatio significatur, olle quia carnes susceptas decoquit *add.* *3, *post deleta (glossa in textum male recepta).* c) *ita* 1; Italiam 3—7. d) *ita* 3; Theodericom 1; Theodoricum *3. 4; Theodericum 7. e) f. i. *3, *ubi post* inv. *iterum add.* fuisse. f) *deest* 4–6; die eius *post add.* 4. g) exito 1; q. eius exitus 4; exitus *corr.* exitu *3. h) supplicium 3 *et e corr.* 4; supplicium *corr.* supplicio *3. i) custodiam *3. 4. k) *deest* 1. 3; m. i. i. *corr.* iuste in ign. missus *3. l) ignem *3. 4. 6. 7.

mis', quorum tres penes se habebant Bollandini, duorum apographum Chiffletius misit, sextus Trevirensis laudatur, collatis inter se et cum aliis nonnullis. Praecipuam lectionis varietatem inde notavi. Auctor ad libellum vetustiorem in ecclesia S. Michaelis in monte Gargano servatum provocat. Quae de victoria Sipontinorum narrantur, fama incerta niti videntur; ecclesiae vero descriptio auctorem prodit, qui eam praesens vidit.

Illa in Vitis S. Laurentii episcopi Sipontini repetita, arbitrarie in hujus temporibus collocata esse videntur. Duae in Actis SS. luci datae sunt, Febr. II, p. 56 *sqq., utraque diu post sancti viri mortem scripta, secunda vero, ut Bollandini postea recte statuisse videntur, Sept. VIII, p.* 56*, vetustior, jussu episcopi Benedicti confecta, de cujus aetate nihil compertum habemus*[1]*. Ex hac fragmenta quaedam exhibemus.* G. W.

DE APPARITIONE SANCTI MICHAELIS.

Incipiunt paucula de apparitione sancti Michaelis et dedicatione basilicae eius.

1. Memoriam beati Michaelis archangeli toto orbe venerandam ipsius et opere condita et consecrata nomine demonstrat ecclesia. Quae non metallorum fulgure, sed privilegio commendata signorum, vili facta scaemate, sed caelesti predita[a] virtute, utpute quam fragilitatis humanae memor archangelus e celo veniens, ad promerendam ibi mortalibus supernorum sociaetatem, propria[b] manu condere[c] dignatus est. Vertice siquidem montis excelsi posita, de corpore eiusdem saxi[d] speluncae instar precavata[e] ostenditur. Est autem locus in Campaniae[f] finibus, ubi inter sinum Adriaticum et montem Garganum civitas Sepontus posita est, qui a moenibus civitatis ad 12 milia passuum[g] preerectus, in cacumine suppremo beati archangeli, quam prefatus sum, gestat ecclesiam. Hanc mortalibus hoc modo cognitam libellus in eadem ecclesia positus indicat.

2. Erat in eadem civitate predives quidam nomine Garganus, qui et ex eventu suo monti vocabulum indidit. Huius dum peccora, quorum infinita multitudine pollebat, passim per divexi montis latera pascerentur, contigit, taurum, armenti congregis consortia spernentem, singularem incedere solitum et extremum[h], redeunte peccore, domum non esse regressum. Quem dominus, collecta multitudine servorum, per devia quaeque requirens, invenit tandem in vertice montis foribus cuiusdam adsistere speluncae, iraque permotus, cur solivagus incederet, arrepto arcu appetit illum sagitta toxicata. Quae velud venti flamine retorta, eum a quo iecta est mox reversa percussit. Turbati cives et stupefacti, qualiter res fieret[i] effecta — non enim accedere propius audebant —, consulunt[k] episcopum, quid facto opus esset. Qui, indicto ieiunio triduano, a Deo monuit esse quaerendum. Quo peracto, sanctus Domini archangelus episcopum per visionem alloquitur, dicens: 'Iam bene fecistis, quod homines latebat a Deo quaerendum[l]; mysterium videlicet hominem suo telo percussit[m], ut sciatis, hoc mea gestum voluntate. Ego enim sum Michael archangelus, qui in conspectu Domini semper adsisto. Locumque hunc in terra[n] incolasque servare instituens, hoc volui probare inditio omnium quae ibi geruntur ipsiusque loci esse[o] inspectorem atque custodem[p]'. Hac[q] revelatione conperta, consuetudinem fecerunt cives hic Dominum[r] sanctumque deposcere Michaelem.

a) est p. *ed.* b) vel sua *add. c.* c) sibi c. *ed.* d) saxeo *c.* e) precavate *c.* f) Apuliae *corr. codd. rec. Boll.* g) *deest c.* h) ad ext. *c.* i) fuisset *ed.* k) consulant *c.* l) quaerendo m. causam vid. hominis percussi. Sciatis autem *ed. ex codd. Chiffletianis et aliis recentioris aetatis.* m) percussum *codd. Boll.* n) terris incolere tutumque (eumque *vel* ritumque *codd.*) servare *ed.* o) me esse *ed.* p) custorem *c.* q) Haec *c.*; His r. conpertis *ed.* r) Deum precibus s. *ed.*

1) *Apud Ughellium ejus ne mentio quidem fit. Neque Gams, Series episcoporum p.* 924*, eum recenset.*

Duas quidem ibi ianuas cernentes, quarum australis, quae et maior erat, aliquot gradibus in occasum vergentibus adiri poterat, sed ne ultra cruptam[a] intrare ausi sunt, prae[b] foribus orationi vacabant.

3. Haec inter et Neapolitae, paganis adhuc ritibus oberrantes, Sepontinos et Beneventanos[c], qui 250[d] milibus a Seponto distant, bello lacessere temptant[1]. Qui antistitis[e] sui monitis edocti, triduo petunt indutias, ut triduano ieiunio liceret eis[f] quasi fideli patrocinio sancti Michaelis implorare presidium. Quo tempore pagani ludis scenicis[g] falsorum invitant auxilia deorum. Ecce autem nocte ipsa quae belli precederet diem adest in visione sanctus Michael antistiti[h], preces[i] dixit exauditas, spopondit[k] se affuturum, et quarta die[l] hora bello premonet hostibus occurrendum. Laeti ergo mane et de angelica certi victoria, Neapolitani[m] demoniaco[n] redacti spiritu, obviant christiani paganis, atque in primo belli apparatu[o] Garganus inmenso tremore concutitur; fulgura crebra volant, et caligo tenebrosa totum montis cacumen obduxit, impleta prophetia, quae
Hebr. 1, 7. Dominum laudans dicit: 'Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis'. Fugiunt pagani, partim ferro hostium, partim igniferis inpulsi sagittis, et Neapolim usque sequentibus atque extrema quaeque cedentibus adversariis, moenia tandem suae urbis moribundi[p] subintrant. Qui autem evaserant[q] periculum, comperto, quod angelus Dei in adiutorium venerat christianis — nam et sexcentos ferme suorum fulmine videbant interemptos —, regi regum Christo continuo colla submittentes, armis induuntur fidei. Cumque domum reversi victores vota Domino gratiarum ad templum referebant archangeli, videntes mane iuxta ianuam septemtrionalem, quam predixi, instar posteruli[r] pusilla quasi hominis vestigia marmori artius inpressa, agnoscuntque, beatum Michaelem hoc presentiae suae signum voluisse monstrare. Ubi postea culmen adpositum et altare inpositum, ipsa ecclesia ob signa vestigiorum Apodonia[s. 2] est vocata.

4. Multa[t] interea dubitatio inter Sepontinos erat, quid de loco agerent, et ubi[u] intrari vel dedicari illa debeat ecclesia. Unde conlatione facta, ad orientem loci illius beati Petri apostolorum principis[v] nomine condunt ecclesiam et dedicant. In qua etiam beatae semper virginis Mariae sanctique baptistae Iohannis altaria statuunt. Tandem antistes, salubri reperto consilio, Romanum episcopum, quid de his agendum sit, per nuntios sciscitabatur[w]. Qui tunc forte in monte fere quinquagesimo[x] miliario a Romana urbe distante degebat[y], quem incolae sancti Silvestri cognomine vocant, eo quod et ipse[z] ibi quondam exulaverat[a] et pro fidei persecutione delituerat in Zirapti monte, taliaque mandata remittit: 'Si hominis est illam dedicare basylicam[b], hoc maxime die quo victoria data est fieri oportet; sin autem alias provisori[c] placuerit, eodem precipue die illius in hoc voluntas est quaerenda. Hoc ergo et[d] tempore inminente agamus ambo triduanum cum civibus nostris ieiunium, sanctam Trinitatem rogantes, ut munera, quae per summum suae sedis ministrum conferre dignatus est, ad certum usque finem[e] perducat'. Factumque[f] est ut suggesserat antistes. Nocte vero instituti ieiunii suprema angelus Domini Michael episcopo Sepontino per visionem apparens: 'Non est vobis', inquit, 'opus hanc quam ego[g] edificavi dedicare basylicam[b]. Ipse enim qui condidi etiam dedicavi. Vos

a) criptam *ed.* b) pro f. quotidie or. *ed.* c) Beneventos *c.* d) quinquaginta *ed.* e) antistes *c.* f) et *c.* g) cenicis *c.* h) et apparens a. *ed.* i) p. eorum *ed.* k) victoriam spondet affuturam *ed.* l) die *c.* m) Neapolitam *c.; deest ed.* n) dominico reducti spiritu *ed.* o) paratu *c.* p) moribunda *c.* q) evaserat *c.* r) posterulae pusillae *ed.* s) Apodanea *ed.* t) I. m. fit d. i. S. quid de eodem l. *ed.* u) utrum illic i. v. d. d. e. *ed.* v) princeps *c.* w) sciscitabantur *c.* x) *ita c. et* 5 *exempl. Boll.;* quingentesimo *unus Boll. cod.;* primo f. m. *Chifflet.* y) *deest c.* z) ipsi *c.;* et *deest ed.* a) exulaverit *c.* b) ecclesiam *ed.* c) sancto p. *ed.* d) *deest ed.* e) in f. *c.* f) Factum *ed.* g) *deest ed.*

1) *De bello agi videtur quod Paulus IV,* 45. *a Grimoaldo duce Beneventano contra Graecos gestum narrat. Neapolites paganos fuisse, fabulam redolet. Minus recte Bollandini, p.* 60, *Vitam S. Laurentii secuti, haec c. a.* 535. *collocarunt.* 2) *Nescio an a vocabulo Graeco* ἀποδίδωμι *derivandum sit.*

tantum intrate et me adstante patrono precibus locum frequentate. Et te quidem cras ibi missas caelebrante, populus iuxta morem communicet; meum autem erit ostendere, quomodo per memet ipsum locum consecraverim illum'.

5. At veniunt mane cum oblationibus et magna instantia precum, intrant regiam australem, et ecce longa porticus in aquilonem porrecta atque illam attingens ianuam[a], extra quam vestigia marmori[b] diximus inpressa; sed priusquam huc pervenias, apparet ad orientem basylica grandis, qua[c] per gradus ascenditur. Haec cum ipso porticu suo quingentos fere homines capere videbatur, altare venerandum rubroque contectum palliolo prope medium parietis meridiani ostendens. Erat autem ipsa domus angulosa, non in morem operis humani[d] parietibus erectis, sed instar speluncae preruptis et sepius eminentibus asperata scopulis, culmine quoque petroso[e] diversae altitudinis, quod hic vertice tangi, alibi manu vix posset adtingi; credo docente archangelo Domini, non ornatus[f] lapidum, sed cordis quaerere et diligere puritatem. Vertex vero montis extrinsecus partim cornea silva tegitur, partim virenti planitiae dilatatur.

6. Missarum itaque caelebratione conpleta, magno attoniti gaudio quique redierunt in sua. Episcopus[g] vero, delegato[h] ministrorum, cantorum sacerdotumque offitio, et mansione constructa, omnem ibidem cotidie psalmorum missarumque cursum congruo[i] precepit ordine celebrari. Nullus autem huic nocturno tempore est ausus ingredi, sed aurora transacta matutinos ibidem cantant ymnos. Ex ipso autem saxo, quo sacra contegitur aedis, ad aquilonem altaris dulcis et nimium lucida guttatim aqua delabitur, quam incolae stillam vocant. Ob[k] hoc et vitreum vas eiusdem receptui preparatum argentea pendit catena suspensum, morisque est populo communicato singulos ad hoc vasculum ascendere per gradus donumque caelestis degustare liquoris. Nam et gustu suavis est et tactu salubris. Denique nonnulli post longas foebrium flammas hac austa stilla celeri confestim refrigerio potiuntur salutis. Innumeris quoque et aliis modis ibi et crebri sanantur aegroti, et multa quae angelicae tantum licet potestati geri miracula conprobantur. Maxima tamen eiusdem die natalis, cum et de provinciis circumpositis plus solito conflua[l] turba recurrat et angelicae virtutis[m] maior quodammodo credatur adesse frequentia, et quod spiritaliter dixit apostolus et corporaliter agi videtur: 'Quia angeli Hebr. 1, 14.
sunt administratores[n] spiritus et in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis'. In Christo Ihesu domino nostro, amen.

EX VITA SANCTI LAURENTII EPISCOPI SIPONTINI.

Civitas supra montem posita latere non potest, et lucerna accensa non sub modio tegitur, sed super candelabrum exaltatur, ut omnibus qui in domo sunt luceat. Lucere enim debent discipulorum Christi opera coram hominibus, ut in Filii ministris Pater, qui in caelis est, glorificaretur. Indignum igitur valde est minusque a reprehensione defenditur, si, quos in operibus Domini glorificari intelligimus, ipsos abscondi patiamur. Si enim lucernam contexeris, cuius suave lumen vehementer delectat, quas excusationum latebras invenies, ut non iure arguaris? Summus namque Imperator super verticem montium munitissimam civitatem suam locavit, quatenus qui eius milites fieri desiderant, a longe speculantes, nullo itineris errore fallantur. Etenim ne festinantes aliquo in tenebris perambulante negotio impediantur, in hoc itinere praeclara lumina ordinavit. Lucernae enim ardentes doctores sunt ecclesiae; quorum exemplis qui graditur nocturnos omnes timores facillime superabit. Hae igitur lucernae nullo sub modio sunt tegendae, sed in patulo habeantur; et quacumque possumus praedicatione ministros Christi omnibus annuntiemus. Si enim quibus omnipotens Rex praemia aeterna et infinitos honores largitus est nos congaudentes, linguae officio[o] laudem eorum non dederimus,

a) posterulam *ed.* b) marmore *c.* c) quo *ed.* d) humanis *c.* e) *deest c.* f) ornatum *ed.* g) Episcopo *c.* h) delicato *c.* i) congrua *c.* k) Ab *c.* l) *corr.* confluat *c.* m) virtutes. Maior quidam modo *c.* n) administratorii *ed.* o) officium *ed.*

verendum, ne invidiae aut negligentiae arguamur, et illud nobis a Domino iure dicatur:
Matth. 20, 15. 'An lingua tua nequam est, quia ego bonus sum'. Quod tu rectissime quidem, praesul Benedicte, intelligens, saepius exegisti, ut beatum Laurentium Sipontinae urbis episcopum sua scriptura commendaret et ad laudem domini nostri Iesu Christi, ad aedificationem vero eorum qui audituri sunt, quod in diversis de eo locis invenitur, unum in locum colligeretur, et diversa membra invicem convenientia unum corpus conflarent. Accipe igitur exactionem tuam et qui per extraneas scripturas hactenus celebris habebatur, nunc, me id faciente, proprio charactere innotescat et vivus in eternum viva per ora volitet.

1. Defuncto ergo beato Felice Sipontinae civitatis episcopo, diu populus Sipontinus absque pastore fuit, sive seditione episcopi electionem prohibente, sive potius variis cladibus impedientibus, quibus tunc universa Italia affligebatur[1]. Eo namque tempore Zeno rebus
cf. Paul. h. Rom. humanis praerat imperator, et ab eo ad Italiam possidendam directus Gothorum rex Theodoricus, Thiodimeris ex concubina filius, acriter dimicabat contra Odoacrem Erulorum regem, et ipse Romanam urbem et totam Italiam tyrannica dominatione possidebat. Infinitis itaque miseriis Italia laborabat, aliis Erulorum regi, aliis Gothorum faventibus. Unde civibus acrior erat cura salutem vitamque tuendi, quam de pontifice consulendi.

2. Sedatis autem ex parte praeliis, consulti Sipontini cives electos de clero et populo ad imperatorem[2] miserunt, suppliciter deprecantes, quatenus eorum ecclesiae subveniret et talem eis a latere suo virum dirigeret, qualem tali in tempore sciret in domo Domini necessarium. Quorum omnino non aspernandam postulationem imperator benigne accipiens, Laurentium sanctissimum virum, sibi consanguinitate et amicitiae virtute coniunctum, obnixe rogavit, ut populo Dei, qui sine pastore erat, ipse consuleret et Sipontinus episcopus fieret. Hunc etenim noverat, qui sciret fideliter cibum Domini familiae dispensare, Domino vigilanter famulari, nec sibi ipsi placere, sed ad Domini sui exemplum et conservis suis non solum improperia, sed mortem quoque libenter sustinere. Cognoscens vero venerabilis Laurentius se pro Domini dispensa-
1. Tim. 3, 1. tione ad episcopale ministerium eligi, Pauli doctrina doctus dicentis, quod 'qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat', voluntati Domini non contradixit. Igitur episcopali dignitate suscepta, libenter onus et periculum subiturus, navem laetus ascendit, laetissimique eum qui missi fuerant receperunt. O navis locupletissima, quae pretiosissimis orientalibus mercibus Apuliae regionem ditavit! Nam confessor Christi Laurentius brachium Stephani protomartyris beataeque Agathae mamillam pro imperiali largitate accipiens, inaestimabiles divitias afferebat.

3. Surgens igitur a puppi ventus prosequitur euntes, et prospero velocique cursu optata regione potiti, Sipontinum in portum advehuntur. Cives vero omnes congratulantes obviam pontifici exeunt, et tam clerus quam populus unanimes laudum praeconia in altum tollunt, et descendentem de navi omni cum alacritate suscipiunt, et ut boni filii Deum laudabant. Bonus autem pastor bonorum filiorum congaudens alacritati, de navi martyrum reliquias ferens descendit. Quas eodem loco ultra nullatenus ferre potuerunt, donec ex consilio episcopi in eodem loco ecclesiam martyribus aedificandam devoverent. Ingressus vero civitatem beatus Laurentius, in episcopali sede, scilicet in ecclesia beatae Mariae, receptus, secundum traditam sibi a Domino sapientiam non destitit mirabilia annuntiare et donum quod acceperat unicuique secundum propriam mensuram fideliter erogare.

4. Tempore autem episcopatus eius famosissima illa et per orbem terrarum divulgata Michaelis archangeli in monte Gargano apparitio facta est[3], et beato Laurentio, quid faciendum esset, Michael ipse archangelus per visionem narravit; qua in re beati Laurentii prudentia vehementer enituit et, quod summam virtutum arcem possideret, aperte demonstravit. Iam Deo

1) *Altera Vita minus recte ita narrat:* Anno itaque salutiferae incarnationis domini Salvatoris 490, ind. 15, Gelasio beatissimo papa Romanae sedi praesidente et Zenone regnante in regia urbe Constantinopolitana, Sipontina civitas, innumero populo habitata, suo antistite Felice nomine est orbata. *Notae illae inter se non conveniunt.* 2) *Justinum Vita altera dicit, quod in dubium vocant Bolland., Acta SS. Sept. VIII, p.* 56. 3) *Haec auctor sibi finxisse videtur.*

totum committens, nihil ipse facere temere praesumens et angelicae sine mora visioni obediens, supernorum se civium socium evidentissime declaravit. Cumque gravi pugna cives suos Neapolitani lacesserent, non equis, non armorum apparatu confisus est; sed semet ipsum in caritate Domini affligens, victoriam de caelo adeptus est. Ipse namque angelorum princeps Michael pontifici in visione apparens, Sipontinis victoriam seque ipsum pro eis pugnaturum spopondit....

4. Post imperatam vero de caelo victoriam, confessor Christi Laurentius sciens, quoniam otiosus replebitur egestate, volens cultum religionis augere in terra sua, ut pane illo caelesti, qui de caelo descendit, saturaretur, plures in urbe et extra urbem ecclesias studuit fabricare. Inter quas unam sub nomine Iohannis baptiste admirandae pulchritudinis in civitate dedicavit, ut etiam usque ad hanc diem est ibi cernere. Ecclesias, quae Sipontinae subditae erant, depingi studiosissime procuravit, et Sipontinam una cum Garganensi in earum medio figuravit. Super qua re sollicite cum requireretur, cur ecclesiarum figuras tanto studio fieri iusserat, graviter suspirans, inquit: 'Nolite, filii, nolite hoc opus superstitiosum existimare, ne putetis, me aliquatenus meam gloriam diligere, qui Domino, ut possum, mentis puritate studeo deservire. Cognosco, filii, Italiam universam a barbaris et feris nationibus iterum vastandam. Civitates desolatas absque habitatore iam video; ecclesias destructas, domos Dei incensas, sacerdotes iugulatos; omnia quae victoribus adversus victos collibent de longe aspicio. Sed misericordia Dei disponente, per hanc quam videtis picturam huius episcopatus futuram vicem cerno'. Quo responso qui aderant dolentes et alacres effecti sunt; dolentes quidem in adversitate, quam futuram audiverant; gaudentes, quia post angustias consolationem, etiam suam restaurandam ecclesiam pontifici Deus revelaverat.

5. Vixit autem in episcopatu suo beatus Laurentius usque ad tempora Iustini et Iustiniani christianissimi principis, cuius tempore Gothorum rabies iterum ad totam Italiam devastandam exarsit. Nam Badiulam, qui Totila dicebatur, eo tempore sibi regem constituerunt, qui mox undique collecto Gothorum exercitu, per omnes Italiae fines effrenata mente debacchabatur. Cum autem Campaniae et Apuliae partes, caede, rapinis, incendio et subversione omnia devastans, pertransiret, cura illi exigua non fuit, servos Dei viros religiosos, quorum famam audierat, calliditatis argumentis experiri. Igitur cum crebro in auribus eius personuisset, quod vir Dei Laurentius prophetiae spiritum habuit, milites de exercitu suo ad eum direxit, causaque probandi, vera an essent quae de eo acceperat, equum ferocissimum indomitum ad probandum ipsum pro itineris labore per illos pontifici destinavit. Beatus Laurentius placido vultu regis legationem accipiens, de Domino, in quem solum sperabat, humiliter praesumens, salutifero signo crucis se muniens, ascendit equum, qui mox mirae factus mansuetudinis, tamquam sub manibus et assiduis magistrorum verberibus educatus, lento et quiete concito gradu virum Dei ad regem usque portavit. Qui licet rex mentis esset crudelissimae, pro sanctitate tamen et virtute, quam videbat, immaniter admirans, digna eum veneratione suscipiens, de ore sanctissimi viri melliflua et salutaria vitae verba accepit. In tantum autem sanctissimus pontifex regis immensam duritiem melle eloquentiae et sapientiae gravitate emollivit, ut sibi magna affectione coniunctus rex diceret: 'Quidquid a me, sancte pater, postulas, nullo modo tibi nostra munificentia denegabit'. Benignus autem pater credens non se sibi genitum nec sibi vivere, sed toti, si fieri posset, mundo maximeque commisso sibi a Domino populo, a rege petiit, quatenus Sipontinam urbem intactam relinqueret: se malle mori, quam vel unum filiorum suorum perire, dicebat. Furor namque regis immanissimus numquam nisi ferro et ruinis viam fecisse gaudebat seque pacifice recipi despectui habebat; nihil magis quam humanum sanguinem furiata mens sitiebat. Impetravit tamen vir Dei quae postulavit, et Sipontinam civitatem, quam totam iam pene barbarus rex devoraverat, ab eius hiantibus faucibus liberavit. Gaudete, cives Sipontini, gaudete, qui talem meruistis habere pastorem! Laetamini, qui talem habetis pro vobis inter pellatorem!....

540. cf. Paul. H. Rom.

Septimo autem Idus Februarii beatissimus confessor Christi Laurentius de hoc mundo ad Deum migravit, ubi fruitur laetitia sempiterna, dum eius speciem videt in caelo, cui per fidem semper adhaesit in terra. . . . . .

VITA PALDONIS, TATONIS ET TASONIS VULTURNENSIUM AUCTORE AUTPERTO.

Vitam trium fratruelium, qui monasterium S. Vincentii ad Vulturnum condiderunt et primi abbates rexerunt, ab Autperto scriptam, Paulus viderat (VI, 40), eamque Chronico Vulturnensi, quod saeculo XI. Johannes composuit, integram insertam esse, auctor profitetur; id quod ipsi credere fas est, quamvis vix ab interpolationibus immunem et genuinum librum ita traditum agnoscas.

In codice Johannis autographo, Romano bibliothecae Barberinae Nr. 871, *quem Bethmann cum editis contulit, singulis capitibus imagines additae sunt, a Muratorio minus accurate repetitae; ad quas versus in fine capitum positos pertinere, ille animadvertit eosque Johanni tribuit. Certius idem de notis temporum in fine c.* 10. 12. 13. *positis contenderim, quas uncis inclusi, quippe quae neque Autperti aetati neque operis indoli conveniant.*

Nam id praesertim Autpertus egit, ut sui temporis monachis exemplum ostenderet virtutum, quae in illis desiderabantur. 'Abbatis monita secutus', ea quae a senioribus, qui fratres illos viderant, acceperat litteris mandavit. Nam quamvis ipsos 'nuper conversos' dicat, non tamen eorum aetatem attigit, qui annis 720—739. *mortui dicuntur. Ipse Francus genere monasterium S. Vincentii adiit, ubi post medium saeculum octavum scripsisse videtur*[1]. *Nec magna sunt quae narrare potuit; sed totus est in piis declamationibus, quas sacrae scripturae locis abundantissime allatis exornat. Ideo historiae cognoscendae parum confert vita, cui in hac scriptorum Langobardicorum collectione nonnisi veneranda antiquitas locum vindicat. Antea ab Ughellio V, p.* 458, *(ed.* 2, *p.* 369), *Muratorio in Chronico Vulturnensi (SS. I,* 2, *p.* 339—343) *et Mabillonio (Acta ord. S. Ben. III,* 1, *p.* 423) *edita est; in Actis SS. Boll. vero Octob. V, p.* 655. *ex codice J. B. Mari, qui ipse Chronici tantum apographum fuisse videtur*[2].

Alteram quoque trium fratrum vitam a Petro quodam confectam Johannes chronico suo inseruit, quam utpote fabulis plenam[3] *omisimus. Neque quae de Autperto*

1) *Alium librum, commentarium in Apocalypsim, Autpertus sub Paulo I. papa (*752—767*) composuit; v. Ziegelbauer, Hist. litt. ord. S. Benedicti p.* 60. *Anno vero* 778. *mortuus esse videtur, Acta SS. Julii IV, p.* 650. 2) *Nam ubique cum Muratorii editione convenit, paucis verbis exceptis, ubi modo hic modo ille codicem accuratius reddidit. Nonnumquam etiam Bollandini illam sequi videntur, codice neglecto. Quare eorum lectionibus ubique enotatis chartam implere nolui.* 3) *Quae narrat a Tasone abbate se accepisse contendit:* Haec quae dicturus sum omnia ex ordine retulit mihi Petro presbytero et monacho benignissimus pater dominus abbas meus Taso et ut scriberem praecepit, quatenus perfectae conversationis exemplum maneret posteris et per

post S. Vincentii abbate, scriptore ejus temporis conspicuo, tradit[1] *magni habenda sunt, ita ut ea repetere supersedeamus, iis tantum exceptis, quae de libris ab eo editis memoriae tradidit*[2]*:* Ut comperimus, *inquit,* plurimos sanctarum scripturarum libros exposuit. Nam leviticum Moysi, cantica Salomonis, psalterii flores melliflua suavitate, quae in his divina maneant arcana sacramentorum quaeve uniuscuiusque fidelis disciplina morum sive Christi observatio mandatorum suorum edisserens patefecit documento verborum. Librum quoque de conflictu vitiorum, sed et homelias aliquas euangeliorum pulchra suorum edidit declaratione sermonum. Vitam etiam beatorum patrum Paldonis, Tatonis et Tasonis cum historia sui monasterii plena relatione describens, cunctis in exemplum monachis ita proponit, ut divinae manere Trinitatis tam praecipuae caritatis quam unice pro Christo paupertatis tres illos fratres speculum ostendat esse normamque vivendi. *G. W.*

Prologus domni Authperti venerabilis abbatis in vita vel obitu sanctorum patrum Paldonis, Tatonis et Tasonis, Sancti Vincentii abbatum.

Humani generis primus parens ad imaginem Dei factus, in paradyso voluptatis positus, ut vitae praecepta servaret, ab ipsa vita, quae Deus est, fuit ammonitus, et ne hanc pro minimo duceret, mortem ei est comminatus. Sed haec ille contemnens, sponte deseruit Creatorem et secutus est peremptorem. Deus vero, qui mentiri, ut est veritas, non novit, morte, qua minatus est, eum addicit. Dixerat enim illi atque eius uxori: 'In quacumque die comederitis de ligno scientiae boni et mali, morte moriemini'. Quae videlicet sententia non solum corporis, sed et animae mortem ostendit. Sed quia benignissimus Deus serpentis suasionibus miserabiliter vidit hominem deceptum fragiliorisque materiae esse figmentum, noluit, hunc esse in aeternum damnatum. Hinc enim actum est, ut unigenitus Dei Filius carnem sumens moreretur pro nobis, ne mors animae ultra regnaret in nobis, ut quod in Adam perdideramus in Christo reciperemus. Hinc enim scriptum est: 'Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus'. Sed quo caritatis ardore id fecerit pro nobis, nullus verbis explicat ex nobis. Ait enim ipse Dei Filius: 'Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret'. Hinc iterum Paulus dicit: 'Qui dilexit me et tradidit se ipsum pro me'. De quo rursus ait: 'Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo; sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine[a] hominum factus, et habitu inventus ut homo; humiliavit semet ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis'. In qua scilicet humanitatis forma conversatus inter homines per omnia ut homo, excepto peccato, iter eis ostendit, quo ad derelicta gaudia repedare possint. Si autem quod sit hoc iter inquirimus, Dominum in euangelio dicentem attendamus. Ait enim: 'Ego sum via, et nemo venit ad patrem nisi per me'. Ecce audivimus iter, per quod patriam repetamus. Videamus, quibus modis ad ambulandum nunc gressus dirigamus. 'Qui', inquit Iohannes, 'dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare'. Libet autem intueri, quae sint haec Christi vestigia, qui gressus, quibus in carne ambulavit pro nobis. Ut cetera taceam, quae euangelica plenitudine narrantur de baptismo ad temptationem ac ieiunium, de ieiunio ad praedicationem,

Gen. 2, 17. Gal. 4, 4. Ioh. 3, 16. Gal. 2, 20. Phil. 2, 6—8. Ioh. 14, 6. 1. Ioh. 2, 6.

a) similitudinem *Boll.*

annos singulos a fratribus eorum memorie dignissime celebretur, *nihilominus Karolum Magnum trium fratrum tempore ad monasterium S. Vincentii venisse tradit et Angelarii abbatis Casinensis, qui saec. IX. exeunte vixit, mentionem facit.* 1) *Muratori l. l., p.* 359—365. *Inde Mabillon, Acta III,* 2, *p.* 256*; Acta SS. Juli IV, p.* 646. 2) *Cf. quae Ziegelbauer l. l. his illustrandis attulit.*

de praedicatione ad opprobria, de opprobriis ad flagella, de flagellis ad sputa, de sputis ad crucem, de cruce ad sepulchrum[a] pervenit. Hi etenim sunt gressus Dei in terra,
Ps. 67, 25. de quibus psalmista ait: 'Visi sunt gressus tui, Deus, ingressus Dei, mei regis'. Hos
1. Petr. 2, 21. imitandos esse denuntians, Petrus ait fidelibus: 'Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius'. His se passionibus sequi ipsa via
Luc. 9, 23. insinuat, dicens: 'Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, et tollat
Gal. 6, 14. crucem suam cotidie, et sequatur me'. Et Paulus ait: 'Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo'.
cf. Matth. 7, 14. Hi gressus artam et angustam viam ingrediuntur, quae ducit ad vitam. Hi ambu-
cf. Ps. 90, 13. lant super aspidem et basiliscum et conculcant leonem et draconem. In his ambulaverunt apostoli. Hos martyres atque confessores fuerunt subsecuti; hos per gressus
Matth. 11, 29. perfecti incesserunt monachi, quibus specialiter dicitur a Domino: 'Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris'. Sed quia nos in illud tempus devenimus, de quo Dominus in euangelio ait
Matth. 24, 1. discipulis suis: 'Quia habundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum', ac secundum
Apoc. 3, 16. apocalypsis sententiam nequaquam ferventes, sed, quod gemendum est, tepidos adspicimus monachos, ad incitandos animos eorum tres nuper ad Christum conversos, euangelica perfectione probatos, auditorum auribus[b] ingerimus, Paldonem scilicet, Tasonem atque Tatonem, sanctorum patrum sudoribus ac laboribus coaequatos, ut qui desidiosi ac languidi antiquos patres nostros nos imitari non posse causamur, horum nuper conversorum vitam recolentes erubescamus. Haec enim ago, non temeritatis ausu impulsus, sed abbatis mei monita secutus, eaque modo stylo prosequor, de quibus adhuc testes existunt, qui se hoc ab his audisse confirmant.

1. Tres igitur ex nobili genere horti, iure consanguinitatis propinqui, Paldo, Taso et Tato fuerunt, viri Beneventani, e quibus superior Paldo ex uno, Taso vero et Tato ex altero fratre procreati sunt. Hii euangelica voce excitati divinoque amore inflammati, una eis sententia, unum consilium fuit, unumque extitit votum, patriae solum, divitias parentesque relinquere et nudos nudum Christum sequi, nudi[c] cum nudo adversario pugnare, Galliarumque provinciam pro voto expetere, atque inibi corpore, non mente, divisi, diversa monasteria inquirere lenique iugo Christi colla mentis submittere. Hoc autem idcirco studiose facere praevidebant, ut propter Christum ne uno, qui superesse poterat, aspectu visionis corporaliter fruerentur. Quid plura? Ut animo ac mente conceperant, iter praeparant, nec moram faciunt nec dilationem praetendunt. Sed carnalium parentum nexus pertimescentes, qui semper impedimentum fiunt ad Christum conversis, eorum oculos pia simulatione deludunt, ita tamen ut mendacii crimen nequaquam incurrant. Dicunt enim, se Romam pergere velle, apostolorum principis Petri se suffragiis commendare eiusque desiderata limina osculari. Quod et fecerunt. Sicuti autem nobiles decet, oneratis animalibus stipendiis, praeparatis ad sedendum equis, famulorum fulti obsequiis — sibi solique cognitum Deo, quid agere vellent — gressus ad ambulandum movent.

Stirps veneranda satis nimium praecelsa parente.
Primus a principio luxit ut orbe dies,
Germine purpureo decus hoc tulit urbs Beneventus,
Iure salutiferos traxit ab urbe viros.
Scandere regna petunt sublimia corde sereno;
Digne sacra ferunt signa pro lege Dei.
Terrea cuncta terit[d]; gazas ut stercora sprevit.
Laudes magnifico gaudent[e] ferre Deo,
Cui salus et virtus, rex bonus, invictus.

a) sepulturam *B.* b) animis *B.* c) nudos *B.* d) terunt — spernunt *B. M.* e) gaude *B. M.*

2. At vero ubi proprios fines sunt egressi Marsorumque provinciam ingressi[1], descenderunt equis, ammonuerunt pueros, ut cum equis et his quae allata fuerant ad propria remearent, et hoc propterea, quoniam sibi tale votum extitisse dicebant, ut hii tres tantum suis pedibus Romam pergere deberent. Quibus[a] flentibus ac lugentibus, iure protestatis imperant, ut recedant. Illis autem abscedentibus, dum praefati famuli Christi scandunt iter, obviam habent pauperes scissis ac vilibus indumentis adopertos. Tum hii paupertatis amore inflammati, aiunt inter se: 'Ne sit in nobis quod mundus honoret, ne quod latro diripiat, his nos vestibus exuamus, pauperibus tribuamus illorumque nos vilissimis ac sordidis induamus'. Quod[b] et fecerunt. Hinc perpendant, qui nomen monachi praetendunt, quanti reatus criminis sit, sub Christo paupere degentes indumentis comptos et non moribus incedere. Ecce etenim ii, per quos hoc monasterium initium sumpsit, talibus induti amictibus, initium suae conversionis dederunt.

Mundus ad ima ruit, miseros ad tartara ducit.
Mutemus vestes; nostras, Deus, instrue mentes,
Ne sit, quod fortis, fur, latro tollere possint.

3. Et ut ad propositum revertar, coepto itinere dum pergunt, ad monasterium gloriosae Dei genitricis Mariae, quod est in Sabinis, perveniunt, in quo vir vitae venerabilis Thomas pater praeerat. De quo a pluribus audivi, quia olim in partibus orientis constitutus, sicut ipse narravit, tamdiu ad Redemptoris sepulchrum orationi vacavit, quoadusque impetraret, quod precibus postulabat; denique, ut adserunt, nocte quadam precibus fatigato soporeque depresso, astitit ei quidam, gestans in manu mirae pulchritudinis panem; cui et dixit: 'Accipe hunc panem, et abscede; scito autem, te minus ex eodem numquam habiturum'. Tantae etenim deinceps, ut aiunt qui eum viderunt, compunctionis vir fuit, ut pene de Deo sine lacrimis nil posset loqui. Is dum praephatos Dei famulos hospitio suscepisset, ut monachorum[c] ac bonorum moris est christianorum, cum fratribus, ut ei solitum fuit, secundum Domini praeceptum eorum pedes abluere Ioh. 13, 14. pergit. Hii autem qui advenerant delicata ac candida membra vilibus ac sordidis vestimentis tegebant, elegantem ac compositum vultus aspectum praetendebant. Quam ob rem nec eorum secretum abscondi potuit oculis viri Dei. Peracto itaque caritatis officio noctisque transacto cursu, cum aurora daret diei initium, seorsum eos blanda locutione inquisivit, qui essent, unde, cur advenerint, ne forte aliquod praeiudicium sustinerent, ne peccati crimine peracto fugerent, promittens se eis in quo valeret adiutorium ministrare, tantum ut profiterentur, cur eis ita placuerit tantam simulationem arripere. Ad haec illi obstupefacti, videntes consilium suum seniori celare[d] non posse, consilio accepto narrant cuncta per ordinem: qui fuerint, unde, cur advenerint, quaeque gesserint, quorum filii, quibus nominibus vocarentur, qualiterve Romam pergere vellent indeque Galliarum regiones expetere; multis eum adiurationibus constringentes, ne eorum proposito ipse fieret impedimento. Ad haec ingemiscens venerabilis senex, ait: 'Nequaquam, o filii, in hoc tam laudabili proposito vos impedire cupio, sed magis adiuvare; nec vos interim relinquam; aliquantisper vobiscum pergam, itineris vestri usque ad apostolorum limina me habebitis comitem'. Propterea autem vir Deo plenus itineris illorum particeps fieri gestiebat, ut eos, sicuti et fecit, suis salutaribus consiliis ab illius itineris longitudine revocaret. Quod Dei providentia factum fuisse, nullus ignorat, qui hoc monasterium cernit.

Hos specie, forma cognoscit, munere, dogma,
Consilio refovet, levat obsequio pater almus;
Ne paveant, faveant, facilis pateat labor altus.

a) Quibus — recedant *des. B.* b) Q. et f. *des. B.* c) *ita B.;* monasteriorum *M. c.?* d) celari *B.*

1) se Romam dirigentes Spolitinorum provinciam ingressi sunt. Cum vero pertransissent Marsis in via quae ducit Sabinis, descenderunt equos *Petrus.*

4. Pergunt interea simul, ut senis fuit voluntas, multisque lacrimis profusis devotionem suam apostolorum commiserunt suffragiis. Oratione vero completa, coepit eos reverendae memoriae iam dictus pater verbis suasoriis admonere, ut secum ad monasterium reverterentur et aliquandiu apud eum remorati propositum institutionis suae videndo et operando addiscerent, et tum demum, quo eos Dominus vellet vocare, properarent; et ut verbis illius utar: 'Audite', inquit, 'o filii, consilium meum: ad monasterium cui deservio revertimini mecum; et propter ardorem vestri desiderii, quamquam extra usum monasterii, intrinsecus vos recipiam, ut simul cum fratribus edatis, simul dormiatis, simul orationi vacetis simulque[a] ad opus manuum exeatis, ut his exercitiis probati sciatis, quibus modis propositum monachi adimplere valeatis'.

Te[b] simul ecce petunt, Petri dum limina quaerunt,
Roma beata nimis, fratresque senexque fidelis,
Quos trahit ipsa ferens fidei per littora navis.

5. Haec et his similia dicente eo, praebuerunt assensum, pariterque cum eo ad monasterium sunt regressi, in quo paucis diebus remorati pene ad plenum instructi sunt. Accidit autem, ut, dum pater duorum fratrum, Tatonis scilicet atque Tasonis, cum ceteris parentibus huc illucque eos quaererent, rapidissimo cursu Romam venirent; quos dum studiose quaererent ac nequaquam inibi invenirent, audiunt a dicentibus Sabinis, eos esse in monasterio gloriosae Dei genitricis Mariae. Tunc illi maioris amoris stimulis agitati, spatium itineris illius quasi transvolantes, ad praedictum monasterium pervenerunt, a praedicto monasterii patre petierunt, ut aspectibus illorum praesentarentur. Venerabilis autem senex eorum dolori compatiens, ut erat suadibilis eloquio, admonuit, ut exirent. Illis autem renitentibus, compulit eos, ut sibi imperanti obedirent. Ut vero egressi sunt parentesque eos viderunt, vehementer flere coeperunt elevataque voce ad eos dixerunt: 'Cur nos peccatores tamquam mortuos reliquistis? ut quid curam animarum nostrarum deseruistis? Nullusne vobis inest pietatis affectus, nulla consanguinitatis compassio'? 'Obsecramus', inquiunt, 'obsecramus et per Deum conditorem caeli ac terrae deprecamur, ne nos deseratis, quia ad Christum converti et funditus seculum relinquere sumus parati; sin autem, contestamur caelum et terram, sanguinem nostrum de manu vestra a Deo fore quaerendum'. Ad quorum verba lacrimasque atque singultus dum illi pietate nequaquam moverentur seque, ut Deo promiserant, Gallias petere dicerent, prophetica, ut aperte nunc cognoscimus, fertur senex ad eos voce dixisse: 'Confidite', inquit, 'filii, confidite et de Dei misericordia praesumite, quia, si modo meis monitis aurem obedientiae accommodaveritis, multi per vestrae actionis exemplum caeleste ingredientur regnum'. 'Audite', inquit, 'filii carissimi, audite consilium patris vestri et horum preces spernere nolite; ostendam vobis, si vultis, a Deo vobis locum paratum[c]. Spero enim in Domino, quoniam illic adimplebit Deus desiderium vestrum, ibique facietis Deo fructum acceptum. Indicium autem loci percipite et ad eum quantocius properate'.

Non, pater, hos monitis, gemitu movere parentes,
Se[d] patriam gentem contempnere rite fatentes,
Mollia spernentes, pro Christo dura ferentes.

6. 'Est autem, dilectissimi filii, locus, ad quem vos ire desidero, in Samnii partibus super ripam Vulturni fluminis, ubi initium sumit a mille fere passibus. In quo videlicet loco situm est oratorium martyris Christi Vincentii nomine dedicatum; ex utraque vero parte fluminis silva densissima, quae tantum habitationem praestat ferarum latibulaque latronum. Omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere desideratis, et vos in eodem loco illaesos servabit, et cunctis iter agentibus a timore latronum pacatum atque securum constituet, necnon et erutis[e] dumis ac sentibus, lignis fructiferis habundare faciet'. 'Ite', ait, 'filii, ite, et in eodem loco sine metu cuiuscumque[f] permanete'.

a) simulque — exeatis *des. B.* b) *versus post* instructi sunt *ponunt B. M.* c) praeparatum *B.* d) Sed *B.* e) cerasis *B. M.* f) cuiuspiam *B.*

Hos pater ire monet, loca monstrat pervia nullis,
Arboribus multis, quae comant flumina, pulchris,
Montibus et ventis, nivibus sunt frigida moestis.

7. His igitur et huiuscemodi verbis a rigore obstinationis emolliti, tamquam Christum in seniore loquentem attendentes, apostolique dictum recordantes: 'Nolite quaerere quae vestra sunt singuli, sed quae alterius', ab his quae coeperant revocant animos; atque ab eodem benedictione percepta, iter arripiunt et ad hunc quem incolimus perveniunt locum, nihil secum in alimoniis corporis praeter viaticum in sportella ferentes, iam tunc non immemores illius praecepti dicentis: 'Nolite solliciti esse, quid manducetis aut bibatis; et nolite solliciti esse in crastinum'. Sed ille, qui propter miseriam inopum et gemitum pauperum statim ut pius pater exsurgit, qui talia agentibus repromittit, dicens: 'Quaerite primum regnum Dei et iustitiam, et haec omnia adicientur vobis', hanc eorum fidem aspiciens, cito stipem largiendo adfuit. 1.Cor.10,24. Matth. 6, 31. 34. Matth. 6, 33.

Tres iter adsumunt, nihil huc nisi corpora ducunt.
Est regimen, victus, tegmen, miseratio Christus,
Lex quoque sacra Dei lux noctis sive diei.

8. Nam ad hunc in quo residemus, ut dictum est, cum pervenissent locum, quia cuncta quae ad usus corporis sunt necessaria deerant, ad illum protinus mentem erexerunt, in quo et per quem omnia vivunt. Ingrediuntur denique oratorium, peragunt in Dei laudibus officium, atque superveniente nocte quieti membra deponunt. Sed cur dico quieti? cum terratenus tantum artus locantes ad morem patriarchae Iacob lapides capitibus supposuerint. Dico tamen quietem esse, in qua[a], etsi caro tabescit, spiritus pinguescit. Et ecce, facto parvo intervallo, venit ad eos quidam homo ignotus nocturno silentio, regiamque oratorii pulsans, ait: 'Quisnam hoc in loco quiescit'? Ad cuius vocem exiliens, tacitus venit ad eum venerabilis Taso. Cui ille: 'Audivi', inquit, 'a dicentibus, quoniam hic peregrini adessent, et propterea a pastoribus meis veniens, detuli modicum farinae ac vini. Si habes ubi hoc quod attuli recondas, accipe'. Tum ille quaedam vascula reperiens, tamquam a Deo sibi oblata suscepit quae offerebantur. Quo abscedente, nullus deinceps compertus fuit, quisnam ille fuisset qui hoc munus gratanter obtulisset. His igitur indiciis claret, a quanta perfectione coeperint ii per quos hunc locum ad tantae magnitudinis excellentiam perducere dignatus est omnipotens Deus.

Angelus accessit dixitque: 'Quis hic requiescit'?
Exilit inde Taso tacito pede, pectore grato;
Munera cui praestans, vinum, similam, redit extra.

9. In hac denique Christi paupertate sollicite persistentes, eorum vita, quam Deus ad exemplum plurimorum ostendere disposuit, longe lateque personuit, atque lucerna super candelabrum posita diutius latere non potuit; et cum multi eorum vitam imitari cupiunt, multitudo fraternitatis ad eos concurrere coepit.

Longe pro[b] centum sociis moderare talentum,
Famina sacra ferunt, palmam bellique tulerunt
Et capiunt multos valido de gurgite ductos.

10. Primus itaque praefuit sacro gregi Paldo Dei famulus, qui erat omnino mitissimus, quique per omnia hoc in suis actibus ostendebat, quod suis subiectis voce praedicabat; ita amator Christi paupertatis, sicuti nec[c] carnales aestuant divitiis terrenis. Hic nempe fertur ad confirmandas animas fratrum, ut in paupertate, quam coeperant, perdurarent, dixisse: 'Credite mihi, fratres, quia monachus ille, qui in hoc monasterio persistens usque in finem permanserit, anima eius aeterna supplicia nequaquam sustinebit, sed vitam aeternam possidebit, et hoc sanctae congregationis monasterium usque ad finem seculi ad lucrandas animas permanebit'. Quod quidam ignorantes, qua intentione haec

a) quo *M. c.*? b) per *c.; lege* ter *B.* c) n. s. c. aestuans *B.*

prosecutus fuerit, falsa se ipsos securitate decipiunt, quamvis male viventes et contra regulam patrum facientes hoc in monasterio si permanserint, salvos esse in futurum non[a] posse; cum constet omnibus, quia, quicumque in perpetratione criminis hoc in loco permanserint et ante extremi obitus diem se minime correxerint, ad vitam nequaquam posse transire. Dicendum autem illis est, nequaquam virum Dei contra divina eloquia sententiam protulisse, sed in illis hanc sententiam permanere dixisse, qui illorum sobriam et castam vitam ac laudabilem paupertatem vellent imitari.

Culmine praeclaro renitens diademate sacro,
Primus praeficitur Paldo reverendus et abbas;
Innumeras animas Christo super aethera mandat.

11. Interea turba fratrum succrescente, coeperunt contra votum habere, per quod possent eisdem quos regebant subvenire. Dumque praedicti venerabilis patris Thomae immemores dicti, multos per eos in hoc loco salvandos esse, amicam paupertatem sollicite requirentes, abicere conantur ea quae possidere videbantur. Sed resistente eis divino
1.Cor. 10, 24. iudicio turba fratrum, studuerunt magis secundum apostolum non sua singuli, sed quae
ib. 9, 22. alterius sunt, quaerere et illud: 'Omnibus omnia factus sum, ut omnes salvos facerem'. Multa siquidem tunc inter eos fuisse caritas, multa concordia unitatis, multa compassio fraternitatis refertur. Et quidem narrantur de eis quaedam digna miraculis; sed nostrum ad hoc tantum fuit studium incitatum, ut, quibus modis seculum ac diabolum vicerint, apicibus prosequeremur. Neque enim maius esse potest miraculum, quam quod tota mente mundum reliquere. Et quia multi videntur miraculorum esse participes, sed nullatenus nomina habent scripta in caelis, nequaquam hoc in tempore virtutes in ecclesia, sed perfectam vitam requirimus. Unde Dominus discipulos de subiectione daemonum gaudentes deterret, dicens: 'Nolite gaudere in hoc, quia daemonia vobis subiciuntur'; in quo vero deberent laetari, subdendo manifestat, dicens: 'Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in caelis'. Magna siquidem virtus magnumque et admirabile extitit signum suae conversationis exemplo, tam innumeros de terris elevasse ad caelos, de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio reduxisse ad patriam. Et ut coepta persequar, saepe dictus venerabilis Paldo, euangelicae perfectionis vir per omnia consummatus, humanis rebus excedens, praesentis vitae finem fecit, quinto Idus Octobris, [indictione tertia, anno incarnationis dominicae septingentesimo vigesimo, residente in sede apostolica venerandae memoriae secundo Gregorio. Hic[1] susceperat sacri coenobii regimina ab incarnatione Domini anno 707[b], sub sancto papa Sisinnio].
Luc. 10, 20.

En, paradise, tuos vernantes collige flores!
Denis septenis annis moderatus abenis
Est Paldo felix, quando tua gaudia cepit.

12. Cui succedit in sancto regimine Taso, minor quidem annis, sed ardentior in sancto proposito omnibus illis. Quia vero nonnumquam his qui praeest, si considerare negligat et contuere infirmorum imbecillitates, eosque, non ut praevaluerint, sed ut rigor districtionis eius dictaverit, voluerit artius astringere, nequaquam eos quo cupit perducere valet, quia huic nimius zeli fervor potuit dominari: simile quiddam ei accidisse cognoscitur. Nam cum hunc arduo itinere incedentem nequaquam sequi valerent, penitus deserentes abiecerunt fratremque eius maiorem natu loco eius constituerunt. Unde factum est, ut ab utrisque partibus ad pontificem Romanum relatio mitteretur. Quod cum Gregorius papa secundus audisset, factum improbat, hos contra canones egisse notat manusque suas in christum Domini extendisse denuntiat. Quibus et poenitentiam indicens, huius facti efficaciam ademit. Quam scilicet indictam sibi poenitentiam vix cum magno difficultatis conamine, obsistente eis aeris ardore, perficere valuerunt.

a) *deest B. M.; post* posse *vocabulum excidisse videtur.* b) DCCIII *corr.* DCCVII *c.*

1) *Haec aperte a Johanne sunt addita.*

Post sequitur socius retinens moderamina Taso,
Qui minor est annis, validus sapientia quamvis.
Hic alacer, fortis, ferrens quoque robore cordis.

13. Sed ut ostenderet omnipotens Deus, quanti reatus crimen admisissent ii qui pastorem a Deo sibi praeelectum abiecissent, nequaquam hac poenitentia placatus, mox sine mora iudicium ultionis exercuit. Nam ita coeperunt singuli humanis rebus excedere, ut duorum aut trium corporum fieret una memoria receptaculum; eoque haec grassata fuit sententia, quoadusque pene nullus eorum in corpore remaneret, qui huius naevi fuerant consilio maculati. Sed nec ipse diu moratus eosdem est moriendo secutus. Idcirco autem huius facti adversitatem huic operi adnectimus, ut a tali deinceps seditione et pastor et grex alieni existant. Quia etsi nequaquam eos, per hoc factum utpote incipientes poenitere, dampnandos affirmare audemus, cum scilicet pastor zeli fervore et grex pusillanimitate erraverit, tamen incertum est, utrum eos haec iudicii sententia ad plenum huius reatus crimine mundaverit, an etiam purgatorii post mortem supplicio ignis fuerint absoluti. Obiit autem Tato[a] praedictus pater tertio Idus Ianuarias in pace [anno dominicae incarnationis septingentesimo vigesimo nono, indictione undecima].

Fratri praelatus poenam Tato[a] fertque reatus,
Annis post octo migrans, cui cesserat ordo,
Quem sequitur fratrum numerus sub peste necatus.
Sis[b] memor ergo tui, qui cernis fata sepulti!

14. Succedunt praeterea post huius discriminis luem, ut adsolet, laeta quaedam atque iocunda, cum superstes Taso[c] loco paternitatis succedit. Hic denique virtutum omnium matre plenus extitit caritate, in animabus colligendis studiosissimus, zelo Dei ferventissimus, pietate uberrimus, discretione cautissimus, quique veluti mater super filios, sic semper sollicitus fuit super subiectos, semet ipsum in laboribus durissime exercens, gregi ut pater parcens, inter mites mitior existens, inter elatos districtionis zelum exercens. Fertur etiam, ex quo monachi ad habitum venit, numquam balneis usum fuisse, numquam caput lavisse, numquam novaculam super caput aut barbam duxisse; et quod his difficilius est, diebus operae manuum insudans, noctibus vigiliis propensius vacans, loricae onus ad carnem gestans, quousque virtus corporis praevaleret, non deposuisse. Cum vero defessis ac fatigatis iam membris hanc ferre non posset, circulum ex eadem occulte sibi fieri praecepit, quem et usque ad diem obitus sui gestavit. Hunc adserunt lectisternia refugisse. Fertur etiam et ebdomadam ieiunio peregisse. His enim ac tantis[d] virtutibus repletus ad finem usque perdurans, consummatus obiit in pace tertio Idus Decembris, [indictione vero sexta, felici gaudio laetus, anno incarnationis dominicae septingentesimo trigesimo nono].

Hic prius abiectus, fit postea pastor honestus,
Undenis actis postquam Taso[c] praefuit annis.
Ad finem durans complevit tempora multa[e],
Qui fuerat magnus studiis, opibus quoque largus.

15. Haec de his dixisse sufficiant[f], quorum nos exempla ac facta praeclara de seculi turbine ad hanc quietem perduxerunt. Sed horum aspicientes fervorem, cogit nos gemitus aliquid dicere de nostrae conversationis tempore; et quamquam me ipsum primo ferire loquendo pertimescam, tamen ea, in quibus iaceo et mihi similes iacere cognosco, enarrare vitia, sublato pudore, non erubescam. Fortassis enim per hanc humilitatis confessionem et mihi a Deo venia dabitur et illis salubris correctio ministrabitur. Sed unde exordiar, unde loquendi initium sumam? Omni enim ex parte sanctum a nobis propositum violatur, et pene nobis nihil superest, nisi quod sanctus pater praedixit Benedictus: per tonsuram et habitum nos Deo mentiri videmur. Pene omnes ad superbiam

a) Taso *B. Mab.* b) Sis — sepulti *ante ceteros versus ponunt B. M.* c) Tato *B.* d) ceteris *B.* e) longa *B.* f) sufficiat *B.*

prompti, ad contentionem, ad scandalum, ad detractionem, ad mendacium, ad maledicendum, ad accusationis laesionem, ad contumaciam, ad iram, ad amaritudinem, ad despectionem, ad[a] contradictionem, ad susurrationem, ad murmurium, ad gulam atque ad ornatum vestium sumus illecti. Et, ut breviter cuncta perstringamus, ea per quae sancti caelestia consecuti sunt regna, id est tribulationes, persecutiones, adversitates, angustias, passiones, contumelias, humilitatem, subiectionem, paupertatem, odio habentes, quae nostra sunt tantum, non quae alterius quaerentes, falsos honores appetentes, ac per hoc invicem invidentes, invicem mordentes, quicquid ad praesens delectat, quicquid dulcedinis tota mente requirimus, nescio per quod aliud iter, fallente nos visu interiore, a sanctorum
Matth. 7, 14. calle deviantes, ad vitam nos posse pervenire confidimus. Ait enim Dominus: 'Arta et angusta via[b], quae ducit ad vitam, et pauci sunt, qui intrant per eam'. Apostolus vero
Act. 14, 22. dicit: 'Per multas tribulationes nos oportet introire in regnum Dei'; et iterum: 'Si non
cf. 2. Tim. 2, 12. compatimur, non[c] coronabimur, non conregnabimus', et: 'Nemo coronabitur, nisi qui legi-
2. Tim. 2, 5. time certaverit'. Eia, monachi nostri, quid ad hoc dicturi sumus? Aut, quod enim nefas est, scripturam mendacem, aut nosmet ipsos fallaces[d] veraciter appellabimus. Sine via enim tendentibus labor est itineris, non profectus. Aut forte decepti dicere poterimus, ut secundum miseriam nostram loquar, Dominum dixisse: 'Beati, qui induti sunt cappa, vel qui usque in horam nonam ieiunant'? Nequaquam. Dixit enim de his qui falsam
Matth. 7, 15. religionem praetendunt: 'Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces'. De illis autem qui beati futuri sunt ait: 'Beati pauperes spiritu, quoniam
Matth. 5, 3. ipsorum est regnum caelorum[e]; beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum'. Intendamus, qui haec abhorremus, quibus modis in scriptura detestantur ea quae nunc sequi videmur.
1. Petr. 5, 5. Scriptum namque est: 'Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam'; et: 'Qui
cf. Iac. 4, 11. 1. Cor. 6, 10. detrahit fratri, eradicabitur'; et: 'Neque maledici regnum Dei possidebunt'; et: 'Perdes
Ps. 5, 7. Apoc. 12, 10. eos qui loquuntur mendacium'; et: 'Cecidit accusator fratrum vestrorum'; et: 'Qui ira-
Matth. 5, 22. Matth. 18, 6. scitur fratri suo, reus erit iudicio'; et: 'Vae qui vel scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt'. Tot enim mortibus digni sumus, quot his malis exemplis scandalizamus. Sed nos, o dilectissimi fratres, superiorum pauperum, quorum mentionem feci, exempla attendamus, ne in vanum currere videamur. Omni nisu, omni conamine, omni virtute desudemus, ut ab his quae dixi praecipitiis educti, per iter sanctorum incedere valeamus. Si enim unum in nobis bonum perfecte adesset, tot enumerata mala nequa-
Ioh. 13, 34. quam inessent. Et quod est hoc bonum nisi mandatum novum? 'Mandatum novum', inquit Dominus, 'do vobis, ut vos invicem diligatis'; et: 'In hoc cognoscent omnes, quia
Rom 13, 8. 10. mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem'. 'Qui enim diligit', ait apostolus, 'legem implevit, et plenitudo legis est dilectio. Ego autem dico[f], quia qui fratrem diligit, nequaquam detrahit, sed corrigit; qui vero detrahit, non diligit'. 'Qui autem non
1. Ioh. 3, 14. diligit', docente Iohanne, 'manet in morte'. Si, inquam, radix huius dilectionis esset in nobis, omnia virtutum poma maturescerent; quia vero deest, in flore vanescunt. Sed quia inducias ad corrigendum huius temporis a pio Redemptore accepimus, agamus, ut in melius proficiamus. Non enim sufficit, patriam, divitias, parentes reliquisse, nisi nosmet ipsos mortificemus. Diem ergo mortis cotidie attendamus, et in aeternum non peccabimus. Passiones Domini inspiciamus, et de praesentibus iniuriis non dolebimus. Sicque huius exilii iter peragamus, ut egredientes de corpore angelum lucis inveniamus, per quem defensi ab accusatore illuc perveniamus, ubi Deum iuncti cum angelis sine fine laudemus, ubi iam nullus erit metus mortis, nullus corruptionis defectus[g], nulla esuries, nulla sitis, nullus moeror, nullus dolor, nulla amaritudo, nulla tenebrarum caligo, sed dies aeterna, dies beata, in qua qui inventi fuerint luce solis non egebunt, quia ab ipso agno illuminati sicut sol in regno Patris fulgebunt; ubi semper beati, semper gau-

a) ad c. *des. B.* b) v. est *B.* c) n. c. *des. B.* d) mendaces *B.* e) c. etc. *ceteris* — caelorum *omissis B.* f) d. vobis *B.* g) metus *B.*

dentes semperque[a] laetantes, semper erunt cum Christo sine fine regnantes; ubi caritas in singulis regnabit, et Deus omnium in omnibus erit. Qui in Trinitate perfecta vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

VITA BARBATI EPISCOPI BENEVENTANI.

Qui sancti Barbati Beneventani vitam conscripsit non ante saeculum nonum operi calamum admovisse videtur, quippe qui Pauli Historia Langobardorum usus si et quae huic addidit ex populi rumore magis quam ex certa rerum cognitione hausisse videatur[1]. *Revera duo tantum sunt quae memoriae tradidit, simulacri a Langobardis culti destructionem, ex quo patera et calix ecclesiae Beneventanae facti esse narrantur, et jura huic episcopatui a duce Romualdo impertita, ita ut haec vitae scribendae ansam praebuisse credere liceat. Auctor quisquis fuerit sermone utitur tumido, ad grammaticae regulas parum exculto; quod ne ipsum quidem fugisse videtur, qui modestis verbis 'dictantis ignaviam' lectorum commendat indulgentiae. Eo vero alii quidam adducti esse videntur, ut menda gravissima tollerent et quae ipsis minus placebant mutarent, alia etiam de suo adderent. Ideo codices qui exstant inter se saepe differunt, neque genuina auctoris verba ex ipsis elicere ubique licet.*

1) *Romanus Vallicellianus IV, membr. fol. s. XII, litteris Beneventanis exaratus, ubi in magna Vitarum collectione f.* 124 *sq. haec quoque exstat. Codex ab interpolatione liber quae in reliquos omnes praeter* 5 *irrepsit, primo loco nominandus est, quamvis negligentius scriptus et mendis non paucis maculatus.*

2) *Romanus Vallicellianus IX, membr. fol. s. XI, litteris Beneventanis exaratus, ubi majori Vitarum collectioni inserta fol.* 25. *haec legitur, satis accurate ut videtur scripta, sed quae loco illo interpolatoris manum haud effugit.*

3) *Neapolitanus bibliothecae publicae VIII, B,* 6, *olim Trojanus, cum libris Aemilii Cavalerii episcopi Trojani in bibliothecam tunc regiam Borbonicam delatus, membr. s. XI, litteris Beneventanis exaratus, quo itidem Vitarum collectio continetur. In verborum formis magis etiam quam* 1 *et* 2 *linguae rusticae vestigia ostendit, quod utrum auctori an amanuensi tribuendum sit, vix certo diffiniri potest. Ideo ea tantum quae altero codice vel aliis collatis locis confirmarentur recipere satius duxi.*

4) *Vaticanus Nr.* 5834, *s. XVI. Petri Ferretti Ravennatis manu scriptus, qui varia collegit vel excerpsit opera (cf. Arch. XII, p.* 253; *supra p.* 268), *praecipuis locis cum* 1—3 *convenit.*

5) *Benedicti chronicon in cod. Romano bibliothecae Chigianae F IV,* 75, *membr. c. a.* 1000. *scripto, integram fere Barbati Vitam recepit, quam quamvis scriptor ille vere barbarus non paucis vel parvis maculaverit mendis, nonnulla etiam de suo addiderit, nonnumquam tamen, cum liber omnium sit antiquissimus, verae lectioni restituendae conducit.*

Correctoris manum alii codices ostendunt:

6) *Casinensis Nr.* 145, *membr. fol. max. s. XI ex., ubi haec cum aliis sanctorum vitis conjuncta est. Cum hoc conveniunt*

6a) *et* 6b) *Casinenses Nr.* 146 *et Nr.* 110 *(cf. Arch. V, p.* 47; *XII, p.* 500). *Ex Casinensi Nr.* 145. *descriptus est cod. Romanus coll. Sapientiae, s. XVII (Arch. XII, p.* 418).

1) *Prologus ad fidelium provocat relationem. Etiam quae c.* 7. *de divisione redituum episcopalium a Barbato instituta traduntur ita sunt judicanda.*

7) *Neapolitanus bibl. publicae VIII, B, 5, olim Aemilii Cavalerii episcopi Trojani, membr. s. XII, magnae vitarum collectionis quinque voluminibus comprehensae pars, litteris Beneventanis exarata.*

8) *Romanus S. Crucis de Hierusalem*[1] *Nr. 49, olim Nonantulanus, membr. s. XII, ubi etiam aliae Vitae continentur (cf. Arch. XII, p. 397).*

9) *Vaticanus Nr. 1197, olim capituli eccl. Valvensium S. Pelini in Pelignis, membr. fol. max. s. XI ex. vel XII, litteris Beneventanis exaratus, ubi complures Vitae sunt conjunctae (cf. Arch. XII, p. 223).*

10) *Romanus bibliothecae Vallicellianae VI, membr. fol. max. s. XIII ex., in magna vitarum collectione, cujus quaternione uno deperdito, finis deest.*

10a) *Romanus bibliothecae Vallicellianae H. 4, chart. fol. s. XVII, manu Antonii Gallonii ex 10 descriptus, sed ita ut finis sive ex codice illo tunc integro sive altero quodam sumtus adsit.*

11) *Montis Virginis in Vitarum collectione, de quo nihil certi compertum habemus (Arch. XII, p. 531).*

Qui primus Vitam edidit Ughelli (Ital. sacra VIII, p. 21) codicem secutus est Beneventanum S. Sophiae, qui ad 6—10 prope accedit, Bollandini (Febr. III, p. 139) S. Johannis Capuanum ad manus habuerunt. Neutra editio genuinum expressit exemplum.

Novam vitae recensionem exhibet Cod. Vaticanus Nr. 7810, membr. fol. s. X ex. vel XI, ita incipiens: Considerandum nobis est, dilecti fratres, quomodo mater ecclesia *etc., quam nullius esse pretii judicavit Bethmann. Brevior vita legitur in cod. Avenionensi Nr. 251, chart. s. XV:* Tempore quo Grimuald *etc. (Arch. VII, p. 209), edita Acta SS. l. l., p. 142—145, ex mss. ecclesiae Beneventanae. Fragmenta etiam codici Pauli Parmensi (supra p. 30) inserta sunt*[2]*. Nonnulla capita in Germanicam linguam vertit O. Abel una cum Pauli historia.*

Bethmann, qui hujus vitae editioni non vulgarem curam adhibuit, codices omnes praeter 5, cujus lectiones b. m. Pertz enotaverat, cum editis comparavit, nimiam vero iis fidem dedit qui puriorem praebent sermonem. Ideo codices 1—3, quos propius ad genuinam libri formam accedere cognovi, praeterea 7, iterum accuratissime excussi.

Capitum divisionem codicum aliquot vestigia secutus institui. *G. W.*

PASSIO[a] BEATI BARBATI EPISCOPI ET MARTIRIS.

[Incipit prologus[b].] Sicut evidentissime fidelium relatione comperimus[c] de celeberrimo[d] sanctissimi patris Barbati more vel meritis, quamquam indignus ad tam eximii presulis exponendas laudes atque omnibus philosophiae deterior sectatoribus, annuente mentium scrutatore, qui non philosophandi[e] sed simplicibus verbis suos discipulos euangelizandi[f] sacra misteria sancxit, inculto licet sermone, tamen[g] ad proferendam gloriam[h], quae caelitus[i] in beatissimo Barbato effulsit, propero[k] devotissimus[l] enarrare[m]. Et si quis[n] fortasse liberalibus disciplinis aprime[o] inbutus accuratius legerit haec quae de tanti viri gestis repperit[p] apicibus prenotata[q], non dictantis[r] perpendat ignaviam[s], sed meritorum

a) P. b. B. 1; Vita vel obitus sancti Barbati episcopi 2; V. et ob. s. B. confessoris et episcopi 7. b) *ita* 2; Inc. pr. in vitam S. B. conf. 6; Inc. prol. in v. s. B. ep. et conf. 8. 10; Prologus 9; *deest* 1. 3. 4. 5. 7. c) comperi 7. d) celeberrimi 2. e) *ita* 1. 2. 3; philosophari *cett.* f) *ita* 1. 2. 3; euangelizare *cett.* g) *ita* 1. 2 (*ubi* promerendam). 3; t. a. p. *des. cett.* h) gratiam 4. 6. 7. 8. 9; *deest* 10. i) *deest* 7. k) prope 1. l) devotissimo 3. m) effare 1. n) quid 1. o) *ita* 1. 2. p) *ita* 1. 3. 7; reppererit *cett.* q) annotata 6. 7. 8. 9; preannotata 10. r) dictandis *corr.* dictandi 3. s) innaviam 1; ignabia *corr.* ignabiam 3.

1) *Nescio an bibliothecae Victoris Emanuelis illatus, ubi nonnulli S. Crucis codices desiderantur; cf. N. Arch. II, p. 327.* 2) *Carmina ex vita hausta edidit Borgia, Storia di Benevento II, p. 277 n.*

eius excellentiam, de quo summo mentis conamine, postposita verecundia[a], ut temerarius loquor. [Explicit prologus[a*]].

[INCIPIT[b] VITA SANCTI BARBATI EPISCOPI].

1. Tempore quo Grimoalt[c] Langobardorum[d] regni moderabat[e] abenas eiusque 661
filius Romualt[f] Samnitibus[g] imperabat, insignis sacerdos Barbatus nomine, ut fatus[h] sum, 671.
Redemptoris nutu[i] claruit Beneventi[k], actionibus celeps[l] miraculisque coruscus. His quoque[m] diebus quamvis sacri[n] baptismatis unda Langobardi abluerentur, tamen priscum gentilitatis ritum tenentes, sicut bestiali mente degebant, bestiae simulacro, quae vulgo vipera nominatur, flectebant colla, quae debite[o] suo debebant flectere[p] Creatori[1]. Verum[q] etiam non longe a Beneventi menibus quasi sollempnem[r] diem sacram colebant arborem, in qua suspendentes[s] corium, cuncti qui adherant[t] terga vertentes arbori, celerius equitabant, calcaribus[u] cruentantes equos, ut unus[v] alteri possit[w] prehire[x]; atque in eodem[y] cursu retroversis[z] manibus corium[a] iaculabant[b], iaculatoque[c] particulam modicam ex eo comedendi[d] superstitiose[e] accipiebant. Et quia stulta illic persolvebant vota, ab actione nomen loci illius[f], sicut actenus dicitur, Votum imposuerunt[2].

2. Quae vir Domini[g] Barbatus cernens, incessabiliter eis annuncians[h], duobus dominis[i] servientes non posse salvari, et nequaquam inter filiorum Dei numeros[k] merentur[l] adgregari, qui se apostatae angeli ditioni subdiderint[m]. Haec et alia illis indesinenter beatissimus[n] Barbatus huc atque illuc discurrens anxie predicabat, cupiens eos Creatori suo purgatos erroribus presentare[o]. At illi ferina caecati dementia, nihil[p] aliud nisi bellorum meditantes usus[q], optimum esse fatebantur cultum legis maiorum suorum, quos nominatim bellicosissimos asserebant, ideoque viri Dei monita funditus abdicabant. Sed omnipotens atque ineffabilis Deus, qui pro[r] humanis erroribus formam servi accipiens sanguinem suum fudit, eo quod neminem vult perire, non desinit etiam ingratos ad se congruentibus modis perducere, ut salvari queant. Hic piissimus medicus inprovisus aegro assistit, eumque compellit, ut de sua poscat salute[s].

3. Cumque caritatem[t] Barbati illorumque perpenderet infirmitatem[u], concessit, ut, sicut eos[v] sanctissimus vir divinis medicaminibus conabatur a[w] peccatorum febribus et ex intimis squalida profluente sanie[x] emundare[y] atque [a[z]] protoplausti[a] subversoris

a) vereundia 1. a*) E. p. *des.* 1. 3. 7. b) *ita* 2. c) Grimoualt 3; Grimoaldus 1; Grimoald *cett.*; rex *add.* 3. d) Long. 2 *semper.* e) *ita* 2. 3; moderabatur *cett.* f) *ita* 1; Romoualt 3 *semper;* Romuald 2. 4. 5. 8. g) Sampn. 1. h) factus 1; prephatus 5; ut f. s. *des.* 6. 7. 8. 9. 10. i) nutum 5. k) Benebenti 3; Beneventum 1. l) celebs 1; celebris *Ugh.* m) vero 6. 7. 8. 9. 10. n) sacris 1. 5. 7. — baptismati 1. o) debiti 3. p) flecti 3. q) quin 6. 7. 8. 9. 10. r) *ita* 2. 3; *fortasse* diam = deam *legendum;* sollempne die 5; m. devotissime sacrilegam c. 1. 6. 7. 8. 9. 10. s) suspendente 3; suspendebant corium 4; suspenso corio 6. 7. 8. 9. 10. t) *ita* 2. 3. u) calcaneis 1; calcanibus 3. v) alter alteri 1; u. alterum 6. 8. 10; altum u. 7. w) posset 6. 7. 8. 9. 10. x) *ita* 3; preire *cett.* y) eius 3. z) retroversi 1; retroversum 3. a) in c. 6. 7. 8. 9. 10. b) *ita* 2. 3; iaculabantur *cett.* c) sicque 6. 7. 8. 9. 10. — particula modica 1. d) commedendi 3; comedendam 4. 6. 7. 8. 9. 10; comendi *corr.* comedi 1. e) superstitionem *corr.* superstitione 3. f) loco illi 6. 7. 8. 9. 10. g) Dei 3. h) *ita* 2. 3. 5; annunciabat *cett.* i) domini 1. k) numero 5; numerum 6. 7. 8. 9. l) *deest* 1. 6. 7. 8. 9. 10. m) subdidissent 6. 7. 8. 9. 10. n) beatus 2; illis b. 7. o) presentari 7. p) nil 2. 7, *alii.* q) usum 3; huius 2. r) *deest* 1. s) s. p. salutem 1; sua salutem poscat 3; ut suam deposcat salutem 7. t) claritatem 9. — beati B. 6. 7. 8. 9. 10. u) infirmitate *corr.* infirmitates 3. v) *deest* 5? 6. 8. 9. 10; *cf. n.* w. w) conabantur 7; eos a. 5? 6. 8. 9. 10. x) saniem *corr.* sanie 3. y) emundaret 6. 7. 8. 9; promundare 1. z) a *deest* 1. 2. a) protoplasti 2. 3.

1) *De viperae simulacro Beneventi servato, quae huic narrationi ansam praebuisse videtur, cf. Borgia l. l. p.* 70. 2) *Ecclesia S. Mariae de Voto. De deo Wodan Abel, Vers. germ. p.* 249, *nimis audacter cogitavit. — In vita altera haec ita expressa sunt:* Unde usque hodie sicut pro voto arboris Votum, ita et locus ille, census devotionis ubi vipere reddebantur, dignoscit appellari.

servitio ad filiorum Dei perducere[a] libertatem, etiam mirabilibus signis suae predicationis[b] verba firmaret; ut, si non verbis[c], ad suam salutem visis miraculis flecterentur[d]. Nam demonia ex obsessis corporibus aliquando fusis ad Dominum[e] precibus, aliquando minis tantum eiciebat. Et nunc usque ad corporis eius reliquias, cooperante Domino[f], saepius a demonio plures salvari conspicimus. Necnon expleta[g] missarum sollempnia lotisque viri Dei manibus, austa[h] aqua, quae de illius manibus defluebat, continuo, a quacumque detenti essent infirmitate, saluti pristinae restituebantur[i]. Sed quoniam longo senio saucia membra non possunt fomentis vel unctione levi curari nisi medicaminibus duris, quae ex alto vulneris ex[k] vetustate induratam saniem[l] ad superficiem cutis perducant[m] ac deinde evulsa putredine concite queant sanari: idcirco misericors Deus, cum cerneret quod[n] nihil[o] effectum[p] haberet in eorum salute[q] servi sui predicatio vel innumera signorum ostensio, condolens eorum internitioni, suarumque[r] miserationum non est[s] oblitus, fortia[t] mundi regna super eos adduxit, ut, qui pacis tempore[u] salutaria monita abiciebant recte suum Creatorem sequi nolentes, tandem necessitate[v] conpulsi [ab his[w]] quibus nequibant obsistere viribus ad suum Redemptorem conversi[x] divinis opitulationibus erue-rentur[y].

Paul. V, 6. 4. Constantinus autem, qui et Constans est appellatus, eo tempore Constantinopolitanum
662. regebat imperium. Qui a[z] Langobardorum manibus Italiam[a] eripere cupiens suaeque reducere ditioni, sicut olim precedentium se[b] fuerat in potestate[b], innumera multitudine
c. 7. suorum collecta, mare transgressus, Tarentum[c] penetravit. Indeque profectus, pene omnes Apuliae urbes depopulavit[d]. Pergensque opulentissimam urbem Luceriam[e] gravissimis preliis cepit, eiusque omnia predonum direpta[f] manibus, ad[g] solum usque prostravit. De cuius excidio[h] alacer effectus augustus[i], concitus[k] sua castra movens, iuxta Beneventi[l] moenia collocavit[m]. Nec mora, coacervato exercitu, ad expugnandam urbem cum diversis bellorum machinis suos magnates[n] instituit. In qua urbe Romualt, de quo[o] supra[p] retulimus, cum paucis, sed[p] validissimis inerat Langobardis. Ibique sanctissimus pater Barbatus morabatur cum illis. Circumdata namque[q] urbe terribiliter atque inaudite, capiendi[r] eam novis certaminibus per plurimum temporis pugnaverunt. At[s] contra Romualt, ut erat magnanimis inperterritus[t], eis[u] fortiter resistens, nunc ex muris, nunc per[v] inpro-
Paul. l. l. visam interruptionem plurimam suorum hostium partem adtrivit[w]. Nam pro paucitate[x] sui exercitus acies contra eum in patulis pavebat dirigere. Tamen cum expeditis[y] incessabiliter hinc atque inde subito[z] inimicorum prostrabat catervas[a]. Sed prephatus augustus quanto plus sibi[b] attentius cernebat obsistere, tanto eis[c] ferventissime[d] nova certamina obiciebat.

a) producere 5; perduceret 6. 7. 8. 10; produceret 9. b) predicationibus 1. 3. c) verba 7. d) flecterent 2; flecteret 5. e) Deum 3. 6. 7. 8. 9; a. f. a. D. p. *des.* 1. f) Deo 3. g) *ita* 2. 3; expletis m. sollempniis *cett.*; et exp. 1. h) *ita* 3. i) restituebant 3. k) et ex 1. 6. 7. 8. 9. 10; v. vetustatem 5; qui ex alto v. ex vetustate *corr.* quae ex alta v. vetustate 3. l) sanitatem 1. m) perducat 2. 3. n) *deest* 2. 3. o) nil 1. 3. p) affectum 1; affectus 9; effectus 5. 6. 7. 8; effectu 10. q) salutem 2. 3. r) suarum 6. 7. 8. 9; suorum 2. 3. s) *deest* 1. 4; est et f. 6. 7. 8. 9. t) ferocia 6? 9. 10. u) tempora 1. v) necessitatem 3. w) iis 6. 9; hiis 4; is 7; ab his *des.* 2. 3; nequibant *deest* 3. x) convers 1. y) fruerentur 3. z) et 1. a) Italia 3. b) sue 3; *deest* 4. — im 1; potestatem *corr.* potestati 3; se fuerat potestatem 5; in pr. s. f. 6. 7. 8. 9. 10. c) Tarantutum 1. d) depopulatus est 6. 7. 8. 9. 10. e) Lucerinam 1. f) omnibus p. direptis 2. 4. 6. 7. 8. 9. 10; nōibus p. directis 1. g) eam ad 1; ad s. eam 6. 7. 8. 9. 10. h) excidione 9; exilio 1. i) agust. 3. k) *ita* 2. 3. 5; concite *cett.* l) Venebenti 3. m) tenuit 1. n) ostes 5; *deest* 7. o) qua 1. 3. p) se 1. q) igitur 6. 7. 8. 9. — urbem *corr.* urbe 3. r) ad capiendum 6. 8. 10; ad capiendam 7. 9; capiende a nobis 5. — nobis 3. s) Atque 3. t) et i. 5. 6. 7. 8. 9. 10. u) ei 2. v) *deest* 2. w) plurima s. parte attribuit 5; s. h. stratem arribuit 1. x) paucitatem 3. y) viris *post add.* 3. z) subitus 2. 3. a) caterva 3. b) illum *add.* 6. 7. 8. 9. 10. c) ei 6. 7. 8. 9. d) ferventius 6. 7. 8. 9. 10.

1) *Cap.* 1.

5. Cumque[a] se iam prephatus princeps eiusque[b] concives undique artatos[c] aspicerent[d], ita ut[e] extra murum egredi non valerent[f] et frequenter saevissimis preliis lacesserentur[g], funditusque ab[h] eis spes salutis esset ablata, et[i] capiendos se fore universi[k] predonibusque dirimendos[l] valido[m] eiulatu flerent, decreverunt, ut urbis patefierent portae et[n] egressi uterque[o] sexus unanimes interirent pugnando. Mox sanctissimus pater Barbatus astitit inter eos et ait: 'Convertimini, filii[p], ad Creatorem[q] vestrum, ut salvemini. Ipse enim conteret bella, ducit ad inferos et reducit, humiliat et sublimat. Relinquite ergo[r] vanitatem, quam[s] suggerente diabolo usque nunc estis secuti, unde quantotius ad animae et corporis interitum properatis, et solo[t] Deo Patri et Filio sanctoque Spiritui[u], tribus in personis, sed uno[v] Deo coaeterno[w] et consubstantiali[x], canora voce concinite laudes, precesque ad eum fundite qui scrutatur[y] renes et corda, et ipsi soli vos[z] servituros devotissime[a] pollicemini, et[b] liberabit[c] vos ab his qui querunt animas vestras'.

6. Hoc audito, Romualt ait: 'Si, ut[d] asseris, ita est, ut ab hostibus[e] non capiamur[f], abiciam omnia quae ritu gentis colueram[g], et solo[h] Deo me serviturum promitto[i], teque per omnem[k] provinciae meae urbem prediis colonibusque[l] ditabo atque[m] civitatis huius[n] te presulem effici concedo, ut mei[o] curam velud optimus pater habere digneris'. Ad[p] instar autem eiusdem[q] sermonis omnes[r] se velle dixerunt[s], et qui[t] prius beatissimum Barbatum vociferantem spernebant, deinceps necessitate compulsi catervatim confluentes[u], obnixe ab eo salutis suae documenta captabant. Continuo pius pater Barbatus non honoris aut divitiae[v] avidus, sed anexius de illorum salute, genitricis Dei ingressus[w] aecclesiam, humoque prostratus, cum lacrimis gemitibusque[x] deprecabatur eam, ut magnificis eius suffragiis Redemptor omnium eruere Langobardos de exterioris hostis manibus dignaretur, ut per temporalem ereptionem a malignorum spirituum servitute erepti aeternae gloriae participes[y] fieri mererentur. Sed omnipotens Deus, qui ore proprio profiteri dignatus est[z], quod magis gaudium in supernis sit super unum poenitentem[a] quam Luc. 15, 7. supra nonaginta novem iustos[b] qui non indigent poenitentia[c], atque alibi testatur[1], ut, qua hora convertatur[d] ab iniquitate peccator, oblivioni preterita eius delicta tradantur[e] et vivat in sua iustitia, quam[f] fuerit operatus, preces famuli sui non sprevit eumque ut poposcerat exaudivit. Beatissimus quoque Barbatus divina[g] revelante misericordia se exauditum agnoscens[h], ad Romualt reversus[i], ait: 'Perpende[k], ne tu et universi[l], qui solo[m] Christo Ihesu domino Deo erepti a vestris insidiatoribus servire polliciti estis, pactum promissionis irritum faciatis[n] et[o] deterius[p] peiora vobis contingant, ut[q] relicti

a) Cum 1. b) que *e corr.* 3. c) armatos 1. 3. d) consp. 3. 6. 7. 8. 9. 10. e) *deest* 7. f) valeret 5. *Parm.* g) lascer. 3. h) hab 3. i) *deest* 1. 3. k) *ita* 1. 3. 7; universos *cett.* l) diri merendos 1. m) *deest* 2. 5; validu eiululatu 3; ululatu 4; eiulato 7; eiulando fleret 5. n) *deest* 2. 3. o) utrique 4. p) Langobardorum *add.* 5. q) Great. *corr.* Creat. 3. r) *deest* 9. s) qua 1. t) *ita* 3; soli *cett.* u) sp. trino canora, *ceteris omissis* 6. 7. 8. 9. v) *ita* 1. 3; uni *cett.* w) quoaet. 1. x) consubstantialis 1. 3. y) scrutat 3. z) *deest* 2. 5. a) devotissimes 1. b) *deest* 7. c) liberavit 1. d) a. sicut 1. 3; si sicut 2. e) h. Grecorum non calamo abiâque omnia mê et gens mea que ritum g. 5. f) camur 1. g) coluerunt 3. h) *ita* 3. i) promittam 6. 7. 8. 9. k) omne 1. 3 (*corr.* omnem); omnes m. p. urbes 6. 7. 8. 9. l) *ita* 2. 3; colonisque 1. 7; coloniisque 6. 7. 8. 9. 10. m) atque — concedo *des.* 3. n) h. Veneventi tê presule e. dabo 5. o) meis 1. p) *deest* 6. 7. 8. 9. q) fr̃s eius sermonum 1; sermonum 7. r) o. Langobardos 5. s) promiserunt 5. t) quis 7. u) confluunt 3. v) *ita* 2. 3. 5; divitiarum *cett.* w) e. i. 1. x) gemitusque 3. y) participeps 1. z) est dicens 3. a) uno penitente 6. 7. 8. 9. 10; uno peccatore penitentiam agente 1. b) *ita* 1. 2. 3; iustis 6. 7. 8. 9. c) penitentiam 1. 3, *sed corr.* d) conversus fuerit 6. 7. 8. 9. 10. e) deleantur 5. f) qua 2. 3. g) d. sibi 5? 6. 7. 8. 9. 10. h) cognoscens 2. i) conversus 5. 6. 10. k) o princeps *add.* 5? 6. 7. 8. 9. 10 11; ne *deest* 3. l) universis 1. m) *ita* 1. 2. 3; soli *cett.* n) non faciatis 3; facitis 5. o) ne 6? p) deteritus p. v. 5; deteriora v. 1; deteriora post hec 6. 7. q) et 2. 5. 9; *deest* 3.

1) *Sequentia in sacra scriptura ita non leguntur.*

a Deo non[a] sit qui eripiat vos. Nam profecto[b] scitote, quia Christus, ad quem conversi estis, liberabit[c] vos. Cesaris quoque et eius populi gressus Beneventi[d] aditus non penetrabunt; sed concite revoluti[e], suos[f] adeunt fines. Et ut[g] scias, me incunctanter vera predicere, pariter subeamus murum, ubi[h] piissimam Dei genitricem[i] Mariam tibi ostendam, quae[k] ad Deum salutares pro vobis preces effudit et nunc exaudita[l] ad adiuvandum vos[m] venit'. Quo audito, lacrimas pre gaudio fudit; uterque[n] subeuntes murum, visa Dei genitrice, in faciem[o] decidit[p] princeps, nimio[q] pavore territus[r] [et[s] pene] exanimis solo consternatus iacebat[t]. Quem vir Dei[u] Barbatus confortans, a terra levavit[v]; ilico[w] ad se reversus, gratias agens[x] Deo, qui dignatus est eum ad sui misterii cognitionem perducere.

7. Sequenti namque[y] die divinis opitulationibus is[z] qui usque ad internitionem moliebatur[a] urbem cum suis habitatoribus perdere, et non quibant[b] eum ad misericordiam flectere inmensa pondera[c] argenti vel auri atque innumera[d] multitudo pretiosorum[e]
Paul V, 8. 9. lapidum et margaritarum[f], accepta solummodo sorore[g] eiusdem Romualt, Beneventum[h] deserens, Neapolim est ingressus. Repente beatissimus Barbatus securem accipiens, Votum[i] pergens, et[k] suis manibus nefandam arborem[l], in qua per tot temporis spatia Langobardi exitiale sacrilegium perficiebant, defossa[m] humo a radicibus incidit, ac[n] desuper terrae congeriem fecit, ut nec inditium[o] ex ea[p] quis valeat[q] repperire. Recesso[r] igitur hoste, uterque[s] sexus et aetas ad beatissimi Barbati episcopatus[t] electionem unanimiter[u] confluxerunt, letantes eo quod talem mererentur[v] habere patrem, qui suis precibus hostem[w] repellat. Electo[x] itaque in ordine episcopatus, voluit eum Romualt, sicut pollicitus fuerat, per singulas provinciae suae urbes prediis colonibusque[y] ditare[z]. Quae vir Domini Barbatus accipere rennuit. At ille cogebat[a] eum, dicens: 'Non me inter filiorum tuorum numeros[b] adgregari credo, si munus, quod ob meam salutem offerre studeo, rennuis'[c]. Coactus[d] eiusdem[e] precibus, ait beatissimus Barbatus: 'Si munus tuae salutis offerre studes, unum impende beneficium, ut beati Michahelis archangeli[f] domum, quae[g] in Gargano sita[h] est, et omnia quae sub ditione Sepontini[i] episcopatus sunt[k] ad sedem[l] beatissimae genitricis[m] Dei, ubi nunc indigne presum, in omnibus subdas. Et quoniam absque cultoribus omnia depravantur[n], unde nec[o] sedulum Deo illic officium persolvi potest, melius a nobis disposita tibi proficiant ad[p] salutem'. Ilico princeps viri Dei consensit petitionibus, eo[q] ordine ut fati[r] sumus, sicut mos est, per preceptum genitricis Dei sedi universa concessit. Et ut resonat[s] in futuro, anathematizaverunt

a) n. s. *des.* 6. b) pro certo 6. 7. 8. 9. 10. c) liberavit 3. d) Benebenti 3. e) revolute 2. f) vr̄os 3. g) *deest* 2. h) ibi 2. 6. 7. 8. 9. 10. i) virginem *add.* 6. 7. 8. 9. 10. k) qui 3. l) exauta 3. m) nos 2. 3. n) *ita* 1. 2. 3; pariterque *cett.* o) facie 5. p) cecidit 3. q) nimioque 7. 8. 9. r) perterritus 7. 8. 9. 10. s) et p. *des.* 2. 3. t) iacebant 2. 3. u) Domini 1. v) levabit 3. w) qui i. 6. 7. 8. 9. 10. x) *ita* 2. 3; egit *cett.* y) vero 6. 7. 8. 9. 10. z) hic 3. a) moliebat 1. b) quiebant 1; et quem n. q. ad 7. 8. 9. 10. c) *ita* 2. 5; immensi ponderis argenti vel auri 3; i. p. argentum v. aurum 1. 4. 7. 8 *(sed corr.)*. 9. 10. d) innumerarum 1, *ubi* mult. — marg. *des.* e) pretiosarum 2. 3. f) m. distribuens 3. g) *ita* 1. 3, *et e corr.* 2; sororem *alii*. h) Benebentum 3. i) et ad V. 6. 7. 8. 9. 10. k) *deest* 4. 6. 8. 9. 10. l) *deest* 2. m) defossam 1. n) hac 3. o) indicioni *corr.* indicionem 3. p) eam 3. q) q. postea valuerit 7. 8. 9. 10. r) Recedente 4. 7. 8. 9. 10. s) omnis 7. 8. 9. 10. t) *e corr.* 3. u) unianim. 3; u. c. l. *des.* 9. v) merentur 2. w) hoste 3; ostes 5. x) *ita* 2. 5; Electoque 3. 6; quo electo in 1. 4. 7. 8. 9. 10. y) coloniisque 9. 10; p. dit. et colonis 4; colonisque 1. 6. 7; diis colonibusque 2. 3 *(in rasura)*; colonisque 8 *e corr.* z) ditari 2. a) cogebant *corr.* cogebat 3. b) numero 2; numerum 4. 7. 8. 9. 10. c) recusas 7. 8. 9. 10. d) C. itaque 7. 8. 9. 10. e) eius 3. f) archangelis 1. 3. g) qui *corr.* que 3. h) posita 4 *et e corr.* 7; e. s. 3. i) *ita* 3. 5; Sipontini 1. 2. 6. 7. 9. 10; Siponti 8. k) *deest* 1. l) s. sedi 7. 8. 9. 10. m) D. g. 3. 6. 7. 8. 9. 10. n) deprabantur 3. o) nunc 1; *deest* 4. p) proficiat ad s. 3. 5; proficirent in s. 1. 6. 7. 8. 9. 10. q) et eo 6. 7. 8. 9. 10. r) prephati 3; o. quo fatus est 8 *(corr.)*. 9; o. quo factus est 6. 7. 10. s) resonet 3.

qui contra haec agens irritam[a] hanc facere voluerit concessionem. Impetratis[b] omnibus ut poposcerat[c] vir sanctus[d], non est oblitus mandatorum Dei. In[e] quattuor partes cunctum[f] ecclesiae reditum omni tempore sancxit fideliter dispertiri: unam[g] egentibus, sequens[h] his qui Deo sedulas in ecclesiis exibent laudes, tertia[i] pro ecclesiarum restauratione distribui iussit, quartam[k] vero suis peragendum[l] utilitatibus episcopus[m] habeat[n]. Et actenus, sicut ab[o] eo disposita sunt, impertiri cuncta[p] videntur[1].

8. Preterea Romualt eiusque sodales prisco caecati errore, quamquam mirabiliter eos Omnipotens[q] de laqueis inimicorum suorum per famuli sui preces[r] eripuisset, palam se[s] solum Deum[t] secundum beatissimi Barbati predicationem[u] colere fatebantur, et in abditis viperae[v] simulacrum ad[w] suam perniciem adorabant[2]. Quod virum Dei non latuit. Conpertoque hoc exitiali[x] contagio, eo quod caritas Dei erat in eo, illorum facinus ad suam internicionem deputans esse futurum, inmensas coram Deo lacrimas fudit, ut, sicut illius potentiae nihil est inpossibile faciendi[y], quo ordine illi placitum sit[z], ab hac mentis[a] vesania eos eripere dignaretur et non eos humani generis insidiatori[b] errore capiendi[c] ad aeternae gehennae[d] incendium deputaret. Hoc ita faciens[e], quoniam eo[f] spiritu replebatur, quo Paulus egregius predicator et doctor gentium repletus dicebat: 'Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis[g] scandalizatur, et ego non uror'? Interea 2.Cor.11,29.
uxor prephati Romualt Theodorada[h] nomine[i], omni abiecto errore, verum[k] dominum Ihesum Christum secundum canonicam sanctionem[l] colebat, omnino viri sui errorem[m] abiciens. Cumque venatum[n] Romualt pergeret[o], vir Dei Barbatus visitandi gratia[p] ad eam perrexit. Coepitque[q] cum ea de viri eius[r] ignavia[s] conloqui. At illa ex alto suspiria trahens, his est exorsa sermonibus: 'Utinam pro eo ad Omnipotentem tu[t] preces fudisses! Evidenter[u] scio, ut[v] tuis eum interventionibus Dominus, ut[w] per viam veritatis incederet, concessisset'. Cui vir Domini Barbatus respondit: 'Si veraciter in Deum, ut estimo, habes[x] fiduciam, ne formides, sed consiliis meis adquiesce, ut mihi viperae tribuas simulacrum[y], et salvabitur vir tuus'. Illaque respondit: 'Si hoc perpetravero, pater, veraciter scio me morituram'. Beatus[z] inquit Barbatus: 'Memento aeternae vitae remunerationum[a], filia, quoniam non mors, sed magnum est premium, pro[b] fide Christi ab hac instabili luce subtracta ad eam pertingere, ubi ipse Christus cum angelis et sanctorum multitudine[c] gloriatur. In qua gloria nemo rigore vel aestu coangustatur, non morborum[d] accedit ruina, non egestas quemquam dilacerat, non mestitia ibi accidit aut fessa membra[e] quietem requirunt[f]; non invidus[g] aut invidiosus[h] vel murmurans repperitur[i] in ea.

a) irrita 2. b) igitur *add.* 7. 8. 9. 10. c) poposcebat 2. d) Dei 2. 3. e) atque in 6. 7. 8. 9. 10. f) cuncti 2. g) videlicet *add.* 6. 7. 8. 9. 10. h) sequentem 1. 4. 7. 8. 9. 10. i) *ita* 2. 3; tertiam *cett.* k) quarta 2. l) peragendis 6. 7. 8. 9. m) ut *add.* 6. 7. 8. 9. 10. n) habebat 3. 4; decrevit *add.* 8. 9. 10. o) hab 3. p) *deest* 3. q) o. Deus 2; Deus o. 6. 7. 8. 9. 10. r) prece 2. s) *deest* 2. t) Domini 1; soli Deo 4. 10. u) predicatione 2. v) vipera 1; abditi sui per sim. *corr.* abditis suis s. 3. w) s. sua pernicie 5. x) exitiale 3. y) ad faciendum 7. 8. 9. 10. z) est 3. 4; esset 7. 8. 9. 10. a) tumentis 2. — vessania 3. b) *ita* 1. 2. 3; insidiatoris 6. 7. 8. 9. 10. c) capiendos 1. 4; captos 6. 7. 8. 9. 10. d) gehene 2. e) H. autem ideo faciebat 7. 8. 9. 10. f) eos 1. g) qui 3. h) *ita* 2. 5; Theuderada 3; Theoderada *cett.* i) et Ragysi germano Theoderade cognatus Romuald *add.* 5. k) verum — viri sui errorem *des.* 3. l) iussionem 2. m) *reliqua in* 10 *cum quaternione sequente abscisa.* n) venatu 1. o) pergere 3. p) gratiam 1. q) Cepitque *deest* 1. r) *deest* 5. s) nequitia 7. 8. 9. t) tuas 3. u) enim *add.* 3. v) quod 6. 7. 8. 9. w) *deest* 6. 7. 8. 9, *ubi* incedere. x) haberes 2; habens 3. y) aureum *add.* 5. z) *ita* 2; Beatissimus autem B. dixit ei 1; Et ille respondit M. inquid aet. 3; Beatus autem B. ait ei 6. 7. 8. 9. a) remunerationem 1. b) ut pro — pertingas 1. 6. 7. 8. 9. c) multitudinem 3. d) borborum 1. e) a. fessa mens. q. 5; mem *corr.* membra 3. f) requirit 2. g) lividus 7. 8. 9. h) libidinosus 2. i) requirit 3.

1) *Haec jam s. V. in Italia in usu fuerunt; cf. Richter-Dove 'Kirchenrecht'* § 308, *p.* 118.
2) *Cf. quae Borgia in historia Beneventana II, p.* 42. 70. *annotavit.*

Evulsa est ab ea suspicio mortis et[a] amissio gloriae. Et quid per singula discurrere
1 Cor. 2, 9. conor[b], cum dicitur[c], quod "oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit quae preparavit Deus diligentibus se"? Et cum haec omnia, ut fati[d] sumus, indubitanter credis, accede ovans[e], si expedit, ut, relicta hac erumnosa[f] vita, ad eam ducaris, in qua sine fine et insatiabiliter glorieris[g]. Tamen[h] fidenter[i] meis crede promissionibus, quia nil[k] adversi[l] de hoc tibi[m] continget. Tantum bestiae mihi simulacrum[n]
1. Cor. 7, 14. affer[o], ut perficiatur in te quod olim scriptum est: "Salvabitur[p] vir infidelis per mulierem fidelem". Illaque[q] viri Dei promissionibus nimium credula, concite ad eum attulit simulacrum. Acceptoque[r] statim eum[s] igne dissolvit, plurimisque auri opificibus[t] accersitis[u], disponens[v], ut ante adventum[w] principis ad offerendum corpus et sanguinem Christi mirae magnitudinis atque decoris ex eo pateram[x] et calicem operarentur*, ut** in memoriale servetur futuris temporibus in beatissimae genitricis Dei ecclesia, per quam ab interiore et exteriore fuerant hoste salvati.

9. Expletis[y] omnibus ut vir Dei Barbatus preceperat, contigit autem[z], ut sacro resurrectionis die[a] Romualt venatu[b] revertens ingredi Beneventum deberet. Cui sanctissimus Barbatus in[c] itinere direxit, ut ante ad[c] Dei genitricis ecclesiam pergeret missarumque sollempnia celebraret[d], postmodum[e] ad regiam pergeret domum[f]. At ille viri Dei iussis obtemperans[g], cum universo[h] comitatu suo ingressus[i] ecclesiam dominicam[k] celebrandi sollempnitatem[l]. In hora[m] etenim[n] qua expedierat allata[o] sunt vasa ex bestiae[p] simulacro patrata, ferentes[q] dominicum corpus et sanguinem per[r] manus[s] viri Dei Barbati[t] altissimo Domino[u] offerendum***. Expletisque[v] missarum[w] sollempniis cunctisque divinis refectis[x] muneribus, accedens vir Dei ad principem, cum iurgio ait: 'Ecce, o princeps, in Dei et eius genitricis astamus presentia; memor esto, quia te vidente per huius genitricis suae[y] intercessionem[z] te Deus ab inimicis tuis[a] eripuit, et tu abiectis omnibus ydolis voveras solo[b] Deo catholice[c] deservire, et nunc in[d] domus tuae penetrabilibus[e] bestiae simulacra colis. Putasne, si hominibus lates, ut[f] Deo quicquam[g] abscondere queas? Nonne[h] parum tibi videtur tot vicibus temptare Deum, etsi conversus[i],

*) 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9 *addunt:* ex eo, necnon instar[k] Beneventi[l], quam ab inimicis eruerat[m] Deus, ex eodem auro civitatem perficerent, ut *etc.*

**) 2. 3. 7. 8. 9 *pergunt:* ut in Dei genitricis ecclesia, sicut per[n] eius intercessionibus[o] Beneventus[p] erepta est, futuris temporibus in memoria servaretur[q].

***) 4 *addit:* et civitatem ad exultationem laetitiae pro victoria triumphata. — 2. 3. 6. 7. 8 *addunt:* et super dominicum corpus[r] instar Beneventi[l] ex eodem auro perfecta[s] civitas[t] baiulabatur.

a) aut 2. 3. — amisso 1. b) cogor 2. c) dicatur de ea 6. 7. 8. 9. d) prephati 2. e) ob hanc 3. f) v. herumn. 2. g) gloriaris 3. h) Tam 4. i) fideliter 1; confidenter 3. 7. 8. 9. k) nichil 1. 2. l) adverse 2. 3. m) t. aliquid 3. n) aureum *add.* 5. o) *deest* 7. 8. 9; affer — simulacrum *des.* 1. p) Salvavitur 3. q) Illa quoque 2. 3. 4; Illa vero 7. 8. 9. r) Quod acceptum episcopus 7. 8. 9. s) *ita* 2. 3; illud 1; *deest* 7. 8. 9. t) aurificibus 1. u) accersiti 2. v) disposuit 1. 6. 7. 8. 9. w) adventu 3. x) patenam 6. 8. 9; p. et c. o. (operarent 3) ex eo 2. 3. y) itaque *add.* 4. z) *ita* 2. 3; *deest cett.* a) diem 3. b) venatum 3. c) *deest* 3. d) celebrare 3. e) vero *add.* 7. 8. 9. f) *deest* 2. g) *sequentia desunt in* 9, *folio abscisо.* h) universu 3; universis 6. 7. i) i. est 1. 6. 7. 8. k) ad d. celebrandam s. 6. 7. 8; d. c. s. gratia 4. l) sollemnitate 2. m) horam e. quam 3. n) autem 6. 7. 8. o) *ita* 2. 3; oblata 1. 6. 7. 8. p) vestiae 3. q) *ita* 2. 3; ferentia *cett.* r) ut per — offereretur 3; ut per — offerri deberent 2. s) manum 2. t) Barbatus 3. u) Deo 1. v) Expletis itaque 6. 7. 8. w) misarum 1. x) refecti 3. y) *deest* 6. z) intercessione 1; seu adiutorio *add.* 3. a) tui 1. b) *ita* 2; soli *cett.* c) te c. 3. d) *deest* 2. e) *ita* 1. 3. 4. 7; penetralis 2; penetralibus 6. 8. f) *ita* 2. 3; *deest cett.* g) quoque 6. 7. 8. h) non 4; nunquid 6. 7. 8. i) c. fueris 6. 8; et sicut versus fuerit 7. k) a. i. 2. 3. 6. l) Venebenti 3. m) eruat 2. n) ec. qualiter e. 7. 8. 9. o) intercessionem 2. p) Venebentus 3. q) reservetur 3; reservaretur 8. 9. r) ad *add.* 2. s) perfectas 2. t) *deest* 2.

ut[a] de iniquitatibus tuis[b] ulciscatur, ante[c] faciem eius[d] te proteget viperae simulacrum aut[e] dicet[f] ei: "Ne percutias eum", aut[e] eruet te[g] de manibus eius? Perpende, ne[h] veniat[i] ultionis dies[k], et non sit qui eripiat te nec tui clamoris audiat vocem'.

10. Audiens haec[l] Romualt, humiliter ferens[m] seque reum et graviter deliquisse confessus est, petens, ut sibi a Domino veniam posceret[n], et statim suae perditionis simulacrum pollicitus est abicere et in manus eius tradere perficiendum quod vellet[o]. Cui vir Dei: 'Non opus[p] est', inquid[q], 'ut illud[r] tribuas mihi, quoniam[s] favente Deo haec, in quibus dominicum corpus et sanguinem sumpsimus, ex eo compacta sunt, et quod[t] prius ad vestrum interitum suggerente diabolo consistebat, nunc in eo[u] omnium operamur[v] salutem'. Ad haec Romualt ait: 'Peto, dilectissime pater, ut mihi insinues, quo ordine tibi allatum est[w]'. 'Fateor', ait beatus Barbatus, 'me cum[x] tua coniuge cum merore nimio de tuo interitu conloquente[y], ab[z] ea hoc expetii[a] et accepi'. Repente unus ex circumstantibus[b] ait: 'Si mea uxor talia perpetrasset, nullo interposito momento abscideram[c] capud illius[d]'. Ad[e] quem beatissimus Barbatus conversus ait: 'Quia diabolum adiuvare[f] niteris, diabolo manciperis[g]'. Continuo[h] a diabolo correptus[i], acrius coepit torqueri. Addensque ei: 'Ut[k] indicium', ait[l], 'sit in[m] posterum Langobardorum genti, quod[n] tu diabolo consensisses, usque ad tot generationes ex te[o] procedentes non sit tempus, quod[p] de tuo genere quispiam a[q] diabolo non vexetur'. Non enim recolitur, quot[r] generationes instituit; tamen usque nunc, qui de illo sunt propagati, quilibet ex eis semper a[l] maligno spiritu agitari conspicitur. Ceteri quidem[s] pavore[t] nimio territi, repulsis omnibus quae[u] superstitiose colucrant, totis viribus ad Deum[v] conversi, deinceps per viri[w] Dei documenta catholicam fidem[x] pleniter instructi usque nunc[y] Deo favente custodiunt[z].

11. Hic autem piissimus pater Omnipotentis solamine fretus, simpliciter atque prudenter deguit in sui[a] episcopatus honore annos decem et octo et menses undecim[b]*. Qui divina evocatus[c] misericordia premia[d] suorum operum capiendi, de[e] hac instabili luce privatus, ad caelestia regna, 11.** Kal. Martii, a nativitate sua anno octogesimo, est advectus, ubi sine fine cum sanctis angelis gloriatur; in quibus nunc[f] alacer ea[g] per caritatem amplectitur, non per speculum in enigmate, sed facie ad faciem [sicuti[h] est], quae[i] mortali carne consistens per fidem et spem in enigmate cotidie amplexabatur***, favente domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre in[k] unitate Spiritus sancti per immensa secula vivit et regnat[l]. cf. 1. Cor. 13, 12.

*) 4 *add.:* Fuit autem vigesimus episcopus Beneventi.

**) 2. 3 *pergunt:* ubi cum sanctis sine fine gloriatur[m]. Anno ab incarnatione Domini *(in 2 linea fere integra vacua relicta)* advectus[n] est. In *etc.*

***) 3 *addit*: Sanctus Barbatus vicesimus episcopus Beneventi sedit annos decem et octo et vixit annos octoginta et menses undecim; obiit per confessionem undecimo Kal. Mart., id est nonodecimo die mensis Febroarii.

a) si 6; *deest* 3. b) suis 4. c) an ante 4. d) f. obsistit v. s. 2. 3. e) et 2. 3. f) *ita* 1. 6. 7; dicit *cett.* g) eum 2. h) *deest* 1. i) veniant 4. k) diem 2. — ut 3. l) hoc 2. m) perens 3; tulit 6. 8; h. f. *des.* 1. n) poposc. 3. o) voluerit 3. p) est op. 2. q) i. ait enim ut 3. r) eum 2; *deest* 3. s) quia 2. t) quae 4. u) ea 4. v) eo Deus omn. operatur 7. 8; operatur 3. 4. w) fuit 1. x) tu cum 1. y) colloquentem 6. 7. 8. z) hab 3; hoc ab e. 4; ab hoc 1; hoc *deest* 6. 7. 8. a) expetivisse et accepisse 6. 7. 8. b) Langobardis *add.* 5. c) absciderat 5. d) illis 1; eius 3. e) At 3. f) diabolo adiubare 3. g) manciparis 3. h) qui cont. 7. 8. i) coreptus 3. k) eius 3; *deest* 2. l) *deest* 2. m) *deest* 1. n) quod quia 3; quod a d. 1. o) g. sexte 2. p) quo 3. 4. 7. 8. q) *deest* 3. r) quod 2. 3, *corr.* quot 1. s) vero 6. 7. t) timore 3. u) qui i *corr.* quae 3. v) Dominum 2. w) *deest* 4. x) fide 1; catholica fide 6. 7. y) eam *add.* 7. 8. z) *hic desinit* 5. a) suis 3. b) quinque *Parm.*; et m... *erasa* 3. c) divine vocatus 3. d) m. ad p. s. o. capienda 6. 7. 8. e) *deest* 6. 7. 8; d. h. i. l. p. *des.* 1. f) nuc 1. g) eam 2. h) *ita* 2. 3; *des. cett.* i) in *add.* 6. 7. 8. k) et spiritu sancto 3. 6. 7. 8. l) sec. regnat amen 2; vivit et r. in s. sec. amen 3. 4; vivit et r. Deus per omnia s. sec. amen 6. 7. 8. m) glorietur 3. n) adventus 3.

FUNDATIO MONASTERII SANCTI SALVATORIS MONTISAMIATI.

In codice olim ut videtur Montamiatino, jam inter Romanos Barberinos XII, 24, membr. fol. maj. s. XI.[1], *qui continet Bedam in apocalypsim, Augustini varia, Historiam tripartitam, alia manus s. XI. ex. in spatio vacuo supplevit historiolam sequentem, quam edidit Ughelli, Italia sacra III, p.* 587. *'ex codice antiquissimo pergameno ejusdem abbatiae', qui videtur ipse Barberinus. Auctor, qui codicis aetatem vix superare videtur, iis quae ex Gestis pontificum desumsit narrationem addidit satis fabulosam, qualem in ipso monasterio suo tempore traditam esse verisimile est.*

BREVE RECORDATIONIS, QUALITER MONASTERIUM DOMINI SALVATORIS CONSTRUCTUM EST.

G. pont. Zach. Temporibus domni papae Zachariae mortuus est Liuprandus[a] rex, factumque est gaudium non solum Romanis et Ravennantibus, sed etiam genti Longobardorum. Qui Ildibrandum, nepotem suum malivolum, quem ipse regem reliquerat, proiecerunt de regno, Rachisque, qui dux fuerat, a Longobardis sublimatur in regnum. Ad quem ipse beatissimus pontifex continuo missa relatione petiit, ut benigne decenterque regnum gubernaret. At ille ob reverentiam apostolorum principis, et eius precibus inclinatus, in viginti[2] annorum spatium multa pace universum Italiae populum, qui eum regem elegerat, pacifice abenavit. Ipsis itaque temporibus Rachis Longobardorum rex ad capiendam civitatem Perusinam, utpote sibi inobedientem, vehementi profectus est cum indignatione; quam et circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens sanctissimus papa, continuo, spe divina fretus, assumptis aliquantis ex suo clero optimatibus, quantotius ad eandem perrexit civitatem. Inpensisque eidem regi plurimis muneribus, atque oppido eum deprecans, oppitulante Domino ab obsessione ipsius civitatis eum amovit. Cui et salutifera predicans, Deo auctore valuit animum eius in spiritualis dogmatis inclinare studio. Et post aliquantos dies idem Rachis rex relinquens regalem dignitatem, devote cum uxore et filiis ad beati principis apostolorum limina perrexit. Ibique Dei nutu et sanctissimi pape predicationibus clericus effectus, monachico indutus est habitu cum uxore et filiis. Qui divine caritatis igne succensus, pio animo solius Dei iussa adinplere conatur.

2. Ipso itaque tempore memor voti quod Deo fecerat, scilicet se in Tuscie partibus monasteria in locis habilibus conditurum, si eum supernus opifex sua ope celitus collata Romam pacifice ingredi permitteret, Deo soli deinceps militaturus ab urbe urbium discessit. Igitur dum predicta loca usquequaque in Tuscie partibus studiose perquireret, fama referente, quae nichil ocultari patitur, didicit, quod in monte Miato in quodam habilissimo loco et a frequentationibus hominum nimium segregato pastores porcorum sepissime consueverant in quadam pulcherrima arbore lumen splendidissimum, modo trinum modo unum, cernerent[b]. Quod ipse Rachis rex, inmo monachus, audiens, ingenti repletus est gaudio, quia tale miraculum fieri minime putabat sine nutu divino. Quapropter mox a latere suo ex optimatibus clericos laicosque bene religiosos et in multis probatos veridicos perscrutari omnem rei veritatem premisit. Interim ipse rex cum suis fidelibus trinum celebrat ieiunium, Domini puro corde deprecans auxilium, quatenus ipse,

a) Lup. *corr.* Liup. *c.* b) cernerent *corr.* cernere *c.*

1) *In fine codicis haec s. XV. scripta leguntur:* Hec sunt pensiones ortorum s. Marie de Hèrineta in Radicofan. 2) *Ratchis 7 tantum annos regnavit.*

qui est lumen verum, dicente Simeone, lumen ad revelationem gentium, legatis, quos pro tanta visione miserat, certum dignaretur regi veritatis monstrare inditium. At legati ad montem suprascriptum venientes pastoresque porcorum predictos vehementi studio perquirentes, meruerunt invenire quod pio flagitabant pectore. Scriptum est enim: 'Petite et accipietis, querite et invenietis'. Quam[a] arborem a pastoribus monstratam, prima nocte cum ipsis pastoribus sancta caliditate a longe[b] custodientes, prima noctis vigilia, somno eorum oculos pregravante nullo[c], fulgorem splendidissimum de celo in arborem predictam venientem viderunt. Ibique eis integre vigilantibus, predictus fulgor nunc trinus nunc unus per tres oras integras aperte visus est. Quid plura? divinus ille fulgor ab eorum oculis statim evanuit. At ipsi tanta visione gaudentes certatimque piis manibus sua pectora verberantes, Domini laudabant magnalia, qui se puro corde querentibus sua non celat misteria. Deinde noctis eiusdem secunda vigilia ille idem fulgor qui prius venerat custodibus trinus et unus aparuit per tres oras. Exinde rursus primo galli cantu regalibus legatis pastoribusque simul obnixe vigilantibus, sicut iam bis venerat, fulgor venit igneus, manens ibi per tres oras, sicut fecit primitus, ut trinitas in unitate et unitas in trinitate illuc veneraretur. Postea vero dum exorta lux redderetur terris, regales legati tamquam[d] ex uno ore dixerunt: 'Hodie hic et eras austemii manentes, sanctum celebremus iciunium, Domini pura mente poscentes suffragium; ut ipse, qui est trinus in unitate et unus in trinitate, ter nobis demonstret hoc idem miraculum, quatenus nunc certi, certiores postea ad nostrum redeamus dominum'. Quorum Deus vota ab alto prospiciens, petitioni eorum haut defuit, ut impleatur illius veridica promissio, dicentis: 'Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis'. Nocte etenim veniente proxima et tertia, fulgor ille qui prius venerat, sicut nocte priori, trinus et unus ter refulsit custodibus per tres oras, ut trinitatis et unitatis magestas ibi ab omnibus indubitanter fuisse credatur. Mox imperiales legati visione tanta tamque firma letificati, arbore predicta oculis et animo bene notata, ingenti cum gaudio repedarunt ad regem. Cui cuncta quae fecerant et viderant, et quomodo eis divina pietate revelante acciderant, seriatim narrantes, non modicum intulere gaudium. Quippe quod illius intimis precordiis animus flagitabat, ei celitus divina pietas revelabat.

cf. 1. Ioh. 2, 8. Luc. 2, 32. Luc. 11, 9. Marc. 11, 24.

3. His ita gestis, statim Rachis rex, et vere rex, nam monachus, igne divine caritatis accensus, montem iam dictum fideli petiit exercitu. At ubi vidit locum in quo[d*] predicta arbor[e] erat amoenissimum, amoenitate nemorum aquarumque preterfluentium inundantia abilissimum, ingentes retulit grates Creatori omnium. Postea stipulatus a suis, in cuius honore et nomine ibi fabricare ecclesiam vellet, divino repletus arbitror caugmate, infit: 'Qui sue insingnia potestatis sic mirifice monstravit in lingnum, et in lingno crucis genus salvavit humanum, quod per lingni vetiti presumptionem corruit in infernum, hoc in loco, ni fallor, ut nos regat ac salvet incolomes, suimet flagitat fieri vocabulum'. Quod cuncti qui aderant heroes audientes, regem strenuo usum consilio conclamavere. Sed mox incisis radicitusque evulsis per circuitum loci illius arboribus, in quantum rei necessitas Deoque illi famulaturorum[f] usus exiebat[g], ecclesia competens in honore salvatoris domini nostri Ihesu Christi apparatu celeri ibidem construitur; maiore ibi fundato altari, ubi arbor fuerat, in qua fulgor visus erat igneus. Post quod vero ad unguem ecclesia perducta est, regalibus eam mirifice decoravit muneribus.

a) *corr.* Qua arbore — monstrata *c.* b) e *e corr. c.* c) nullo *corr.* nullum *c.* d) tamque *corr.* tamquam *c.* d*) qua *c.* e) arbore *corr.* arbor *c.* f) famulaturum (urum *e corr.*) *c.* g) exiebat *corr.* exibat *c.*

VITA ANSELMI ABBATIS NONANTULANI.

Vita Anselmi abbatis, qua praesertim fundatio monasterii Nonantulani narratur, recte a Bollandinis sociis aliquot post obitum ejus saeculis scripta existimatur. Nam parum de ejus actibus comperta habuit auctor, eaque valde incerta partimque prorsus falsa, quippe qui eum et Aistulfum regem et Adrianum papam coaevos statuat[1], *et fictitiam hujus cartam inserat, qua rex Italici regni ille dicatur titulo ante saeculum X. prorsus inusitato. In catalogo tamen abbatum Nonantulanorum infra edendo a.* 1037. *scripto vita haec laudatur, ideoque in initio hujus saeculi collocanda esse videtur. Eam praebet*

Codex Nonantulanus, nescio ubi nunc asservatus, quem Bethmann vidit et descripsit. Primus quaternio membr. s. XI. continet hanc vitam, catalogum abbatum Nonantulanorum, duas epistolas Gregorii Magni[2] *et Epistolam Sergii papae Leopardo Nonant. abbati missum* (Visis — ecclesiam)*; post quem alia sequuntur opera partim etiam ad monasterii historiam spectantia*[3].

Codex Romanus bibliothecae Barberinae XL, 13, *inter collectanea Ughellii, quibus in edenda Italia sacra usus est, apographum continet codicis non nominati s. XVI. vel XVII. inc. factum, quo Vita Anselmi et catalogus abbatum, praeterea duae Coelestini papae et Augustini episcopi epistolae leguntur.*

Vitam primus edidit Ughelli, Italia sacra II (1647), *p.* 101 *(ed. 2, p.* 83*), quem secuti sunt Mabillon, Acta SS. Ben. IV,* 1, *p.* 3, *et Muratorius, SS. I, 2, p.* 189*; fragmenta tantum luci dederunt Acta SS. Mart. I* (1668), *p.* 900.

Subjecimus:

1) *Notitiam de fundatione monasterii Nonantulani, a Bethmanno ex scheda s. X. nescio qua descriptam;*

2) *Catalogum abbatum, qui in codice Romano Ottoboniano Nr.* 6. *catalogo regum Italicorum subjectus est (v. supra p.* 501*).*

3) *Catalogum alterum supra laudatum, a Tiraboschio, 'Storia di Nonantula' II p.* 5, *editum, cujus textum Bethmann cum codice Nonantulano contulit.* *G. W.*

1) *Mabillon, cum Bollandinorum opinionem impugnet, Ughellii editione nititur, quae errorem correxit, Stephanum substituens. Quod dicit, stilum orationis Anselmi aetatem sapere, vix concesserim. Nihil est quod vetet, ne auctorem s. X. vel XI. scripsisse statuamus.* 2) *Inc.:* Grave nimis et contra; *et:* Quando ad ea quae catholicorum *(Registr. VIII,* 34. *et XIII,* 6*).* 3) *Haec sunt: Vita et Translatio s. Silvestri (Translatio cum Vita Anselmi prorsus convenit);* Incipit privilegium s. Romane ecclesie quod constituit d. Constantinus aug.; Incipit vita et textus epistolarum Adriani primi pape antique Rome; *sed novo quaternione incipiente sequitur manu s. XIII. scriptum:* Cosme mirifico sapientum dogmate pleno monachicus cetus Silvestri corpore fretus, *quo Passio s. Theopompi et Thomae continetur; duo quaterniones manu s. XII. inc. continent Translationem ss. mart. Theopompi et Synesii, post a.* 1062. *scriptam; pergit cod. s. XI:* Incipit vita et textus epistolarum Adriani primi pape antique Rome: Adrianus igitur natione Romanus ex patre Theodoro *etc., cui versus subjuncti sunt:* Rex regum fortis totius conditor orbis — habere patronum; *in spatio vacuo relicto alia s. XI. manus addidit:* LXXXI: De obedientia et honore et humilitate quam rex Pipinus Stephano pape exhibuit. Stephanus natione Romanus abiit ad — petiit impetravit, 9 *lineae.* BETHM.

INC. ACTUS VEL TRANSITUS BEATI ANSELMI ABBATIS.

Quia benignum et gloriosum videtur esse, ut bonorum hominum vita atque benefacta Dei fidelibus in memoriam veniant, dignum duximus, ut eis innotescat, qualiter et in quibus temporibus et a quibus religiosissimis viris monasterium Sancti Silvestri in loco Nonantula vocato situm constructum atque edificatum fuit, et a quo sanctissimo et beatissimo viro religiosissime et regulariter rectum primo in tempore sit.

1. Igitur anno dominicae incarnationis septingentesimo quadragesimo nono, centesimo vero octogesimo ingressionis Longobardorum in Italiam, vir gloriosissimus Aystulphus, Ratchis germano suo devicta Pentapolim suasu domni Zachariae papae facto Romae clerico, sceptrum Longobardorum strenue regens, cui Giseltruda excellentissima regina, Anselmi preclari viri, abbatis, olim ducis, soror dignissima, in coniugio herebat; cuius interventu idem Aystulfus rex in primo anno regni sui per suum preceptum concessit venerabili viro Anselmo locum qui nuncupatur Fanianus, in quo idem vir Dei Anselmus monasterium ad honorem Dei et salvatoris nostri Iesu Christi construxit, et monachos ibidem regulares constituit, atque hospicium ad suscipiendos hospites et peregrinos magno cum studio illic aedificavit. De quibus illi die noctuque cura maxima et sollicitudo fuit, ut nullus inde sine refectionis misericordia abire possit.

2. Tertio autem anno regni sui predictus rex eidem Anselmo eximio abbati in finibus Emiliae locum Nonatule dono dedit, quem adiuvante superna pietate idem venerabilis Anselmus suique monachi propriis manibus laborantes, de sentibus et de deserto ad perfectionis culmen perduxerunt. In quo fundamentum templi et monasterii claustra cum ceteris edificiis fundare studuit. In quarto autem anno regni eiusdem huius templi consecratio facta est per domnum Geminianum sanctae Regensis aecclesiae episcopum, ad honorem sanctae Dei genitricis Mariae et beati Benedicti abbatis, per iussionem domni Adriani[a] summi pontificis Romanae aecclesiae et universalis papae. In ipso autem anno per deprecationem predicti regis et ipsius Anselmi abbatis ac totius congregationis advenit domnus Sergius archiepiscopus sedis Ravennatis aecclesiae, et consecravit templum et altare ad nomen et honorem sanctorum omnium apostolorum per iussionem predicti domni Adriani papae; et ibi cum fratribus in Dei laudibus et in divinis colloquiis gratulatus per triduum mansit, atque his completis pro quibus venerat, gaudens ad propriam reversus est sedem.

3. Prefatus vero venerabilis pater Anselmus, regali ortus prosapia meritisque clarus, eundem Aystulfum adiit regem, per sororem scilicet suam Giseltrudam, quae regio herebat thalamo. Huius namque impetratu tria non modica intra collationem paulo ante idem vir construxerat coenobia fratrumque decorarat agminibus, in quorum maximo, quod Nonantulae actenus vocitatur monachorumque prepollet phalangiis, cum sanctissimi vellet arctus adquirere Silvestri, dominicae incarnationis anno 753. supra dictum petiit regem, suppliciter rogans, ut causa orationis maximeque huius negotii una secum Romam venisset. Rex annuit, et abbas fratribus stipatus Romam advenit ad virum per omnia beatissimum Adrianum, qui tunc Romanam et apostolicam gubernabat aecclesiam. A quo benigne suscepti sunt, et eos thesauro quem petierunt, in hunc tenorem sicuti hic legitur, ditavit[1]:

'Adrianus[b] servus servorum Dei omnibus venerabilibus fratribus et coepiscopis cunctisque religiosis christianis Deo deservientibus regno Italico et patriarchio Romano. Residentibus nobis cum plurimis episcopis ad beatorum Petri et Pauli apostolorum principum limina, synodale commonente concilio, venit Flavius Aystulfus, vir excellentissimus,

a) Stephani *ed. ubique.* b) Stephanus *ed.*

1) *Jaffé inter spuria Nr. CCCVII.*

rex Italici regni, ad predictorum apostolorum vestigia. Inter cetera quae contulit dona beati Petri apostoli aecclesiae optulit preceptum unum, in quo continebatur, quod ob reverentiam domini Salvatoris atque beatae semper virginis Mariae omniumque sanctorum apostolorum construxisset monasterium in territorio Motinense loco nuncupante Nonantula, ipsumque preceptum concessisset viro venerabili nomine Anselmo abbati; et eundem virum Anselmum cum secum haberet, optulit illum pariter et preceptum supra sacratissimum corpus beati Petri apostoli, sicque dotavit prefato monasterio sanctae sedis Romanae, quam Deo auctore regere cernimur. Petiit prefatus rex nostram munificentiam, ut corpus beatissimi papae Silvestri cum aliis sanctorum pignoribus eidem Anselmo abbati ad predictum venerabile monasterium deferre concederemus et per benedictionem protinus nostris manibus consecraremus ipsum abbatem et cuculla indueremus secundum regulam sancti Benedicti, eius manibus traderemus simul et baculum pastoralem et pedules[1] secundum ordinem. Cuius sanctissimam petitionem ylari vultu, quomodo petebat, concessimus. Et quoniam nobiscum aderat sanctissimus confrater noster Sergius, sanctae Ravennatis aecclesiae archiepiscopus, commendavimus ipsum venerabilem abbatem et eius monasterium sub suo regimine nostra nostrorumque[a] vice gubernandum omni tempore, tantum si ab abbate monasterii fuerit invitatus; et si ei vel suis successoribus aliqua adversa contigisset a quocumque presule, maxime ab episcopo Motinensis aecclesiae, in cuius paroechia constat esse constructum, sub sanctae Ravennensis aecclesiae haberet refugium, propter terrarum longitudinem, que[b] distat a nostra sede. Precepimus ei etiam, ut predictum sanctum corpus beati Silvestri et alias sanctorum reliquias per se ipsum ad iam dictum coenobium deferret et reconderet altariaque simul et aecclesiam nostra apostolica auctoritate consecraret. Robur etiam nostrae sanctae Romanae aecclesiae eidem sancto loco per apostolicum privilegium contulimus, veluti beatissimus papa Gregorius plurimis aecclesiis protulit'*.

4. His ita peractis, idem sanctissimus pater, ex altissima prosapia humilis et vilis pro Deo factus, virtutibus et sapientia preditus, omnibus largus, sibi parcus et modicus, quamquam cunctis praesset, omnibus tamen se abiectiorem ostentabat, memorans illud Domini dictum: 'Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare'; et: 'Quanto magnus
Matth. 20, 28. es, humilia te in omnibus'. Hic inter cetera plura bona, quae agens, hospitalitatem dili-
Eccl. 3, 20. gens omniumque pauperum curam sollicite gerens, hospicia atque scenodochia perplura constituere curavit atque ea in omnibus bonis ditare curavit, quorum unum prope monasterium fere quatuor miliaria statuit, ubi oraculum sancti Ambrosii ad suscipiendos debiles et feminas, qui ad monasterium venire non poterant, constituit, cui in omnibus tanta concessit bona necessitatibus, ut nichil deerat ibi servientibus neque supervenientibus hospitibus.

5. Statuit etiam idem vir beatissimus scenodochium ex proprio suo in finibus Vincentiae, in loco qui dicitur Vicus-Domnani, ubi constituit duo oratoria, sanctae Mariae et sancti Petri, et monachos ibi Deo servientes et pauperes ac debiles perplures exinde cotidie viventes, ex illius quoque beneficio pauperes duocentos per omnes Kalendas[2] pascebantur. Item aliud ille Deo dignus pater constituit scenodochium ex suis propriis

*) *Ughellii editio addit:* et iussimus huic opusculo subterscribi; *necnon chartas fictitias Stephani papae (Jaffé spur. CCCVIII) et Aistulfi regis (Troya, Cod. dipl. Long. IV,* 450*).*

a) *supple:* successorum. b) *ita c.;* qua *ed.*

1) *Quorum usum ante mille annos abbatibus concessum cum baculo fuisse, docet nos Theodorus Cantuariensis archiep. in collectione canonum, ubi agit de ordinatione abbatis per episcopum, qui* dat ei baculum et pedules. MAB. 2) *Bollandiani hic et infra habent* hebdomadas, *quod glossema esse puto.* MAB.

rebus in loco qui dicitur Susonia, ubi fieri iussit oraculum beatae Iustinae martyris, in quo etiam monachos semper adesse voluit Deo servientes et sine sollicitudine viventes. Ibi etiam pauperes cotidie alebantur, et omnes advenientes hospicio atque victu inde reficiebantur, sed et per singulas Kalendas pauperes ducenti inde saciabantur. Missae vero pro salute vivorum et mortuorum per singulum annum trecentae celebrabantur.

6. Denique cum idem gloriosus pater adhuc in militari habitu monarchiam Fori Iulii strenue regisset, et prefati regis cognatus eius polleret agminibus et comam cum huius seculi pompa pro Deo deposuisset, nec minus tamen voluit spirituali septus agmine Deo devote militare. Habuit namque hic Dei famulus sub suo regimine monachos regulares 1144, exceptis parvulis et pulsantibus[1], qui non constringebantur ad regulam. Quos ille paterno amore fovebat et regebat; qui olim dux militum fuit, nunc dux monachorum extitit. Illos docuit loricatos ferre micantia arma adversus inimicos; istos docuit nudatos huius seculi actibus sumere arma adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus. Illos instruxit sumere arcum, scutum et astam contra adversantes se; istos imbuit stare succinctos lumbos in veritate et indutos lorica iustitiae et calciatos pedibus in preparatione euangelii pacis, et sumere scutum fidei, in quo possent omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis accipere et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Quid plura? Huius etenim viri magnifici vita omnibus proficua, precipue monachis carissima, in summi Dei servitio semper erat paratissima. Quicquid etiam valuit et sapuit in divinis, semper et ubique operari studuit; quicquid autem boni in hoc loco agitur, ex quo ab illo fundatus est, suo studio suaeque animae proficuo, ut omni explosa dubietate credi valet, divinitus imputatur atque semper imputabitur. Fecit quidem mira Dominus multa per eum eius in vita; sed eo interminante stili officio commendata non sunt. Sed qualis quantusve ille probatissimus vir fuerat, eius finis aperte declarat.

7. Regnante domino et maximo Karolo imperatore hic in Italia anno trigesimo regni sui ipsiusque magnifici Anselmi abbatiae quinquagesimo, eius imminente die mortis, divina misericordia eum ad sideream vocare voluit mansionem. Ipse non inscius sui obitus, divina revelante gratia, ut bonus et pius pastor oves, quas Domino foverat, ad se vocari fecerat, eisque sui finis diem denuntians, divinisque allocutionibus premia et gaudia sempiterna eis pro suorum bonis factis a Domino tribuenda promittens, sic eos diligenter confortans atque Domino commendans, expansis manibus, et cor et oculos ad caelum levavit, dicens: 'Domine Iesu Christe, pastor bone, qui me indignum famulum tuum pro tua misericordia ad te vocare dignatus es, qui michi inmerito hunc tuum gregem commisisti, concede michi servo tuo, tecum et cum electis tuis una esse et in regno tuo semper gaudere, et presta, ut hii famuli tui, quos michi munere verbi tui pascere precepisti, te sequendo ad bravium aeternae remunerationis, gratia tua preveniente, pervenire mereantur, qui vivis et regnas cum Deo Patre sanctoque Spiritu per infinita seculorum secula'. Cumque omnes lacrimis resoluti circumstantes respondissent 'amen', tunc ipse venerandus pater blande eos consolans, et prout poterat in ipso articulo sui exitus, cum esset hora diei tertia, ipsius horae psalmos per se ipsum coepit decantare; qua expleta, simili modo per se ipsum sextae horae psalmos decantans; quibus expletis, in lecto stratus sui residens benedixit eos, et inter manus fratrum monachorum ex hoc seculo migravit ad caelos, 5. Nonas Martii, sextae feriae[2] diem, in qua mundi Redemptor hominem fecerat ipsumque redimerat. Tunc flentes fratres et psallentes super beati viri corpus totam illam diem et sequentem noctem in eius exequiis perdurantes usque ad horam alterius diei sextam, et condiderunt illud in marmoreo lavello[3], infra

803. Mart. 3.

1) *Id est novitiis, seu vitae monasticae candidatis.* MAB. 2) *Hae notae chronologicae conveniunt in annum* 803, *qui litt. dom. A praeditus erat.* MAB. 3) *Vas amplum quodcumque, maxime lavatorium significat.* MAB.

oratorium beatae Dei genitricis et virginis Mariae; ubi per eum Dominus multis de diversis infirmatibus tribuit sospitatem, ita ut de diversis locis concurrerent homines et de eius tumulo raderent et biberent pro febribus et dentium doloribus atque aliis variis infirmitatibus, adeo ut in aliquibus locis ipsum videbatur transfossum marmoreum tumulum.

APPENDIX.

DE FUNDATIONE MONASTERII NONANTULANI.

Quia etiam scire volumus serenissimam ac regalem misericordiam vestram .... nos, qualiter locus iste Nonantule edificatus est, quemadmodum in catalogum domni Anselmi abbatis apud nos scriptum habemus.

Donatus est locus iste Nonantulense per domino Aistulfo rege domni Anselmi abbatis, ut hic sanctum construeret monasterium anno regni eius tertio. Et adiuvante superna dextera, per ipso domino Anselmo predicto anno designatus est locus iste, et fundamenta templi huius et monasterii claustra, que ipse, prestante Domino, de deserto cum suis monachis, laborantibus omnibus cum ipso, suis manibus ad perfectionis culmen perduxit. Quarto regni eius anno per domino Geminiano Regiense ecclesiae episcopo consecratio facta est, 8. die mense Octobrii, oratorii et altarii sancte Marie et beati Benedicti. Item quarto anno regni eius ab ipso rege invitato et tota congregatione venit hic dominus Sergius archiepiscopus sedis Ravennate ecclesiae, et consecravit templum et altare ad nomen et reliquias sanctorum omnium Apostolorum, die nono mense Iunio, et fuit hic per triduo. Octavo anno regni eius ex permisso archiepiscopi die vicesimo mensis Novembris dedicatio facta est et corpus reconditum beati Silvestri confessoris Christi et summi pontificis urbis Rome. Cuius corpus hic Anselmus abba de Roma adduxit; et oratorio cum altare in eius nomine consecravit Romanus Bononiensis episcopus seu Apolenaris Regiensis episcopus. Animadvertere potestis, quia in hac vocatione et consecratione ecclesie et altariorum defuit Motinensis episcopus, et quasi pro nihilo deputatus a patriarcha Romane ecclesie Adriano et a Sergio Ravennatis ecclesie archiepiscopo[a].

CATALOGI ABBATUM NONANTULANORUM.

I.

DE ABBATIBUS NONANTULENSIS.

Anselmus sanctissimus abba annos 50. Obiit 5. Non. Mar.
Vigilancius presbiter annos 7. Obiit Id. Iul.
Petrus a. 17. Obiit 4. Kal. Iun.
Ansfrit a. 17. Obiit 3. Id. Mar.
Ratpertus anno 1. Obiit 7. Kal. Iul.
Rotchild obiit 15. Kal. Ian.
Et Giselprandus annos 9. Obiit 9. Kal. Iun.
Liutfrit a. 4. Obiit 16. Kal. Decemb.

a) *desinit sceda; sequitur in sequenti fol. eadem manu:* Inc. ep. Iohannis pape. BETHM.

Leo[a].

Et Petrus a. 9. Obiit 8. Kal. Novem.

Warnefrit a. 4. Obiit 10. Kal. Nov.

Ragimbaldus anno 1. Obiit 8. Id. Oct.

Teodencius a. 17. Kal. Mar. obiit.

Landefredus a. 5. Kal. Apr. obiit.

Leopardus a. 13, m. 2 et d. 19, indict. 10. 12. Kal. Iul. obiit.

Petrus abbas a. 3, m. 3, d. 11. Kal. Octob. obiit ind. 12, anno ab incarnatione Domini 910.

Gregorius abbas a. 19. Hic reliquid abbatiam habiitque in locello Solariae, et cepit ibi degere feliciter.

Successitque in loco eius Ingelbertus venerabilis levita, et cum abbas ordinatus sacer a domno Petro Ravennatis archiepiscopo 5. Kal. April. indictioque 2. agitur. Et postea in ipso prefato locello Solaria iam prelibato Gregorio abb. conversatus fuit ann. 3 et menses 6, dies 14. Et tunc demum rediit ad suum coenobium, et sub regimine Ingelberti abbatis honestissime vixit. Postero adstante cuncta congregationem Sancti Silvestri, Deo spiritum reddidit, anni Domini 933, 3. Non. Aug. per indict. 6.

II.

INCIPIUNT NOMINA ABBATUM NONANTULENSIUM, QUI POST BEATISSIMUM ANSELMUM PRIMUM ABBATEM REXERUNT IPSAM ECCLESIAM.

In primis is ipse venerabilis Anselmus rexit ipsam abbatiam annis quinquaginta temporibus regum Aystulfi et Desiderii et Karoli Magni imperatoris, et ex his septem passus est exilium a Desiderio apud Cassinum, sicut multorum seniorum relatione didicimus, pro eo quod nescio quid deliquit in desiderio. In quibus apud prefatum locum Cassinum beate vixit et multos codices adquisivit, et Vigilantius presbiter in predicto tempore feliciter Nonantulanum gubernavit cenobium et multa commoda ibidem adquisivit in libris et in aliis multis rebus. Et predictus beatus pater Anselmus ab exilio reversus multos postea vixit annos. Inter discipulorum manus, sicut in gestis eius legitur, spiritum Deo reddidit 5. Non. Martii.

Petrus annos 17. Ordinatus anno dominice incarnacionis 804. Hic fecit totam conscribi abbatiam et universum redditum, et ordinavit, quantum in helemosinis pauperum, in susceptione hospitum, in ornamentis ecclesiarum et in necessitatibus fratrum in unoquoque loco oporteret. Obiit 4. Kal. Iun.

Ansfrith annos 17. Ordinatus anno Domini 821. Hic fuit religiosus et Deo devotus vir et sanctissime vixit. Fecit autem capsam euangelii totam auream et preciosis lapidibus ornatam. Fecit et calicem grandem argenteum et patenam, quos mirifice vestivit auro et ornavit lapidibus. Obiit 3. Idus Mart.

Ratpertus anno 1. Ordinatus anno Domini 838. Obiit 7. Kal. Iul.

Rotichildus. Ordinatus anno Domini 809, annos tres. Obiit 15. Kal. Ian.

Et Giselprandus annos 9. Ordinatus anno Domini 842. Obiit 9. Kal. Iun.

Lyutefredus annos 4. Ordinatus anno Domini 851. Obiit 16. Kal. Dec.

Leo anno 1. Ordinatus anno Domini 855. Obiit . . . .

Et Petrus anno 9. Ordinatus anno Domini 856. Obiit 8. Kal. Nov.

Warnefrit annos 4. Ordinatus anno Domini 865. Obiit 10. Kal. Nov.

Ragimbaldus anno 1. Ordinatus anno Domini 869. Obiit 8. Id. Octobr.

a) *spatium vacuum relictum c.*

Theodoricus annos 7. Ordinatus anno Domini 870. Obiit Kal. Mart. Hic edificavit ecclesiam sancti Michaelis foris castrum, ibique sepultus fuit in arca saxea, ubi beatissimi sancti Silvestri pape corpus nunc habetur. Cessavit abbatia annis quatuor.

919. Regnante Berengario augusto, tertio imperii eius, die prima mensis Februarii, indictione 7. apparuerunt per totam noctem igneas in celo acies super universum orbem. Et die septimo intrante mense Martio propter culpam incurie combustum est ab igne monasterium Nonantule a summo usque deorsum. Similiter et Parma igne cremata est, et imperante Berengario et regnante Rodulfo a paganis civitas Papia igne cremata est

924. mense Martio indictione 12.

Landefredus annos 5. Ordinatus anno Domini 891. Obiit Kal. Apr.

Leopardus annos 13, menses duos, dies 19. Ordinatus anno Domini 899. Obiit 12. Kal. Iul.

899. Sept. 24. In ipso anno venerunt Ungari in Italia de mense Augusto indictione 3. 8. Kal. Oct. iunexerunt se christiani cum eis in bello ad fluvium Brentam, ubi multa milia christianorum interfecta sunt ab eis, et alios fugaverunt[1], et venerunt usque ad Nonantulam et occiderunt monachos et incenderunt monasterium et codices multos concremaverunt atque omnem depopulati sunt locum. Predictus autem venerabilis abbas Leopardus cum certis aliis monachis fugierunt et aliquandiu latuerunt. Postea vero recongregati sunt et recondiderunt monasterium et ecclesiam. Et misit ad Sergium papam, qui tunc Romanam et apostolicam gubernabat sedem, consulendo de consecratione ecclesie sui monasterii et de diversis erumnis, quas passus est a barbaris atque ab aliis malis hominibus. Cui prelibatus papa scripsit epistolam continentem hunc modum . . . . . .[2].

Petrus abbas annos 3, menses 3, dies 11. Ordinatus anno Domini 911. Obiit Kal. Octob.

Gregorius abbas annos 19. Ordinatus anno Domini 913. Obiit 3. Non. Aug.

cf. Cat. I. Hic reliquit abbatiam abiitque in locellum Solariae et cepit ibi degere feliciter. Successit autem in loco eius Ingelbertus venerabilis levita anno ordinationis eius[a] 17, anno Domini 929, et cum abbas esset ordinatus, sacratus est a domno Petro Ravennatis archiepiscopo 5. Kal. Apr., indict. 2. Et postea in ipso prefato locello Solaria iam prelibatus abbas Gregorius conversatus fuit annos 3 et menses sex, dies 14, et tunc demum rediit ad suum cenobium, et sub regimine Ingeberti[b] abbatis honestissime vixit. Postea adstante cuncta congegratione sancti Silvestri Deo spiritum reddidit anno Domini 933, 3. Non. Aug. per indict. 6. Tenuit autem predictus Ingelbertus abbatiam annos 12. Obiit 12. Kal. Maii.

Gerlo abbas prudentissimus annos 6. Ordinatus anno Domini 941. Hic a multis erumnis et iniuriis liberavit abbatiam et salvavit eam Deo prebente a cunctis per circuitum inimicis. Obiit 8. Kal. Sept.

Gotefredus abbas, filius Ugonis regis. Ordinatus anno Domini 947.[c] . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
aureis et argenteis Deo consecratis, preter unum missalem et calicem et unum . . .
. . . . . .
ab imperatore captus est et . . . . . .
prelibatus . . . . . abb. . . . . Burgundi . . .
. . . ser . . . . . migravit ad Dominum. Tunc ceperunt prepositi locum abbatis tenere et locum paulatim in omnibus adnullari.

. . . . . anno Domini 971[d], indict. 14, imperante Ottone anno 10, pridie Id. Iun.[3] feria 2, quod fuit die octava pentecostes.

a) Gregorii *gl. ead. manu.* b) *ita c.* c) *hic nonnullae lineae abrasae sunt, ex quibus haec tantum elicere licuit.* d) LXXII. *ut videtur corr.* LXXI. *c.*

1) *Cf. Liudpr. II, c.* 10 *sqq.; Johann. chron. Ven., SS. VII, p.* 22. 2) *Edita Murat., Ant. Ital. T. I, p.* 23, *neque cum codice a Bethmanno collata; Jaffé Reg. Nr.* 2718. 3) *Feria* 2. *dies erat* 12. *Junii.*

Anno Domini 982. ordinatio Iohannis Greci. Anno 13. sue ordinationis Martinus diaconus et prepositus interfectus est. Obiit 7. Kal. Sept.

Anno Domini 996. Leo archiepiscopus ordinatus est. Vixit annos 2. Obiit 2. Idus Iulii.

Iohannes abbas annos 2. Ordinatus anno Domini 998. Obiit Kal. Nov.

Leo abbas annos 2. Ordinatus anno Domini millesimo. Obiit 12. Kal. Dec.

Rodulfus abbas annos 34. Ordinatus anno Domini 1002. Anno ordinationis sue 12, anno Domini 1013, regnante Heinrico primo anno 10, monasterium Nonantule igne crematum est totum.

Anno Domini 1020. nix magna fuit.

1021. Bellum factum est ad Cuviliolum.

1024. Obiit Heinricus rex.

1026, anno ordinationis sue 25, Chonradus rex ordinatur, et abbatia subiecta est Aeriberto archiepiscopo Mediolanensi. Novem postea vixit annos. Obiit 2. Id. Iunii.

Rodulfus abbas, supradicti Rodulfi abbatis nepos, annos 18, anno Domini ordinatus 1035. Hic primus ex canonico ordine factus est abbas a prefato archiepiscopo Eriberto. Obiit 8. Kal. Nov.

Anno Domini 1037. apprehensus est archiepiscopus a Chonrado rege.

SANCTORUM TRANSLATIONES BENEVENTI FACTAE.

Arichis dux, cui Paulus diaconus familiaritate junctus erat, animum pium et religiosum ex saeculi ingenio eo probavit, quod complura sanctorum corpora elevanda et Beneventum transferenda curavit. Relationes de his scriptae nonnulla saltim ad ejus temporis historiam cognoscendam conferunt; quare hoc loco eas exhibendas duximus.

1) *Carmen de translatione duodecim martyrum Bethmann ex cod. seminarii Verulensis, membr. fol. s. XII, olim ut videtur S. Sophiae Beneventanae, f.* 1 *sq. descripsit, idque fortasse Alfano, celebri sui temporis poetae, qui vixit medio saeculo XI*[1]*, tribuendum esse censuit, cujus* 'metrum heroicum de 12 fratribus ad d. Rotfridum' *in eodem codice f.* 25. *legitur (ed. Giovardi, Transl. S. Mercurii, Romae* 1730, *p.* 90*). Equidem vero translationis historiam Arichis tempori propiorem statuerim, quippe qua dux ille tantis laudibus efferatur, quales vix ab auctore tribus saeculis post scribente exspectes. In codice sequuntur f.* 3′*:* Versus in honorem s. 12 fratrum *(Giov. p.* 126*); f.* 5. *Translatio pedestri sermone scripta, initio manca*[2]*, ut Bethmann annotavit, post Pauli aetatem confecta; et f.* 9. *Omelia Brunonis Signiensis de eisdem; f.* 43. *Passio eorundem. Quae omisimus.*

2) *Translationis s. Mercurii plures exstant narrationes. Una a Borgia (Memorie istoriche di Benevento I, p.* 221 *sq.) ex Vol. I. Act. SS. Beneventan. mss. edita, initio manca, altera quam Giovardi (l. l. p.* 55*) luci dedit, tertia versibus conscripta et ibidem impressa (p.* 63*). Secunda et tertia etiam in cod. Verulensi f.* 11. *et* 15. *leguntur, necnon f.* 13′. Versus in festo s. Mercurii *(Giov. p.* 46*), f.* 56. Landulfi archi-

1) *De quo cf. Giesebrecht, De litt. studiis p.* 30 *sqq.* 2) *Finit:* collocavit anno sui principatus secundo.

episcopi Beneventani *(II? † 1119)* metrum heroicum de s. Mercurio *(Giov. p. 33*[1]*), f. 65.* Passio s. Mercurii martyris edita ab Arechis principe *(Giov. p. 9). Codex idem esse videtur, quem Giovardi a bibliopola oblatum nactus erat, litteris Beneventanis s. XII. ex. exaratum*[2]*. Ex ejus vero editione, quam in Germaniae bibliothecis Berolinensi, Gottingensi, Monacensi frustra quaesivi, post Bethmannum vero V. Cl. Ewald in Romana Corsiniana in usus nostros vertit, metricam illam narrationem quae repeteretur dignam duximus.*

3) *Translatio S. Heliani ex Vol. IV. Act. SS. Beneventan. mss. prodiit ap. Borgia, l. l. p.* 199. *G. W.*

TRANSLATIO DUODECIM MARTYRUM.

Nam[a] sacra temporibus sanctorum corpora multis
Diversis iacuere locis, ubicumque severi
Iudicii censura modum finemque laboris
Imposuit, mansitque diu celata talenti
Gratia divini, iacuit quoque maxima parvis
Hostia sub tumulis, habilis caelestibus aris.
Munus, opima, tuo Benevento, Sampnia, tantum
Principis ingenium ducis et sollertia summi
Contulit Arechis, radiis quibus ipsa diei
Alternam stabili fuscat modo lumine lucem.
Hunc vere virtutis iter cum prima rigoris
Obice pubertas pueriles sisteret actus
Aggressum, non splendor opum, non illa retraxit
Regia libertas, tute cui nulla timenti
Res etiam vitiosa licet, servator honesti
Iusticieque fuit, quibus haud modo relligionem
Artibus optinuit, verum decoravit et auxit
Res Beneventanas, ut ad utraque commoda natum
Plane constaret, concivem denique cives,
Non dominum sensere sui; quem corporis ingens
Vis[b] animique ovofario[c] titulaverat hosti.
His igitur patriam, cumulandi cuius honoris
Sepe laborabat, ne gentis gemma Latinae[d]
Quolibet impulsu rueret concussa, dicare
Martiribus statuit, multumque referre putavit
Illius atque sua, si talibus ipsa patronis
Commissi veteris lapsus commissa piaret,
Atque futura feri secura mente draconis
Illita mortifero vitaret tela veneno.
Querit ab Apulia, qua noverat esse legendo
Relliquias procerum, superet quod et omne tributum,
Exposcit census, quantum provincia posset

a) *in codice praemittuntur haec vix legenda:* . . . . b. ss. . . . . praefici . . . fr. . . metrica completur, prosayca iure sequatur. b) Vix *c.* c) povofario *corr.* ovofario *c.; sed quid haec sibi velint vocabula, non intelligo.* d) *ita legi videtur.*

1) *Alios versus ex hymnario et breviario S. Sophiae edidit Giovardi p.* 248*; alios Paulo diacono adscriptos Pipernus, De magicis effectibus, Neap.* 1642*, p.* 147*, et inde Bethmann, Arch. X, p.* 332. 2) *Ita recte p.* XII*; sed p.* 4. *codicem in s. XI. collocat.*

Hec prestare, suis si viribus usa negaret
Has merces, ferretque duci quodcumque iuberet
Id preter; merens sanctos exponit, et offert
Omnes invitis manibus, claudente locello
Unumquemque suo. Sonat altis vocibus omne
Unde feruntur iter; ruit obvia Samnia tota
Et Beneventanis quaecumque subacta triumphis
Gens erat, ut mundi fieri concursus ab omni
Parte putaretur, spatium nec grande viarum
Decursum potuit populos avertere votis
Et segni lassare mora, ne pretereuntes
Heroas comitarentur, donec speciosae
Iureque felicis starent pro moenibus urbis.
Unde senes et anus, iuvenes puerique, puellae
Procedunt, simul ingentes his ad referendum
Principibus grates; ibi laus, ibi gloria, regni
Denique totius exultatio; quisque suarum
Pro modulo rerum largitur munera; multi
Testibus inscriptis legali more tabellis,
Ulnis ut liceat patriae deferre patronos,
Dant patrimonia, promittunt sua quaeque futura.
Arechis princeps aliorum vincere munus,
Ius quod erat, cupiens, descriptis brevibus, urbem
Concedit, vicos, fundos et predia donat
In cunctis sibi subiectis regionibus. Offert
Aurum, gemmarum species telasque pavitas[a],
Pectine Phocaico quas[b] lento stamen obrizo.
Inde magistratus summi maiorque potestas
Arechis leto pia lipsana corde ferentes,
Precedente quidem clero cum plebe, secundum
Etatis tempus, maiores ante minores
Ordine continuo fratres cum laudibus urbem
Inducunt, et habere duces et habere patronos
Gaudent, quos superis iunxit victoria castris.
Est qua per medium recte via tenditur urbis
Partibus aurorae, quam ianua condita prebet;
Digna quiete loci facies, prope principis aulam.
Hic dux Arechis Pario de marmore templum
Construxit, speciem cui tunc sine mole ferebat,
Iustiniane, tuus labor omni pulcrior arce:
Sub quo bissenos una tumulavit in ara.
Principis hoc anno factum fore crede secundo
Septingenteno coniuncto bisque triceno 760.
Virginis a partu felicis sic manet annus.
Tertia tunc decima nobis indictio currens,
Tempore quo Maii mensis sibi iam[c] mediante,
A populo cuncto colitur translatio quorum,
Nomina quos signant ibi scripta iacere seorsum.
Iussit et assidue, quae ferrent laudis honorem

a) *ita c.* b) quasi? c) mensis *iterum scribit c.*

Martiribus Christi, servantes corpore sanctum
Cordeque propositum, castas habitare puellas
Intra firmatum tali munimine claustrum.
Ipse pie qua doctus erat se religioni
Ex toto tribuens, nocturno tempore solus
Oratum sanctos hanc descendebat in aedem.
Securum faciebat amor tum spesque fidesque;
Securum faciebat idem quos iuncxerat agmen.
Hic intempesta noctis cum psalleret hora,
Tot subito dominos veluti socios et amicos
Inclinare sibi nitidos et flectere vultus
Vidit corporeis oculis, hec verba ferentes:
'Nos sumas, o princeps, tua quos devotio summo
Contulit huc studio, loca per diversa repertos.
Quantum proficias ex hoc pietatis amore,
Ostendet suprema dies'. His denique dictis,
Visio tanta ducem spe non titubante reliquit.

Hoc[1] tibi, Christe Deus, fieri iussitque Matheus
Abbas ob lumen fidei faciendo volumen,
Premia quo multa sibi des per secula cuncta.

TRANSLATIO SANCTI MERCURII.

. . . . . .

[Constans* imperator], quibuscumque concupiscibilibus ablatis, maximeque aulam beate Dei genitricis semper virginis Marie, que quondam pantheon dicebatur, ereis laterculis retectam, ut in gestis Longobardorum legitur[2], non sit veritus violare. Qui talibus onustus rapinis ut Constantinopolim repedaret, Trinacriam[a] reversus, non sine divini examinis animadversione a suis in valneo interemptus, infelici morte infelicior ipse interiit. Extunc sane usque ad tempus Arechis Beneventanorum celeberrimi principis ita posteros de beati Mercurii corpore nonaginta quinque annis et mense uno intercepit oblivio, ut ubi[b] iaceret penitus nesciretur. Ecclesie tamen eius post civitatis destructionem facte, ubi prioris ruina fuerat, miserante Deo memoria non potuit aboleri, quin prefati martiris nomine illustraretur et signis. Arechis igitur princeps illustris, perfecta iam sancte

*) *Altera translationis historia in* 12 *lectiones divisa, quam edidit Giovardi p.* 55, *ita incipit:* Translationis siquidem corporis beati Mercurii, qua transvectum est Quintodecimo Beneventum et ad sanctae Sophiae basilicam deportatum, inpraesentiarum sollemniter celebratur. Valde tamen esse conveniens et narrationis series postulare videtur, ut, qua occasione ipsum sacrum corpus Cesarea Cappadocie, ubi primum humatum extiterat, Quintumdecimum delatum fuerit, innotescat. Imperator Constantinopoleos Constantinus *etc.*

a) Finacriam *ed.* b) ibi *ed.*

1) *Hi versus potius ad totum codicem, ex quo Verulensis descriptus est, quam ad carmen praecedens pertinere videntur.* 2) *Paul. V,* 11. *In altera Translationis historia Constantis expeditio et Beneventi obsidio longius narrantur,* ut in vita beati Barbati et in historiis Langobardorum gentis scriptum plenius repperitur.

Sophie basilica, quam ad exemplar illius condidit Iustiniane; iamque in ea cum aliis non paucis sanctorum martirum duodecim fratrum corporibus, que sparsim prius iacuerant, sub ara una honore debito tumulatis; dum circa martirum venerationem fervidus ac tanquam dulciori gustu avidior factus, ad exquirendum adhuc sollicitius insudaret, divino instigatus oraculo, ad memoriam beati Mercurii sic animum excitavit.

2. Erant in diebus eius Quintodecimi[1] sanctimoniales aliquot; quarum evi morumque maturitas professioni satis poterat suffragari, indefessas martiri excubias actitantes, quas coeuntium illuc caterve populorum ob virtutum opitulationes, quas ibi Dominus per militem suum Mercurium operabatur, notas[a] in multis fama sanctitatis, effecerant notiores. His itaque vulgari opinione diffusis, egregius princeps omnia rite scrutatus, accito Beneventi pontifice, optimatum ac plebis, qui ob id cohierant, stipatus agminibus, eo, ut in tali negotio solet fieri, festinus accedit. Tum oratione premissa, presul et princeps, arreptis ligonibus, fodientium primi rudus eiciunt et facta vicissitudine, alios pro se denuo substituunt intraturi. Accurrunt interea iuvenes ac vegeti, proruit omnis etas, et quicquid in tali impetu ad fodiendum fervor ministraverat, sibi invicem preripientes e manibus, felici emulatione sese alterutrum gestiunt anteisse. Sic tota dies expenditur, et eiecto rudere ac terra, que viva subter erat inventa, martiris tumulus non videtur. Confestim meror omnes invasit, et animis depositis evirati diriguere, sicque nox imminens diem diremit et studium. Noctem illam princeps ducit insomnem, ac viritim singulos aggrediens, ut orationibus insistant, non desinit supplicare. Adest interim in visione presuli sanctus, et ne ceptum deserant adhortatur. Cumque diei sol oriens daret initium, comperto quod antistiti fuerat revelatum, undique certatim concurritur, et quia instrumentis non suppetit, terra unguibus effossa latatur: cum subito martiris venitur ad tumulum, et loculo elevato et lectice imposito, Beneventum cum tripudio remeatur. Hinc melos et cantica, hinc ymni et iubili, clero populoque dulci modulamine decantantibus, celum faciunt resonare, sicque vexillis precedentibus, velut tropheo habito, martiris expeditio iam appropiat Benevento.

3. Rivus quidam ab ortu quasi stadiis duobus distans a menibus, Calorum[2] ad dextram ingreditur, super quem ponticulus structura veteri fabricatus, petentibus urbem sinistram bivii ad portam que Summa, dexteram vero pandit ad eam que Aurea nuncupatur. Quo transgresso, reda substitit, et veredis facultas interdicta est divinitus abeundi. Extemplo[b] antistes humeros cum clero subposuit, biga tamen perstitit inconcussa. Repente omnes attoniti et subito stupore perculsi, resolvuntur in lacrimas, quique intra muros erant confestim prosiliunt; omnis ordo, sexus et etas accurrit, tamque innumerabiles phalanges erumpunt, ut in cleri plebisque copia poli solique accolas diceres[c] concurrisse. Undique singultus auditur et gemitus, et prostratorum solo clamoribus ether impletur. Hinc cleri beata phalanx, queque procedentibus sunt assueta protensis, inde populi spectabilis multitudo Dominum toto precantur affectu, quatenus sese tanto non sineret patrono destitui. Dum hec geruntur, Arechis nobilis heros, principali ornatu deposito, indutus[d] cilicio, ante corpus martiris humi prosternitur, atque iure ratus, velle sanctum, ut et oblatione munerum bone mentis nitorem pretenderet, ut de purpureis gausapis taceam et telis Phocaico stagmine textis et vasis argento aurove celatis, quibus etiam plurimum decoris extrinsecus margaritae[e] electro variante polita clusione rutilantes addiderant, predia martiri obtulit numerosa. Quin etiam sub protestatione adiecit, quod in basilica, ad quam vehendus erat, altare ipsius, hoc ei privilegio dignitatis, sicut ecclesiis[f] principalibus consuevit, impenso, ut festis precipuis in missarum aliorumve officiorum, que sibi queque prout est poscit solemnitas, celebrationibus devotius et specialius assi-

a) notis *ed.* b) Exemplo *ed.* c) dicere *ed.* d) inductus *ed.* e) margaritis *ed.* f) ecclesia *ed.*

1) *Civitas Quintodecimo, quindecim milliariis Benevento distans.* 2) *Calore. De ponte v. notam p.* 580.

stendo, inter cetera principalius esset habendum. Quibus votis ylico birotum, cedente invisibili obice qui obstiterat, ad corpus martiris evehendum se tam facile prebuit, ut tunc presentium nullus, quin divinitus ageretur, ambigere potuisset. Sic denique presul ipse cum principe, cleri, optimatum, popularium agminibus, preeuntem martirem partim subsequentium, partim preeuntium, constipati, tandem sue urbis menia pangendo melos altisonum subintrarunt.

4. Itaque miles Christi Mercurius ad sancte Sophie basilicam deportatur, in qua duodecim fratrum senatus requiescit egregius aliorumque utriusque ordinis corpora beatorum, eorumque non impar et busti dignioris ante sanctorum aram duodecim fratrum et ceterorum, ut ita dixerim dominii eiusdem loci tutor et urbis, disponente Domino, meruit principatum. Reconditum est autem corpus beati Mercurii martiris in basilica sancte Sophie intra menia Beneventi septimo Kalendis Septembris, anno vero ab incar-
768. natione domini nostri Ihesu Christi septingentesimo sexagesimo octavo, ad tutelam urbis et honorem et gloriam eiusdem domini nostri Ihesu Christi, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per immortalia secula seculorum, amen.

Mercurii sancti claret Translatio, cuius Passio dicetur premissis versibus huius.

Constans augustus cupiens sibi subdere totam
Apuliam, ditione sua prorsusque repulsam,
Mercurii corpus suscepit cum tribus ipse,
Quod tribus iniunxit portandum tunc cenobitis,
Pergens securus foret omni tempore; tandem
Litora pervenit tunc urbis[a] classe Tarenti;
Apuliam vadit, castella petens, simul urbes
Munitas cepit, populos quoque clade peremit.
Urbs fuerat predives opum, fecunda virorum,
Cui Quintodecimum nomen fuit intitolatum;
A Beneventana distans tot milibus urbe.
Constans augustus, iam tempestate sub ipsa
Luceria eversa, molitus adhuc potiora,
Claudere Samnitum populum parat obsidione;
Sed Quintodecimum prius orruit, hinc Beneventum
Obsessurus adit; sed turpiter inde fugatus,
Ingreditur Romam, spoliis exultat onustus.
Urbem prephatam cum multa strage suorum
Circuit, et validis viduus locus ille ruinis,
Menibus impulsis, translatis civibus, atque
Pluribus occisis, testatur magna ruina,
Urbs cuius fuerat, quam magne nobilitatis.
Hinc monuit martyr proprium non tendere gressum
Fratres iam dictos, quo factis forte tyranni
Mores et vitam verbis maculare valerent,
Sed Quintodecimo domus eius construeretur.
Constantinopolim Constans cupiens repedare,
Confertis spoliis, Siculis allabitur horis;
Cumque lavaretur, manibus correpta suorum
Cesa caro cecidit: tenues diffusus in auras
Spiritus ingemuit: damnatur morte perenni.

Basilicam sancto monachi fecere relicti,
Sed populo reliquo monachis prestante iuvamen,
Pro defunctorum karorum quippe salute,
Limine sub cuius corpus bene composuere,
Addentes lapidem pro signo corporis huius;
Et nullus scivit, exceptis qui locavere.
Nonaginta annis et quinto mense sed uno
Sic intercepit multos oblivio longa,
Quod latuit, quonam Mercurius esset humatus;
Sed signis eius celebrabatur locus iste.
Tum miserante Deo princeps devotus Arechis,
Quem genus et species, pietas, sapientia, virtus
Fecit et illustrem et Samnitum pretulit urbi,
Intra prefatam princeps perfecerat urbem
Basilicam pulcram sancte sub honore Sophie,
In qua bissenos sanctos fratres tumulavit:
Ut, quos una fides, constantia pectoris una,
Unius legis coniunxit gratia fratres,
Omnes pro Christo diversa pericula passos,
Hos fratres, uno prodeuntes matris ab alvo,
Sparsim collectos una tumularet in ara;
Quos in agone pares sociaverat una corona,
Illorum nunquam tumulus disiungeret ossa.
Spe iam devotus princeps animatus eadem,
Martyribus sacris istius martyris ossa
Associare volens, pertractat sepe diuque.
Tandem ad semirutam properavit martyris aulam,
In qua devote Domino quedam moniales[1]
Martyris exuvias acclini mente colentes,
Excubias[a] cura vigilique piaque gerebant.
Cum Beneventano proficiscens presule princeps,
Circumvallatur plebe ac primoribus urbis.
Tunc prece premissa presul princepsque serenus
Arreptis rastris fodiunt, aliosque vicissim
Pro se substituunt; currunt iuvenesque senesque,
Et sic tota dies expenditur in fodiendo.
Rudere proiecto fossoque loco vehementer,
Cum iam nec possent monumenti signa videri,
Confestim meror gravis et dolor occupat omnes;
At nox accedens studiumque diemque diremit.
Insomni princeps presenti nocte gravatur,
Et precibus socios insistere prece precatur[b].
Pontifici vero martyr pretiosus adest, ne
Ceptum dimittatur opus, vehementius instat[c].

a) Ecubias c. — viglique *ed.* b) prec..... *ed.* c) instant *ed.*

1) *Quod moniales incoluerint monasterium sive basilicam s. Mercurio Quintodecimi exstructam tempore quo Arichis corpus perquisivit, et Acta silent et charta donationis Rogerii I. Ecclesiae tantum meminit, ut legenti patet apud Ughelli, Ital. sacr. tom. VIII.* GI.

Iam Phebi roseum iubar inradiaverat orbem,
Martyris ad tumulum cum fesso corde venitur;
Impositoque sacro lectice corpore gaudent,
Et cum letitia remeant omnes Beneventum.
Hinc iam dulce melos cleri populique caterva
Concrepat et celum contingit voce canora.
Prosequitur feretrum sollemni pompa tropheo.
Cum vero modicum populus distaret ab urbe,
Postquam ponticulum[1] transivit reda, repente
Perstitit inconcussa manens: stupor occupat omnes;
Effundunt lacrimas, suspiria longa trahentes.
Omnes prosiliunt, quos clauserat ambitus urbis.
Omnis turba ruit, ruit ordo, sexus et etas;
Undique singultus concurrit et undique fletus,
Et prostratorum completur vocibus ether.
Omnes exorant, ne tanto tanta patrono
Urbs viduaretur. Sed dum tam mira geruntur,
Ornatu posito, princeps prefatus Arechis,
Cilicio indutus, prostratus humi, lacrimatur,
Effundit fletus, et flendo diutius orat:
Supplex vota vovet, donaria maxima confert,
Predia concedit, preceptis munera firmat,
Muneribus magnis venerabile corpus honorat,
Ut gradibus binis persisteret inclita cunctis
Martyris eiusdem preparans altaribus ara.
Postea condonat collatis clavibus urbem,
Se sibi cum vulgo contestans tradere servum.
Quorum vota Deus supera prospexit ab arce,
Et dedit, ut tanquam sese pia gleba moveret,
Ut nullum sentiret honus sacra sarcina, fecit.
Celitus est gestum; fuit hoc mirabile visu.
Sic sanctus presul, sic et princeps venerandus
Leti cum populo simul ingrediuntur in urbem;
Omnibus in commune fuit velut una corona,
Unus concentus, natalis et omnibus unus.
Sic miles Christi Mercurius est in eandem
Ductus[a] basilicam, digno tumulatur honore.
Alma dies Augusti instabat septima, quando
Martyris illatum corpus fuit in Beneventum.
Iam tunc instabat septingentesimus annus,
Octavus[2] pariter tricesimus annus erat tunc,
Ex quo suscepit Christus de virgine carnem,
Qui cum Patre Deo, qui cum Spiramine sancto
Regnat in eternum, Deus immortalis et unus. Amen.

a) Ducatus *c.*

1) *Ponticulus iste hodie Pons s. Angeli a Beneventanis vocatur.* GI. 2) *Erravit auctor hoc in loco; nam non anno* 738. *accidit s. Mercurii lipsanorum translatio ab Arichi facta, sed ad annum saltem* 774. *protrahenda est. Arichis enim anno* 759, *Febr. mense regnare cepit et post biennium corpora ss.* 12 *fratrum transtulit Beneventum.* GI. *Annus* 768. *in altera translationis historia indicatur.*

TRANSLATIO[a] SANCTI HELIANI.

Quia largiente Domino de beatissimorum quadraginta martirum triumphis ac laudibus habundanter scriptum est[1], nunc, qua occasione beatissimi martiris Heliani corpus Beneventum translatum sit, vel quo honore susceptum, et quibus miraculis emicuerit, inhers ego et litterarum nescius, licet inculto stilo, ludere exordiar.

1. Tempore quo Arechis Longobardorum celeberrimus princeps Samnitum gubernabat abenas, inter quos etiam velut sidus radians refulgebat, quidam castaldeus Gualtari nomine enituit Beneventi, vir per omnia catholicus, corpore decorus, sermone verax, sapientia clarus, consiliis sagax, virtute robustus, moribus et omni bonitate conspicuus. Qui cum rebus omnibus abilis esset, ab omnibus amabatur. Et cum inter magnates hac suos affines esset honoratior et ditior, expedit pro salute et augmento patrie, ut ad consilium vocaretur. Quo accito, mutuo consulunt, quem Constantinopolim destinarent apocrisarum. At ille, quia perpes erat in omnibus, ait: 'Mitte me'. Quod cum audisset princeps, alacer effectus, quequc ei expedierat afferri iussit, et post aliquod dies, stipatus suis militibus, valefaciens omnibus, iter arripuit. Qui cum pertransisset Apuliam et venisset ad optatum portum, invenit ibi navem onustam et accinctam ulterius transmeandi, in qua ylico cum suis omnibus ascendit, et profectus est. Sed antequam iuga montium eorum laterent aspectibus, horta est tempestas valida, exuberantesque procelle pre agmine ventorum secantium cana equora conturbabant puppim, ut in pelagi barathrum demergerent. Extemplo[b] fit clamor virorum et luctus omnium, et vela scinduntur latissima. Mox dense nubes celum diemque eripiunt. Ast ceca nox atro incubat ponto. Fluctus extolluntur in aera et navem huc illucque portant per equora. Insequitur stridor rudentum, et undarum violentia navis aperit latera. Omnes vero, quia demergi contigui erant, solvuntur formidine, et presentem operiendo mortem, iam semivivi manebant. Inter hec autem Gualtari, quia litterarum peritissimus erat, pavore abiecto et ad se reversus, cum lacrimis precabatur Dominum, dicens: 'Domine, qui elisos erigis, collapsos restauras, de morte ad vitam tua potentia suscitas, et omnia que fiunt et disponuntur secundum tuum velle disposita sunt, miserere et erue me de profundo pelagi, et ne tempestas aque absorbeat me, qui per prophetam polliceri dignatus es: "Invoca me in die tribulationis tue, eripiam te, et magnificabis". Et nunc, Domine, qui in tribulatione et oportunitatibus adiutor es, libera me, ut tuum nomen omnibus pandam et benedicam in secula seculorum'. Cumque ab aliis dictum fuisset 'amen', subito sanctus Helianus, unus de prephatis quadraginta martiribus, in prora apparuit, confortans eum, et ait: 'Ne timeas, exaudita est oratio tua, et missus sum te et omnes hos incolumes educere et navem hanc cum suis omnibus tutissimo in portu locari'. Ad hanc vocem mare quievit, et omnia que procella contriverat et tulerat illibata navem assequuntur. Igitur cum hoc Gualtari cerneret et audiret, attonitus in faciem corruit, adorans eum, et ait: 'Domine, qui es tu? Vel quod tibi nomen est'? At ille: 'Helianus vocor, unus de quadraginta martiribus, qui passi sunt a duce Lisia et preside Agricolao sub Licio[2] imperatore, et nunc ammixti choreis martirum coruscant in celesti regione. Quorum precibus scias te omnibus casibus fore erutum et cum exultatione augusto presentari et

Ps. 49, 15.

a) *in cod. deletum suppl. Borgia.* b) Exemplo *ed.*

1) *Haec in cod. Beneventano antecedebant.* 2) Licinio *scribere proposuit Borgia, cum in passione* 40 *martyrum legatur:* Temporibus Licinii imperatoris erat persecutio magna adversus christianos et omnes pie viventes... Agricolao autem agente presidatu in civitate Sebastia *etc.*

honorifice suscipi legationemque tuam secundum velle principis fungi et munera larga fulciri. Sed antequam dona offerantur, rogaveris ab augusto, ut de suis bonis suscipias et postules quid velles. Tu vero memento, nil aliud impetres nisi corpus meum, quia, quamvis ei durius videatur, tamen propter suam sponsionem implet tuam petitionem. Cum autem illud acceperis, decenter locare et Beneventum transfer illudque in basilica, que a te constructa est, reconde. Volo etiam, ut per temet ipsum vadas effodiendi tumulum meum; ut, cum me inveneris et eduxeris, absque scrupulo sit animus tuus'. Et hec dicens beatus Helianus martir celo arreptus est. Postera[a] vero die surgente eoo velibolum mare pervolans, venit ad tutissimum portum, sicut martir promiserat, et incolumes omnes descendentes de navi, egerunt gratias Deo et sancto Heliano.

2. Indeque iter arripiens, non post multos dies presentatus est augusto. A quo honorifice susceptus, omnem legationem sui principis audiens, suscepit et aimplevit[b]. Cui et dixit: 'Quia bona est legatio qua functus[c] es, et quia insolubilis amor boni principis exaggerat me, secundum tuum velle suscipe de meis bonis; et scias, quia nichil est sub dicioni[b] nostre imperii, quod hodie tibi negetur'. Gualtari vero reminiscens iussa martiris, floccipendens augustales gazas et peritura munera, pedibus eius advolutus, cum lacrimis devotissime orans, ac talia profert: 'Si inveni gratiam in oculis tuis, domine, corpus beatissimi martiris Heliani annue, qui michi nuper in rapidissimo pelago subvenit ac de utero ponti eduxit et navem iam pene confractam et collisam ad portum salutis transvexit. Cui et serviturum me esse spopondi et patronum eligi[b], ut, sicut a presenti morte eruit, sic et a futura eripiat et perducat ad vernantia[d] gaudia vite'. Ast imperator cernens se irretitum et nodo sponsionis innexum, quia negare nequiverat, iussit dari. Gualtari vero hec audiens, compos voti effectus et alacer redditus, cum augustali officio hiit ad tumulum effodiendi corpus sanctissimi martiris. At quem cum accessissent et aperuissent, invenerunt illud[b] miro odore flagrantem. Quod cum ingenti honore elevans, auratis linteis involvens, thecis argenteis posuit; et sic demum ad augustum colloquendi et licentiam acquirendi adiit. A quo responsione et benedictione ex more accepta, cum gratiarum actione sanctum pignus elevans, Beneventum properabat. Sed antequam ad locum duceretur optatum beatissimi martiris corpus, multa miracula per illum Dominus operatus est. Cumque Beneventi meniis propinquasset, cum cereis et lampadibus ac diverso thimiamatum genere omnis turba confluxit[e] per stadiorum aliqua spatia; et sic cum ymnis et canticis introductum sanctissimum corpus, honorifice situm est in basilica, quam ille antequam iret construxerat. Ad cuius honorem eleganti more[f] altare desuper instituit, sub cuius et nomine ipsam ecclesiam dicare rogavit, quam multis et diversis donis ditavit; anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi septingentesimo sexagesimo tertio.

3. Ad cuius corpus Christus conditor omnium ob confirmanda viventium corda, eo intercedente, innumera prestat beneficia, ita ut et demones ex obsessis corporibus fugentur et infirmi, quacumque egritudine sint detenti, curentur et pristine sanitati in melius restituantur. Quod usque hodie incessanter fieri videmus. De quorum multitudine mutilato stilo perpauca subnectimus[g], ne de merito tanti martiris ab audientibus ambigatur[1] . . . . . .

a) Postea *ed.* b) *ita ed.* c) factus *ed.* d) venantia *ed.* e) conflexit *ed.* f) amore *ed.* g) subnectibus *ed.*

1) *Haec omisimus.*

EX MIRACULIS SANCTI ANTONINI ABBATIS SURRENTINI.

Vita Antonini abbatis Surrentini, qui c. a. 830. *obiit, ab auctore anonymo non multo post scripta nonnulla continet quae historiam ejus urbis et vicinae regionis illustrant. Primum a Caracciolio edita, repetita est Acta SS. Febr. II, p.* 787, *codice Beatilli Neapolitani adhibito, et a Mabillonio, Acta SS. ord. S. Ben. IV,* 1, *p.* 417. *Quos secuti duo fragmenta damus.*

Post decessum beati Antonini non multo tempore evoluto, princeps Beneventanus Sicardus, ceteris finibus suae ditioni subiugatis, terram etiam Surrentinorum eadem 832.
intentione invasit. Cunctis ergo in circuitu terminis hostili manu vastatis, praedictam civitatem, acie in gyrum ordinata, expugnare aggreditur. Bellica mox eriguntur instrumenta, vineae in altum prominentes proxime murum allabuntur; de quarum propugnaculis armati urbem despicientes, aedificia petris, miseros cives palis cuspide praefixis aut igne duratis desuper impugnant. Interius autem murum creber aries tundit, phalanx inimica testudine facta impellit; iacula crebra volant, nec ullum telorum genus cessat. Interea per totam civitatem trepidatur; uterque sexus, omnis aetas, omnis ordo pavore percellitur. Planctus mulierum cum vagitu infantium sidera ferit, et quod extremae spei residuum fuerit, ad ecclesias curritur, divina clementia et sanctorum suffragia implorantur. Cum interim lapis murali tormento emissus vasto impetu stridens ferebatur, et ad muri locum, ubi corpus sanctum fovetur, advolavit, sed non violavit, assiluit, sed non comminuit, clamor furentium attollitur. Plausus interea dissultat credentium se hiatu per lapidem facto pro porta mox usuros. Sed cum ingenti crepitu repercussa mole ne signum quidem collisionis dedisset, mirantibus quidem cunctis, sed caeco furore ad repetendum ictum machinam reficientibus, nox soporifera perveniens praelium diremit. Ducem dehinc in somnum artus fessos resolutum sanctus Christi confessor Antoninus super assistens: 'Tune', inquit, 'etiam ossa in Christo quiescentium dissipare venisti, et viso auditoque Dei miraculo, ne sic quidem ab incepto noxio desistere voluisti? Tene ius et fas contumaciter confundente et violenter disturbante, nobis in cubilibus nostris laetari non datur? Disce nunc, qui levem admonitionem sprevisti, severa saltem corruptione castigatus resipiscere, et accepta tuo nondum rigore digna animadversione, disce errata corrigere, disce Christo satisfaciendo iam deinceps disciplinate agere'. Haec dicens, virga, quam manu gestabat, itus et reditus per dorsum emetiens salubris magisterii, graviter ad viam eum errabundum retraxit. Mane igitur facto, visa per ordinem referens et minus credentibus lividos ictuum tractus in cute demonstrans, quid opus esset facto, sciscitatus est. Illis in diversum consilia distrahentibus et de statu discessuque, bello et pace dissentientibus, ecce nuntii propero cursu vix respirantes astiterunt, qui filiam herilem a daemonio vehementissime correptam, humanos tactus et affatus fugere, artus proprios mordicus laniare et horrenda quaeque facere et pati assererent. A quibus cum didicisset eandem horam filiae primum desipientis, quam petrae tumulum sanctum pridie ferientis, omni iam erroris perpetrati et confessoris exacerbati ambiguitate remota, castra ilico deserens, propria repetit, et filiam confestim malesanam, salubri consilio reperto, gemmis auroque fulgentes vestes indutam, et pretiosissimo metallici operis apparatu exornatam, sui monitoris arbitrio transmisit regendam. Rogabat ab eo veniam, cui nuper intulit iniuriam; tumulato pro sanitate recuperanda commendavit filiam, cuius

pridem tumulo petra illa fecit violentiam. Nec preces supplicis, solitus subvenire miseris, aspernatus Antoninus, inimicum expulit, animum reddidit, hostem fugavit, hominem redintegravit, et quae veniebat rationis et sui nescia, redibat tranquillissima mente composita; iuxta praeceptum patris, totum ex integro, quo parata venit, ornatum, suae salutis mediatori Antonino tradens. Dedit etiam sibi crucem unam gemmis et auro compactam, in cuius medio particula de ligno dominico, lucidissimo crystallo cooperta, quasi nuda resplendet, quam collo appensam quasi pectoris et totius corporis custodem apportavit. Ipsa sibi ad restituendam sanitatem satis efficax fuisset, nisi Christus sui confessoris gloriae adscribere maluisset. His omnibus ibidem dimissis, sana et hilaris remeavit, sua relinquens et sese recipiens . . . . . .

846? Tempore autem procedente Sarracenorum infinita multitudo contra christianae pacis tranquillitatem coniurata, omnia quae attigit loca more nimbosissimae grandinis proterens erasa reliquit. Emenso tandem infesti illi praedones pelagi spatio, applicuerunt ad insulam Neapolitanae potestati subiectam, quae Aenaria[a], usitatiori vero nomine Insula Maior nuncupatur[1]. Navibus in alto relictis, terram liburnicis petierunt et castris sitis consederunt, terrarum culta flamma praedaque vastantes, cultores sine humanitate, sine pietate miserabiliter necantes aut in captivitatem et exilium traducendos ad naves vinctos trahentes. Illorum immanissimam crudelitatem, adhuc autem et securam stationem, vicinarum urbium habitatores, scilicet Surrentini, Neapolitani et Caietani non ferentes, felici foedere et omine prospero conspirarunt, christianos captos et capiendos liberare, patriam defendere, gentem nefandam propellere. Hic, Antonino, ut paullo post apparebit, duce et ceteris, quorum corpora Surrentum fovet, sanctis comitantibus, gloria Surrentinorum emicuit. Quibus non immerito victoria ascribitur, dum ipsorum patronis signiferis rabies hostilis vincitur. Triduo namque ante futurum praelium quinque, quorum nomina posterius liquebunt, in navi gentilium ductrice deambulantes apparuerunt. In quos hostes, aut vinculorum nexibus extricatos fugam temptare aut occulte inlapsos navim amoliri suspicantes, caeco furore irruerunt. Sed sanctis subito ab aspectu subtractis, ab incepto haud sine admiratione desierunt. Rursus cum armis in abditis latentibus sese occultius locantes et custodiam vigilantius adhibentes: ecce iterum priore habitu et incessu eodem in loco spatiantes sanctos Dei viderunt. Quos subitaneo terrore et clamore assilientes, alius conto, alius gladio, alius saxo furibundi petierunt; sed sanctis item disparentibus, cum ictus nonnisi in navim cecidissent, sese miro modo frustratos obstupuerunt. Sed cum iterum atque iterum mente caecati, eodem impetu temptato, eadem illusione deciperentur, ductor idemque augur eorum a longe rei ordinem considerans: 'Isti', inquit, 'dii sunt christianorum, ad quorum, ut opinor, defensionem aut ultionem convenerunt'. Deinde cum[b] sors gentilis superstitionis more consideraretur et paganis adversa, christianis prospera portenderet: 'Acceleremus', clamat, 'fugam, et navibus festinanter armatis, avolemus'. Iuxta verbum praecipientis sociis circumquaque dispersis cum rapinarum congerie congregatis, et ceteris omnibus ordinatis, cum festinanter diis ieiunaturi retulissent[c]: ecce praedictae conspirationis socii subito irruentes, cunctis quos consequi potuerunt occisis, decem navigia cum armamentis, cum praeda, cum captivis arripuerunt, iis quae superfuerunt sine remigiis, sine gubernaculis, sine sustentaculis, vix et inutiliter elapsis. In ipsius autem noctis bellum antecedentis extremitate, id est maturino tempore, in ipso, inquam, imminentis pugnae articulo, quinque viri superius in navi demonstrati cuidam civi Neapolitano seni, cui Sergius Pipinus nomen, tali ordine, sicut ipse postea retulit, apparuerunt. Praecedebat habitu monachi venerandus et sancta canitie reverendus, qui sese de nomine interrogatus Antoninum dicebat, quem velut ordine et, ut mox

a) Aenatia *ed.* b) cur *ed.* c) *haec corrupta videntur.*

1) *Ischia. Eadem expeditio esse videtur, de qua Gesta epp. Neap. c.* 60. *referunt, Licosam insulam indicantia.*

patebit, affatu priorem comitabantur reliqui quatuor, quorum unus calvus, barba prolixa, canus, maturus, venerabilis sese Renatum, duo vero comitantes, ambo senes, ambo barbam rasi, sed alter calvus Athanasium sese, alter caesarie crispus sese Bachulum, quartus vero iuventutis gratia floridus Valerium sese nominavit. Illis ita ordinatis, Antoninus, sicut prior venit et stetit, ita excellentioris personae etiam in loquendo prosequebatur officium, et semivigilem senem ita affatur, severa increpatione et amica cohortatione admonens: 'Vos', inquit, 'nunc istius urbis habitatores, per stratus vestros mollissime compositos securi laborum quiescitis, et civibus vestris pro rei publicae salute in ipso extremi periculi discrimine laborantibus subvenire nec cogitatis. Ignavi, pigri, inertes, qui nec precibus nec viribus vestros adiuvetis, qui nec divinam nec humanam opem eis conferre curetis, qui tot defensores vobis a Deo concessos et pro vobis quamvis ingratis sollicitos implorare negligatis! Nam egomet ipse modo dominum Ianuarium vestrum patronum conveniebam, et sicut nos nostros in periculo non reliquimus, ita eum ad vestrum auxilium invitans, cum imminente vestrorum periculo citius eum subvenire urgerem, et nisi ocyus succurreret, aliquot de suis casuros affirmarem: "Sustine", inquit ille, "paullulum; nam istius, quam offero, immolationis consummato mysterio, absque mora veniam". His dictis, beatus Antoninus cum sociis comitantibus abscessit, et senex somno solutus visa per ordinem retulit. Cuius visionis approbatio mox consecuta est. Nam confecto praelio venerunt, qui dicerent, hostibus fusis, fugatis aut captis, victoriam feliciter patratam, et ex Neapolitanis septem tantum in primo congressu cecidisse, ex Surrentinis vero nec unum quidem vel leviter plagatum esse; in qua assertione probantur verba Antonini; nam ipse et superius nominati sancti suis Surrentinis continuatim assistentes, omnes pariter ad portum salutis evexerunt. Tardante vero in oblatione sacrificii beato Ianuario, septem, ut diximus, ex tota multitudine Parthenopensium corruerunt. Ipso vero adveniente, reliqui, qui reperti sunt, omne periculum sani evaserunt. Factum est autem post haec, ut unus ex nobilioribus Neapolitanorum Gregorius Prancacius civili decreto in exilium Surrentum relegaretur; qui unum ex Sarracenis in praelio captum et iam baptizatum secum deduxit. Quo referente seseque unum ex persequentibus esse affirmante, quinque iam nominatos sanctos tali habitu et forma in navi regia apparuisse didicimus, qualem habitus aut formae proprietatem unicuique eorum in visione senis assignata supra docuimus.

EX VITIS S. SABINI ET S. PARDI.

Vita et translatio s. Sabini ex 'pervetusto ecclesiae Canusinae codice Langobardicis notis exarato', edita est Bononiae 1623, *eaque repetita a Tortora, Relatio status s. ecclesiae Canusinae, Romae* 1758, 4[1]; *eadem verbis aliquoties mutatis et uno saltem loco auctior Acta SS. Febr. II, p.* 323, *ex codice Beatilli Neapolitani et duobus Capuanis. Haec quamvis semel longius a fonte recedat, praeferenda mihi videtur, quippe quae de ecclesiae Romanae statu quaedam praebeat, quae omitti facilius quam addi poterant*[2]. *Quo vero tempore haec et tota vita scripta sint, certo indagari nequit. Auctor se scripsisse 'principante viro gloriosissimo Hermerich (vel Ermenrich, Emerith) prole Grimoald' profitetur; sed neque constat, utrum Hermerich an Grimoald alterius 'proles' et 'principari' dicatur, neque, quis Hermerich fuerit, compertum habemus. Quare nomen corrigendum et de Arichisi filio Grimoaldo, qui s. VIII. exeunte, IX. ineunte Bene-*

1) *Breve tantum fragmentum ap. Giovene, Kalendaria vetera, Neap.* 1828, *p.* 86. 2) *Editor, qui haec omisit, etiam locum praecedentem ex Gregorio corrigere potuit.*

vento principabatur, cogitandum statuerunt[1]. *Sed codices obstant et non de Beneventano (Samnito*[2]*), sed de Salentinate principe agi innuunt; quis vero intelligendus sit, plane incertum. Petro episcopo, qui praedecessoris sui corpus transtulisse dicitur, praecipiente, vita scripta est. Huius nominis episcopus s. IX. medio vixit et Canusio a Sarracenis capto Salernum aufugit*[3]. *Nec video, cur alium Petrum episcopum statuamus, qui s. VII. ex., ut quidam*[4]*, vel s. VIII. ex., ut alii sibi persuaserunt*[5]*, vixerit. Sunt et alia quae incerta videantur*[6]*, et ut auctoris fidem prorsus in dubium vocemus*[7]*, possint suadere. Cum vero in sancti vita enarranda praesertim Gregorii dialogos fideliter sequatur et a fabulis manifestis abstineat, etiam de translatione et miraculis simplici narratione et sine fastu referat, omnia quae de auctoribus suis tradit ficta esse, contendere non ausim*[8]. *Tenendum est, horum temporum res tantis tenebris esse obrutas, ut parum certi de iis statui possit. Ideo ne haec quidem omittere volui. Numeros uncis inclusos ex Bollandi editione retinui, ex qua etiam codicum Capuanorum lectiones recepi; quae vero apud Tortoram aliter leguntur signo T. indicavi.*

Recentioris etiam aetatis, 's. X. vel etiam serius composita'[9] *Vita s. Pardi episcopi Lucerini, auctore Radoyno diacono*[10]*, esse videtur. Auctor Vitam Barbati exscripsit, pauca vero de suo addidit, digna visa quae hic repeterentur ex editione Bollandinorum, Acta SS. Mai VI, p.* 372. *Usi sunt codicibus Bovinensi et Vaticano.* *G. W.*

EX VITA ET TRANSLATIONE S. SABINI EPISCOPI CANUSINI.

Voluntati tuae parere, summe pontifex[11], cupio; sed manus[a] refugit, tantis gravata peccatis, de[b] tanti viri virtute miracula pandere. Tamen solet per testeam lucernam clarum lumen effundi[c] et in vase plumbeo optimum reperiri unguentum. Etenim[d] quia

a) mens multis r. gr. *T. Cap.* b) p. t. v. virtutum m. *T.* c) effici *T.* d) Sed *T.*

1) *Tortora p.* 105, *qui Assemani historiam Neapol. sequitur.* 2) *Ita sola editio Bonon. a Tortora repetita; nullus, ut videtur, Bollandinorum codex.* 3) *Chron. Salern. c.* 97, *p.* 516. 4) *Ughellii ed.* 2. *X, p.* 37. 5) *Assemanus et Tortora l. l.* 6) *Post Petri tempora vitam scriptam vel interpolatam esse, ex verbis de Audoalt dictis:* qui tertio in loco a praefato ven. episcopo Petro pontificali gloria functus est, *conjecit Boll. Sed fortasse auctor dicere voluit: tertio loco ante Petrum. De illo et Bursa episcopo nemo praeter hunc retulit.* 7) *Sabinum morti vicinum ita loquentem inducit:* A luporum scio vos post funeris mei tempora graviter dentibus lacerandos; nam gentium Italia direptione non paucis temporum curriculis premetur, ita quod, ut rura absque agricolis ob gentium terrorem relicta videantur, diuturne etiam absque adminiculo pastorum ecclesia inculta retinebitur; nullus clangor laudantium sive canentium sonora me voce audietur; relicta ab hominibus loca haec tantummodo bestiae tenebunt. *Sequitur:* Quis ignoret Annibalis Carthaginensis adventu cunctam Ausoniam devastatam. *Quae verba dubitationem movent et ideo fortasse in codd. Capuanis Boll. sunt omissa. Audacissima sane est Tortorae interpretatio, sub Annibalis nomine regem Langobardorum Authari latere, quem auctor nominare non ausus sit: 'cum enim eo tempore scriberet, in quo principes Langobardi regnabant, omni procul dubio in eorum offensionem incidisset, si verum eversionis Canusii effectorem nominasset, a quo illi originem suam repetebant' (p.* 108*). Neque cum Boll. de Alboino cogitandum est. Sed fortasse Sabinus, cujus haec sunt verba (pergit auctor:* Haec et his similia dicente*) non de clade futura dicere sed pristinam in memoriam revocare voluit.* 8) *Conjicere quis posset, hanc fictam esse narrationem, ut Barenses refutarentur, qui ab Angelario episcopo s. IX. corpus s. Sabini Barim translatum gloriabantur. Quod non ante s. XI. ex. traditum esse videtur. Qua de re cf. Tortora p.* 247 *sqq.* 9) *Acta SS. l. supra l.* 10) Cum quietus essem, *inquit,* ego Radoynus peccator et indignus levita in Dei servitio. 11) *Haec non ad episcopum Romanum, sed Canusinum spectare, Tortora p.* 103. *recte monuit.*

praeceptis obedio pontificalibus, credo me illius precibus adiuvari. Ego vero sanctissimi viri[a] miracula in dialogis beati Gregorii dudum iam reperi, quae et sanctitati tuae puto esse notissima, sed gratiosa ex sancto ore quasi philosophica carmina demulceant[b] aures nostrorum. Prius tamen scribenda existimo, quae in libris invenimus exarata, deinde quae nostris temporibus summa veritate possunt cognosci.

(4.) Igitur praedicti Christi famuli faciem omnes proceres et praecipui viri Italiae saepius videre cupiebant et cum viro sanctissimo caelestibus pabulis epulari. Unde et cum Germano Capuanae ecclesiae pontifice crebris[c] familiaritatibus conveniebat. Sed et cum Benedicto Christi famulo in Cassino castro posito assidua[d] amicitia loquebatur eumque invisere per singulos annos consueverat; quem vir Dei pro vitae suae merito valde diligebat, ut[e] Gregorius Romuleae urbis narrat episcopus[1]. Nam quodam tempore dum ad eundem Dei famulum Benedictum praefatus vir visitandi gratia advenisset et de Totila rege Gothorum ac Romanae urbis interitu locutio oriretur, Benedictus ait: 'Roma a gentibus non dissipabitur, sed suis vetustatibus et terrae motibus fatigata marcescet in semet ipsa'. Quod[f] ex maxima parte factum cernimus, sicut mihi ii, qui illius itinera frequentius ambulant, retulerunt. Dicunt enim, iam absque habitatoribus ex tanta multitudine remansisse, et quae gloria florebat[g] doctorum, nunc soloecismis et diversis vitiis abundare. Silentio tamen hoc dicimus, quoniam vigor sanctae ecclesiae, Deo favente, adhuc in illa primatum tenet . . . . . Greg. D. II, 15.

(7)..... Inde[2] et[h] rex [Totila] et qui cum ipso aderant inceperunt[i] sanctum episcopum ut prophetam in summa veneratione habere, in tantum[k] ut, qui totam Apuliam et Calabriam iam direptionibus devastarat[l], a sancti Dei famuli diocesi suos compesceret, ita ut nullus minima et[m] abiecta illius contingere auderet . . . . . .

(13.) Nunc autem, cuius sit meriti vel[n] quantis virtutibus illius ossa floreant, Deo opitulante loquamur. Haec[o] autem quae dicturus sum audivi a[p] viro venerabili Petro eiusdem ecclesiae episcopo. Hic mihi de suo praedecessore Sabino, quaeque[q] a senibus sacerdotum diligentius multis inquisitionibus audierat vel[r] quod ex epigrammate legere poterat, saepius narrare consuevit et haec[s] ut scriberem praecepit.

Quidam[t] Hispanus nomine Gregorius . . . . . .

(16.) Eodem quoque tempore Longobardorum regni gubernacula sustinebat Grimoalt, qui filium suum Romoalt[u] Beneventi principem instituit, eique Lupi[v], qui ex nobili prosapia extiterat, filiam nomine Theodoradam[w], quam modo meminimus[3], in matrimonium dedit[4]. Romoalt defunctus eam ad regendum Samnitum populum cum parvo filio reliquit. Igitur haec mulier a praefato Hispano mandatum audiens et implere festinans, ad sepulchrum Dei famuli laeta perrexit; idque aperiri, sacerdotibus omnibus qui aderant psallentibus et hymnos Deo referentibus, iussit. Aperuerunt itaque sepulchrum, in[x] quo, mirabile visu, thesaurum mirabilem odore ambrosio redolentem reconditum invenerunt. Sed et in quadam parte sepulchri non modicum auri pondus repertum est. Quod factum credimus propter gentilium insanam incursionem, quae ante haec tempora, ut vir Dei praedixerat, totam usque ad internecionem Italiam devastavit; fortasse simul ut ad constructionem ecclesiae servaretur. (17.) Theodorada vero oblita mandati aurum abstulit, (17)

a) v. Sabini *T.* b) a. demulcentur *T.* c) crebra familiaritate *Cap.* d) assiduis amicitiis *Cap.* e) ut — episcopus *hoc loco des. T, ubi eadem verbis propius ad Gregorium accedentibus narrantur.* f) ut deinde facto comprobatum est, sicut Gregorius Romanae urbis episcopus in suis dialogis narrat *T.* g) fl. tunc diversis nunc v. ab. *Cap., ceteris omissis.* h) Unde *T.* i) coepere tantum ep. et p. s. *T.* k) h. adeo *T.* l) devastabat *T.* m) m. i. et a. *T.* n) et *T.* o) Quae a. d. *T.* p) s. a v. v. et fideli e. e Petro ep. agnovi, qui m. *T.* q) quae a senioribus sacerdotibus m. diligentissime i. *T.* r) vel — poterat *des. T.* s) illa ut fideliter s. *T.* t) Q. itaque H. Gr. n. *T.* u) Romualt dum Ben. *T.* v) L. cuiusdam nobilis f. *Cap.* w) Theodoram *T.* x) et in eo th. mirabile visu *T.*

1) *Dial. II*, 15. 2) *Sabini prophetia ex Greg. Dial. III*, 5 *narrata.* 3) *Sabinus Gregorio apparuisse et dixisse c.* 15. *narratur:* 'ut ecclesiam construat, Theodoratae dicito'. 4) *Ex Paul. V*, 25.

sepulchrum reliquit, ad suam sedem remeare volens, Beneventum festinat. Sed dum ad pontem, qui a Traiano augusto constructus[a] super fluenta est Aufidi, venisset, omnipotentis Dei iudicio equus, in quo sedebat, pede lapsus est. Quae mox in terram corruit et a terra brachiis famulorum levata est, et quis esset vel cuius meriti Sabinus, post casum cognovit, cuius praecepti nescio quo ordine fuerat oblita. Se itaque ad Dei viri sepulchrum reduci[b] iussit, et cum omni festinatione, quemadmodum et mandatum fuerat, ecclesiam construens, altare super corpus viri[c] Dei pulchro marmore instituit; ad cuius opus calicem et patenam ex auro, quod abstulerat, fieri praecepit, necnon et altaris tegmina auro gemmisque decoravit. Hispanus[d] vero usque ad exitum suae animae in eadem ecclesia Deo servire in timore curavit.

(18.) Neque hoc silentio dandum existimo, quod ab eiusdem ecclesiae primicerio me audisse recordor. Venerabilis, aiebat[e], Bursae tempore, qui in hac ecclesia Deo largiente extitit pontifex — cuius etiam[f] archidiaconus Audoalt fuisse commemoratur, qui tertio in loco a praefato venerabili episcopo Petro pontificali gloria functus est — supradicti itaque Bursae tempore quidam Aquitanus ad Dei viri Sabini famam cucurrit, qui ita erat sui corporis compagine[g] solutus . . . . . .

(21.) Optimum puto, nunc ea etiam quae his diebus per beatissimum Sabinum gesta sunt posteris mandare. Praefatus[h] venerabilis vir[i], de cuius ore cuncta quae[k] narro audivi, caelesti amore agitatus, ad sedem pontificalem Canusinae urbis corpus Christi famuli introducere studuit, ubi assiduis laudibus, frequentia populi et clericorum psalmodiis honoraretur, quia a sede, ad quam omnes convenire consueverant, puto, mille passibus distabat, bene et optime cogitans, ut ad laudem Domini[l] et ad salutem plebis[m]
Iuni 29. palam tantus pontifex iaceret. Hic videlicet in solemniis apostolorum[n] sanctorum Petri et Pauli cum omni populo utriusque sexus ad istud magnum et laudandum spectaculum venerant, omnes cupientes Christi sacrum[o] thesaurum reperire. Iis vero foris stantibus, episcopus cum choro psallentium quasi Christum suscepturus ad sepulchrum ingressus est. Remotis igitur marmoribus, ad sanctum ac venerabile corpus pervenerunt; sed tanta fragrantia odoris ilico erupit, ut omnium nares acsi ex diversis virentibus[p] floribus satiaret. Non tamen eadem hora translatum[q] est, sed in crastinum ferendum servavit[r] et annulo episcopali signatum reliquit. (22.) Sed dum ad ferendum[s] die altera episcopus cum frequentia venisset populorum, remoto signo, cum ad venerabile corpus ingrederetur, mirabiliter Deus novum suis et stupendum sacerdotibus manifestavit[t] miraculum. Ex marmoribus namque, quemadmodum balsami stillare solent guttulae[u], inenarrabili odore liquor emanabat. Cuncti qui aderant angelica ibi esse obsequia credentes, cum exultatione pavoreque intenti impensius orabant. Quid plura? Tulerunt corpus cum hymnis et caelestibus canticis, et omni populo exultante diversisque[v] lampadibus refulgente, ad locum, quem illi ipse paraverat, venerunt. Aliquamdiu tamen in ecclesia positus, altaribus[w] nondum mancipatus, quievit. Inter haec dum venerabilis episcopus Petrus[x] ante tempus orationis in ipsa intempesta nocte, ut Domino solus psalleret, ecclesiam intraret, super corpus Dei famuli tantum lumen effusum reperit, ut omnia illius ecclesiae loca acsi meridiano tempore lucerent; sed post paululum lumen[y] quod viderat subito extinctum est, acsi in ea tanta[z] claritas minime fuisset.

(23.) Igitur post haec praedictus[a] Petrus Christi famulus secundum consuetudinem

a) paratus *T.* b) reducere fecit *T.* c) super virum *T.* d) Hisp. — curavit *des. T.* e) agebat *T.* f) *deest T*; c. — tempore *des. Cap.* g) omni compage *Cap.* h) P. itaque *T.* i) pontifex *Cap.* k) ut narrarem *T.* l) sui D. *T.* m) in pontificali ecclesia *Cap.* n) sanctorum ap. *T.* o) perennem *T.* p) manans aromatibus *Cap.* q) sublatum *T.* r) s. ab omnibus retrusum a. *T.* s) illud f. *T.* t) monstravit *T.* u) balsamum stillari solet *T. Cap.* (*ubi* guttulis). v) cum cereis et lamp. ad *Cap.* w) altari n. extructo *Cap.* x) *deest T.* y) tamen *B.* z) tantam claritatem nunquam vidisset *T.* a) praedicto Petro Ch. famulo s. c. parochiae suae d. s. v. cupienti anguor supervenit, cumque is gr. a. f. vexaretur, vir *T.*

diocesim suam visitare cupiens, languore correptus gravissimo, aestu febris vexabatur. Quem vir Dei Sabinus in ipsis suis anhelantem angustiis, paululum sopore gravatum, visitare dignatus est, et ait: 'Quid agis[a], episcope'? Ad quae ille: 'Ut cernis, domine, nimiis angustiis fatigor'. Cui vir[b] Domini Sabinus: 'Sanitati', inquit, 'te scito restitutum. Hoc tamen corrige, ut servi alieni, qui a tuis hominibus male retinentur, suis dominis citius reddantur'. Haec[c] quasi de suo sepulchro vir Dei ex[d] forma eadem, ut pictus est, iam sanus experrectus[e] est; et ut sibi dictum fuerat, diligentissime[f] quaesivit et quaesitum invenit, et prout mandatum acceperat diligentissime implevit. Statim autem ad sedem propriam reversus est et virum Dei Sabinum cum magna laetitia et[g] exultatione in camera subtus altare beatissimorum martyrum Iohannis et Pauli die Kalendarum Augustarum collocavit; itaque[h] ex argento auroque linitam[i] arcam super eius corpus imposuit et diversa ornamenta superinduxit.

(24.) Itaque[k] si omnes, quae ad tumulum sancti viri fiunt, virtutes narrare velimus, protinus[k] et manus scribentis et aures fatigarentur[l] auditoris. Quantos nostris diebus febribus vexatos diversisque infirmitatibus laborantes a viro Dei audivimus sanatos, quantis miraculis ex eius ossibus Apulia fulget, quis narrare poterit? Ex quibus perpauca[m] haec scriptura continet, ad laudem Dei nostri[n] Iesu Christi et consolationem nostrorum, ipso tribuente salutem et perennem laetitiam universis ecclesiis, cum quibus se usque in finem seculi[o] promisit mansurum. Mihi autem, qui beatissimi Sabini scribendas suscepi[p] virtutes, dominus Iesus illius meritis divinum in secula seculorum tribuat lumen et cum ipso in aeterna gloria faciat permanere.

(25.) Haec principante viro gloriosissimo Hermerich[q] prole Grimoald scripta sunt, cuius temporibus multa Salentinati[r] populo prospera occurrere[s], praestante et adiuvante domino nostro Iesu Christo, cui honor et gloria in secula seculorum. Amen.

EX VITA ET TRANSLATIONE S. PARDI EPISCOPI LUCERINI AUCTORE RADOYNO.

(6.) . . . . Post cuius [Pardi] excessum meritis accolarum permisit Omnipotens flagellari eos plagis maximis, etiam et totam Apuliam depopulari. Quia tunc egressus imperator augustus V. Barb. Constantinus de sua urbe cum magno exercitu, transfretavit maria, veniensque Tarantum, lata arva implevit suo exercitu. Concite autem inde surgens cum suo apparatu, totam Apuliam vastavit atque praedatus est. Inde Luceriam adiens, acerrime dimicari iussit et diversas machinas apponi, quamdiu caperetur. Captam vero usque ad solum iussit prosterni, et ea exusta igni, omnem populum, qui prius non fugerat, in captivitatem mitti. Alacer autem augustus redditus de victoria, suorum insatiatus adhuc scelere, praecepit amoveri castra, et ocius erga moenia olim ditissimae [urbis] Beneventi castrametari, in qua Romuwaldus princeps cum sanctissimo sacerdote Barbato et paucis ac validissimis Longobardis morabatur. Qua circumsepta praedonibus et innumerabili exercitu, novas machinas apponi praecepit, ut dolo aut virtute caperetur. Sed Dominus omnipotens meritis et orationibus beati Barbati enervavit vires militum, et sic demum augustus vanus et vacuus recessit, tantum acceptis obsidibus, inde pervolat, Neapolimque ingressus, et velivolum mare appetens, suos adiit fines.

a) igitur *B.* b) v. D. *des. T.* c) His dictis visio illa ablata est, sanusque experrectus ep. *Cap.* d) ea forma ut *T.* e) affatus *T.* f) sedulo *T.* g) et e. *des. T.* h) intus in arca ex auro argentoque linita, super qua d. *T.* i) contextam *Cap.* k) *deest T.* l) satis f. *T.* m) p. scripsimus *T.* n) domini *T.* o) *deest T.* p) dictavit *T.* q) *ita Cap.*; Ermenrich *T*; Emerith *B.* r) Samnito *T.* s) cucurrerunt *ceteris omissis T.*

(9.) Lucerinus autem episcopus, qui, antequam caperetur sua diocesis, latenter fugerat cum suis clericis in aliquam partem Apuliae, condidit oppidum nomine Lesinam, in quo et moratus est per annos non exiguos. Sed postquam Dominus permisit flagellari Ausoniam barbarorum gladiis, sunt ingressi Agareni, et late eam depopulantes, magno cum impetu venerunt Larinum, quam destruentes, habitatores ipsius gladiis occiderunt. Post haec vero quia habitatoribus carebat ipsa depopulata civitas, ierunt habitatores de oppido Lesinae, illucque furtim tulerunt duo corpora sanctorum Primiani et Firmiani ibi quiescentium et duxerunt Lesinam. Cum autem homines Larinenses hac illacque discurrerent per agros, invenerunt sepulcra sanctorum effossa et corpora ablata. In magno itaque moerore positi et diutius lamentantes, suis indicant concivibus; quibus adunatis, solicitius consulunt et per plura loca indagantur, ut, sanctorum pignora a quibus piratis sint delata, in lucem perduceret Dominus omnipotens . . . . . .

(11.) Tempore autem quodam, quo Dominus permisit flagellari Italos pro suis iniquitatibus flagellis paganorum, ingressi Ungari Hesperiam, omnes christicolas, quotquot obvios habuerunt, ut hostes secundum suum posse necaverunt, et moenia subvertentes urbium munitissimarum ac depopulantes provincias, pervenerunt Larinum. Quam graviter oppugnantes, depraedati sunt usque ad internecionem. Sed cum vellent reverti cum spoliis et captivis in sua castra, orantibus civibus ad tumulum beatissimi Pardi episcopi, ut et eos liberaret et captivos solveret, tantam confusionem contulit eis, ut tremebundi fugerint in suis tentoriis; et homines ac bestias et universa spolia relinquentes, quasi magna militum manu cogerentur, sic ocius fugiebant. Captivi vero ad civitatem reversi, iam soluti, glorificabant Dominum et sanctum Pardum confessorem et episcopum, cuius precibus ab hostium manibus liberari merebantur.

(12.) Alio autem tempore impetum facientes Ungari, ceperunt ipsam civitatem, et expoliantes eam, venerunt ad ecclesiam, ubi tumulatus erat beatus Pardus episcopus; erga cuius tumulum latebant quidam Guido presbyter cum quadam vetula ac parvo puerulo. Et expoliantes dictam ecclesiam omnibus bonis, sic caecati sunt meritis beati Pardi episcopi, ut nec viderent neque contingerent latitantes . . . . . .

HISTORIAE LANGOBARDORUM FABULOSAE.

Ultimo hujus voluminis loco narrationes exhibemus per medium aevum ortas, quae res a Langobardis eorumque regibus gestas fabulis mixtas tradunt, sive eas ex populi ore hauserint sive ex ingenio finxerint auctores. Ex quibus tres cum legibus Langobardicis in Italia diu servatis et commentariis illustratis sunt junctae, duae a rerum scriptoribus litteris mandatae.

I. Ariprandus, qui saeculo XII. inc., sub Heinrico V, ut videtur[1], *Lombardae commentarium composuit*[2], *ei brevem gentis et regum qui leges condiderunt historiam praemisit, cujus primam partem ex populi ore sumserit oportet, cum neque cum Origine neque cum Paulo haec conveniat*[3]. — *Eam postea Albacruccius quidam ampliavit novisque commentis auxit*[4], *praeterea vero brevem Pauli epitomen adjecit*[5]. *Quae Albertus quidam, si tamen ab illo est diversus*[6], *in fronte similis legum commentarii posuit. Utrumque opus edidit Anschütz (Die Lombarda-Commentare,* 1855*), iisdem partim codicibus adhibitis, quos Merkel cum Bethmanno communicaverat. Inter quos*

1) *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 1060, *s. XII, ubi f.* 60. *Ariprandi narratio legitur, cum Merkelii apographo iterum est collatus.*

2) *Parisiensis Nr.* 4615, *membr. s. XII (cf. Arch. XI, p.* 224*), cujus lectiones ab Anschützio mutuavi.*

Quae ex Albacruccii sive Alberti opere adjeci descripta sunt ex codice Bononiensi coll. Hispan. Nr. 73, *s. XIII. Anschütz praeterea codicem Olomucensem Nr.* 210 *(Arch. X, p.* 683*) et Parisiensem Nr.* 4617 *(de quo cf. Arch. XI, p.* 225*) adhibuit.*

Eandem vero narrationem, hic illic interpolatam vel uberioribus verbis redditam, magnae illi compilationi insertam videmus, quae Johannis Caputagni (Codagnelli) nomine fertur, de qua v. supra p. 194. *Hanc recentioris esse aetatis, recte statuit Anschütz, qui eam ex codice Parisiensi Nr.* 4931. *primus edidit. Quem secuti ex latere Ariprandi eam imprimi fecimus.*

1) *Cf. quae Anschütz, 'Lombarda-Commentare' p. XIX. attulit. Idem verba:* et sequentes post eum *(scil. Conradum II.)* imperatores eius generis omnes fuerunt, *suadent, quippe quae de Lothario III. dici haud potuissent. Mirum quidem, tunc temporis de imperatoribus Theutonicis tam fabulosa tradita esse; et certe primus est Ariprandus, qui Henricos 'de Guibelleng' dicat.* 2) Legis Longobardorum Ariprandi comenta incipiunt, *Cod. Vat.* 3) *Cf. Bethmann, Arch. X, p.* 382*; Anschütz XI, p.* 230 *sq.* 4) Temporis vero processu quidam Albacrucius nomine, sola Dei gratia nec alterius ullius aminiculo, pauxillum literatus, hoc proemium de iuris ordine condidit, sicut a pluribus accepit historiis. 5) Primi duces Longobardorum — monasterium S. Athanasii martyris in Olona, *Anschütz p.* 8—12*; cf. Bethmann, Arch. X, p.* 367. 6) *Quod statuit Merkel, 'Gesch. des Lang. Rechts' p.* 37 *(Vers. Ital. p.* 44*).*

Similis historia etiam in codice Parisiensi Nr. 4616, *membr. s. XIII, f.* 47′ *legitur*[1], *quam a V. Cl. A. Molinier exscriptam addendam duximus.*

II. Cod. Parisiensis Nr. 4615, *membr. s. XII. post Ariprandi commentarium f.* 62. *sub titulo:* Inceptio Longobarde. Quare vocetur Longobarda l(ex), *gentis originem et quaedam regum facta ita enarrat, ut neque cum vera historia neque fabuloso Ariprandi relatu conveniat. Cum in Beneventi obsidione moretur auctor et de origine principatus Beneventani et Salernitani loquatur, urbi illi hanc historiolam tribuere licet. Reges Italicos usque ad Heinricum V. recenset, neque Lotharium auctor, quisquis fuerit, cognovisse videtur. Anschützii editionem (Arch. XI, p.* 242) *repetimus.*

III. Ad hanc prope accedit historia eidem codici Parisiensi Nr. 4931, *quo Codagnelli compilatio continetur, f.* 125′. *inserta, ita inscripta:* Incipiunt summe legum Langobardorum. *Quae quamvis nonnullis locis simplicior esse videatur, post tempora tamen Lotharii III. scripta est. In fine vero addit quae etiam in cod. Parisiensi Nr.* 4616. *leguntur et quae ex vetustiore commentario sumta esse Anschütz monuit (l. l. p.* 241).

IV. Longiorem Langobardorum historiam, quae Pauli vestigia secuta, multa tamen addidit fabulosa praesertim de Albuini regis temporibus[2], *praebet*

Codex Florentinus Laurentianus, Plut. 89. *super.* 17, *chart. s. XV, in quo varia sunt conjuncta opera (Arch. X, p.* 379; *XII, p.* 722). *Eandem Thomas Tuscus chronico suo inseruit (SS. XXII, p.* 486), *nisi ex hoc separatim eam exscriptam putes*[3]. *Nonnulla vero iisdem fere verbis etiam apud Johannem Codagnellum*[4] *et Jacobum de Voragine leguntur, qui Legendae Aureae brevem subjecit historiam tam Langobardorum quam regum et imperatorum posteriorum*[5] *(v. supra p.* 193 *n.). Num historiae Florentinae auctor hoc usus sit, an ex communi fonte uterque hauserit, vix certo certius definiri potest. Codicem Florentinum ex Joh. Merkelii apographo imprimi fecimus; variam Thomae lectionem ex cod. Parisiensi Nr.* 6818. *V. Cl. Ehrenfeuchter exscripsit; ipse Jacobi locos addidi.*

V. Brevissimam de priscis Langobardis notitiam ex descriptione Italiae cod. Vindobonensis Nr. 3517 *(Hist. prof.* 800), *a.* 1391. *confecta, f.* 69′, *Bethmann excepit.*

G. W.

I.

ARIPRANDI BREVIS LANGOBARDORUM HISTORIA.

Ariprandus.	*Johannes Codagnellus.*	*Cod. Paris.* 4616.
	Istoria qualiter translatum est imperium Romanorum in Franciam apud Teothonicos. Anni septingenti quinquagesimo secundo ab incarnatione domini nostri Iesu Christi.	
In extremis orbis quandam fuisse terram Scatinaviam no-	In extremis orbis quandam fuisse terram Scatinaviam no-	Olim nomen cuiusdam terrae, et forte nunc est, que vocaba-

1) *Cf. Arch. XI, p.* 239. 2) *Cf. Bethmann, Arch. X, p.* 378. 3) *Fortasse inde originem duxerunt quae de Thoma diacono narrantur. Certe alibi Thomas auctores suos vix tam presso pede sequitur, quam in hac Langobardorum historia fecisset.* 4) *Cf. SS. XVIII, p.* 357. 5) *Brevis Langobardorum historia in cod. Ultrajectino, SS. eccl. Nr.* 339 *(olim* 285; *cf. Arch. VIII, p.* 585), *chart. s. XV, ex Jacobo sumta est. Incipit:* Tempore Pelagii primi Langobardi in Ytaliam venerunt hoc modo. Gens etenim quedam erat Germanica *etc. Huc pertinet etiam Vaticanus Nr.* 1228, *de quo Pertz egit, Arch. V, p.* 123; *cf. XII, p.* 224.

mine ystoria est. Cuius incole famis ingentis terrore perteriti, iussu regis tertiam partem hominum occidere proposuerant. Cumque qui occiderentur dissensio esset*, consilio[a] maiorum, huius rei fortunam[b] iudicem fore, statuit rex. Cecidit autem sors super filiam regis Gambaram[c] nomine et super omnes terre illius[d] meliores. Filia** vero regis, sompnio recitato[e. t], peciit[f], ut pater omnes super quos venerat sors secum proficisci pateretur. Placuit hoc regi et omnibus. Illa cum hoc[g] proficiscens exercitu***, ad has partes pervenit, ubi Narsus patricius presidens, cum ipsius[h] uxore regis iratus, quoniam illa statuendum eum super pensulas[i] dixerat, mittens fructus dulcissimos, poma et[k] uvas et similia, Gambare[l] terram hanc se prodituram mandavit. Quo audito, gavisa est, hanc esse destinatam suis terram, dicens. Sed paulo post Narsum dicti penituit, et Gambare[m] mandavit, ut de terra eius exiret. Cui respon-

mine istoria est; cuius incole famis ingentis terrore perteriti, iussu regis tertiam hominum partem occidere proposuerant. Cumque qui occiderentur discessio esset, consilio virorum, huius rei[n] fortunam iudicem fore, statuit rex. Cecidit autem sors super filiam regis Gambaram nomine et super omnes terre illius meliores. Filia vero regis in visione sua viderat, patriciatum[o] Lombarde terre subiugare debere. Quo sompnio suo recitato, petivit ab eo, ut omnes super quos venerat sors secum proficisci pateretur et ipsas cum[o*] ingenti turba virorum nobilium ad Lombardie partes mittere deberet. Placuit hoc Gunthirano regi Scatinoviorum, patri suo, et omnibus viris nobilibus curie sue. Illa vero proficiscens cum exercitu suo, ad Lombardie tandem pervenit partes. Eodem autem tempore Narsis patricius universas Lombardie partes obtinebat. Hic[2] Narsus primo quidem cartularius fuit, deinde

tur Scatinavia, cuius incole summa necessitate cogebantur; qui deliberantes, quomodo possent vivere, consuluere regem .....[p] Qui tunc demum iudicavit ceterorum conscilio, ut tercia pars virorum et mulierum occideretur, ut ceteri possent vivere. Qui dum dubitarent, que pars deberet mori, dirimere litem ...., ut quibus sors veniret, illi morirentur[q]; venit sors super meliores. Ecce factum est.... or peior priore. Verumtamen nolentes eos occidere, set perseverantes in hac dubietate, ve[nit] quadam nocte in visione filie regis que vocabatur Gambara, ut cum illis recederet de terra ..... et in Longobardiam, que tunc temporis vocabatur Panonia, et oppugnaret habitantes ibi et ... [manerent] perpetuo. Que mane facto nunciavit regi, scilicet patri, somnium. Et sic factum est ..... cum voluntate regis et omnium constituta est domina et recessit cum eis. Que indulta predia .....a, ante-

*) quoniam [qui] tres filios habebat, quem de tribus interficeret, prorsus ignorabat, fortunam statuerunt esse iudicem, et cecidit sors *Alb.*

**) Que divino nutu previsa non tali nece peritura, vidit per somnium, se intraturam terram lacte et melle habundantem[r] cum tertia sui populi parte peritura[s]. Quod cum festinanter patri ac sapientibus renuntiasset[t] et tertiam partem sibi dari postulasset *Alb.*

***) veniens per diversas regiones, multas occupavit nationes. Quas secum deducens usque ad h. p. r. *Alb.*

a) comfilio 1. b) *deest* 1. c) Gambam 2. d) *deest* 1. e) sonio ex recitata 2; s. excitata *Ansch.* f) pretium *corr.* peciit 1. g) omnibus his 2. h) ipsis *corr.* imp. Constantinopolitani (*deest* regis) 1; imperatoris (?) u. regis 2; regis u. *Alb.* i) pensules 2. k) sed *corr.* et 1; et mel. G. 2. l) Gamare *corr.* Gamb. 1; Gamare 2. m) Gamare *corr.* Gamb., *et ita deinceps* 1. n) huius regis *c.* o) patrocinatum *ed.* o*) quod *ed.* p) *haec a bibliopega abscisa sunt.* q) moriretur *c.* r) manantem *Olom.* s) moritura *Ansch.* t) recitasset *Ansch.*

1) *Apparet, in traditione somnium fuisse narratum, quod Ariprandus omisit; alludunt ad id verba inferius sequentia:* hanc esse destinatam suis terram dicens. BE., *qui Codagnelli locum nondum viderat.* 2) *Paul. II,* 3.

